

R.

(2)

TRACTATUS  
AD DEFENSAM  
INQUISITORVM, CARCERATORVM,  
Reorum, & Condemnatorum super  
quocunque crimine.

SEBASTIANI GVAZZINI  
DE CIVITATE CASTELLI I.C.  
ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATI.  
LIBER PRIMVS, ET TOMVS SECVNDVS.

*Opus nouum, alacri studio digestum, omnibus Magistratibus, & Iudicibus tam secularibus, quàm Ec-  
clesiasticis ad evitandas nullitates, & iniustitias, Aduocatis, Procuratoribus, causarum  
criminalium Defensoribus, atque Excusatoribus ad Reos tuendos, etiam in  
vnaquaque processus parte maximè utile, & necessarium.*

In quo plura Statuta, Decreta, Bannimenta, Bullæ Summorum Pontificum, & præsertim GREGORII  
XIV. Super Immunitate Ecclesiastica, Constitutiones, Pragmaticæ, Ritus, & Consuetudines diuer-  
sorum locorum, & Prouinciarum declarantur, ac referuntur quamplurimi casus in contin-  
gentia facti, in grauissimis criminibus, etiam per supremos Magistratus decisi.

*Cum Indice Rerum, & Verborum locupletissimo.*



VENETIIS, Apud Bertanos, M. DC. XLIII.

SUPERIORVM PERMISSV, & PRIVILEGIO.



- in crimine notorio est Gomez, tit. de delict, c. 1. n. 43. Maxime si ex parte rei proponatur aliqua exceptio vel defensio, secus si fateretur reus nullam excusationem habere ut post Boss. Iul. Clar. q. 9. vers. si quæro etiam, ubi ait quod ita totus mundus obseruat, idemque est danda copia indiciorum reo cõuicto. Cauale. de Brach. reg. part. 3. n. 2. 5. nam pro contestatione ubi refert quod Florentiæ solet tantum dari copias quærelæ, & inquisitionis non autem dictorum testium ad offensam nisi factis defensionibus, quod non laudat ipse, neque vituperat, ego autem sine dubio non laudo.
- 5 Ac etiã iudex tenetur dare copias processus, & indiciorum reo, etiam si Princeps rescripisset cõtra inquisitum procedendum esse ex processu informatiuo, Gram. conf. 64. Bol. cõf. 12. vol. 2. Paris. conf. 2. n. 156 volum. 4. & etiam si vigore Statuti iudex haberet liberũ arbitriũ ut consuluit Ruy conf. 147. nu. 7. vol. 7. Menoch. de arb. q. 78. in fi. Baiard. q. 49. nu. 16. & seq. vel si fuerit data facultas torquendi sine iudicij, non poterit torqueri, nisi arbitrio boni viri, & moderatè, Brun. de Ind. q. 7. n. 7. in fin. Sim. de Pret. conf. 202. nu. 15. Claud. Bertazzol. cõf. 130. in lit. A. ver. 4. amplia & latissime vide Far. q. 39. nu. 13. cum plur. & seqq. & vide Rim. Iun. conf. 89. n. 61. & seqq. qui videtur velle, ut commissio Principis habere debeat clausulas derogatorias; ut iudex valeat, denegata copia indiciorum, reum torquere, vigore commissionis sibi datæ a Principe, vel vigore Statuti. Cum alias vigore arbitrij iudicij dati nullo modo possit deuenire ad torturam nisi data copia indiciorum, latè Person. in trac. de Indic. & tortur. n. 20. ubi alios allegat, ubi etiam firmat quod Princeps nõ potest mandare ut reus torqueatur nisi data copia indiciorum etiam in crimine læsæ maiestatis, & ibi testat de cõmuni, & cõcordates allegat.
- 6 Si autem fuerit data facultas procedendi manu Regia, & ex abrupto, an sit danda copia indiciorum, eruditissimus Maur. Burg. in suo tract. de mod. proced. ex abrupto in q. 3. in fin. pollicitus fuit velle plenè tractare istam materiam in 2. dantur, q. 1. quam ferè sub impressione habet. ideo me remitto ad ea, quæ ipse cito est dicturus: sed Baiard. d. q. 49. nu. 17. in fin. dicit quod non vidit obseruari, quod in istis casibus detur copia indiciorum, cum per talem facultatè tollatur illa solemnitas iudicij ordinarij, & sub nu. 24. dicit idè obseruari in magna Curia, & coram Governatore Urbis. Sed interim Aduocatus, & iudex, si velint vnam declarationem in hac quæstione videre adeant Cauale. de Brach. reg. p. 3. num. 4. in princ. & Claud. Bertazzol. ad Patr. conf. 130. in lit. A. ver. 5. idem est dicendum, ut tria concurrere debeant, ut non sit danda copia indiciorum 1. quod sit in atrocibus, & occultis, 2. quod Princeps, vel supra Curia inquirat, 3. quod torquendus sit malæ conditionis, & famæ, ubi post Dec. resp. 94. n. 23. l. vol. 2. magis dicit procedere, ut detur copia indiciorum in isto casu, quando reus esset bonæ famæ, & petita fuerit copia indiciorum ad reum defendendũ, & ideo erit consultum Aduocato, ut instet pro copijs, petat terminum ad defendendum, & alleget bonam famam inquisiti.
- 7 Item est danda copia indiciorum etiam si reus fuerit Doctor, cum in re propria, Doctores minus quam cæteri sciant Boss. tit. de ind. & confid. ante tort. n. 80. in fi. Rim. Iun. conf. 290. nu. 10. Bertazzol. conf. 71. Claud. Bertazzol. ad Patrem in d. conf. 130. lit. A. ver. 3. ampl.
- Baiard. q. 49. n. 12. Far. q. 39. n. 96. & 99. Cart. in prax. interrog. reor. lib. 4. cap. 2. nu. 22.
- 8 Item maxime procedit in Episcopis, & alijs Prælatibus maioribus, in quibus maius imminet scandalum, si denegetur ab eis copia processus, Marf. in prac. crim. 5. Nunc videndũ, n. 4. cũ plurib. seq. Sim. de Petr. conf. 202. n. 15. Claud. Bertazzol. cõf. 130. in lit. A. ver. 2. ampl.
- 9 Idè danda erit copia indiciorum tertio cõparati, pro suo interesse, ut consuluit, Bertazzol. dicto conf. 130. ubi in fine testatur, quod consiliũ iustitiæ Ferrariæ resoluit illi tertio esse concedendam facultatè videndi processum, copias indiciorum, licet formaliter non fuerit ei tradita copia, ad quod consiliũ in proposito se remittit. Baiard. q. 49. n. 11. & nu. 30. qui allegat Castrenf. conf. 331. in fine vol. 2. ubi voluit esse 3. audientũ, dictante statuto, quemlibet de populo posse venire ad defensam absentis, & si sententiã sequatur, erit nulla, sed si tertius esset reus, vel delinquens non haberet copiam processus nisi se cõstitueret in carceribus Cauale. de testib. p. 4. n. 123. vers. sed in criminalibus.
- 10 Item dari debet copia processus etiam accusatori, vel instigatori, si illam petat quando tamen publicatur processus reo, & non ante Boss. tit. de indic. nu. 82. Iul. Clar. q. 49. num. 10. ubi in fine dicit, quod bene vidit, quandoque examina reorum accusatoribus per iudices ostendi, ut bene, vel melius sciant fisci partes tueri, qui tamen dicit, non esse hoc permittendũ, nisi ex magna causa, & in atrocioribus, Cauale. de testib. p. 5. n. 226. dicit ita seruari de consuetudine quorundam locorum, & præcipuè Ianuæ: impressis tamè nominibus testium, ad quod iudices istius Ciuitatis bene animaduertant, quia forsã a pluribus contrarium seruatur, ac etiã notent iudices ex doctrina Iul. Clar. in d. q. 49. n. 10. in fine, Far. q. 75. n. 8. & seqq. qui loquitur de facultate videndi examina reorum, ad effectũ tuendi iura fisci, & nõ loquitur de examinibus testium, ne detur ipsis instigatoribus sanguinolentis facultas subornandi alios testes, & faciendi impossuras in damnium reorum, quod vidi pluries cõtingere, & ego ius dicendo summo opere oculatus fui, licet in fabricatione processus isti notarij præbeant omnem cõmoditatem instigatoribus, infcio iudice, videndi totum processũ, mediante pecunia, vel corruptela, ac etiã libenter faciunt, ut instigatores præbeant alias probationes cuiuscunque cõditionis sint, ut efficiatur magnus
- 11 & voluminosus processus, tamen Notarius nemini pandere debet secreta, & merita causæ aut publicatione processus sub pœna falsi, & punitur pœna extraordinaria, & idem est in iudice, ut post alios quos allegat, firmat Cauale. de testib. p. 5. nu. 221. & seqq. nec ipse testis potest propalare suam attestatorem, Dec. in tract. crim. tom. 2. lib. 7. c. 15. n. 15. Cauale. d. p. 5. nu. 226. de testib. licet ille, cui ostensa, ac propalata fuerunt nulla pœna puniatur, Aug. conf. 20. lib. 1. Baiard. 5. falsum, n. 221. ad Iul. Clar. nisi ipse aperuisset attestatorem, quia puniretur pœna arbitraria, nec posset illas impugnare Cauale. d. p. 5. n. 225.

Reo non petenti an sit danda copia indiciorum.

S V M M A R I U M.

- 1 Copiam processus non tenetur iudex decernere, neque tradere, nisi petenti, secundum vnam opinionem.

Copi-



- 2 Copia processus, si fuerit per reum petita est danda, etiamsi fuerit in eculeo alligatus, & eleuatus.
- 3 Contrariam opinionem & copia indiciorum sit danda reo, etiamsi non fuerit petita, tenent Doctores magis communiter.
- 4 Alij autem pro conciliatione istarum opinionum recurrunt ad illam distinctionem, an reus sit persona rustica, idiota, siue sagax, & astuta.
- 5 Auctor tucetur omnino dandam esse copiam indiciorum reo, etiamsi non fuerit petita.
- 6 Aduocatus autem ad tollendas omnes cauillationes, & disputationes, semper petat copiam indiciorum.
- 7 Copia processus est danda mulieribus, pupillis, pauperibus, & alijs miserabilibus personis, etiamsi non petatur, quāuis extaret statutum, quod disponderet, vt copia processus sit danda, dummodo petatur.
- 8 Iudex nō solum debet reo dare copiam processus, sed etiā illi prouidere de Aduocato, & procuratore.
- 9 Tortura illata per iudicem, quando non fuit petita copia processus, non grauaret iudicem in iudicatu.
- 10 Copia processus pauperibus dari debet gratis, tam de iure communi, quā vigore Bullarum Summorum Pontificum.

C A P. II.

**I**N ista questione Aduocatus caueat, vt petat copiam totius processus, cū alias iudex nō teneatur ante torturam, illam tradere, nisi petatur, secundum communem opinionem attestatam per Boss. in tit. de indic. num. 79. vbi etiam subdit, quod ita practicitur, sequitur Clar. q. 49. num. 4. vers. tu vero dic, vbi de communi Cart. in Pract. interrog. reor. li. 3. c. 2. nu. 51. & lib. 4. cap. 1. num. 193. Scapp. de iur. non script. 5. c. 97. n. 14. Vulpell. resp. 74. n. 7. & seq. de receptori sententia, & Romæ canonizata. Amod. Iusti. conciuus meus de iudica. nu. 223. Far. q. 39. nu. 90. Personal. de in sic. & tortur. numer. 20. & 28. Mascard. de probat. conclus. 1040. nu. 8. Sim. de Pret. conf. 36. nu. 6. Bursatt. respon. 201. nu. 72. vol. 2. vbi de communi, quia iudex non impartitur officium suum, nisi petenti, l. 4. §. hoc autem de dan. infect. c. innocuit, de elect. & obid emanauerit confessio rei nō poterit dici nulla, cum sit communis opinio, vt copia processus sit petenda, & iudex non teneatur ex officio, officium suum impartiri, nisi petatur.

2 Et isto casu, quando petitur copia processus, iudex illam tenetur dare, etiam si reus fuerit in Eculeo alligatus, & eleuatus, Vulpell. respon. 74. num. 7. & seq. & conf. 74. nu. 8. Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 4. cap. 2. nu. 22. Farinac. q. 39. n. 2. vers. etiam quod Baiard. q. 49. n. 24. quamuis nullam specialē causam defensionis allegat Personal. vbi supra num. 28. vers. At ego, vbi alios allegat, & si illam denegaret amittitur appellatio Scacc. de iud. lib. 1. cap. 100. nu. 9.

3 Cōtrariam opinionem, quod imò copia processus & indiciorum sit danda, etiamsi non petatur, tradunt, Marf. in Pract. §. nunc. videndum sub num. 6. latè in l. vnus, §. cogniturum num. 57. de quæst. Nouell. in trac. ad defen. rub. an indicia pro reo danda sint, n. 3. & seq. Et iudices præ oculis habeant quod bene admonet Marf. ibi vt sicut diligentes, ac solliciti sunt in quærendo ea, quæ pro fisco contra reum, & ex officio etiam faciunt, multo magis ratio suadet, vt faciāt in fauorem rei l. absentem de pæn. l. semper de reg.

iur. Claud. Bertazz. cōf. 130. in lit. A, vers. 16. ampl. vol. 1. dec. Auen. 15. Farin. conf. 30. n. 206. & latè in q. 39. num. 91. Quia si aliter diceretur, sequeretur, quod reus posset suis defensionibus renunciare tacitè, quod minimè facere potest, vt post Paris de Put. tradit Nouell. in tract. ad defen. rub. An indicia pro reo danda, n. 26. & seq. Mar. in Pract. crim. §. nunc videndum, n. 6. & in l. vnus, §. cogniturum, 57. ff. de q. reddid. aliā bonam rationem Carter. in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tortur. §. circa 5. n. 7. vbi dicit, quod ita practicitur in Regno, Andr. Gayl. de pac. publ. l. 2. c. 7. n. 8. dec. Auen. 15. n. 8. in fi. & n. 10. latè Bar. n. 49. n. 9. seq.

4 Et licet in proposito pro conciliatione istarum opinionum soleat adduci illa distinctio, an reus fuerit persona rustica, vel idiota, siue sagax, ac astuta, vt in 1. casu detur copia etiā nō petenti, Cau. de Test. p. 4. nu. 123. dicit omnibus miserabilibus personis etiā nō petentibus equū esse dādā copiam processus, secus in alio casu, vt per Mar. in d. §. Nūc videndum, n. 13. & seq. quæ sequuntur Carter. vbi supra n. 11. Mont. in pract. crim. reg. 14. n. 4. Vulpell. resp. 34. n. 6. Foller. in verb. detur copia cap. n. 1. in fin. Bursatt. conf. 201. num. 72. l. 2. Clau. Bertazz. d. conf. 130. in lit. A, in prima ampl. li. 2. † Tamē ego omnino teneo, quod reiecta ista distinctio copia cuiusque personæ danda sit, licet non petatur ex officio ipsius iudicis, cum ipse teneatur ex suo officio quærere de innocētia inquisiti. Marf. d. §. nunc videndum n. 7. & in d. §. cognitum n. 57. Nouell. in Trac. ad defen. rub. an indicia pro reo n. 17. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. n. 33. Cartar. de execut. sēt. in pract. n. 27. Marc. dec. 60. n. 4. p. 1. Far. q. 39. n. 97. & seq. vbi testatur de magis communi, quæ, & iuridica, & ratio est in promptu: quia si iudex est sollicitus in perquirēdo informationes cōtra reū pro fisco, cur nō debeat esse sollicitus in concedendo defensionem reo, cuius causa est magis fauorabilis, vt dicit Marf. vbi supra, & quia etiam homines sagaces, astuti, & doctores, ac alij iuris periti magis indigeant auxilio in eorum rebus, & causis criminalibus, quā alij, cū minus sciant, & magis errent, vt in nostris terminis cōsiderat Boss. de indic. & cōsiderat. ante tort. n. 80. in fine Rol. cōf. 12. n. 62. in fine l. 3. Claud. Bartazzol. d. cōf. 130. in lit. A, Moder. Rom. d. q. 39. n. 96. & n. 99. Baiard. q. 49. n. 11. seq. Et nos in statu Ecclesiastico habemus Bullam Pauli Tertij confirmatā a Pio Quarto, per quā omnino est danda copia indiciorum, etiamsi non petatur, & licet videantur loqui dictæ Bullæ, quando copia petitur, vt dicit Cartar. in pract. interrog. reor. l. 3. c. 3. n. 52. tamen veritas est, quod indistinctè obseruetur, vt copia præfata detur, etiamsi nō fuerit petita, vt declarat Moder. Rom. d. q. 39. n. 99. vbi testatur in practica esse hanc opinionem magis obseruatam, & eandem declarationem ad dictas Bullas tradit Baiard. in q. 49. n. 22. & seq. & in vrbe habemus statutū, vt omnino copia indiciorū tradi debeat l. 2. c. 10. & quomodo potest iudex deuenire ad torturā tuta cōsciētia, quæ solum datur in subsidiū, nisi audito reo in suis defensionibus, vt benè cōsiderat Ambros. de mod. form. proc. l. 3. c. 2. n. 5. & 6. Bertazz. cōf. 130. n. 2. testatur de magis communi, & practicata opinione. † Igitur causæ defensor petat dictam copiam indiciorū ad effugiendā omnem, & quamcumque cauillosam disputationem fisci, sed post hæc scripta superuenit noua reformatio S. D. N. Pauli Quinti, sub rub. de iudicib. crim.



- vt etiam non petentibus copia processus tradatur, vt possit in dicta inquisitus contenta purgare.
- 7 Imò, si carceratus, vel inquisitus esset mulier, pupillus, pauper, & alia persona miserabilis, licet extaret statutum, vt copia processus detur, si petatur, adhuc illis personis omnino danda erit, etiam si non petatur, Marul. consilio 56. num. 14. Monticell. reg. 14. n. 15. Bursatt. conf. 201. num. 73. volum. 2. & post istos Farinac. q. 39. num. 93. & Sim. de Præt. conf. 202. nu. 15. Vulpell. resp. 34. nu. 6. respons. 74. n. 7. Baiard. d. q. 49. n. 9. Quis autem dicatur pauper, remittitur arbitrio iudicis, Menochius de Arb. cas. 65. li. 2. Scacc. de iudic. d. c. 100. n. 8. in fi. Caualc. de testib. p. 4. n. 123.
- 8 Ac etiam iudex, non solum debet dare copiam processus, ac defensionem inquisito, sed etiam illi prouidere de procuratoribus, & aduocatis, vt per Blanc. in l. fi. nu. 3. vers. propterea superflua, & inanis, ff. de q. Moder. Rom. d. q. 39. n. 95. vbi nō adesse Procurator pauperum, ac etiam aduocatus, sed hic in Curia Romana vterque adest, prout in multis est locis adest similis prouisio, de quibus mentionē facit Lupus in Tract. de illeg. & de natal. rest. li. comm. 3. §. 3. n. 76. vbi de simili materia multa scribit, & in specie, quod aduocatus nolens patrocinari pro egenis peccet mortaliter, & quod Reipu. bene instituta conueniat pauperibus litigantibus dentur aduocati, & procuratores expensis publicis.
- 9 Bene verum est, quod si iudex deuenit ad torturam, non data copia indiciorum, quando non fuit petita, posset excusari, ne teneatur in sindicatu, vt consiluit Alex. in conf. 65. nu. 9. & seq. vol. 1. & alij relati per Far. d. q. 39. n. 91. circa fin. Baiard. d. q. 49. nu. 15.
- 10 Imo pauperibus copia gratis dari debet, tam de iure communi, quam vigore Bullarum Pauli Tertij, & Pij Quarti, vt tradit Cartar. de interrog. reor. li. 3. c. 3. nu. 55. per quas disponitur, vt copiam indiciorum, seu eorum originalia tradantur aduocato, vel procuratori pauperum videntia gratis, sine aliqua impensa, cum alias notarius non possit tradere originalia processus, secundum communem opinionem attestatam per Io. de Amic. conf. 106. nu. 7. Baiard. q. 49. nu. 6.

## Reo quæ sint edenda.

## S V M M A R I V M.

- 1 Reo dari debent ea omnia acta, & indicia, quæ possunt etiam in minimo ipsum grauare.
- 2 Reo sunt edenda supplicationes, preces Principi porrectæ, nec non memorialia, & alia, quæ fuerunt deducta in processu contra ipsum.
- 3 Reo sunt edenda etiam constituta testium subornatorum, cum ex eis possit reus aliquam defensionem desumere, & falsitates detegere.
- 4 Allegationum iuris copia est etiam reo tradenda saltem de consuetudine.
- 5 Interrogatoriorum copia non est tradenda.
- 6 Reo sunt tradenda omnia percutienda nocentiam, vel innocentiam absentium, quando percutiunt reum carceratum, ne ei tollatur facultas se tuendi.
- 7 Nomina testium examinatorum nō sunt reo specificanda, secundum vnam opinionem.
- 8 Contraria autem opinio verior est, vt etiam nomina testium sint reo specificanda, præterquam in crimine heresis, & in quibusdam alijs criminibus exceptis.

9 Nomina testium examinatorum ad defensionem rei, si aduersarius esset potens, & timeretur ne illos subornaret, non erunt notificanda fisco, & adherenti.

10 Aduocatus, quando omnia contenta in processu contra reum non decernuntur in traditione copie, debet protestari, vt de illis omissis nulla habeatur consideratio.

11 Copia processus est danda, postquam reus declarauit testes pro ritè, & ritè examinatis, vbi viget talis consuetudo.

12 Notarius non tenetur dare copiam processus, nisi sibi fuerint tradita arra, & deinde totum pretium, nisi reus fuerit pauper.

13 Appellatio admittitur a denegata copia processus, non solum quando expresse denegatur, sed etiam quando iudex taceret, appellari potest à dicta taciturnitate.

14 Notarius, postquam fuit decreta copia processus, potest compelli ad illam tradendam.

15 Copia processus denegata omnia facta dicuntur nulla.

## C A P. III.

IN hac questione Aduocatus habet intentionem fundatam, vt suo principali edi debeant omnia acta, & indicia, & ea omnia, quæ ad reum pertinent, etiam si in minimo possint ei nocere, Cepoll. conf. 41. n. 15. Gabr. concl. 9. n. 47. lib. 7. Bertaz. conf. 130. nu. 1. & 3. Scacc. in tract. de indic. lib. 1. cap. 100. numero quarto, & 6. vbi alios & duplici ratione Doctores mouentur; & prima est, quia non concedendo omnia acta reo, auferret ei iudex defensiones, quas minime auferre potest, Abb. in cap. si quis contra, num. 48. de for. compet. Cartar. da execut. sent. c. 1. n. 116. secunda est, quia omnis actus iudicialis efficitur communis vtrique parti, Fulgos. in l. si legatum n. 1. ff. de æden. Dec. in l. 2. sub n. 16. C. eod. Marant. in Specul. p. 6. art. 10. n. 53. A sin. in pract. §. 22. c. 8. nu. 3. Scacc. d. cap. 100. n. 6. in fine, & ob id mihi non placet opin. Caualc. de Testib. p. 4. n. 121. vt iudex non teneatur dare copiam processus nec iurium, quando fiscus eis vt non velit contra reum, & caueat quilibet iudex ab ista opinione Caualc. & in proposito sciat Aduocatus quod iura, instrumenta, & alia scriptura non probent nisi producatur parte citata, vel presente, & detur copia parti cum termino ad opponendum, vt late exclamat Marf. sing. 81. ex doctrina Bar. & aliorum in locis per eum adductis.

2 Immo ex istis rationibus sunt edenda reo etiam narrata, & supplicata Principi, si fuerint pducta Papiæ, in pract. in form. pet. cop. instr. in prima glos. Scacc. in d. c. 100. n. 5. ac etiam erit edenda reo copia libelli accusatoris inquisitionis, vt sit omnino tradenda, cū stet loco libelli, & copia libelli accusatoris etiam tradenda fit; & idē erit in copia monitorij, vbi formatur, prout in Curia; immo illius copia transmittitur etiam non petita, dixi supra in defensione circa citationem. † Ac etiam erit edenda copia Constitutorum testium subornatorum, cū multa possint esse in dictis constitutis, quæ tēdant ad defensionem reorum, & forsan detegerēt falsitatem testium, vt bene tradit Baiard. q. 49. n. 45. seq. reprobato Vulpell. in resp. 102. si quis desiderat conciliationem inter istos duos doctores videat Caualc. de testib. p. 4. n. 123. vers. sed sui eiusd. opinionis.

4 Nec nō dāt copia allegationum iuris, si i actis pducāt, licet de iure sit ita opi. cōtrouersa, vt est videre apud Iaf. in



Iaf. in l. 1. §. ædenda num. 6. ff. de eden. Marant. in suo Specul. par. 6. act. 10. num. 58. Afm. in pract. §. 24. nu. 7. Giud. Pap. decisione 443. Baiard. q. 49. n. 3. Sed Io. de Amic. in conf. 103. nu. 3. respondit etiam de iure copiat allegationem iuris esse tradendam, de consuetudine autem indistinctè datur, & testatur Scacc. in d. cap. 100. nu. 14. & ita passim obseruatur in Curia, sed ita istæ informationes non dantur in actis, sed in claude iudicis, qui deinde breui manu prædet illas aduocato rei.

5 Copia autem interrogatoriorum minime datur, propter timorè subornationis glos. in cap. 2. verb. interrogatoria de test. in 6. Foely. in cap. per tuas nu. 3. de test. Bal. in l. data opera §. 6. vers. nota tamen, C. qui accus. Dec. in l. is apud què n. 19. C. de æden. Marant. l. act. 10. n. 57. & act. 4. nu. 17. & ita vidit semper obseruari, tam in statu Ecclesiastico, quam in Regno. Scacc. ita testatur in d. cap. 100. n. 15. Abb. in d. c. per tuas nu. 2. de testib. dicit, si quod iudex vellet dare copiam interrogatoriorum parti, posset appellare Modern. Rom. q. 73. num. 19. & ibi concordantes allegat, & subdit nisi pars consentiret, vt traderetur copia, quia tunc iudex hoc facere posset, licet ipsa pars per d. consensu fatua reputaretur, qui doct. loquuntur antequam testes super interrogatorijs examinentur, Caualean. de testib. par. 4. sub n. 123. vers. sicuti non datur, vbi etiã quod non detur copia quarundam instructionum iudici daturum ad eum informandum, nec nominum testium ante aperturam.

6 Depositiones autem, ac alia percutientia nocentiã, vel innocentiam absentium minime edenda sunt, sed eorum nomina, & alia, quæ pertinent ad eos supprimi, & deleri debent, dummodo in minimo non tollatur carcerato facultas defensionis. Clar. q. 49. vers. sed pone, Foller. in pract. crim. in verb. detur copia capit. n. 12. Quod dicit esse valde notandum Far. q. 39. n. 157. Cartar. de interrog. reor. li. 3. cap. 2. nu. 7. Ambros. de mod. form. proces. infor. li. 3. cap. 1. n. 59. & seqq. Baiard. q. 49. n. 3. vide Prax. Arch. Neap. c. 28. sub. n. 11.

7 Nomina autem testium examinatorum, aliqui tenent, vt non sint edenda, neque notificanda, & maxime quando vigeret suspitio, & periculum subornationis, propter potentiam inquisiti, Paris. conf. 2. n. 174. li. 4. qui testatur, quod ita firmant omnes scribes. Simanch. de hæret. cap. 62. n. 9. Scap. de iur. non script. c. 41. n. 6. Cartar. de interrog. reor. lib. 3. c. 3. n. 98. vbi subdit, quod licet supradicti Doctores loquantur in crimine hæresis, tamẽ idẽ erit obseruandum in alijs causis ob potentiam reorum, vt per Clar. d. q. 49. vers. habetque locum, & ideo inoleuit practica, quod dentur nomina testium, confusa, & separata à dictis testium, ob potentiam reorum, ne possint scire quid ab vnoquoque eorum dictum fuerit. Blanc. in pract. crim. fol. 38. nu. 80. & ita obseruauit Senatus Mediolanensis in causa homicidij, in qua propter potentiam aduersariorum, iudices non edebant nomina testium, nisi, prout sibi videbantur, vt testatur Clar. in d. q. 9. vers. habetque locum, & refert Cart. in d. li. 3. c. 3. n. 101. Moder. Roman. q. 39. n. 86. Scacc. in d. cap. 100. n. 12. vers. limita hanc conclusionem, Th. Triuis. dec. 44. n. 2. & seqq. dicēs ita fuisse decisum coram Nuncio Veneto, sed loquitur in Ciuilibus, non in crimin.

8 Contrariã autẽ opinionem, vt sint reo nomina testium examinatorum edenda, iuxta tex. in cap. qualiter, & quando el. 2. §. debent igitur extra de testib. tenent Fel. post Bal. in cap. per tuas n. 3. in fine de test. Vestr. in

Tomus Secundus.

Pract. l. 6. c. 2. n. 18. quam opinionem ibi Vestr. dicit magis rationabile, vt reus possit facere interrogatoria, cum munus interrogantis, non tantum ex qualitate probandorum, quantum ex qualitate testium perficiatur, & pondus depositionis magis consistat in qualitate testis, quã dicti, & ob id testibus, & non testimonijs iudicandum sit, Crauett. conf. 9. n. 10. & Vestr. vbi supra dicit, non antea incipere dilationem ad dandum interrogatoria, quã sint edita nomina testium, & sequitur Scac. in d. c. 100. n. 12. vers. contrariam sententiã. Clar. q. 49. vers. habetque locum vbi tradit, quod nunquam alias vidit per Senatum obseruari, vt non edantur nomina testium, nisi in casu supradicto, & Scapp. in d. c. 41. nu. 3. etiam dicit, quod nunquam aliter seruari vidit, prout etiam testatur Modern. Rom. d. q. 39. n. 87. non obstante quavis potentia inquisiti, latè hanc opinionem tuetur Franc. personal. in tract. de ind. & tortur. nu. 19. & dicit contrariam consuetudinem non valere tamquam corruptelam. Prax. Arch. Neap. c. 28. n. 1. vers. sunt concedenda Caualean. de testibus parte 5. numero 10. dicit de iure Canon. debeant dari, licet secus sit de iure ciuili, vel quod sit standum consuetudini loci, Cart. d. lib. 3. c. 2. n. 101. vbi etiam refert, quod Paulus III. in Bulla. In fauorem omnium pauperum, statuit, quod tradatur reo copia indiciorum cum expressione nominum testium, vt inquisitus se defendere possit, præterquam in crimine hæresis, & alijs criminibus a iure exceptis, iuxta tamẽ iuris dispositionem, sequitur Moder. Rom. q. 39. n. 85. vbi de communi, And. Gayl. de Pace publi. 2. c. 7. nu. 6. seq. & post hæc scripta superuenit reformatio S. D. N. Pauli V. sub Rub. de iudicib. crim. per quam disponitur vt nomina testium exprimantur.

9 Bene verum fateor, quod si testes examinari debeant ad defensionem, & imminet periculum subornationis, vel impedimenti, ob potentiam, vel calliditatem aduersarij, non erit facienda editio de nominibus testium examinandorum, vt bene tuetur Honded. conf. 191. num. 43. seq. vol. 1. vbi allegat Bal. in l. fin. num. 16. C. de eden. Alex. in l. 1. §. conditiones num. 20. & seq. ff. eod. Marant. de ord. iud. part. 6. act. 10. Rubr. de Actor. edit. num. 60. Campeg. de testib. reg. 300. in princ. Qui Hond. vbi supra firmat eam debere, postquam testes fuerint examinati, & hoc intelligit, quando datur instigator vel Fisco adhærens, & in omnem casum, si edi debeant Fisco, non tamen debent propalari querelanti, stante timore subornationis, vel impedimenti, cuius opinionem omnino toto pectore amplector, prout sequitur etiam Moder. Rom. in consil. 65. num. 11. Nec obstat, quod in iudicio criminali sit seruanda æqualitas inter partes, & ideo, sicut Fiscus tenetur edere nomina testium, ita reus, quia respondetur, quod sit seruanda æqualitas in pari casu, postquam testes fuerint examinati, sicut euenit in Fisco, instigatore, qui edunt nomina testium, postquam fuerunt examinati, & postea non est inconueniens, vt reus aliquam prærogatiuam in hoc habeat, cum fauorabilior sit semper materia defensionis, per ea quæ millies superius dixi.

10 Et cautela erit pro defensore, quando iudex non concedit integram copiam totius processus, & actorum, vt protestetur, quod de petitis, & non exhibitis in copia nulla habeantur ratio, vt tradit Foller. in pract. crim. in verb. detur copia capitulorum n. 2. & sequitur



- tur Scacc. in d. cap. 100. nu. 11. vers. & quia posset.
- 11 Copia autem processus dari debet, postquam processus est completus, & postquam reus declarauit testes pro ritè, & rectè examinatis, vbi viget consuetudo ita declarandi, & postquam copia processus fuit decreta a iudice, & postquam fuit tradita arra, & ante consignatione, Notario satis fiat de competenti mercede, vt de communi testatur Marant. in Specul. part. 9. act. 10. nu. 59. Scacc. in d. capit. 100. n. 8. Caualecan. de testib. par. 4. nu. 114 vbi subdit quod si pluries pars copiam processus v. luerit, pluries debeat Notario soluere mercedem nisi fuerit pauper, quia tunc erit gratis tradenda copia, vt superius dixi, sed Florentiæ non datur copia testium nisi factis defensionibus, sed tantum prius copia querelæ, & inquisitionis vt testatur Caualecan. de Brach. reg. part. 3. nu. 25. circa finè, qui dicit, quod hoc non laudat, neque vituperat, sed ego certè quidem non laudo.
- 13 Aduocatus autem, si iudex denegat copiam processus, quando de iure est concedenda, debet appellare, cū dicatur inferre grauam. Marant. d. act. 10. n. quinquagesimo tertio, Ant. de Nigr. super Cap. Regni capit. 142. n. 8. Modern. Roman. q. 39. n. 72. Scacc. d. c. 100. n. 9. vbi subdit, vt possit appellare, nō solum, quādo negat, sed etiā quando tacet, vt tradit Neuiz. cōf. 97. n. 17. seq. & formam appellationis ponit Luc. Pet. in pract. cap. c. 6. lib. 2. n. 8. seq. & debeat fieri coram iudice, & non sufficit protestatio facta corā notario, & iudici notificata. Far. q. 75. n. 7. vbi alios allegat, &
- 14 quā documque ante sententiam potest appellari. Caualecan. de testib. part. 4. sub n. 122. † & similiter, si notarius renuat tradere copiam decreti, poterit compelli, vt per Bal. in l. precipimus n. 1. C. de appell. & Dec. in l. 2. n. 14. C. de eden. Scacc. d. c. 190. n. 9. in fin. Et denegatis defensionibus omnia inde secuta sunt prorsus nulla clem. pastoralis, de sent. & re iudic. Amod. cōciuis meus, de Synd. n. 223. Vulpel. responf. 21. nu. 7. decis. Auenion. 15. per totā, quæ loquitur in confessione, vt sit nulla, etiam si cōstaret de corpore delicti, vel esset indicij adminiculata. Farinac. q. 39. nu. 84. vbi de communi, vbi etiam alios allegat: latè etiam Laderc. Imol. conf. 184. nu. 6. & seqq. & sub nu. 13. sine difficultate dicit procedere, quando copia processus fuit petita vt si deinde sequatur, sententia sit nulla, & ibi alios allegat.

Pendente termino, vel dilatione ad faciendum defensiones iudex nihil innouare potest.

S V M M A R I V M.

- 1 Terminò, vel dilatione pendente data reo ad se de fendendum iudex interim nihil innouare potest.
- 2 Processus fabricatus dilatione pendente, an sit nullus ipso iure, vel ope exceptionis veniat annullandus.
- 3 Dilatione pendente, si iudex in concessione dilationis reseruauit sibi facultatem procedendi poterit ad vltiora deuenire, non obstante dicta dilatione.
- 4 Iudex dilatione pendente potest illam reuocare, & ad vltiora procedere, & quando hoc sibi liceat facere, vide hic per Authorem.
- 5 Item potest procedere ad vltiora, quando pars, cui fuit data dilatio, instat pro expeditione causa.
- 6 Item potest iudex pendente dilatione ad vltiora procedere, quando illam concessit super actu nullo.

- 7 Item, si adesset suspicio tumultus in populo ob dilationem datam.
- 8 Dilatione vna pendente an iudex possit dare aliam dilationem incipiendam, finit a prima dilatione.
- 9 Dies termini in proposito, an cōputetur in termino.
- 10 Dilationes omnes vni parti datæ sunt inter ipsas partes communes.

C A P. IV.

**C**Ausæ defensor in ista quæstione habet intentionem fundatam per text. in l. vnus, §. cogniturum, ff. de quæst. vt iudex superfedere debeat, pendente termino ad se defendendum reo dato in procedendo ad vltiora, & ibi notat, Marfil. num. 123. Bursat. conf. 201. num. 75. lib. 2. & est magis verum in dilatione concessa, vt ea pendente nihil sit innouandum, Franc. in cap. significante, nu. 4. de appell. Paris. conf. 106. nu. 14. lib. 4. Lancell. de attent. cap. 7. numero 1. & seqq. Modern. Roman. quæst. 39. nu. 7. & seqq. Caualecan. de Brach. reg. par. 3. nu. 4. vers. sed ad vnum vbi dicit procedere etiam in iudice habente brachiū regiū, latè Grat. conf. 77. num. 5. & seqq. par. 2. qui reddunt bonam rationem, cum facta pendente dilatione, dicantur facta ab eo, qui carebat officio, seu exercitio iurisdictionis, quia in dicto tempore officij iudicis conuiescit, Vestr. in pract. lib. 7. cap. 1. num. 16. per text. in l. siue pars, C. de dilat. Baiard. q. 48. numero 4. Anton. Gabr. lib. 2. tit. de dilat. conclus. 1. num. 1. vbi ponit ad istam propositionem ampliaciones, & limitationes, & dilatio data absenti non currit, nisi a die quo fuit intimata, & illa dies intimatiōnis non computatur in dilatione, Marant. in specul. par. 6. act. 3. num. 14. vbi alios allegat.

**S**ed contingit dubitari, an processus sit nullus ipso iure, vel veniat annullandus ope exceptionis, quia fuit factus dilatione pendente, & Ant. Gabr. in d. conclus. 1. num. 3. dicit esse ipso iure nullum, & allegat gloss. in l. 1. in verb. nullus, ff. de ferijs, Boer. sing. in verb. dilatio, il primo, & Ias. Bald. & Franc. in locis per eum allegatis, latè Grat. dict. conf. 77. num. 6. & seqq. & plus dicit, quod sit nullus ipso iure, etiā parte non opponente, nec possit de consensu partium ratificari, cum consensus partium non possit operari, vt fingatur iudicem non habentem iurisdictionem, neque eius exercitium retrohabuisse. l. obseruare, fin. ff. de offic. proconsul. & leg. Bald. in l. penult. col. fin. C. de arbitr. quod pro notabili sequitur Ias. in l. 2. in fin. ff. de re iudic. Ant. Gabr. d. concl. 1. nu. 3.

**P**rimò limita, quādo iudex in dilatione cōcessa reseruauit sibi potestatem ad vltiora procedēdi, quia tūc poterit, nō obstante dilatione, ad vltiora procedere. Lancell. de attent. c. 7. n. 28. & seqq. cū possit iudex dilationē legalē abbreviare, & progare, iuxta personæ, & negocij qualitatem. Menoch. cas. 52. de Arb. Caualecan. de testib. par. 5. n. 29. seq. vbi tamē subdit, quod iudex teneatur exprimere causā, quare recedat a dilatione legali, vel statutaria. Et hic in Curia Tribunalis Gubernatoris fuit introducta practica, quod in delictis notorijs, & vbi certum est, quod non potest adaptari defensio, iudices concedant terminum trium dierum ad faciendum suas defensiones, cum clausula plus, & minus arbitrio iudicis, quo casu pendente dilatione, tutè ad vltiora procedunt, vt dicit



dicit Modern. Rom. q. 39. n. 11. seq. & ulterius pronuntiant loco copie esse tradenda originalia Procuratori, & Advocato, Peregr. conf. 2. nu. 149. vol. 2. sed hac practica Iudices non debent uti, nisi in delicto graui, & atroci, & in flagranti crimine, & vbi aperte constaret nullam defensionem reo competere, secus si aliquod dubium considerari posset super quo opus, & labor est, vt firmat idē Moder. Rom. q. 56. sub n. 106.

4 Secundò limita, quando iudex expressè dilationem reuocauit, quia tunc poterit deuenire iudex ad vltiora. Franc. de appell. c. significante, n. 16. Grat. conf. 77. n. 17. & conf. 78. per totum, p. 2. Modern. Rom. d. q. 39. n. 10. vbi subdit, quod nunquam debet dilationē reo concessam reuocare, nec potest, nisi ageretur de euitando scādalo in populo, & essemus in delicto notorio. Cauale. de Brach. reg. p. 3. n. 4. vers. sed ad vnū, firmat, quod nec iudex habens brachium regium potest dictum terminum, vel dilationem reuocare, quod est notandum hic in Curia per Gubernatorem Urbis & eius officiales, & Grat. d. conf. 77. n. 18. dicit, quod isto casu iudex nō debet ex abrupto ad vltiora procedere, sed erit citandus reus ad videndum reuocari dilationem, & vnico contextu, vel citatione citare ad videndum procedi ad vltiora, siue ad sententiam, Ant. Gabr. d. concl. 1. nu. 10. dicit, quod si fuerit data dilatio de consensu partium, non poterit iudex illam reuocare, absque consensu ambarum partium, & sequitur Baiard. q. 48. n. 1. vbi tamen prius dixi, quod si reus acceptasset dictam dilationem, vt iudex non posset amplius illam reuocare, nec abbreviare, & dicit hanc esse communem opin. post Balb. dec. 338.

5 Tertiò limita, quando pars ipsa, cui fuit data dilatio, instet pro expeditione causæ, Grat. d. conf. 77. n. 21. vol. 2. vbi etiam respondet ad illud, quod dicitur, quod dilatio sit communis vtrique parti, sicut è contra, quando iudex breuiorem dilationem concedit, vt pars protestetur, quod possit de iure petere aliam dilationem, cui est danda sine alia causæ cognitione, cum non dicatur noua dilatio, sed potius reintegratio, & suppletio primæ, vt post Inn. Bal. & alios tradit Marant. de ord. iud. p. 6. act. 3. n. 17. mihi fol. 435.

6 Quarto limita, quando esset data dilatio ad aliquid faciendum, quod nullum esset, quia potest iudex super actu valido procedere, non obstante dicta dilatio, Crat. d. conf. 77. nu. 20. vers. præterea dico.

7 Quinto limita, quando ob dilationem datam tumultus in populo oriretur, quia tunc iudex ad illum sedandum, vel ei occurrendum, poterit deuenire ad executionem, vel ad vltiora procedere, quamuis penderet dilatio, vel terminus ad faciendam defensionem. Marf. in pract. crim. §. ulterius, n. 30. Farin. q. 21. n. 145. q. 39. n. 9. & alias dixi, quod iudex debet de isto periculo tumultus constare facere in actis, ne deinde in syndicatu aliquid mali sibi contingat.

8 Et scias, quod pendente vna dilatio, potest dari alia, quæ incipiat finita prima dilatio. Doct. adducti per Ant. Gabr. d. concl. 1. n. 25. declaratque procedere, quando secundus actus est omnino diuersus à primo, secus si dependeat a primo.

9 Et in proposito, an dies termini computetur in termino, vide latè Duen. reg. 196. & reg. 197. & Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 11. n. 19. & 42. vbi ponit ad istum articulum multas declarationes, & latè etiā Caualecan. de testib. par. 4. nu. 192. & seqq. Vant. de nullit. ex

defect. process. num. 59. & tit. ex defectu iurisd. nume. 60. vbi ponit regulam, vt dies termini non computetur in termino, & præcipue si statutum, vel decretum dicat, quod incipiat currere a die tali, quia illa dictio. A. stat. exclusiue, secus quando diceret proba hinc a decem dies, vel vsque ad talem diem, vel si expressè diceret, quod dies termini computaretur in termino, vt est latè videre per Cauale. d. p. 4. nu. 194. & seq. vbi concordantes allegat.

10 Sciasque etiam quod omnes termini, & dilationes vni parti datæ sint inter ipsas partes communes, etiā quod eis re integra renunciaissent Cauale. de testib. p. 5. n. 35. vbi alios allegat, & etiam si terminus datus esset minori iure speciale restitutionis in integrum, vt post Carauit. rit. 90. n. 2. & seq. tradit Baiar. q. 48. n. 8. & latè post alios, quos allegat Marant. de ord. iud. p. 6. in verb. De dilatioe nu. 18. vbi subdit, quod est cōtinua, cū in ea currant et dies feriat, nisi tota dilatio absorberetur a ferijs, & ibi ponit exemplum.

Reo est dandus terminus ad se defendendum

S V M M A R I V M.

- 1 Reo est dandus terminus ad faciendum suas defensiones, iuxta qualitatem personæ, & distantiam loci.
- 2 Iudex, quando decernit copiam processus, debet etiam statuere terminum reo ad se defendendum.
- 3 Terminus non vnus solus, sed plures sunt concedendi reo ad se defendendum.
- 4 Termini ferè dicuntur arbitrary in materia criminali, & sic plures concedi possunt, sed facilius conceduntur reo, quam instigatori.
- 5 Aduocatus, quando vult habere plures terminos, ac dilationes pro reo debet deducere, quod reus est carceratus, & successiue cessat calumnia suspicio, & quod in primis dilationibus fecit diligentias, & fuit impeditus, & similia.
- 6 Terminus debet concedi reo ad faciendas defensiones, vt saltem pati, quod illas faciat, quamuis extaret statutum vt in primo termino reus omnia producat.
- 7 Defensio facta sine termino in fauorem rei, & pro innocentia, tenet.

C A P. V.

1 R Eo est dandus terminus ad faciendum suas defensiones, alias iudex tenetur de dolo in syndicatu. Marf. in pract. crim. §. Nunc videndum. nu. 19. Plot. de in lit. iur. §. 30. n. 9. Rol. conf. 12. nu. 44. & 58. lib. 3. Farin. conf. 64. n. 9. Peregr. conf. 2. n. 144. vol. 2. vbi alios allegat Franc. Personal. de indic. & tortur. nu. 20. 26. Card. Tusc. in litt. T. concl. 326. n. 15. & solet in ipso decreto apponi terminus trium dierum de stylo, & consuetudine. Cartar. de interrog. recr. lib. 3. c. 3. n. 74. vbi subdit, vt iuxta qualitatem personarum, & distantiam loci detur terminus duorum, trium, aut plurium dierum arbitrio iudicis. Ambros. de process. inform. li. 3. n. 23. & de communi obseruantia in Regno, & terminus duorum dierum. Marant. in Specul. p. 6. act. 14. nu. 15. Cumia de syndic. c. 21. n. 29. dicit, quod in Regno terminus non reperitur taxatus, sed possit dari terminus octo dierum virtute litterarum dispensatiuarum, & quod reo sit dandus terminus ultra indiciorum copias. Clar. q. 48. nu. 1. in fi. vbi dicit, quod secundum communem practicam, eodem contextu solent



- 2 † solent iudices publicare processum offensuum, & eius copiam parti decernere, vna cum termino ad faciendum suas defensiones, Ant. Gomez c. 13. sub nu. 33. tit. de delict. Modern. Roman. q. 39. nu. 3. Foller. in pract. crimin. in verb. & facta lite constet. n. 1. vbi firmat, quod iudex de necessitate tenetur dare terminu ad se defendendum, & in verb. & si confitebuntur nu. 51. Nouel. in tract. ad defensionem, c. 3. n. 5. & ita per totum mundum practitari, testatur Corrad. in pract. Rubr. de preced. ante diffin. n. 3. vers. statuere etiam debet: quæ opinio, vt videmus, est communiter a Doctoribus recepta, prout etiam est vsu, & consuetudine approbata, & bene etiam desumitur ex dicta Bulla Pij IV. vers. pendente termino, de qua mentionem feci in precedenti capite.
- 3 Et sine altercatione, non vna dilatio, nec vnus terminus dari debet, sed tres reo concedendi sunt. Iaf. in l. properandum, n. 16. C. de iud. tex. in l. fi. de Fer. Cartar. l. lib. 3. c. 2. n. 76. qui dicit, quod licet d. l. si loquatur de causis capitalibus, tamen procedit in quibuscunque causis criminalibus, & Clar. in d. q. 48. vertic. quæro. Cauale. de testib. p. 6. nu. 36.
- 4 Et cum probationes, ac dilationes in causis criminalibus sint arbitrarie, secundum Inn. in c. ad petitionem. n. 4. de accus. quæ Doct. communiter sequuntur, vt testatur Alex. in l. 2. n. 8. de re iud. Clar. d. q. 45. vers. quæro. Ideo solent iudices plures de facili concedere dilationes reis, quam accusatori. Cauale. de testib. p. 5. n. 34. præsertim, quando sunt in carceribus, cū tunc cesset præsumptio calumniæ, quod rei velint causam in longum protrahere Clar. in d. vers. quæro Cartar. d. li. 3. c. 2. n. 76. Farin. d. q. 39. n. 4. & seq. vbi post alios, quos allegat, dicit, quod sit danda quarta dilatio, iuxta gl. magnam vers. sed in criminali causa in d. l. fin. de ferijs, eoque maxime, quando petitur ad alium effectum, quam ad eum, ad quem datæ fuerunt aliæ tres dilationes, Brunor. a Sole in cons. crim. n. 169. & seq. Benintend. decis. 45. n. 1. & seq. vbi latè Decian. resp. 18. n. 197. lib. 1. immo in omni casu erit danda dicta quarta dilatio, cum sit mora modici præiudicij, quantum reus nocens sit. Farin. in d. q. 39. n. 6. in fi. Card. Tusc. in lit. T. concl. 326. n. 16. vbi testatur post Iul. Clar. vbi supra, ita seruari de consuetudine. Sed si reus fuerit in carceribus, tunc omnino danda sit dicta quarta dilatio, cum cesset tunc præsumptio calumniæ ex Clar. in d. q. 48. vers. quæro: Immo tunc etiam aliæ dilationes vltra quartam, dandæ sint, maxime si reus in primis dilationib. fuerit impeditus conducere testes, & alia sibi necessaria facere, per ea, quæ tradit Benintend. in d. dec. 45. n. 3. & seq. † ad quod Aduocatus sumopere animaduertere debet in deducendo dicta impedimenta, ac diligentias factas per ipsum carceratū & quod per eundem non stetit, & in omnem casum, quod cesset omnis præsumptio calumniæ, cum detineatur in carceribus, & etiam in crimine adulterij sunt dandæ dilationes de consuetudine, quicquid dici possit de iure in contrarium. Iul. Clar. q. 48. nu. 3.
- 6 Imo, si adesset constitutio, quod in primo termino omnia producantur, prout est in Regno Neapolitano per Cõstit. quæ incipit lite legitimè contestata, de æquitate permittitur, quod Reus sine aliqua dilatione examinet ad pinguius probandum, & se defendendum, ex quo sumus in criminalibus. Capic. dec. 81. in fi. Carau. rit. 69. latissimè Foller. in prac. crim. in verb.

& facta litis contestatione, nu. 9. Baiar. q. 48. n. 5. & si vnico perēptorio daretur terminus reo ad faciendum suas defensiones in d. termino ei licebit tres, vel quatuor producciones facere, vt post Capel. Tholos. i 16. & ibi Aufred. Cauale. de testib. p. 5. nu. 20.

- 7 Ac etiam valeret defensio, si facta fuisset sine termino, secundum Bar. in l. vnus, §. cogniturum, n. 2. ff. de q. & in l. crim. ff. de adult. quia dicit Bald. in l. 1. C. qui accus. non poss. quod in criminalibus dilationes necessariae, non requiruntur, quod dentur. Baiar. q. 48. num. 6. & seq. cum favore innocentiae etiam post conclusum in causa, post sententiam, & post rem iudicatam admittantur probationes, & iudex illas recipere teneatur ex officio, vt latè dicam inferius.

Reo an sit danda copia processus, antequam declararet testes pro ritè, & rectè examinatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Copia processus non est danda reo, nisi prius declaret testes pro ritè, & rectè examinatis, & nisi facta repetitione testium.
- 2 Declaratio de habendo teste pro ritè, & rectè examinatis, operatur, ac si essent testes examinati parte cit.
- 3 Declaratio de habendo testes pro ritè, & rectè examinatis est inducta ad tollendas omnes fraudes, ne antequam repetantur testes discedant, vel discedere cogantur a loco iudicij, vel inducantur ne repeti possint.
- 4 Citationis defectus tollitur per dictam declarationem de habendis testibus pro ritè & rectè examinatis.
- 5 Reus si nolit declarationem prædictam facere, debet iudex legitimare processum suum, cum reus non possit cogi ad huiusmodi declarationem faciendam.
- 6 Decretum iudicis cum clausula, dummodo reus habeat testes pro ritè, & rectè examinatis, nõ valet, cum tollat defensiones, saltē vbi viget consuetudo, vt talis declaratio non fiat, vt in vrbe.
- 7 Declaratio de habendo testes pro ritè, & rectè examinatis debet fieri per principales met, vel per habentes speciale mandatum.
- 8 Declaratio de habendo testes pro ritè, & rectè examinatis non inducitur si facta decreto per iudicem cum dicta clausula, reus accipiat copiam processus, non facta alia expressa declaratione.
- 9 Immo etiam si reus se obtulerit habere testes pro ritè, & rectè examinatis, & insteterit pro copia processus, nisi deinde faciat aliam expressam declarationem, talis prima obligatio nihil facit.
- 10 Reus etiam facta expressa declaratione de habendo testes pro ritè, & rectè examinatis, adhuc potest illam reuocare, antequam habeat copiam processus.
- 11 Declaratio de habendo testes pro ritè, & rectè examinatis in multis locis in practica non seruat.
- 12 Declarandi practica, de habendo testes pro ritè, & rectè examinatis, vbi non viget fiscus solet citare reum, an velit habere testes pro ritè, & c. alias videndum mandare repeti, & ad dandum interrogatoria, alias videndum repeti sine.
- 13 Declaratio de habendo testes, & c. an sit facienda per reū, antequam habuerit copiam processus, Author tenet, quod minimè teneatur illam facere, nisi habita copia.
- 14 Declaratio de habendo testes, & c. an sit necessaria, vbi reus fassus fuit delictum.



1 **S**alictus in l. fi. in fi. C. de q. tradit theorica in practica obseruanda, vt iudex prius examinet testes pro informatione curiae, & si agatur de poena corporali, mandatum relaxet, & deinde diligenter reum examinet, & si neget delictum, iterum teo citato, eisdem testes examinet, & ne reus diutius in secretis carceribus retineatur, donec processus legitimetur, soleat decernere copiam processus cum clausula habitis testibus pro rite, & recte examinatis, qui reus, vel deinde eius legitimus procurator apud acta declaret testes pro rite, & recte examinatis, & tunc conceditur reo copia processus, Cartar. de interrog. reor. li. 3. c. 3. n. 56. cum plur. seq. Ambros. de form. process. inform. li. 3. c. 1. nu. 30. & Scac. de iud. lib. 1. c. 100. sub nu. 11. vers. si loquimur, Adden. ad Hier. Magon. decis. Lucen. 50. n. 2. in lit. B, & ita in statu Ecclesiastico practicitur, vt testatur Cartar. d. lib. 3. c. 3. n. 61. Farin. q. 72. n. 144. prout etiam seruatur in Regno Neapolitano, vt testatur Capic. dec. 74. & Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebuntur n. 51. † & hoc casu perinde est, ac si testes parte citata repetiti essent ex communi omnium praxi, vt dicit Vulpel. respons. 68. nu. 7. & Purpur. conf. 238. in fi. li. 2. cum de iure attestations testium non legitime examinatum de communi partium consensu comprobari possint, l. fi. vbi Bal. & Iaf. n. 16. C. de test. Purpur. d. conf. 238. n. 62. in fi. Cartar. d. lib. 3. c. 3. nu. 62.

2 Et hoc inducitur est ad tollendas omnes fraudes, ne antequam testes repetantur, illi a loco discedant, vel discedere cogantur, aut inducantur, ne deinde repeti possint, & iura filci destruantur, Foller. in pract. crim. in verb. detur copia capitulorum nu. 5. Ambros. de mod. formand. process. lib. 3. c. 1. nu. 29. & ego concuro cum Cauale. in pract. de testib. p. 5. nu. 212. circa finem, vt sufficiat declarare testes pro repetitis absque alijs duob. verbis pro rite, & recte, quia illud verbum pro repetitis debet intelligi cum effectu, & in potentiori significato, l. 1. §. 1. ff. Quod quisque iur.

3 Et talis declaratio operatur, vt examen testium ex defectu citationis non infringatur, Foller. vbi sup. n. 1. & 5. Vulpell. respons. 29. n. 21. & respons. 32. nu. 1. & respons. 68. n. 7. Cartar. d. lib. 3. c. 2. n. 56. 62. & 67. vbi reddit rationem, Modern. Roman. q. 72. n. 149. Baiar. q. 48. n. 3. vbi testatur, quod ita seruatur in omnibus ferè curijs Italiae, sed habetur, ac si processus esset fabricatus parte citata. Vulp. respons. 68. nu. 7. Foller. in pract. crim. in verb. detur copia capitulorum, num. 5.

4 Et si rei noluerint talem declarationem facere, iudex debet legitimare processum, & sic, vel testes repetere reo citato, vel confrontare, & minime antea copiam processus tradere. Cartar. d. lib. 3. c. 3. nu. 63. Ambros. d. lib. 3. c. 1. nu. 40. licet reus ad huiusmodi declarationem faciendam cogi non possit. Vulpell. conf. 32. nu. 6. Burf. conf. 311. nu. 2. lib. 1. † Et ob id decretum iudicis, cum dicta clausula, dummodo habeat reus testes pro rite, & recte examinatis, non valet, cum tollat ei defensiones. Cartar. d. c. 3. nu. 67. & seq. qui prius sub nu. 60. contrarium asseruit, sed Moder. Rom. q. 72. nu. 157. & seq. dicit posse procedere, vt cogatur reus, vbi viget stylus decernendi copias, cum dicta clausula habitis testibus, &c. secus vbi non viget, vt in vrbe, sed quid si nolit dicta declarationem fa-

ere, quomodo compelli possit, dicam inf. in seq. defens. c. 1. n. 1.

7 Ac etiam sciat iudex, quod in proposito requiritur, vt talis declaratio, vel fiat per principalesmet, vel per procuratorem speciale mandatum ad hunc actum habentem. Cartar. in d. lib. 3. c. 3. n. 61. & seq. Ambros. d. lib. 3. c. 1. n. 33. Farinac. q. 72. n. 155. in fi. & ita passim hic in curia obseruatur, ad quod locutenens criminalis A. C. debet animaduertere, vt adfit speciale mandatum, quando admittit aliquem per procuratorem, cum semper in decreto apponatur dicta clausula habitis testibus, &c.

8 Imò praesupposito decreto circa traditionem copie cum dicta clausula habitis testibus, &c. licet reus, vel eius procurator acceperit copias processus si expressè non declarauit testes pro rite, & recte examinatis, consensus, qui resultare videbatur ex receptione copie processus cum dicta clausula, non sufficit, neque reo praedudat, cum requiratur expressa declaratio. Vulpel. resp. 12. n. 18. respons. 32. nu. 1. & 6. Cartar. d. c. 3. nu. 83. Moder. Rom. q. 72. nu. 155. Ambros. d. lib. 3. c. 3. nu. 33. & seq. vbi testatur ita vidisse obtineri in facto. Baiar. q. 45. n. 26. Pet. Caball in quaest. crim. cent. 3. casu 260. nu. 21. in fine, Honded. col. 101. n. 3. vol. 1. & ego passim hic in curia ferè milles obtinui, & de presenti in vna Lunen. Sarzanen. ad fauorem Praesbyteri Dominici Perrinzani de Serzanello feci annullare sententiam, quæ per nouem annos contra eum promulgata fuit ad fauorem filci, quia non declarauit testes expressè pro rite, & recte examinatis, quamuis adesset decretum habitis testibus pro rite, & recte repetitis, & copias processus habuerit.

9 Et in tantum est verum, vt si reus instetisset pro copijs cum oblatione de habendo testes pro rite, & recte examinatis, non tamen pro talibus dicentur habiti, nisi expressè pro talibus habuerit. Gabr. conf. 78. nu. 17. & seq. li. 1. cum aliud sit habere illos pro rite, &c. aliud vero se offerre habere. Hond. col. 101. n. 3. vers. nec satis esset vol. 1. Moder. Rom. d. q. 72. n. 155. Ambr. d. li. 3. c. 1. nu. 37. Pet. Cabal. d. casu 260. nu. 21.

10 Immo quod plus est, etiam si expressè declarauit reus velle habere testes pro rite, &c. si nondum sibi tradita fuerit copia indiciorum, poterit dictum consensum reuocare. Gabr. d. conf. 178. n. 17. & seq. Honded. conf. 101. n. 33. Farin. d. q. 72. n. 116. Ambr. d. li. 3. c. 1. nu. 36. Claud. Bertaz. ad Patrem in conf. 62. in lit. B, in fi. li. 1. Baiard. q. 45. nu. 72. vbi reddit rationem. Nec est curandum, quid dicat Caualecan. in pract. de testib. p. 5. num. 212. circa fi. quod si reus tunc recuset declarationem habere ratam, vt debeat allegare causam d. poenitentiae, quia omnes supradicti doct. absque allegatione causae admittunt, vt possit penitere.

11 Bene verum est, quod in aliquibus locis talis practica declarandi testes pro rite, & recte examinatis non seruatur, prout in Regia Prouinciali Audientia, vt testatur Foller. in pract. crim. in verbo detur copia capitulorum, n. 5. Cartar. d. lib. 3. c. 3. nu. 62. vers. quæ quidem. Nec minus hic in curia Romana seruatur, cum indistinctè detur copia indiciorum sine dicta declaratione, quia testes filci, & curiae, vt plurimum, sunt forenses, & de longinquis partibus, & tempore repetitionis non possent haberi, & irreparabile praedudicium reo declaranti inferretur, vt bene tradit Cartar. in d.



in d. lib. 3. c. 3. nu. 67. Farin. in d. q. 72. n. 150. vbi testatur, quod iudices nunquam potuerunt inducere talē practicam, ob clamores aduocatorum.

12 Et ideo vbi viget practica declarandi testes pro ritē, &c. fiscus solet citare reum ad declarandum, an velit habere testes pro curiæ informatione examinatos pro ritē, & rectē examinatis, alias videndum mandari repeti, & ad dandum interrogatoria, quatenus dare intendat, alias videndum repeti sine, vt tradit Ambros. in d. lib. 3. c. 1. nu. 47. & seq. † vbi subdit arbitrio iudicis relinquendū esse, an velit tradere copias processus ante dictam declarationem, an vero postea; quod sæpē in curia contingit casus ob mutationem dīctorum officialium parum, vt dixi in cura versatorum, qui semper intendunt decernere copias processus, cū dicta clausula habitis testibus, &c. Et certē non video, quomodo reus possit declarare testes examinatos pro informatione curiæ, pro ritē, & rectē, &c. nisi prius viderit eorum depositiones, ac ostenderit Aduocato, vel Procuratori: cum aliter facere, sit defensionē reo auferre, quæ etiam potius ex officio procurandæ sunt, quam aliquo modo diminuendæ, vel tollendæ. Corrad. in pract. tit. de negat. crim. n. 6. & ideo arbitror, & omnino teneo, quod iudices prius debeant omnino tradere copias processus, vt rei possint deliberare circa declar. faciendam.

14 Pro completō autem sciat iudex, quod vbi reus factus fuisset delictum, non est necessaria illa clausula habitis testibus, &c. vt apponatur in decreto; cum ex confessione iam secuta, condemnatio sequi debeat Clar. q. 64. vers. sin autem, & q. 65. in princ. Cartar. de interrog. li. 4. c. 2. n. 29. Ambr. d. lib. 3. c. 1. n. 59. & seq. Sed Baiard. in q. 45. nu. 42. iudicio meo, melius sentit, vt etiam si reus confessus fuerit, iudex apponere debeat dictam clausulam; quia, si ex aliquo capite confessio rei annullaretur, testes non repetiti non probarent, quod fisco damnosum esset, cuius interest plures habere rationes, & fundamenta.

Iudex an possit post decretas copias indiciorum vltius contra reum testes examinare.

S V M M A R I V M.

- 1 Clausula sine præiudicio vltioris processus solet apponi per iudices in publicatione processus.
- 2 Clausula ista, sine præiudicio vltioris processus, superflua ponitur, quando agitur officia iudicis, cum fiscus semper ad vltiora procedere possit de iure, si vero agatur ad instantiam partis, est etiam superflua, cum testes post didicita testificata amplius examinari non possint.
- 3 Testes, post didicita testificata, quando proceditur officio iudicis, possunt recipi, non obstante publicatione processus, secundum communem opinionem.
- 4 Si vero procedatur ad instantiam partis, vel accusatoris, est magna controuersia inter Doctores, & communior est opinio, vt non possint recipi, nisi totaliter cessare posset timor subornationis.
- 5 Et Doctores admittunt hanc communem opinionem, quæ testes recipi debeant super eisdem iudicijs, & capitulis, secus si super nouis, & diuersis.
- 6 Alij autem distinguunt, aut instigator fuit ab initio, aut superuenit post inquisitionem.
- 7 Alij autem tradunt, quod, quando instator esset negligens

vel suspectus, tunc possint alij recipi.

- 8 Testes producti ante publicationem processus, si iudex illos non examinavit, poterunt de nouo examinari, etiam post didicita testificata.
- 9 Testes post didicita testificata possunt recipi ad instantiam partis ad declarandum eorum dicta.
- 10 Articuli quando dicantur noui, vel antiqui, & quando directē, aut indirectē contrarij, & quando dicantur didicita testificata, remissiuē.

C A P. VII.

1 Solent iudices in decreto apponere illam clausulam sine præiudicio vltioris processus, vt testantur Cartar. de interrog. reis lib. 3. c. 3. in fi. & lib. 4. c. 2. nu. 30. Scac. de iud. li. 1. c. 100. n. 11. in fi. Ambros. de process. inform. lib. 3. c. 1. nu. 54.

2 Quæ tamen clausula superflua est; quia, aut agitur causa ad instantiam fisci, solummodo ex mero iudicis officio, & tunc possunt testes denuo examinari, ac de nouo produci etiam post didicita; cum cesset in iudice timor subornationis, latē Nat. conf. 359. vol. 2. conf. 565. per totum vol. 3. Ant. Gabr. concl. 21. nu. 99. tit. de testibus. Iul. Clar. q. 61. vers. sed quæro, vbi de communi, etiam quod procurator fiscalis in ipsa inquisitione interueniat, etiam si fuisset aliquis deputatus a superiore, tanquam fiscali in ipsa causa, per eundem, Nat. d. conf. 565. n. 4. & seq. Si vero procedatur instante accusatore, & tunc etiam sit superflua dicta protestatio, quia post didicita testificata, testes examinari, & produci non possunt, vt plenē per Nat. Ant. Gabr. in locis supra adductis, & ita etiam firmat Cartar. de interrog. reis lib. 4. c. 2. n. 30. & seq. sed Ambros. in d. lib. 3. c. 1. nu. 55. dicit esse dictam protestationem apponendam, quia per eam animus iudicis percipitur perpensus ad alias probationes admittendas, per ea, quæ in simili dicit Iul. Clar. q. 93. & quod illa semper vidit apponi a clarissimis cautiarum criminālium practicis, & ita etiam passim hic in curia apponitur ab omnis iudicibus, & ego etiam illam semper apposui, quamuis rei non possint postea ad d. declarationem faciendam astringi hic in curia, vt supra dixi, nec alibi, vt dicam in seq. defen. c. 1.

3 In hac materia pro utilitate rei, & commodo Aduocati, & pro instructione iudicis cōstitutio regulam, quod si procedatur officio iudicis, etiam adhærente procuratore fiscali, recipi possint testes post didicita testificata, vt per Doct. in c. cū clamor, extra de test. vbi cæteri Doct. & præcipuē Anchar. nu. 5. Ann. n. 2. Abb. n. 3. Aret. n. 5. vbi de communi Felyn. n. 4. Nat. d. conf. 365. nu. 4. & seqq. vol. 1. vbi propriē loquitur, quando in causa interuenit procurator fiscalis. Modern. Rom. q. 75. nu. 413. vbi de communi Thelaur. dec. 62. nu. 2. Surd. conf. 118. n. 3. Hond. conf. 101. nu. 42. & 47. vol. 1. vbi dicit, quod in fisco cessat timor subornationis, quando non adest instigator.

4 Quando autem procedatur ad instantiam partis, vel accusatoris, tunc est opinio controuersa inter Doctores, an recipi possint testes post didicita testificata, vt est videre penes. Farin. in d. q. 75. n. 414. & seq. vbi refert Doct. pro vtraque opinione, & tandem sub nu. 418. cōcludit, quod verior, & communior opinio est, vt minimē recipi possint, & vltra Doctores per eum ibi adductos, eandem opinionem sequuntur. Vrsill. decif. 216. num. 4. vers. ad offensam in add. ad Afflicta Bossi.



Boss. tit. de public. process. n. 5. Pet. de Surd. conf. 266. n. 20. circa med. vol. 2. Thesaur. dec. 262. n. 5. Dec. resp. 59. n. 11. vol. 2. Hód. d. conf. 101. n. 47. & seq. vol. 1. Sed Farin. d. n. 418. & n. 424. dicit posse forsã admitti testes post didicita testificata, etiam de accusatore, vel instigatore, ultra procuratorem fiscalem, quando iudici constaret, quod nullus adesset timor subornationis, vel magna, & ista causa vigeret examinandi, sed quomodo hoc discerni posset per iudicem, hoc opus, & labor est; ideo tutius erit semper inhærere supradictæ veriori, & communiori opinioni. Et quid si minor fuerit, qui fisco adhæret, an restituatur, vt possit deducere nouas probationes, vide latè Caualc. de test. p. 4. n. 186. qui tuetur partem negatiuam.

5 Sed hoc intellige, quando testes examinarentur super eisdem indiçijs, & capitulis, secus si super diuersis, & nouis indiçijs, & capitulis. Salyc. in l. fi. n. 14. & seq. C. de quæst. Marf. in l. 1. §. si quis vltro nu. 1. lib. 3. vbi reddit bonam rationem Gargjar. conf. 126. n. 94. 10. 1. crim. Vulpel. resp. 108. n. 2. vbi dicit, quod superuenientibus nouis indiçijs, recipiantur post publicationem, & etiam post rei relaxationem, Iul. Clar. q. 61. vers. sed hæc quidem in fi. vbi testatur, quod ita semper vidit obseruari. Andr. Gayl. de pact. publ. nu. 10. c. 18. Modern. Rom. q. 75. num. 425.

6 Ac etiam Modern. Rom. in d. q. 75. n. 527. videtur restringere supra dictam communem opinionem, quando instigator superuenierit, postquã iudex incepit inquirere, & tunc, non obstante dicto instigatore, etiã post didicita testificata, possent recipi testes ad probandũ, quæ intelligentia nullo modo mihi placet; quia Doctores, quando firmant, non esse recipiendos nouos testes post didicita testificata, solũmodo considerant timorem, & suspicionem subornationis, quæ consideratio, iudicio meo, bene quadrat in isto instigatore, vel fisco adhærente, siue a principio interuenierit, siue postquam iudex incepit inquirere.

7 Sed melior erit intelligentia, vel restrictio data per eundem Farin. q. 75. n. 248. quando instigator esset negligens, vel suspectus de collusione, & tunc iudex possit nouos testes examinare; quia tunc verè cesset ille timor in ipso instigatore, qui consideratur a Doctores, & ob id solummodo iudex dicitur procedere ex mero suo officio sine accusatore, vel instigatore, & successiuè intrat conclusio supra firmata, vt testes recipi valeant.

8 Si vero testes fuerint producti ante publicationem, & iudex omisit illos examinare, tunc non obstante publicatione processus debet examinari, vt bene post alios, quos allegat, firmat Pet. de Surd. conf. 173. num. 20. vol. 2. Sed latè vide Modern. Rom. q. 75. n. 158. & seq. Idemq; erit quando iudex omisit illos examinare super materijs datis, ac omisit illos interrogare super interrogatorijs et datis. Misung. obseru. 32. nu. 2. vel si testes essent nulliter examinati, quia tunc possunt etiam super eisdem examinari, & repeti Thesaur. dec. 28. n. 1. vbi alios allegat, & testatur de communi vsu omnium curiarum, & sub n. 2. etiam firmat, quod non solum possent testes iam examinati, repeti, sed etiam alij testes non examinati, & quod ita ille Senatus in facto seruauit, & maximè etiã si nullitas pronunçisset ex facto iudicis. Thesaur. d. dec. 28. n. 1. post Giud. Papa, & alias limitationes ponit Caualc. de testib. p. 4. num. 189. & seqq.

9 Ad declarationem verò suorum dictorum ijdẽ testes super eisdem etiam post publicationem possunt recipi ad instantiam partis. Iul. Car. q. 61. n. 4. vbi testatur ita seruari de consuetudine, sed quod ipse non faceret ad instantiam partis, nisi ex iusta causa, & quando aliter veritas sciri non posset, & ibi Baiard. post Bero, dicit, quod pro inueniendis falsitatibus possent etiã recipi noui testes. Farin. q. 66. n. 313. & seq. Plot. conf. 60. n. 15. in fin. li. 1. dicit, si vna cum testibus, produceretur instrumentum, vel aliqua scriptura, etiam testes post didicita testificata admitterentur.

10 Articuli autem, quando dicantur noui, vel antiqui, & quando directè, aut indirectè contrarij Aduocatas videat Modern. Rom. q. 75. n. 29. & seq. quando autem dicantur didicita testificata etiam videat eundem Modern. Rom. ibi sub nu. 34. & seq. & latius, & melius Caualc. de testib. p. 4. n. 188. vbi declarat, quando dicatur nonum capitulum, & quando testes possint produci super eisdem, vel directo contrarijs, & quando in prima instantia, & quando in secunda, vbi ponit multos casus, in quibus publicatio processus non obest productioni nouorum testium, & ex quibus dicantur de didicita testificata.

Reus, quando sibi copia processus decernitur, debet protestari cum clausula, saluis exceptionibus, tam contra dicta, quam contra personas testium, & saluo iure repetendi, & præter mortuos, & absentes.

S V M M A R I V M.

- 1 Index, quando decernit copiam processus, adiçit in decreto, saluis exceptionibus, ac repetitione, & præter mortuos, & absentes.
- 2 Clausula, saluis exceptionibus, &c. operatur, vt reus possit opponere contra personas, & dicta testium, alias sine ea oppositione diceretur, & personas, & dicta approbasse.
- 3 Clausula, saluis exceptionibus, &c. quando reus citatur ad videndum iurare testes, debet opponi per procuratores.
- 4 Clausula, saluo iure repetendi, debet opponi per procuratorem, alias censeretur renuntiatum repetitioni testium super interrogatorijs, quando declaratum fuit, haberi testes pro ritè, & rectè examinatis.
- 5 Testes pro informatione curiæ examinati, debent repeti super interrogatorijs, si non ad effectum conualidandi depositiones, saltè ne defensio rei pereat.
- 6 Interrogatoria dantur per reum aduersus testes repetendos pro illius defensione.
- 7 Clausula, saluo iure repetendi, secundum aliquos non deberet admitti per fiscum, cum per interrogatoria innouantur processus.
- 8 Interrogatoria de stilo omnium Curiarum, ex parte rei non dantur. Contrarium autem tenent hic Doctores.
- 9 Clausula, præter mortuos, & absentes non debet recipi per fiscum. Contrarium autem verius est, & hic latè ponitur per Authorem, quando procedat, vel non procedat huiusmodi protestatio.
- 10 Fiscus an teneatur, non solum indicare testes repetendos sed etiam reconducere ad curiam in loco iudicij, quando reus habuit testes pro ritè, & rectè examinatis.



**S**olent etiam iudices, quando discernunt reo copias processus, adijcere in decreto, saluis exceptionibus, & repetitione, ac præter mortuos, & absentes, & si iudex præfatas clausulas non apponat, debet rei defensor, quando accipiat copias, cum dicto decreto, habitis testibus, &c. excipere cum clausulis præfatis, saluis exceptionibus, & repetitione, ac præter mortuos, & absentes, ut latè docet Cartar. de interrog. reis, li. 3. c. 3. n. 64. circa finem, & nu. 64. cum plur. seq. Ambr. de proces. inform. li. 3. c. 1. n. 19. & seq. & latè Baiard. in q. 49. nu. 34. latè Petr. Cabal. in quæst. crim. casu 269. nu. 20. cent. 3. Et ideo videamus modo de effectu supradictarum clausularum.

Et circa primam clausulam, saluis exceptionibus, tam contra personas, quam dicta testium operatur, ut deinde reus possit contra ipsos testes opponere, & eorum dicta impugnare, quod alias forsan facere non potuisset, cum per dictam declarationem, habitis testibus, &c. diceretur & personas, & dicta testium approbasse. Salyc. in l. si quis testibus. C. de testib. & post eum Foller. in pract. crim. in verb. concedatur repulsa nu. 18. Marant. in Spec. p. 6. in act. 13. nu. 2. ubi docet, quod ¶ cauti procuratores utuntur quotidie in practica, quando eorum principales citantur ad videndum jurare testes, ut protestentur contra personas testium, & dicenda per eos, latè Cartar. d. lib. 3. c. 3. num. 70. & seq. Ambr. d. li. 3. c. 1. nu. 32. Baiard. q. 49. n. 34. Pet. Cabal. d. casu 269. n. 20. Farin. q. 71. nu. 154. ubi indistinctè tenet, quod reus possit excipere contra testes, & eorum dicta, etiam si copias processus receperit sine dicta reservatione, saluis exceptionibus, ubi tamen subdit, & præsertim, si apponeretur clausula præfata, saluis exceptionibus.

Idemque dicunt Doctores in locis supra adductis de clausula, saluo iure repetendi super interrogatorijs, alias non admitteretur amplius testium repetitio, cù repetitioni renuntiasse diceretur, latè Pet. Cabal. d. casu 269. nu. 20. vers. si tamen; Quod ego non reputo verum, quia recipiendo copias simpliciter, non videtur renunciatum esse exceptionibus opponendis contra personas, & dicta testium, nec repetitioni super interrogatorijs. ¶ Immo, si reus declaravit habere testes pro ritè, & rectè examinatis, sine clausula, saluo iure repetendi, adhuc testes deberent repeti super interrogatorijs rei, si non ad effectum convalidandæ primæ depositionis, saltem ne defensio rei pereat. Simanch. de Cathol. instit. tit. 64. n. 23. de testibus, quem ita declarat, & intelligit Hond. in cons. 101. nu. 26. & 36. vol. 1. ubi defendit a reprehensione facta per Gabriel. in cons. 178. n. 18. lib. 2. cum per interrogatoria detegatur falsitas in testibus, ut dixi Marant. in Specul. p. 6. membr. 7. n. 18. ¶ Et quia super dictis testium forsan reus per interrogatoria possit suam intentionem fundare. Burf. cons. 311. n. 4. lib. 3. & sub nu. 7. testatur de communi observantia, ut testes debeant repeti super interrogatorijs. Hond. d. cons. 101. num. 38. ubi respondet Foller. & Clar. attestantibus de contraria consuetudine, imò si testis se nolle respondere dicat, habetur pro non examinato. Burf. cons. 357. n. 11. vol. 4. & si non fuerit examinatus super interrogatorijs de rigore, examen nullum constituitur, vel saltem super eis repetitur, latè Burf. d. cons. 357. nu. 10. & 12.

Sed Pet. Cabal. casu 267. nu. 20. cent. 3. dicit, quod, sine dicta clausula, vel reservatione, omnino cessaret testium repetitio.

Sed licet Baiard. in q. 49. n. 35. vers. alia reservatio, dicat, non esse huiusmodi reservationem, & protestationem repetendi testes super interrogatorijs admittendam, cum ex repetitione testium soleant processus inuolvi, & destrui, & magna oriatut occasio subornandi, & falsitates committendi per doctrinam Clar. in q. 38. vers. quartus est casus, in fi. ¶ Et licet de iure permittatur inquisito facere interrogatoria testibus contra ipsum examinatis, ¶ hodie tamen de stilo omnium curiarum non dantur interrogatoria, cum inquisitus habeat repulsam. Foller. in verb. recipiantur defensiones n. 32. quem sequitur Clar. q. 23. vers. item quæro, & Doct. adducti per Hond. in d. cons. 101. n. 4. vol. 1. Sed Pet. Cabal. in d. casu 269. n. 19. testatur huiusmodi stilum non vigere in omnibus curijs. Imò Follerius met fatetur per stilum esse aliquarum curiarum, quod etiam per inquisitum dentur interrogatoria, & ita servari vidisse tempore suo in quadam Baronia, & Honded. in d. cons. 101. n. 37. refert supradicta verba Foller. & hic in curia passim observatur, quod testes repetantur super interrogatorijs inquisiti; ideo ubi non viget illa consuetudo generalis non repetendi attestata per Clar. & Foller. si reus accipiat copias processus sine dicta reservatione, saluo iure repetendi, deberent repeti super ipsis interrogatorijs rei, & cum ista opinione transit, latè Baiard. in d. q. 49. n. 38. & seqq. per regulam illam, ut reus non possit expressè suis defensionibus renunciare, & testium repetitio deur pro defensione reorum, ¶ & latè sequitur etiam Farin. q. 71. nu. 151. ubi magis dicit procedere, quando sibi reus reservasset facultatem repetendi testes super interrogatorijs, ubi tamen sub nu. 152. in fine refert, qd hic in curia in quodam supremo Tribunali, licet deduxerit ea, quæ latè dicuntur in hac materia per Simanch. & Hond. in locis supra adductis, nihilominus non potuit obtinere repetitionem, quia reus simpliciter declaravit pro ritè, & rectè examinatis, sine illa clausula saluo iure repetendi. Ideò cautus causæ defensor semper apponat dictam clausulam, ad effugiendum omnes fiscales disputationes, quia Doctores volunt restringere istam opinionem, quando quis declaravit, reintegra, & ante datas copias, & tunc possit habere ius repetendi super interrogatorijs; secus si illam simpliciter fecerit post datas copias, sine illa reservatione, saluo iure repetendi.

Circa verò aliam reservationem, præter mortuos, & absentes, Baiard. dicit in d. q. 49. nu. 35. quod fiscus potest instare, ut dicta protestatio, vel reservatio rejiciatur, ut per Foller. in verb. & si confitebuntur, n. 51. cum sit nimis damnosum, quod testes absentes non habeantur pro repetitis, quia si essent presentes, possent induci ad discedendum, ut non habeantur pro repetitis, & si sint absentes, ut non redeant, nec repeti possint, & ob id semper militet suspicio fraudis, & ideo huiusmodi protestatio, tanquam fisco præiudicialis non sit admittenda, & quod ita servatur in magna Curia Vicariæ, quæ est maius Tribunal totius Italiæ, & subintrat illud proverbium, a boue maiore discit arare minor, & quod nunquã vidit in Statu Ecclesiastico aliter practicari, sed omnino rejici dictas protestationes, & quod debeat reus accipere copias pro.



processus cum illa sola protestatione, saluis exceptionibus opponendi contra personas testium, & eorum dicta, cum hoc à lege concedatur. Clar. in quest. 23. vers. item quæro, & Foller. vbi supra dicit, quod in testibus absentibus, qui sint absuri longa absentia, nō audeat affirmare, quod non admittatur talis reseruatione, & protestatio, & quod est etiam maius dubium quoad absentes, quā quoad mortuos, qui amplius repeti non possunt. Qui Baiard. in eadem q. 49. num. 35. & seq. concludit huiusmodi protestationem circa absentes minimè esse admittendam, & idem voluit in q. 45. num. 41. vers. item addè; sed firmat, quod interim reus sit relaxandus sub fideiussione de se presentandò toties, quoties, ne in carceribus marcescat, donec processus conualidetur, & isto modo fisco, & reo succurratur: sed prædicta non procedant in Regno Neapolitano, vbi expeditio causæ criminalis nullatenus retardari potest, prætextu testium Curia non repetitorum, vt per Gramm. decif. 28. num. 6.

Quæ opinio Baiard. mihi quidem videtur rigorosa, & absurda, admissa propositione, vt testes sint repetendi super interrogatorijs rei, quia, si testes sint absentes, quomodo poterit reus vti huiusmodi beneficio repetitionis; & sic videretur posse renūciare ipse reus suis defensionibus, quod minimè facere potest; vt pluries dixi, & latius inferius dicam, vel saltè grauaretur maxima impensa quod testes absentes ad illos reconducendū ad Curiam; & sic duplici onere erit grauatus, vno, vt habeat testes pro ritè, & rectè examinatis, altero, vt grauetur magna impensa ad ipsos testes reconducendos: q̄ minimè est firmandū; cū fauor defensionis sit adeo magnus, vt operetur, quod defensio auxilium à iudice recipiat, nō autè damnū, ac etiam nō sit ipsa defensio ita angustanda, sed bene amplianda; vt pluries dixi, & ita in Statu Ecclesiast. passim seruat, quicquid dicat Baiard. in contrarium, vt etiam testatur Barin. q. 12. n. 153. Et Baiard. dū dicit Tribunal Magnæ Curia Vicariæ esse maius Tribunal totius Italiae, & ab eo omnia alia Tribunalia discere debere, puto, quod voluerit intelligere esse maius numero delinquentium, quia circa iurisdictionem, & causarum qualitates Tribunal hic in Curia Auditoris Camerae, sine alteratione, erit maius, cū extendatur eius iurisdictione vsque ad extremas mundi partes, & per totum Orbem, vbi viget Religio Christiana, quia in eo puniuntur omnes Episcopi, Archiepiscopi, Patriarche, & alij etiam Principes sæculares, prout ego sum bene informatus, cum officiū Locūtenentis generalis illius Tribunalis exercuerim; & quod alię Curie propter maioritatem debeant imitari Curiam Romanam, Mar. Ant. Macer. var. resol. lib. 4. resol. 41. nu. 3. post alios, quos allegat. & Capell. Tholof. q. 115. dicit, quod stilus Romanæ Curia possit allegari in decisionibus causarum quando non reperitur ius in contrarium.

In locis autem, prout in Vrbe, si aliquando cōtingat, quod testes declarentur per reum pro ritè, & rectè examinatis, sine difficultate cessare debet rigorosa opinio Baiardi, cū hic testes sint, vt plurimū, forenses, & de longinquis Regionibus, adeo, quod, vel non possint haberi, vel maximo temporis interuallo habeantur; & ideo, si reus declararet testes simpliciter pro ritè, & rectè examinatis, sine illa reseruatione præter absentes, sequeretur, quod illos non posset repetere super eius interrogatorijs, & ex illis testibus

sequi posset condemnatio: vel, si è longinquis Regionibus euocarentur testes ad se repetendum, marcesceret reus in carceres, & carcer pro pœna quodammodo sibi succederet, vt bene considerat Cartar. in pract. de interrog. reis, lib. 3. c. 3. num. 67. Et ob id in Curia passim recipitur huiusmodi declaratio, vel protestatio faciendā per reos, præter mortuos, & absentes, cum quoad mortuos etiam cessaret repetitio super dictis interrogatorijs, & conualidaretur illa vox mortua, quæ a lege non habetur pro legitima Narr. conf. 349. nu. 20. & seq. lib. 1. Hond. conf. 101. n. 13. & latè qui alios allegat Petr. Caball. cas. 269. num. 8. cent. 3. & ante eum Modern. Roman. in q. 22. nu. 133. vers. contra hanc limitationem.

Sed bene aliquando vidi hic in Curia reuocari in dubiū, quod, secuta declaratio per reum, de habendo testes pro ritè, & rectè examinatis, & saluo iure repetendi, sine d. clausula, præter absentes, Fiscus dicebat; volo reo indicare testes, vbi cōmoratur, & ideo reus poterit reconducere ad libitū suum ipsos testes, & suis expensis, prout omnino repetitio expensis petitis fieri debere, firmant Doct. adducti per Hond. in d. confil. 101. n. 28. vol. 1. De quo latè dicam in materia repetitionis, quāuis reus non teneatur ad illas expensas factas per Fiscum in prima conductione, si veller illos producere pro se, vt post Bal. firmat Iaf. conf. 2. n. 12. circa fin. vol. 1. Ideo ipse reus teneatur suis sumptibus dictos testes reconducere ad Curiam, & satis sit, quod reo fisco indicet, vbi ipsi testes commorentur.

10 Ex aduerso autè contra Fiscum dicebatur, Fiscum teneri, nō solum indicare testes sed eisdem testes reconducere ad Curiam in loco iudicij, cum ipse reus non possit illos compellere ad iterum accedendum ad Urbem, & isto modo indirectè tolleretur facultas reo repetendi testes, & vti non posset isto beneficio, ac defensione resultantē ex ipsa repetitione, & ob id tempore Cardinalis Tabernæ tunc Gubernatoris Urbis fuit resolutum, Fiscum teneri reconducere testes ad Urbem, & reum expensas subministrare, & fuit Fisco assignatus terminus ad quosdam testes reconducendos, qui vere nō potuit omnes reconducere, & de nō reconductis, siue de eorū depositionibus nō fuit habita cōsideratio in meritis causæ; vel debet reo concedi remissoria, vt illos testes absentes repetere faciat super ius interrogatorijs, ne defensio ex repetitione resultantis reo pereat, vbi ipsi testes commorantur.

Testes examinati pro informatione Curie quid probent in locis, vbi non declarentur testes pro ritè, & rectè examinatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Testes examinati parte non citata, non probant.
- 2 Quod procedit etiam quando iudex procedit per viam accusationis.
- 3 Reus debet citari ad videndum iurare testes, & si talis citatio omittatur, testes nihil probant.
- 4 Item debet citari ad videndum iurare, et recipi testes.
- 5 Testes parte non citata, examinati nihil probant, etiam si testes essent mille.
- 6 Testes examinati, parte non citata, nec etiam faciunt aliquod iudicium.



- 7 *Etiā ubi proceditur ex coniecturis, et præsumptionibus, et etiā in crimine læsa maiestatis, et in quocumq; alio crimine excepto.*
- 8 *Item magis procedit, vt non faciat indicium ad torturā.*
- 9 *Testes quando sunt torquendi pro validitate dicti, debet pars citari, vel deferri iuramentum, ea præfente.*
- 10 *Testes examinati, parte non citata, non afficiunt ad torturam vigore cuiusvis arbitri, et etiā si essent remissa omnes solemnitates in procedendo.*
- 11 *Nec minus sufficiunt ad condemnandum.*
- 12 *Nec si pars dederit interrogatoria, nec si procederetur coram magnis Magistratibus.*
- 13 *Tortura illata ex testibus, pro informatione Curie examinatis, adeo est illicita, vt si emanauerit confessio non valeat.*
- 14 *Repetitio testium non conceditur condemnato in condemnato in contumaciam.*
- 15 *Repetitio testium potest tolli per consuetudinem.*
- 16 *Testes mortui quid probent.*
- 17 *Testes examinati pro informatione Curie an probent in crimine assassinij.*
- 18 *Item an in crimine naufragij.*
- 19 *Item an in declaratione depositionis.*
- 20 *Item an in crimine notorio.*
- 21 *Item an in probanda absentia rei.*
- 22 *Item an ubi imponitur pœna ipso iure.*
- 23 *Item an in probanda fama.*
- 24 *Item an in captura decernenda, et quid in crim. hæresis.*
- 25 *Præfens non est citandus.*
- 26 *Reus potest examinari, absque quod testes fuerint examinati, parte citata.*
- 27 *Item in crimine Sodomie; sed contrarium tenent alij.*
- 38 *Item quando nulla competat defensio reo.*
- 49 *Citatio partis non requiritur quando testis torquetur in quo dicto persistat.*

## C A P. IX.

- 1 **E**st maxima defensio in fauorem inquisiti illa, que resultat ex eo, quod testes contra ipsum examinati per curiam fuerint recepti, ipso non citato, quia contra ipsum non probant Marf. sing. 24. & 30. Caputaq. decis. 207. n. 8. & seq. par. 1. Iul. Clar. q. 11. vers. item quæro, quæst. 45. num. 13. & q. 50. numer. 3. Farinac. q. 72. num. 87. vbi de communi, Bertazzol. consilio 24. numero 23. & consilio 81. num. 10. Vulpell. respons. 29. nu. 1. Decian. respons. 91. num. 13. libro 3. Sim. de Præf. conf. 15. n. 18. conf. 36. nu. 1. Gabr. conf. 78. numero 32. lib. 1. Hond. conf. 101. nu. 5. & seq. volum. 1. Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 269. numero 1. cent. 3. vbi cõcordantes cumulauit, & quod non probet etiā in fauorem Fisci de communi testatur Bursatt. conf. 192. numero 34. vol. 2. Mascard. de probat. conclus. 683. num. 1. volum. 1. vbi etiā de communi, Petr. de Surd. conf. 328. num. 3. vol. 1. Baiard. q. 45. num. 55. Franc. Person. de Iud. & Tortur. numero 19. vers. & hac, vbi reprobatur contrariam consuetudinem.
- 2 Quæ conclusio magis procedit in iudice procedente per viam accusationis, & ad partis instantiam, quia citari debet accusatus in receptione testium glos. in cap. 2. in verb. admonendus de testibus. Alberic. de test. cap. 7. num. 38. vbi firmat hoc esse clarum in iure Farinac. d. q. 72. numer. 88. Idemque est quando iudex procedit per inquisitionē, quādo reus est præfens, quia licet soleant recipi sine citatione partis, tamen si non

repetantur nihil probant, si vero reus fuerit absens, & efficiatur contumax, tunc optimè probant, tam in generali, quàm in speciali inquisitione. Iul. Clar. q. 11. vers. item quæro in fin. & istam materiam sic distinctam, relatis hinc inde cõtrarijs comprobatur Mascard. de probat. conclus. 496. num. 11. seq. lib. 2. & conclus. 682. nu. 14. post Clar. & Bursatt. quos allegat, & latè sequitur Farinac. d. q. 72. num. 103. & seq. vbi etiā relatis hinc inde cõtrarijs in hac opinione residet, & Scacc. in tract. de iud. lib. 1. cap. 98. nu. 7. Nec Aduocatus patiatur decipi in hoc à Clar. in d. q. 11. vers. Item quæro, ibi sed certè quicquid sit de iure, & à Cartar. in tract. de execut. sent. cap. fin. num. 175. qui videntur sentire de consuetudine istos testes examinatos parte non citata probare, tam in generali, quàm in speciali inquisitione, quia Bursatt. in consilio 201. num. 45. & seq. lib. 2. dicit non esse credendum istis doctoribus de allegata consuetudine, & in hac opinione residet Farinac. d. quæst. 72. numero 108.

3 Immo accusatus debet citari ad videndum iurare testes, & si talis citatio fuerit ommissa, nihil probant. I. si quando, & ibi Doct. C. de testib. Ant. Gabr. conclus. 1. tit. de citat. n. 105. Rim. lun. conf. 213. nu. 94. lib. 2. Hond. consilio 101. nu. 6. vol. 1. Bursatt. conf. 201. numero 107. volum. 2. Iul. Clar. quæst. 65. nu. 13. Petr. de Surd. consilio 328. num. 2. volum. 1. Mascard. de probation. conclus. 683. num. 1. volum. 1.

4 Ac etiā debet citari, non solum ad videndum iurare, sed recipi testes, alias non probant. Gramm. vot. 30. num. 7. Marf. in præf. crim. §. nunc videndum, nu. 29. Roland. conf. 12. nu. 7. libro 1. Gabr. conf. 178. num. 7. lib. 1. Anton. Gabr. conclus. 1. num. 241. & 243. vbi de communi tit. de citat. Hond. d. conf. 101. num. 11. Bertazzol. conf. 1. num. 26. conf. 84. numero 2. Decian. respons. 93. numer. 33. volum. 2. Petr. de Surd. conf. 328. num. 2. volum. 1. Imò Hond. d. conf. 101. num. 23. dicit, quod reus debet citari ad videndum iurare, & induci testes, ac recipi eorum examinationem.

5 Et adeo est vera ista opinio, vt testes examinati, parte non citata, non probent, etiā si essent mille, Gramm. decis. 11. num. 7. circa fin. Roland. consilio 12. nu. 36 & seq. Bursatt. conf. 201. num. 44. vol. 2. Decian. respons. 93. numer. 33. volum. 2. Hond. d. conf. 101. nu. 16. Baiard. q. 45. num. 14. & 56. Farinac. consil. 55. num. 2. quia numerus testium non supplet similes defectus Viui. opin. 931. nu. 17. vol. 3. Baiard. d. q. 45. numero 41.

6 Nec minus faciant aliquod iudicium capit. 2. vers. nullius momenti. Gomez. tit. de delict. cap. 12. numero 20. in fin. Gabr. conclus. 1. num. 241. & 243. lib. 2. titulo de citat. vbi de magis communi, Viui. opin. 931. numer. 7. Bertazzol. consilio 1. numero 26. conf. 341. num. 30. Brunor. à Sol. in suo vnico conf. num. 202. Hond. d. conf. 101. nu. 95. & seq. lib. 2. nec etiā modicum iudicium facere dicit, vbi testatur de communi, & ibi respondet cõtrarijs, Farinac. in d. q. 72. numer. 89. vbi alios allegat, & testatur de magis communi, Caputaq. decis. 207. num. 8. & seq. p. 2. quod nihil probent Bursatt. conf. 192. nu. 34. vol. 2. vbi de communi, & quod nec etiā faciant aliquod argumentū, vel præsumptionē de obseruata opinione in Rota, & de magis communi testatur Farinac. conf. 79. nu. 12. sed habeantur, ac si non essent examinati, Io. de Amic. conf. 73. n. 16. seq. Rim. lun. cõf. 213. n. 95. seq. lib. 2. vbi reprobatur Ruyn. Grā. cõtrariū tenētes, & Farinac. postq. retulit Doct. cõtrarium



trarium tenentes sub numer. 93. concludit huiusmodi opinionem, quod penitus nihil probent in criminalibus, esse veriores, & communiorem: quæ opinio vere in Curia bene obseruatur, vt habeantur ibi testes, ac si non fuissent examinati, & sic nullum etiam adminiculum faciant, quoad alias probationes coadiuuandas.

7 Et Doctores admittunt hanc opinionem esse verã in casibus, vbi proceditur ex coniecturis, & præsumptionibus Bursatt. consil. 201. num. 111. vol. 2. Hond. consil. 101. num. 9. vol. 1. quam opinionem vti veriore sequitur Rota, vt dicit Crescent. tit. de testib. decis. alias 264. Farinac. q. 72. numer. 137. & seqq. vbi testatur de veriori opinione, licet ipse referat contrarium tenentes: Et etiam si ageretur de crimine læsæ maiestatis, vt est videre per Rim. Jun. in d. conf. 213. num. 97. & seq. vol. 2. Parin. q. 72. nu. 120. & seqq. vbi alios allegat, Hond. conf. 101. num. 14. vol. 1. Caball. cas. 264. num. 8. in fin. Et etiam vbi agitur summarie & sola facti veritate inspecta, vel sine figura iudicij, Bursatt. conf. 154. num. 8. vers. quod habet volum. 2. latissimè Baiard. q. 45. numer. 34. & Mascard. de probat. concl. 683. num. 9. vol. 1. vel si fuerit data facultas procedendi, prout iudici videbitur, & secundum suã conscientiam, adhuc requiratur, vt testes examinentur parte citata Sim. de Pret. conf. 202. num. 7. & Baiard. q. 45. num. 35. Petr. de Surd. conf. 328. nu. 3. vol. 2. vbi dicit, quod nec etiam in occultis probent testes sine citatione, nec vigore cuiusvis præheminentiæ cuiusvis Curia, & Vicaria, & Gubernatoris Urbis possit deueniri ad torturã ex processu informatiuo, nisi vbi expressè dispositum Constitutione, vt declarat Baiard. q. 45. num. 36. vbi etiam dicit, quod si data fuisset potestas procedendi manu Regia, adhuc requiratur, vt pars citetur: immo sub num. 37. plus subdit, vt requiratur citatio partis: etiam si Princeps mandaret iudici, vt se instrueret de delicto, & etiam si esset data facultas procedendi omnis omnibus solemnitatibus cum clausula suppletentes omnes defectus, quia hæc clausula dicitur operari circa defectus iuris positiui, & non iuris naturalis, Abbas in cap. 1. num. 5. vers. suppletentes, de transact. Borgn. decis. 45. nu. 401. part. 2. Caualean. de testib. part. 5. numero 200. vbi tamè hoc limitat in iudice habente brachium regium, & in dominio Veneto in Capelletis, qui habent maiorem auctoritatem.

8 Et eo magis, vt isti testes examinati, parte non citata, non faciant indicium ad torturam: tenent Aret. conf. 163. n. 1. Gram. decis. 11. num. 8. conf. 15. num. 3. vot. 30. num. 8. Rolan. conf. 12. num. 37. lib. 3. Moder. Roman. q. 72. num. 94. vbi alios allegat, & testatur de communi, Hond. d. conf. 101. num. 16. Clar. quæst. 11. vers. item quæro, & q. 45. vers. certum, vbi testatur, quod iudices valde errarent, si torquerent reos, non facta testium repetitione Sim. de Pret. conf. 36. numer. 1. vbi dicit, quod iudex teneretur in sindicatu. Rim. Jun. consil. 647. num. 49. vol. 6. & Nos in Statu Ecclesiastico habemus Bullam Pauli III. Constit. 58. vers. captum vero, in prima part. Bullarij, confirmatam a Pio IV. Constit. 85. quæ restringunt, & corrigunt Bullam Leonis X. vt est latè videre per Farin. consil. 103. per totum ad quod consilium Aduocatus semper recursum habeat, quia ipse in ista materia pronunc rectè loquitur, & magistraliter se habet, & post

Tomus Secundus.

Boer. Baiard. in q. 45. num. 15. dicit, quod si quis tortus fuerit ex testibus examinatis, parte non citata, si deinde fuerint legitime examinati non conuallidabitur confessio extorta ex primis testibus examinatis, parte non citata, quæ opinio magis communis est vera, vt nec etiam homo vilis, & malæ famæ possit torqueri ex processu informatiuo, vt firmat, reprobatis contrarijs Farinac. in d. quæst. 72. nu. 96. licet Doct. adducti per Mascard. de probat. in conclus. 683. num. 3. & seqq. vol. 1. teneant, quod reus ex istis testibus, parte non citata, examinatis, possit torqueri, & respondet ad ca. 2. vers. nullius momenti de testib. sed nullo modo est recedendum a supradicta communi opinione, quæ in practica obseruatur, vt testatur Alex. Trentacinq. conf. 47. nu. 1. vol. 1. vbi subdit, & maxime reo comparente.

9 Imò, quod, si testes deberent torqueri pro validitate suarum depositionum debeat pars citari, de cuius interesse agitur, vel, si fuerit præsens, debeat eis, ea præsentè, deferri iuramentum, voluerunt Boer. dec. 319. num. 4. Vulpell. resp. 76. in fin. Baiard. q. 45. num. 10. quos refert, & sequitur Modern. Roman. in q. 72. num. 97. Baiard. d. q. 45. nu. 38. idem Farin. consil. 55. num. 4. Sed debent denuò torqueri in faciem Rei, vel citari, quando socius criminis torquetur in caput alterius, pro habendis complicibus, fautoribus, & auxiliatoribus etiam in criminibus exceptis Boer. decisione 319. nu. 4. Clar. q. 21. vers. quæro numquid in fine, Vulpell. resp. 30. num. 7. & respons. 83. num. 8. Farin. conf. 79. num. 13. in fine. Quod poterit Aduocato deferuire ad irritandum dictum socij criminis, qui fuit tortus ad efficiendum complices absentes, secundum quorundam practicam, quam vidi aliquando obseruari, sed meo iudicio non est bona, nec iuridica, cum per illam absens, sine citatione, non grauetur, sed remaneat frustratoria, nisi sequatur sententia contumacialis per quã processus legitimatur, vt dicã infra n. 14.

10 Nec vigore cuiuscunque arbitrij iudices possunt ex testibus examinatis, parte nõ citata deuenire ad torturam, latissimè Bursatt. in conf. 201. nu. 97. cù plur. b. & seqq. de quo latè dixi supra in defens. 22. c. 1. Nisi iudex haberet brachiũ regium, vel esset in dominio Veneto in Capelletis, vt per Cauale. de testib. p. 5. nu. 200. vbi et dicit quod nec Bursatt. ab hac opinione in d. conf. 201. dissentit, nec etiã in casu, in quo per Principem esset remissa omnis solemnitas, secundum communem opinionem attestatam per Bertazzoll. cõf. 359. nu. 23. vol. 2. Boss. de oppos. cõtra test. n. 34. Baiard. q. 45. n. 17. 35. Hond. conf. 101. nu. 8. & seq. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 684. n. 9. vol. 1. vbi alios allegat: idemque est, si fuerit commissa causa, sola facti veritate inspecta. Hond. consil. 101. nu. 10. uol. 1. uel si testes deberent extraordinariè examinari Hond. d. consil. 101. num. 7. vt dixi supra numero 7. Nec princeps supremus mandat reum torqueri ex processu informatiuo nisi magna causa subsistente, vel nisi esset reus repertus in flagrati crimine, vel quid simile vt est latè videre per Farin. in d. conf. 103. numer. 6. qui loquitur in Pontifice.

11 Eoque minus isti testes examinati, parte nõ citata, sufficiunt ad cõdemnãdũ, Iul. Clar. d. q. 11. vers. itẽ quæro, vbi de cõmuni, & in q. 45. vers. cõterũ. Hond. nu. d. conf. 101. n. 23. vbi concordantes allegat vol. 1.

12 Nec etiã isti testes examinati, parte nõ citata, probarent,

B barent,



barent, licet pars dederit sua interrogatoria, & super eis fuerint testes examinati, Achill. de testib. par. 1. decis. 103. Bertazz. conf. 359. num. 22. & seq. volum. 2. vbi alios allegat, & ita in facto fuit obseruatum in Tribunali A. C. in quadam causa Atcolana prætenfæ falsitatis, licet Baiard. in quæst. 45. num. 40. vers. item adde, referat alios contrarium tenentes.

Minusque datur fides testibus receptis absque iudicis commissione, quia talia, vulgo nuncupantur instrumenta testimonialia, testium §. Item Diuus vers. testibus, & non testimonijs, de test. latè Farinac. conf. 80. num. 1.

Nec minus creditur testibus examinatis sine citatione coram magis, & supremis superioribus, Gram. decisio 103. num. 233. Baiard. q. 44. num. 35, qui loquuntur de testibus examinatis coram Principe, etiam si ipsi testes essent omni exceptione maiores, Mars. singul. 242. consil. 74. nu. 41. Sed contrarium in hoc videtur tenere Viu. comm. opin. in verb. testes non possunt examinari nu. 7. & alij adducti per Baiard. q. 45. num. 28. vbi subdit post Viu. opin. 42. num. 3. Socc. in reg. 409. vers. testium depositiones, quod idem esset, si partes dixerint velle stare eorum dictis.

Immo in iudice deputato ad recipiendum examen, adhuc, vt testes probare possunt, debet pars citari, Mascard. de probat. concl. 583. nu. 11. volum. 1. & talis citatio debet fieri, etiam si inquisiti essent carcerati, Mars. in consil. 12. num. 5. & in l. 1. num. 4. ff. de quæst. Baiard. quæst. 45. num. 35. circa finem: ac etiam procedit in socio criminis, qui nihil probat etiam in exceptis, nisi vltra torturam, deposuerit, citato ipso nominato, vel fuerit tortus ad eius faciem Farinac. consil. 79. num. 13. in fine, vbi alios allegat, & superius dixi num. 9.

13 Et in tantum est verum, quod si reus torqueatur, & fateatur delictum ex processu informatiuo, illius confessio erit nulla, Corn. consil. 68. vol. 1. Ruin. in conf. 145. vol. 4. Vulpell. respons. 95. in princip. Nec sufficeret illa generalis monitio ad omnes, & singulos actus, & videndum examinari testes in responsione ad inquisitionem, quando pars non est contumax, Vulpell. d. respons. 95. num. 3. Baiard. quæst. 35. num. 14. & 55. vbi alios allegat, & num. 15. dicit, quod tortura non conualidabitur, si deinde testes examinarentur, parte citata, & sub nu. 55. quod iudex tenebitur in syndicatu, si torqueat reum ex processu informatiuo.

14 Primo limita, quando reus fuerit condemuatus in contumaciam, quia, secuta dicta sententia contumaciali, si reus compareat, vel fuerit captus, testes examinati contra ipsum probant, quamuis ipse reus in eorum receptione non fuerit citatus. Iul. Clar. q. 11. vers. item quæro, Cartar. de execut. cap. fin. nu. 175. Farinac. quæst. 11. num. 105. & quæst. 72. num. 100. latè Petr. Caball. in quæst. crimin. cas. 110. numero 39. & num. 32. centur. 2. & cas. 269. num. 22. cent. 3. qui testantur ita seruari de consuetudine. Cauale. de testib. par. 5. num. 200. vers. Quid sit reus, vbi tamen dicit, quod requiratur sententia, nec sufficeret si tantum esset positus in Banno.

Licet de iure aliud sit dicendum, vt omnino deberent repeti, Doct. adducti per Petr. Caball. in d. cas. 110. num. 36. Farinac. consil. 22. nu. 25. in fin. dicit, quod opinio Iulij Clari non transit sine difficultate, vel quod sit sublata saltem eius opinio, quando fuit re-

missa reo contumacia, & Scacc. in tract. de iud. lib. 1. cap. 98. sub num. 7. impugnat opinionem Iul. Clari. & dicit rationem adductam per eum, non esse veram, vt vigore contumaciæ testes habeantur pro legitime examinatis, sed solummodo quia vigore Constitutionis, Reus contumax habetur pro confesso; & ideo non requiritur alia probatio per testes, sed saltem non procedit si non secuta fuerit sententia, sed solum bannum, Cauale. vbi supra, sed an repeti possint per reum super eius interrogatorijs suis sumptibus dicam in secundo libro, vbi tractabitur materia sententiæ contumacialis.

15 Secundo limita, vt per consuetudinem induci possit, vt stetur processui informatiuo, Blanc. de indit. num. 22. & latè post alios, quos allegat Hond. d. cõf. 101. num. 19. & seq. & Petr. Caball. d. cas. 269. nu. 9. & seq. cent. 3. Baiard. quæst. 45. num. 24. Gram. dec. 34. num. 37. Sed ista limitatio reuocatur in dubium, vt ipla non sit seruanda, maxime vbi de vita hominis agitur Mars. consil. 8. nu. 26. & seqq. Bursatt. consil. 201. nu. 49. vol. 2. vbi testatur ita fuisse resolutum per Consilium Neapolitanum, & in consilio 201. num. 45. & seqq. volum. 2. vbi respondet ad Blanch. Franc. Pers. in tract. de indic. & Tortur. nu. 19. vers. Et hac,

16 Tertio limita in testibus mortuis examinatis parte non citata, vt probent, cum mors habeat vim iuramenti. Lamberteng. in tract. de contract. eor. glos. 11. num. 10. Modern. Roman. quæst. 72. num. 129. vbi de communi, Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 1. num. 27. Bursatt. consil. 7. num. 10. volum. 1. vbi dicit, quod probant, ac si fuissent examinati, parte citata.

Et etiam contra tertios non citatos, testes mortui faciant semiplenam probationem, Bar. in l. admonendi num. 45. & num. 58. & seq. in prima lectu. ff. de iureiur. Crauet. de antiq. temp. par. 1. versic. ampliatur nunc num. 11. Rot. diuers. par. 1. decis. 194. num. 1. Viu. opin. 931. nu. 5. & refert Farinac. q. 72. nu. 134.

Contrariam opinionem, quod testes mortui examinati, sine partis citatione, solum faciant quamdam leuem præsumptionem, vel suspicionem, maxime in criminalibus, Natt. consil. 395. num. 31. Hond. consil. 101. num. 22. volum. 1. & post illos, Farin. q. 72. num. 133. quam etiam sequuntur Gramm. decis. 11. num. 13. Bursatt. consil. 322. num. 10. lib. 3. vbi de communi, Bertazz. consil. 70. num. 30. tom. 2. crim. diuers. Olasc. decis. 79. num. 18. Petr. Caball. in quæst. crimin. cas. 269. numero 8. cent. 3. vbi concordantes cumulauit.

Aliqui autem tradunt, quod si testes fuerint examinati in figura iudicij, tunc si moriantur, semiplenam probationem faciant, vt si essent recepti per iudicem in processu informatiuo, secus si non in figura iudicij vt coram arbitro, vel arbitratore, Natt. consil. 394. n. 24. vol. 2. & cõferunt, quæ scribit Marsil. sing. 276. col. 2. in fi. & sing. 436. Sed Alex. Trétacinoque in cõf. 47. nu. 2. seq. vol. 1. melius declarat vt si fuerint recepti coram arbitro citata parte, ipsi mortui probent coram iudice ordinario, secus si fuisset recepti coram arbitratore qui procedit sine figura iudicij parte non citata, & idè dicit quæ essent recepti pro informatione Curie, & sic non ad probationem, sed ad instructionem iudicis, & Baiard. q. 45. nu. 23. dicit, quod, si reus fuerit citatus, & inquisitus ante mortem testium, & cõparere noluerit, tunc habeatur pro repetitis in odiu contumaciæ, secus vero si ex negligentia



gligentia iudicis citatus non fuisset, nisi post mortem testium, & comparuit, & tunc non habeantur pro repetitis: Sed ego arbitror non esse recedendum ab illa opinione, ut solum faciant aliqualem probationem in criminalibus, prout de veriori testatur Add. ad Farin. in cōsil. 55. in lit. D, ubi dicit ita practicari, & si agatur contra contumacem sufficiant testes mortui ad procedendū, & condemnandū. Cauale. de testib. p. 5. n. 212. ubi subdit, quod tamē tales testes mortui possint repulsi, cū repulsa fiat cū parte, & nō cū testib.

Quarto limita in crimine lese maiestatis Doct. adducti per Farin. q. 72. nu. 120. sed contrarium est verius, ut dixi supra num. 7.

17 Quinto limita in crimine assassini, in quo plenē probant Ant. Gabr. concl. 1. tit. de citat. num. 21. Hond. conf. 101. num. 13. vol. 1. Farin. q. 72. n. 132. ubi alios allegat. Mascard. de probat. cōcl. 136. n. 2. & seq. vol. 1. Petr. a Plac. Epit. delict. cap. 19. n. 17. Baiard. q. 45. nu. 19. Contrariam autem opinionem veriore dicit Farin. d. q. 72. nu. 123. Viu. opin. 631. num. 7. seq. Bertazz. conf. 359. nu. 21. in fine, & cōf. 553. nu. 5. lib. 2. Petr. Caball. d. cas. 269. n. 1. in fin. Barfatt. conf. 201. n. 108. & seq. vol. 2. Hond. conf. 101. n. 17. vol. 1. Rim. lun. conf. 213. n. 97. lib. 2. Idemque verius Doct. dicūt esse in dirobatoribus stratarum, violētis raptoribus, ac committentibus atrocissima crimina, & in quibuscunque criminibus enormibus, ut requiratur, quod testes recipiantur parte citata, ut de veriori testatur Farin. d. q. 72. num. 126.

18 Sexto limita in causa suffragij, vel periculi in partibus longinquis, quia in ea valet examinatio testium sine partis citatione. Marf. sing. 24. Mascard. de prob. lib. 1. concl. 273. Stracc. de mercatur. tit. de naut. p. 2. nu. 7. dummodo talis probatio infra annum fuerit reproducta coram iudice competente, ut declarat Ant. Gomez. in tit. de delict. cap. 12. num. 21. versic. ex quibus inferitur, ubi dicit esse notandum pro mercatoribus, & nauigantibus, & quod ita consuluit, & alias in facto habuit, Baiard. q. 45. n. 31. latē Ant. Gabr. tit. de citat. concl. 1. num. 352. Cauale. de testib. p. 4. num. 77.

19 Septimo limita in declaratione depositionis, vel alicuius dicti testis, ut nō requiratur citatio, ut post Rim. firmat Bossin tit. de oppos. cōtra test. n. 35. Baiard. q. 45. num. 30. Cauale. d. part. 4. sub nu. 77. ubi ampliat etiā qñ vellet ex officio iudex repetere dictum testis.

20 Octauo limita in testibus examinatis super aliquo facto, vel delicto notorio, ut non sit necessaria citatio partis. Roman. sing. 369. Nouell. reg. 215. in prima Fallen. Crot. de test. n. 253. Mascard. de probat. concl. 682. num. 15. ubi alios allegat, Farin. q. 72. nu. 109. ubi etiam allegat Doct. in c. 2. extra de testib. & duobus modis hanc limitationem declarat, & primo ut procedat in notorio facti permanentis, & non transeuntis, & secundo se refert ad ea, quæ latē dixit in quæst. 21. num. 66. & seq. licet Dec. in d. cap. 2. num. 44. indistinctē teneat in casu istius limitationis non requiri citationem quamuis in notorio requireretur.

21 Nono limita in probanda absentia rei inquisiti, ut non requiratur citatio partis Arēt. in cap. 2. nu. 12. Fely. n. 13. in fin. extra de testib. Marf. in l. de vnoquoque numer. 89. de re iudic. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. sub num. 2. ubi quod ita practicatur, Farinac. quæst. 72. numer. 114. Mascard. d. concl. 682. nu. 28. ad quod bene aduertat causæ criminali defensor, ut sciat ex-

culare absentem citatum à contumacia propter absentiam, cum sufficiat de illa docere per testes examinatos, parte non citata. Cauale. dict. parte quarta, sub numero 77.

22 Decimo limita in pœna, ubi imponitur ipso iure, in qua non requiritur citatio; Cœpal. consil. 223. numero 2. pro seqq. lib. 2. qui vere non loquitur in criminalibus, sed in emphyteusi in materia ciuili caducitatis; & ideo etiam isto casu erit inhærendum opinioni superius adductæ, ut requiratur citatio, prout etiam de opinione Cœphali dubitat Farin. d. quæst. 72. num. 128.

23 Vndecimo limita, quando testes examinantur super famâ ad hoc, ut iudex possit deuenire ad inquisitionem, in istis testibus non requiritur citatio partis. Crot. de test. numer. 253. Campeg. de testib. reg. 164. Fallent. 9. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. rubr. de testib. & eorum induc. nu. 1. in fin. Mascard. de probat. concl. 682. nu. 15. & seq. Farin. q. 72. nu. 113. qui volunt isto casu, ut possint etiam recipi testes sine iuramento.

24 Duodecimo limita quoad capturam, quia testes examinantur sine citatione, de quo latē dixi in defens. circa capturam.

Et quid in crimine hæresis, vide Doct. cumulosos per d. Modern. Rom. in d. q. 72. num. 115. seq. Petr. de Surd. conf. 328. n. 3. vol. 1. idem Farinac. in conf. 55. n. 2. & in conf. 79. n. 13. Cauale. de testib. p. 4. sub nu. 77.

25 Decimotertio limita, quando pars esset præsens, ut non sit citanda, latē Mascard. de prob. concl. 683. num. 35. vol. 1. Cauale. de testib. part. 3. circa princ. & numer. 77. ubi dicit procedere inter partem, & partē coram iudice existentes.

26 Decimoquarto limita, quoad reum examinandum, quia sufficiūt testes examinati pro informatione Curia absq. partis citatione. Alber. de Malet. de test. cap. 9. nu. 38. & seqq. Cartar. de execut. sent. cap. fin. num. 175. ubi post Clar. testatur ita communiter seruari, & quod ita seruetur in Statu Ecclesiastico, testatur idem Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 3. cap. 3. num. 61. Bertaz. conf. 553. numer. 4. lib. 1. Decian. respon. 92. n. 33. lib. 2. Hond. conf. 101. num. 21. ubi de generali consuetudine, quam dicit vigere etiam in Ciuitate Perusij, prout etiam viget hic in Curia Romana Cauale. de testib. p. 3. n. 77. ubi de com. & quod ita obseruetur etiam si processus esset factus per iudicē laicum contra clericum, ut ex illo possit clericus examinari coram iudice Ecclesiastico. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 6. per totum. Nec in proposito quadrat, quod dicit Modern. Roman. in quæst. 72. num. 136. ut sit verum, quādo proceditur contra absentem, & tūc in contumaciam illius rei testes probent, etiam reo non citato, secus si fuerit præsens, ut requiratur, quod testes repetantur, parte citata, & ibi alios allegat, quia ista distinctio non adaptatur respectu examinari rei, quia indistinctē ex processu informatiuo reus examinatur super delicto, sed respectu torturæ, vel condemnationis, ad quas non potest deueniri, nisi legitimo processu, aut testes confrontentur cum reo, aut illos habeat reus pro ritē, & rectē examinatis, aut repetantur ipso reo citato, ut superius suis locis latē dixi.

27 Decimoquinto limita in crimine Sodomia, ex processu informatiuo, & denegatis defensionibus, aliqui affirmant iudicem posse procedere ad torturam Boss. tit. de stupr. de testib. numer. 5. Menoch. de arb.



cas. 286. numer. 13. Monticell. in pract. crim. reg. 14. num. 29. Ludou. de Alfer. conf. 143. num. 3. lib. 1. conf. crim. divers. & omnes se fundant in doctrina Bal. in auth. sed n. uo iure, & Barb. consil. 64. col. 2. lib. 1. Sed Modern. Roman. in q. 39. nu. 111. contrarium tuetur, siue agatur, quod fuerit indiciatus ad torturam, siue quod fuerit confessus, vel conuictus, cum in quocunque casu possit excipere contra testes, & indicia, & de confessione erroris docere; sed solum Doctrina Bal. & sequacium sit restringenda ad sodomitam insignem, notorium, vel valde diffamatum, & valde miratur d. Farinac. quod ita audacter Doct. cū Bal. ausi fuerint contrarium affirmare, cum Bal. non loquatur in d. Auth. sed nouo iure num. 11. C. de seru. fug. de sodomia, sed de insigni fure, & latrone, & Farin. s. quitur Peregr. conf. 1. nu. 145. vol. 2.

28 Decimosexto limita, quando iudices sunt certi, quod nulla defensio competat inquisito, vt deueniant ad torturam denegatis defensionibus, prout de iure omnino facere possunt, quando sunt certi, quod nulla defensio reo competere potest. Gram. decif. 36. nu. 69. & seqq. Menoch. de arb. q. 17. num. 15. lib. 1. late Seraph. de priuilegiis. priuileg. 132. num. 4. vbi concordantes cumulat. Decian. respon. 18. nu. 6. volum. 1. cum tunc reus censeatur per calumniam defensionem, vel copiam indiciorum ad protrahendum in longum condemnationem petere, Felin. in clement. Pastoralis § quia vero num. 15. in fin. extr. de potest. Iud. deleg. Gram. decif. 36. nu. 69. Alex. conf. 65. num. 5. vol. 1. vbi plus dicit, quod sufficiat de calumnia presumptiue apparere, Boss. tit. de indic. nu. 80. & alios refert Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 4. c. 1. n. 185. Cauale. de testibus par. 4. sub n. 77.

Decimosexto limita in reposito inflagranti crimine, cui denegatur copia processus, & torquetur denegatis defensionibus Bal. in l. vt vim numer. 2. ff. de Iust. & Iur. quæ opinio Bald. quotidie practicatur, prout fuit practicata contra illos viros nobiles repositos cum schalis ad fenestram cuiusdam nobilis mulieris, testatur Gram. decif. 36. cum in isto crimine inflagranti non soleat ordo iudiciarius seruari, Bal. conf. 31. numer. 8. vol. 2. Cephal. conf. 46. numer. 17. Franc. Bonett. conf. 143. num. 6. tom. crim. divers. & quando reus dicatur deprehensus inflagranti crimine dixi supra in defens. 6. cap. 8. Quod intellige verum quando reus nullam excusationem super crimine isto habere possit, secus si aliqua excusatio sibi competere possit, late qui alios allegat Franc. Personal. de Ind. & tortur. num. 31. ideo procurator statim capto reo aliquid in actis allegat, & deducat per quod possit ostendi, aliquam excusationem inquisito, vel capto inflagranti posse competere, vt euitetur, ne reus statim denegatis defensionibus torquetur.

Ideo videamus quando hoc sit iudici permiffum; quia ista declaratio potius vera reputari potest, quatenus consideretur in abstracto, tanquam in genere sumpta, vt pura, vbi certum est nullam defensionem reo competere, & tunc possit iudex, denegatis defensionibus, in causa procedere: sed quatenus ad actum practicum illam reducere velimus, hoc opus, hic labor est; & ob id potest verificari solummodo in casibus a iure expressis, nempe in delicto notorio, inflagranti, in blasphemia, & in quibusdam alijs casibus a iure, & a Doctoribus expressis, alias iudex si in alijs

non expressis vellet denegare defensiones, & deinde dicere, denegauit defensiones, quia reus per calumniam copias petebat, vel quia sciebat ei nullam competere defensionem, nullo modo potest, nec ei permiffum est, vt bene in hoc declarat Modern. Roman. q. 39. num. 106. a qua declaratione puto non esse modo aliquo recedendum, & quod pro nunc bene sentiat, prout ego omnino sentio; & illo casu quando iudex denegat copias processus debet interloqui, calumnie causa peti defensionem, vt post Bald. firmat Laderch. Imol. conf. 184. num. 9. vers. & ideo satis esse puto, sed ne detur occasio appellandi iudices absque alia interlocutoria deueniunt ad torturam, & ad alia rigorosa examina, quia solet iudex quando instatur pro copia processus interloqui suis loco, & tempore ius, & iustitiam se offerre administraturum.

Decimosexto, limitatur, secundum aliquos, vt in atrocibus criminibus inquisitis denegetur defensio, possit procedi contra inquisitum ex processu informatiue, & testibus non repetitis, vt voluerunt Doct. relati per Cauale. de testib. part. 5. n. 200. & præcipue Capic. dec. 155. Folter. in verb. Demum repetantur. Diaz. in pract. can. cap. 92. n. 20. Gram. conf. 40. nu. 7. Qui Cauale. vbi supra videtur se restringere in iudice brachij regij, & in Capelletis in dominio Veneto, qui possint deuenire ad torturam contra facinorosos homines, & si confiteatur delinquentes non sit opus alia repetitione, si vero negent, tunc testes repetantur parte citata, & quod minime etiam dicti iudices possint deuenire ad condemnationem, & quod ita quotidie practicatur.

Tamen caueat iudex ne decipiatur, quia veritas est, vt etiam in atrocissimis detur copia indiciorum reo, antequam torqueatur, cum termino competenti ad faciendum suas defensiones, vt in crimine hæresis, quod est atrocissimum, tradit Bal. in conf. 95. vol. 1. quem sequuntur Boss. tit. de indic. ante num. 78. & tit. de hæret. num. 9. Paris. consil. 2. num. 155. lib. 4. Franc. Personal. de indic. nu. 22. Vulpell. respons. 21. num. 3. & in crimine læsæ maiestatis Bart. in extrauag. ad reprimen. in verb. & figura n. 15. Gig. tit. qualiter in crim. proced. q. 19. num. 3. Vulpell. d. respons. 21. n. 3. Oialc. decif. 79. nu. 12. Franc. Personal. de indic. nu. 22. & in crimine assassinij Decif. Auenion. 15. & in crimine veneni, & in parricidij Gram. vot. 30. nu. 2. & in crimine sodomie Farin. q. 30. n. 111. & in atrocissimis occultis, Person. de indic. nu. 23. & generaliter in omnibus atrocioribus, & enormissimis. Marf. in § diligenter, n. 157. & 177. Gram. vot. 54. in fi. Et de communi, reiecta contraria opinione quorundam in suo conf. decisiuo, Peregr. conf. 2. n. 144. lib. 2. vbi subdit procedere, etiam si reus argueretur malæ opinionis, & fame, & adesset timor subornationis Burlatt. conf. 201. num. 113. vol. 2. & de veriori Cauale. de testib. p. 5. nu. 200. Nec in supra dictis casibus iudices inferiores a Principe possunt proponere reo indicia, eumque in continenti cū suis defensionibus audire, quia nimum lederetur rei defensio, sed solum Supremo Principi hoc permittitur, vt consuetudine respondet post alios, quos allegat Peregr. in d. conf. 2. n. 149. & seq. vol. 2.

29 Postremo dicitur, quod non requiratur citatio partium, quando testis examinatur in tormentis ad videndum in quo dicto persistat, quia prius fuit inter duo iuramenta, ait post Boss. in tit. de oppos. contr. test. n. 1. firmat Cauale.

Cau  
77.  
de c  
firm

An

1 Adu  
maie  
bus,  
stare

2 Quod  
hæret

3 Adu  
taten  
sum,  
uerfa

4 Adu  
dam,

5 Licet

6 Adu  
a quib

1 Q

luti in  
C. ad  
in glo  
ie st. p

in 6.  
bus, i  
vester

de q.  
confi

2 Ta  
stiteri  
pem,  
gnem  
catum  
gandu

15. R  
refis s  
17. &  
109. v

per vi  
cinor  
trocin  
melius

n. 151  
nec m  
defens

la hor  
hensu  
verb. l  
& Bos  
vt quis  
testes

flet de  
7



Cauale. de test. par. 4. n. 149. & idem voluit in 3. p. nu. 77. vers. & non citatur: vbi testatur, quod ita seruatur de consuetudine, & quod deinde stetur dicto confirmato in tortura.

An, & quando Aduocatis, & procuratoribus possit interdici, ne præstent patrocinium pro reo.

S Y M M A R I V M.

- 1 Aduocati in aliquibus criminibus prout in crimine læsa maiestatis, in crimine hæresis, & in latronibus, crassatoribus, & furibus insignibus non possunt patrocinium præstare.
- 2 Quod est verum, postquam constitit illos esse rebelles hæreticos, crassatores, vel insignes latrones.
- 3 Aduocatus non potest instruere reum ad tacendam veritatem, nec ad falsas probationes, aut ad iuramentum falsum, licet possit per subterfugia, aut aliter deludere aduersarium, & Aduocatum partis aduersæ.
- 4 Aduocatus, vbi agitur de delicto ad memoriam damnandam, potest interuenire ad reum defendendum.
- 5 Licet non possit in actu examinis, & torture interesse.
- 6 Aduocati officium, & quid facere debet Aduocatus, & a quibus abstinere debeat.

C A P. X.

1 **Q**uamuis dici soleat Aduocatorum patrocinium reis in aliquibus criminibus denegari posse, veluti in crimine læsæ maiestatis. l. qui quis. §. denique. C. ad. l. Iul. Maieft. Bar. in extrauag. ad reprimendam, in glos. sine strepitu, G. g. tit. qualiter in crim. læs. maieft. proced. q. 4. & in crimine hæresis, c. fin. de heret. in 6. & in latronibus, crassatoribus, & furibus insignibus, l. per omnes, C. de defens. Ciuit. Aret. in verb. & vestem coelestem num. 12. Marfil. in l. i. num. 20. ff. de q. & in §. diligenter num. 164. in pract. crim. Rol. consil. 12. num. 61. lib. 3.

2 Tamen iudex sciat hoc esse verum, postquam constitit reum esse rebellem, conspiratorem in Principem, hæreticum, aut assassinum, vel latronem insignem: sed antequam constet eum esse talem, Aduocatum intercedere posse ad illum tuendum, & allegandum circa indicia obiecta affirmant Marf. singul. 15. Röl. d. conf. 12. sub num. 79. l. 3. & in crimine hæresis sic quotidie practicari dicit Clar. in §. hæresis nu. 17. & his non relatis, etiam declarat Farin. q. 309. nu. 109. vbi intelligit Tex. in d. l. per omnes, in his, quos, per viam notorij constat esse insignes latrones, & facinorosos homines, vt his non solum denegetur patrocinium, verum etiam denegentur defensiones, & melius sic declarauit in cons. decisiuo, Peregr. conf. 2. n. 15 l. vol. 2. vbi concludit, quod nec grauitas delicti, nec mala fama inquisiti sufficiat, vt reo denegentur defensiones, & patrocinia Aduocatorum, nisi ista mala hominis qualitas transierit in notorium, aut deprehensus ipse fuerit infragratu. Et Paris. de Püt. de Sind. verb. tortus, c. 10. Quidam latro famosus n. 4. & seqq. & Boss. in tit. de inquisit. n. 29. dixerunt, quod, ad hoc, vt quis dicatur famosus latro non sufficiat, quod per testes sit probatum eum esse talem, nisi in specie constet de eius criminibus, & latrocinij.

Tomus Secundus.

- 3 Nec obstat, quod aliqui voluerunt, prædictis in omni casu esse patrocinium denegandum, ne consilio Aduocatorum instruantur rei ad negandum delictum: Quoniam primo dicitur non esse præsupponendum, Aduocatum velle delinquere in officio suo l. 1. C. de offic. ciuil. iud. cum vere Aduocatus non possit ex officio suo instruere reos ad tacendam veritatem. nec possit instruere ad falsas probationes, aut ad iuramentum falsum, licet possit per subterfugia, aut aliter deludere aduersarium, & eius Aduocatum. Glos. in cap. 1. de confess. in 6. Boss. de resp. a reo faciend. n. 18. Peregr. d. conf. 2. n. 153. & seq. vbi alios allegat, & præcipue D. Thom. in 2. 2. q. 66. ar. 1. & art. 2. Secundo quia agitur de favore defensionis reorum, ideo non attenditur timor subornationis. Boss. tit. de indic. nu. 75. Rol. conf. 12. num. 58. lib. 3. Rim Iun. conf. 290. nu. 19. Farin. q. 39. n. 70. Peregr. d. conf. 2. n. 146.
- 4 Vbi agitur post mortem rei ad damnandam eius memoriam, etiam in criminibus exceptis Aduocatus intercedere potest. G. g. in tit. quomod. & qualit. q. 28. num. 2. post Præposit. in cap. quando column. 3. 2. quæst. 6. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 43. nu. 10. Peregr. d. conf. 2. n. 155.
- 5 Bene verum est, quod Aduocatus non potest interuenire in actu examinis, & torture. Ang. & Imol. in l. custodias de public. iud. Franc. Mar. decis. 18. Clar. q. 65. n. 34. Peregr. d. cöl. 2. n. 152. Nec. et procurator fiscalis de iure potest interuenire examini, & torture reorum Baiard. quæst. 64. num. 102. Cauale. de Barch. reg. part. 3. num. 164. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæst. 100. numer. 153. & seq. Pert. Pellade torture, quæst. 8. licet aliter de consuetudine seruetur.
- 6 Hæreticus non potest esse aduocatus cap. excommunicationes in primo de hæret. cap. nec infidelis, cap. nemo de pœnit. distinct. 1. Nec excommunicatus, cap. decernimus, de sent. excom. in 6. Nec monachi, & reliqui regulares, nisi iubeatur ab eorum Prælati, & nisi propter vtilitatem eorum monasterij, clerici beneficiati, vel non beneficiati in ordinibus sacris constituti coram iudice læulari in negocijs læularibus nec possunt esse aduocati, nisi in proprijs causis, & coniunctarum personarum, & suarum ecclesiarum, ac miserabilium personarum, secus coram iudice ecclesiastico etiam in causis profanis, & quid si non habeant ex redditibus vnde viuere, & in causis criminali, vbi imponitur pœna sanguinis pro actore non possunt patrocinari, sed pro reo sic, præmissa protestatione, quod tantum pro reo intendunt patrocinari, siue fuerint in sacris, siue in minoribus ordinibus, & in casibus permittis possunt accipere salarium, vt latè de his omnibus tradit Villagutt. in pract. crim. lib. 9. cap. 1. conclus. 1. & seqq. & a quibus se abstinere debeat Aduocatus latè docet idem Villagutt. in d. lib. 9. cap. 2. concl. 1. & seqq.



## DEFENSIO XXV.

*Circa repetitionem testium ex parte fisci.*

Fiscus tenetur repetere testes pro informatione curiæ examinatos, & quomodo talis repetitio fieri debeat.

S V M M A R I V M.

- 1 Reus, etiam præsupposita consuetudine declarandi testes pro ritè, & rectè examinatis non potest cogi ad faciendum dictam Declarationem, prout in contingentiâ facti euenit in casu, de quo hic per Authorem.
- 2 Fiscus tenetur repetere testes pro informatione curiæ examinatos.
- 3 Repetitio testium requirit citationem ad videndum repeti dictos testes.
- 4 Repetitio facta, reo non citato, est nulla, nec sufficeret illa generalis monitio ad omnes, & singulos actus, & videndum examinari testes.
- 5 Citatio ad videndum repeti testes, quomodo formâda sit.
- 6 Repetitio fieri debet parte citata, etiam vbi proceditur sola facti veritate inspecta, & vbi agitur ex argumentis, & præsumptionibus, & vbi est commissa causa, omni iuris solemnitate omiſſa.
- 7 Copia interrogatorum rei non datur fisco, nec adhaerenti.
- 8 Repetitio est faciendâ cum omnibus qualitatibus, quæ requiruntur in primo examine, ac si testes nunquam fuissent examinati.
- 9 Tortura in repetitione non est inferenda in caput nominatorum, nisi prima depositio facta in tormentis per reum fuerit ab eo ratificata extra tormenta.
- 10 Repetitio testium fieri debet per fiscum, postquam reus habuit copiam processus.
- 11 Repetitio testium fieri debet prius super interrogatorijs rei, & postea super primo examine a testibus facto.
- 12 Et si aliter fiat talis repetitio, non valeret, sed denuò esset faciendâ super dictis interrogatorijs.
- 13 Item debent repeti super interrogatorijs, etiam si iudex decreuit copias cum illa clausula, habitis testibus pro ritè, & rectè examinatis.
- 14 Testes in repetitione debent affirmare esse vera, quæ in primo examine dixerunt, quia si dicant non recordari, eorum depositio corrui.
- 15 Depositio testium est legenda unicuique testi separatim ab alijs testibus, & in secreto, & hic ponitur forma istius repetitionis.
- 16 Repetitio fieri debet per iudicem, nisi fuerit legitime impeditus, & non per fiscalem.
- 17 Repetitio testium non potest fieri post conclusum in causa, vel post pronunciatum in ea.
- 18 Repetitio testium ad instantiam fisci, & adhaerentis an possit fieri post publicatas attestaciones.
- 19 Testis in repetitione non debet simpliciter se referre ad primum eius examen, sed debet denuò deponere per extensum, secundum vnam opinionem, contrariam autem opinionem tenent alij Doctores.
- 20 Declarationes ad istas contrarias opiniones ponuntur hic per Authorem.
- 21 Testi in actu repetitionis datur terminus ad se recordandum de eo, quod prius deposuit.
- 22 Testi datur cautela in repetitione, vt dicat, quod si ipse modo aliter deponat quam deposuit in primo examine, ex tunc corrigit secundum dictum, & se reducit ad primum.

23 Testis non comparens ad repetendum præsumitur falsus, & arguit innocentiam inquisiti.

24 Falsitatis præsumptio in vno præsumitur etiam in alijs pro exculpatione delicti.

25 Repetitio testium ad fauorem rei non conceditur in multis casibus, & primò quando reus declarauit testes pro ritè, & rectè examinatis.

26 Item quando testes fuerunt confrontati.

27 Item quando reus fuit condemnatus in contumaciam.

28 Item quando testes essent mortui.

29 Item quando reus est confessus, declarata tamen vt hic per Authorem.

30 Testes ad defensam repeti possunt post publicationem processus, tam ex officio iudicis, quam ad instantiam partis.

## CAP. I.



Voniam vbi non viget consuetudo, quod reus declaret testes pro informatione curiæ examinatos, pro ritè, & rectè examinatis, ac etiam vbi viget talis consuetudo,

si reus nollet facere talem declarationem, non poterit compelli ad illam faciendam, sed instare potest vt repetantur coram eo, vt euenit in illa causa graui Illustrissimi D. Comitis Hieronymi de Pepulis coram iudicib. delegatis à summo Pontifice, & ob id, vt processus possit afficere ipsum reum, fiscus tenetur ipsos testes repeti facere, latè Burfatt. conf. 201. nu. 48. vol. 2. vbi testatur de practicata opinione, quæ etiam sit conformis iuri communi, Sigism. Scacc. l. 1. de iud. cap. 86. num. 67. Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 4. in princ. vbi testatur, quod ita practicatur, vt examinatore reo si neget delictum fiat repetitio testium, & ob id benè recenset Claud. Bertazzol. ad partem in conf. 91. in lit. D. vers. sed quid si reus, quod ille D. Comes Hieronymus nunquam voluit in hoc maximum præiudicium consentire, declarando testes pro ritè, & rectè examinatis, licet de facto aliter in multis locis obseruetur, Maril. in l. de vnoquoque n. 81. & n. 102. ff. de re iudic. Corrad. in Preter. lib. 1. §. de proceden. ante diffin. nu. 1. Foller. in pract. in verb. detur copia capit. num. 5. Claud. Bertazz. vbi supra: Circa quod aduocatus inquisiti multum inuigilare debet, ne fiat talis declaratio, si per eam præiudicium irreparabile reo inferretur, non obstante allegata consuetudine, cum non possit inueniri legitimus modus cogendi reum ad illam faciendam.

2 Sed quoniam multa requiruntur, vt ipsa legitime facta dicatur, idè de singulis videamus.

- 3 Primum requisitum est, quod fiscus, & adhaerens citare faciant reum ad dictam repetitionem, & forma citationis est talis, hic in curia ad declarandum an velit habere testes pro ritè, & rectè examinatis, alias videndum mandare repeti, & ad dandum interrogatoria quatenus dare intendat, alias videndum repeti sine, & ita passim hic in curia obseruatur, prout etiam testatur Ambrosia. de mod. forman. proff. inform. lib. 3. capit. 1. num. 47. & seqq. & quod requiratur citatio partis tenet etiam Farin. c. quæst. 66. numer. 310. in princip. & post Brun. Corrad. conf. 68. vol. 2. Ruyn. conf. 46. vol. 4. Vulpell. resp. 95. in princip. Baiard. q. 45. num. 14. † vbi plus subdit, quod si talis citatio committeretur, non sufficeret illa generalis monitio ad omnes, & singulos actus, & videndum examinari testes in responsione ad inquisitio-



- fitionem, quando pars non est contumax, vbi alios allegat, & in specie Vulpel. in dicto consilio 93. num. 3. Prax. Archiepiscop. Neapolit. cap. 29. nu. 11. Cauale. de testib. nu. 200.
- 5 Sed circa formam dictæ citationis contingit dubitari, quod illa sit defectuosa, cum reus non citetur ad videndum iurare, induci, & repeti, prout dixi in præcedente defens. cap. fin. cū omnino requiratur, quod interueniat citatio ad videndum iurare, & induci, & adeo sit de essentia, vt si omittatur, testium examinatio sit nulla, vt dixi in prædicto loco, & ideo puto, quod tutius erit, quod citetur reus ad videndum iurare testes, & induci, & repeti, & ad dandum interrogatoria, vt in terminis tradit Honded. conf. 101. n. 23. vol. 1. nisi velimus dicere, quod ita in curia obseruetur prout verè ego nunquam aliter obseruari vidi, sed circumscripta dicta obseruantia, non video quomodo posset sustineri dicta forma citationis, sed hylus possit esse in aliquo loco, vt quis torqueatur etiam non facta repetitione cum citatione partis. Bolog. in add. ad Guid. de Suzar. in tract. de torm. in vers. pro conclusione Domini Auctoris, & Grammat. decil. 34. num. 1. 37. in fine, Baiard. q. 45. nu. 24.
- 6 Imò testes sunt repetendi parte citata, etiam quod procederetur sola facti veritate inspecta, vel essemus in casibus, in quibus proceditur argumentis, & præsumptionibus, Olasc. decil. 79. num. 19. & etiam vbi causa committitur, omni iuris solemnitate omisa, & latè post alios, quos allegat Baiard. q. 45. n. 34. & seq. & latè Cauale. de testibus, part. 5. n. 206. vt dixi in præcedenti defens. cap. 9.
- 7 Copia autem interrogatoriorum factorum per reū contra testes repetendos, non datur fisco, nec adherenti, Cauale. de testib. par. 5. nu. 185. & dixi supra.
- 8 Secundum requisitum est, quod repetitio fiat cum omnibus illis qualitatibus, quæ requiruntur, vbi isti testes repetendi nunquam fuissent examinati, prout ego latè dixi supra in defens. 21. in materia confrontationis, idem est dicendum in repetitione, Iul. Clar. q. 45. n. 13. Hond. conf. 101. n. 30. vol. 1. Ambros. in l. 3. cap. 1. num. 16. vbi infert, quod si essent testes, quorum dictis non esset habenda ratio, vel fides, nisi cum tortura, quia esset locus criminis, non sufficeret, quod prius fuisset examinatus in tormentis, & quod denuò iuraret, sed opus esset quod post iuramentum poneretur in tormentis, & perseueraret in illo dicto, quia prima tortura, & quicquid fuit factum ante litis contestationem non habetur in consideratione, quoad præiudicium rei, Iul. Clar. q. 45. vers. cæterum. ibi, & aduerte Farinac. conf. 53. nu. 4. Et in repetitione debet interuenire iuramentum, alias repetitio non valeret, Clar. d. q. 45. nu. 13. Bursat. conf. 192. num. 35. vol. 2. & conf. 205. n. 107. & seqq. vbi de communi, & reddit rationem eodem vol. 2. Hond. conf. 101. num. 24. & 39. circa fin. vol. 1. vbi de communi Bertazz. conf. 30. num. 30. tom. 2. crim. diuers. latè Cauale. de testib. p. 5. numer. 200. vers. sed numquid, vt requiratur repetitio cum iuramento, & tortura, & parte citata vt quia, vt ipse sub n. 207. inquit repetitio dicitur noua examinatio, & in tantum, vt si non appareat de iuramento delato, non præsumatur illud interuenisse, Bursat. dicto conf. 192. num. 35. & repetitio fieri debet post litem cōtestatam, nempè post interrogationem, & responsonem rei, capitulo qualiter,
- & quando extra de accusat. el. 2. Mil. in præc. fol. 118. nu. 24. Baiard. q. 45. nu. 44.
- 9 Sed caueat iudex, quod tortura in repetitione non est inferenda in caput nominatorum, ipsa prima depositio facta in tormentis per reum, fuerit ab illo reo, & locio criminis ratificata extra tormenta, Bursat. conf. 201. n. 58. vol. 2. Ambros. d. lib. 3. cap. 1. num. 18. Quæ quidem tortura leuis esse debet, & moderata, Boss. tit. de mand. ad homicid. num. 31. prout ego latè dixi in materia confrontationis in defens. 21.
- 10 Tertium requisitum est, quod fiat talis repetitio postquam fuerit reus receptus inter reos, Cauale. de testib. p. nu. 5. 202. vbi firmat, quod ita practicatur, & etiam post publicatas attestaciones, & postquam reus habuit copias processus, cum verè, ac congruè possit conficere interrogatoria, quæ verè non potuisset plenè facere, nisi vidisset testificata, & ita tenuit alias sacra consulta prout testatur Farin. q. 66. numer. 310. & seqq. vbi etiam plus dicit ita alias ipsum fuisse in voto, quod fuit subscriptum ab omnibus iudicibus Tribunalium vrbs, licet alias de iure dici posset, quod repetitio testium fieri debeat ante publicatas attestaciones, Marant. de ordin. iudic. par. 6. rubr. de inq. nu. 8. in fin. Foller. in præc. crim. in verb. detur copia capitulorum n. 1. Clar. q. 49. vers. item scias, Bonac. commun. opin. par. 1. vers. indiciorum copia, Bursat. conf. 311. num. 7. nec dissentit Hond. conf. 101. nu. 2. volum. 1. Quæ conclusio procedit de iure ciuili: contrarium autem seruatur de iure canonico in vrbe, & in terris ecclesiæ, prout declarat idem Marant. vbi supra num. 10. sequitur Flamm. Cart. de interrog. reis lib. 3. c. 3. num. 60. & num. 67. & 69. ita passim seruatur hic in curia, vt bene in proposito dicit Farinacc. in d. q. 66. nu. 310. & seqq. ex illa ratione, quia, non visis attestacionibus, certè non possent propriè, ac commodè fieri interrogatoria, super quibus testes debent omnino repeti, & mox dicam: Ideo ex asserta dispositione iuris ciuili reo tollitur ista defensio, vt bene, & ad plenum, quod non possint formari interrogatoria Prax. Archiep. Neap. cap. 28. nu. 11. in fin.
- 11 Quartum requisitum est, vt testes repetantur super interrogatorijs ipsius rei, & postea super examine a testibus facto Ambros. d. lib. 3. capitul. 2. num. 1. & ita ego semper obseruari vidi a bonis, & timoratis iudicibus, & ego semper ita obseruavi, & ibi Ambros. Tyronibus ponit formam, & quod debeant repeti super interrogatorijs datis a reo, alias non probarent, Bursat. consil. 20. numer. 65. & lib. 1. latius in consil. 311. numer. 4. & seqq. lib. 3. vbi testatur, quod ita vidit seruari, & in consil. 201. numero 145. lib. 2. Hond. consil. 101. numer. 28. volum. 1. vbi testatur, quod ita seruatur in Curia Perusina, & quod pluries ita in facto obtinuit, & ibi testatur etiam de communi, Bursat. in d. consil. 201. numer. 145. testatur de magis communi opinione, Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 269. num. 19. cent. 3. vbi subdit magis procedere, si copia processus decerneretur, præuia protestatione rei, vt possit repetere testes super interrogatorijs, ad quod defensor inquisiti bene aduertat, quando instat pro copijs, licet Iul. Clar. in q. 23. n. 3. & Foller. in loco relato per Cabal. in d. n. 19. cōtrariū teneat attestates de cōsuetudine, q̄ testes super interrogatorijs rei nō repetatur, cū eorum loco reo concedatur testiū repulsa, prout et refert Baiard. d. q. 45. nu.



45. in fi. Sed Aduocatus habeat prę oculis, quod dicit Caualc. de testib. p. 5. n. 212. quod tutius sic defendere reum per capitula, vel articulos, & per alias probationes, quam per interrogatoria cum aliquando per ea magis grauetur reus, & ob id subdit, quod ista ars conficiendi interrogatoria non quadrat iuuenibus, & inexpertis Aduocatis & procuratoribus.
12. Et in tantum est vera huiusmodi magis communis opinio, quod debeant repeti super interrogatorijs rei, vt si aliter deposuerint, non probarent, vt de communi testatur pro Burs. Masc. de prob. concl. 685. n. 4. vol. 1. sed non erit examen nullum, sed pars, siue reus poterit instare, vt testes super interrogatorijs etiam repetantur post publicationem examinis. Miting. obser. cent. 1. obser. 32. vbi subdit, idem esse, si fuerit omissum interrogare testes super aliquo articulo, sed Fiscus caueat, q̄ interrogatoria, quę habent vim articulorum, quasi per indirectum fierent defensiones non recipiantur, sed rescendant, sed tantum admittat interrogatoria, quę concernunt declarationem dictorum testium, & alias circumstantias, vt latę per Caualc. d. p. 5. nu. 212. de testib. & etiam si testis nolit respondere super interrogatorijs redditur suspectus, nec creditur in eo super quo deposuit. Dec. in l. 18. apud nu. 45. C. de edend. & post Spec. & Alex. Caualc. de Brach. reg. par. 3. nu. 71.
13. Ac etiā deberent repeti super interrogatorijs, et si iudex decreuerit copias cum illa clausula, habitis testibus pro ritę, & rectę examinatis; de cuius materia latę dixi supra in Defens. 25. & si interrogatoria iudex non admisit, vel super eis interrogauit, admittitur appellatio. Cabal. cōf. 50. n. 2. vbi subdit etiam vbi ex officio tantum procederet, & ibi ponit, quod iudex possit reuocare decretum admissi interrogato.
14. Quintum requisitum est, q̄ testes debeant affirmare esse vera, quę in primo examine dixerunt, quia, si dixerint, nō recordari esse vera deposita in primo examine, eorum dictum corrumpit Foller. in tract. crim. in verb. & demum repetantur n. 7. Hond. cōf. 101. n. 32. vers. praterea vol. 1. Baiar. q. 45. nu. 18. vbi etiā dicit,
15. q̄ talis depositio est legenda vnicuique testi separatim ab alijs testibus in secreto, ne vnius depositio per aliam fabricetur, & formam ponit Hond. in conf. 101. nu. 30. quę talis est: die tali coram N. Locumtenente Criminali A. C. talis cum iuramento interrogatus, & examinatus super informatione, & tota causa dicit, quod alias fuit examinatus, ad quam præcedentem depositionem se refert, & lecta ei dicta facta depositione die, &c. quę incipit, &c. & finit, &c. de verbo ad verbū, dixit, q̄ vera sūt oīa, quę in ipsa cōtinētur, quę oīa de verbo ad verbū ratificat, & emologat.
16. Sextum est requisitum, vt testes repetantur per iudicē, nisi fuerit legitime impeditus. Baiar. q. 15. nu. 39. in prin. & in omnem casum non potest fieri per procuratorem Fiscalem, cum non habeat facultatē deferendi iuramentum, & testes ita per fiscalem repetiti habeantur, ac si non essent repetiti, vt post Crau. & Marsil. firmit in terminis. Burs. in conf. 192. n. 35. li. 2. vbi subdit etiam si primę attestaciones essent receptę per iudicem, ad quod Aduocatus hic in Curia aduertat, quia sæpe poterit subuertere plures processus.
17. Septimum requisitum est, vt non fuerit conclusum in causa, vel pronunciatum, quia fisco non competit amplius repetitio testium post pronunciatū, vel sententiatum in causa. Capic. dec. 35. in fi. Gram. dec. 28. n. 6. Foller. in pract. crim. in 3. p. prin. n. 46. & in verb. demum recipiantur testes, n. 12. Hond. cōf. 101. n. 34. vol. 1. Baiar. d. 45. n. 21. Add. ad Magō. dec. Lucēf. 74. in lit. B. & ita alias fuit obseruatum per Marcum Aurelium de Domo Locumtenentem Criminalem Gubernatoris Urbis in vna Senarum præsentis falsitatis contra Fiscum, & Nerum Ricafolum ad fauorē Philippi de Squarcialupis, sed post hæc scripta inueni Moscar. in tract. de cogn. seu prob. delict. rub. de iniur. nu. 36. cum plurib. seqq. vbi tradit in isto articulo longam distinctionem, & tandem sub nu. 44. in fine videtur concludere contra Gram. in allegata decis. 28. & Vinc. de Franc. dec. 668. p. 4. qui loquitur, an possint repeti in causa appellationis, tu autem non recedas a d. opinione Gram. cum illam Doctores sequantur, & potest dici, quod sit communis, & secundum illum vidi pluries in Curia praticari.
18. Octauum requisitū etiam est, vt non sint publicatę attestaciones; quia, licet in criminalibus ad instantiam iudicis, & ex eius officio, atque ad instantiam rei possint repeti testes, etiam didicisti testificatis, tamen ad instantiam accusatoris repeti non possunt; & sic, quādo proceditur ex officio, & ad querelam partis in simul, non admittitur testium repetitio gl. in c. cum clamor extra de testib. vbi ceteri Doct. & præcipuē Innoc. n. 1. Host. n. 1. & n. 4. & seq. Bal. nu. 2. & seq. Aret. n. 5. Abb. n. 3. Fel. n. 4. & seq. Ant. Gabr. de testib. con. cl. 21. nu. 95. & seq. And. Gail. de pac. publi. li. 1. c. 18. n. 7. 9. & 18. Modern. Roman. q. 66. n. 306. Quod tamen intellige, quādo prima vice fuissent formiter examinati, secus si nulliter, & reo non citato, quia tunc indistinctę et publicatis attestacionib. vtrique parti admittitur testium repetitio. Farin. d. q. 66. nu. 310. Vincent. de Franch. decis. 628. num. 8. & seq. & ego latę superius dixi.
19. Nonum requisitum est, quod testis in repetitione non debeat se deferre ad primum examen simpliciter, sed debeat denuo deponere per extensū, quia referens se ad primum examen simpliciter receptum, parte non citata, dicitur se referre ad examen nullum ex defectu citationis; ideo repetitio non valeret Bal. in l. fi. in fi. de testib. Socin. Sen. conf. 40. n. 2. li. 3. Ofas. dec. 129. n. 7. & seq. Mazzol. conf. 77. n. 36. Burs. conf. 20. nu. 64. lib. 1. Corn. conf. 65. col. fi. vers. item testis, lib. 1. Alber. de testib. c. 7. nu. 69. & seq. Masc. de probat. concl. 1368. nu. 5. li. 3. dec. Auen. 91. n. 5. in fi. Hond. conf. 101. nu. 31. & seq. vol. 1. vbi alios allegat, & Moder. Rom. q. 66. n. 42. qui pro hac opinione Bald. alios concordantes allegat, & præcipuē hoc est verū si prius deposuerit per scripturam. Lud. Marot. respons. 69. n. 42. Caualc. de test. par. 5. nu. 207.
- Contrariam opinionem, vt iudex teneatur testi legere primam depositionem tuetur Bart. in l. eos, n. 6. in fi. vbi Mars. n. 5. ff. de fals. Crot. de test. num. 375. vbi de communi Boss. tit. de tortur. test. n. 34. & tit. de oppos. contra person. test. nu. 8. Tind. de testib. p. 3. c. 1. n. 1. & n. 2. Alber. de testib. d. c. 7. n. 68. Andr. Gail. obser. 104. n. 3. lib. 1. Farin. q. 66. n. 36. & seq. & sub n. 43. testatur de magis communi, & maxime procedit quādo testis in primo examine se subscripsit Boer. decis. 108. num. 4.
20. Et licet in hac materia dentur plures declarationes, vt est videre per Doctores relatos per Farin. in d. quæ-



d. q. 66. nu. 3. cum plurib. seq. tamen illa est vera opinio, vt in ciuilibus possit se referre ad primum examen nullum secus in criminalibus, vt bene consulendo tradit Corn. conf. 56. col. fi. vers. item testis lib. 1. & Crauet. conf. 115. n. 8. Brun. a Sol. in suo vnico consil. crimin. num. 58. vbi alios allegat, Monticell. in pract. crimin. in suo Repert. test. Rubr. Testes in criminalib. quando recipiantur, fol. 257. col. 2. vers. & melius nouissimè declarat Thom. Triui. decis. 46. per totam, & præcipuè sub n. 5. vbi testatur, quod ita pluries fuit decisum, & ratio est, quia testis tenetur respondere interrogatorijs, & testis nolens in repetitione de nouo deponere, nisi lecta eius prima depositione, dicitur suspectus de falso, vt per decis. Auenion. 61. nu. 5. vers. ceterum, vt aperte loquamur, Caualc. de testib. p. 5. n. 207. in fin. & quando examen habet suspitionem falsitatis, tunc non potest testis ad illam se referre Diaz. reg. 749. in 2. limit. Menoch. conf. 109. nu. 10. & Conrad. in pract. tit. de testib. Rubr. de dubio dicto nu. 39. vbi concordantes allegat.

Et magis procedit, vt dixi quando etiam ipse testis esset ex aliqua circumstantia suspectus de falso, quia non potest se referre ad primum examen, nec etiam petere illud sibi legi; & exhiberi, Fely. in capitul. cum intra numero primo, de testib. Tindar. de testib. par. 3. c. 11. n. 2. Crot. de testib. nu. 375. Marf. in l. eos. n. 4. ff. de fall. Menoch. de arbit. cas. 109. num. 11. Farinac. q. 66. nu. 55. vbi de recepta opinione, & in practica sæpius obseruata.

Ac etiam magis procedit, quando iudex testem repetit ad declarationem primi dicti dubij, vt non admittatur depositio relativa ad primum examen, nec ei sit legendum Tindar. de testib. par. 3. c. 10. nu. 2. vers. tua Bal. opinio, & Modern. Roman. d. q. 66. num. 51.

Idemq; erit, quando fuit testis primo loco examinatus in iudicio summano, vel coram arbitro, quia in repetitione non potest se referre ad primum examen Menoc. d. cas. 109. nu. 7. & seqq. Olasc. dec. 128. n. 12. & seq. & nu. 17. in fin. Andr. Gail. obseruat. 104. nu. 4. lib. 1. dec. Auenion. 91. sub n. 4. & seqq. Diaz. reg. 749. in prima limit. Idemq; erit, quando se referret ad primum dictum extraiudiciale, vel ad testimonialia facta metu excommunicationis, vel si primum dictum non fuerit iuratum, Neuizan. in Sylua nupt. lib. 3. nu. 61. Baiard. q. 45. nu. 45. vel parte non citata factum, cum non possit se referre ad illud Menoch. d. cas. 109. n. 6. Auenion. dec. 91. n. 4. & seq. qui concordantes allegat, & Farinac. in q. 66. n. 48. decipitur, dum firmat, quod apud nos contrarium seruatur, cum non solum permittatur testibus, vt se referant ad primū examen receptum pro informatione Curie, verum etiam illud eis legatur de verbo ad verbū prout iacet, & et antequam interrogetur super interrogatorijs ex parte rei datis; quia veritas est, quod boni iudices, & Deum timentes, & qui non sitiunt sanguinem, nec quærunt crumenam Principis indebitè implere, primo examināt testes super interrogatorijs rei, & deinde faciunt, vt referant ipsi testes eorū depositiones priori loco factas saltem in substantia, & deinde eis legi faciunt totam eorum deponitionem, & ita ego semper, & indistinctè obseruauī in quacunque causa quamuis grauissima, prout etiam dixi supra in defensione cōfrontationis, & ita hortor iudices ad obseruandum, cum lex permittat testes examinari super interrogatorijs rei, vt veritas

eruatur, & omnis sinistra suspicio falsi tollatur, eū totaliter talis repetitio super interrogatorijs fiat, p. de defensione eiusdem inquisiti, quæ non debet adubrari ex modo representandi testibus primum examen.

21 Fateor bene, quod si testis petat terminum in actu repetitionis ad se recordandum de eo, quod prius deposuit, q. iudex debeat illum ipsi dare, & statuere, cum dicta testium sint coadiuuanda, & non cauillanda, vt in terminis tenet Bal. quem refert, & sequitur Alber. de test. c. 7. n. 69. seq. Farinac. d. q. 66. n. 42. vers. det iudex.

Ac et fateor, quod si ex aliqua qualitate, vel circumstantia iudici videatur, vt patiat, quod possit testis se referre ad primum examen, ac mandet sibi legi, vel exhiberi dictam primam deponitionem, Bar. in d. l. eos nu. 6. & ibi Marf. n. 4. ff. de fall. Tindar. de testib. par. 3. c. 10. sub nu. 1. & nu. 5. Alber. de testib. c. 7. nu. 68. 78. Crot. de testib. n. 375. vbi de communi, Menoc. de arb. cas. 109. nu. 3. & 12. Moder. Rom. q. 66. nu. 49. Mascari. de prob. concl. 1368. nu. 5. lib. 3. Dec. resp. 66. nu. 4. lib. 1. Honded. consil. 101. nu. 31. vers. & saltem lib. 1. decis. Auenion. 91. n. 6. Caualc. de test. p. 5. num. 27. in fine.

22 Sedit consultum testi, vt in repetitione protestetur, & dicat, q. ipse deponit, prout sibi videtur modo, sed si appareret aliter dixisse in alia deponitione, ex tunc corrigit secundum dictum, & se reducit ad primum, cum illo tempore melius recorderetur secundum Bart. in d. l. eos, Boer. dec. 108. n. 9. Baiard. q. 45. n. 45. in fi. doct. adducti per Caualc. de testib. p. 5. sub nu. 207. vers. cautela, & nu. 208 & part. 4. nu. 172.

23 Si verò testes examinatus, & citatus ad repetendum, & deponendum, q. dixit in primo examine non cōpareat, & fugam arripiat, vel se occultet, eius prima depositio falsa præsumitur, Angel. de Malefic. in verb. comparent dicti inquisiti, nu. 7. vbi dicit, quod possit formari inquisitio super subornatione, & maxima præsumptio innocentie inquisiti, seu accusati reulatat, vt post Bott. conf. 1. nu. 76. & seq. testatur Baiard.

24 d. q. 45. n. 4. Ad q. aduocatus aduertat, quia huiusmodi falsitatis præsumptio in vno teste inducit etiam præsumptionem in alijs, qui deinde repeterentur, decis. Auenion. 33. n. 1. seq. dec. 53. n. 4. prout euenit & e contra, quod si testes inhabiles reperiantur veri in pluribus, ceteri autem veri in omnibus. Dec. resp. 48. n. 34. vol. 3.

25 Primo limita supra firmatam cōclusionem, vt sitis habeat intentionem fundatam super processu informatiuo, quando reus declarauit testes prout, & rectè examinatis, Bursat. conf. 38. n. fi. vol. 4. Vulpell. resp. 68. nu. 7. Baiard. q. 11. nu. 5. & q. 45. nu. 25. de qua limitatione dixi supra in præcedenti defensione.

26 Secundò limita, quando testes fuerunt cū reo cōfrontati, Iul. Clar. q. 43. in proposito Bonac. com. opin. lib. 1. vers. si iudex, Bursat. conf. 387. in fine vol. 1. & late dixi supra in defensione 21. cap. 18.

27 Tertio limita, quando reus esset condemnatus in contumacia, quia testes non repetuntur etsi reus fuerit per Principem restitutus ad nouas defensiones, Clar. q. 11. n. 3. q. 45. n. 13. Farinac. q. 11. nu. 105. Cartar. de execut. tent. c. fi. n. 175. Mascari. de prob. concl. 497. n. 13. vol. 1. Petr. Caball. in cas. 110. nu. 36. & seq. in q. crim. ceter. 2. De qua limitatione, et dixi sup. in defensione 24. c. 9. n. 14. vbi declarauī quomodo ista limit. intelligat.

28 Quarto limita, & intellige, quando testes essent mortui, quia probant absque alia repetitione, de qua dixi supra in defensione 23. c. 9. nu. 16.



19 Quinto limita, quando reus est confessus, quia non requiritur, quod testes repetantur. Cartar. de interrogatio. reos, lib. 4. c. 2. nu. 29. declarando, vt dixi supra in Defens. 9. c. 16.

Sexto limita, quando agitur de declaratione depositionis testium, quia tunc non requiritur citatio. Ruin. conf. 482. quem allegat, & sequitur Boss. in tit. de oppos. contra test. nu. 35. & Baiar. in q. 45. nu. 30. & quod ad declarationem dicti in criminalibus repeti possint testes. Clar. q. 61. vers. quero nunquid, vbi firmat, quod ex officio iudex hoc facere potest, ad instantiam autem partis de iure fieri non debet, licet de consuetudine hoc iudex facere possit, vt testatur Specul. & Alex. in locis per eum adductis, vbi tamen ipse Clar. inquit, quod ad instantiam partis hoc ipse non faceret, nisi ex iusta causa, & quando aliter veritas haberi non posset, sed etiam vt addant tanquam melius recordari. Aret. in d. c. cum clamor sub nu. 5. Sed in hoc Io. Andr. ibi sub nu. 4. dixit, quod isti testes non possent repeti, nec ad mutandum, neq; ad addendum, sed tantum ad declarandum, prout idem voluit Clar. d. q. 61. vers. quero nunquid ibi, licet non, vt addat Modern. q. 66. nu. 313. & seq.

30 Ad defensionem autem, etiam post publicationem, tã officio iudicis, quam ad instantiam partis recipi possunt Fel. in c. cum clamor nu. 5. vbi concordantes allegat Anan. nu. 3. extra de testib. Modern. Rom. d. q. 66. num. 316. qui ibi par. 8. per totam, multa alia dicit circa repetitionem testium, quæ magis concernunt materiam civilem, quam criminalem, & ideo curiosus lector apud eum videre poterit, & latius post eum Caualecan. in pract. de testib. p. 5. nu. 200. & seq.

Fiscus vbi, & cuius expensis repetitionem facere debeat.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Testium repetitio debet per ipsum iudicem recipi, qui ferre debet sententiam.
- 2 Quod magis procedit, quando extaret consuetudo, quod testes soleant accedere ad iudicem in alijs causis.
- 3 Testium repetitio, quando necessitas causa suadeat, potest alteri committi per remissoriam, vel per transmissionem commissarij, & ita passim seruatur in curia.
- 4 Testium repetitio pro conuolitando processu informatiuo fieri debet expensis accusatoris, & fisci.
- 5 Testis inductus ab vna parte potest repeti ab altera, etiam parte inducente inuita, & potest reus examinare testes fisci pro sua defensione.

#### C A P. II.

1 **N**on est dubium, quod Fiscus debeat facere repetitionem coram iudice causæ, vt iudex videre possit quo vultu, & pallore, ac qua trepidatione testis deponat super interrogatorijs rei; cum totaliter talis repetitio fiat ad fauorem eiusdem rei, & dicatur eius magna defensio, cum ex ea sequi debeat resolutio totius causæ; Ideo multum iudex super ea inuigilare debet, nec illam alteri committere valet, & detecta testiu falsitate, & ad tormeta, & ad alia remedia necessaria peruenire potest. §. quoniam scimus Authen. de testibus vers. his omnibus. Vnde sumitur Authen. apud eloquentissimum, C. de fide instrumen. cep. 1. de testibus cogen. in fine. Virg. Bocc. in tract.

de remissorial. capitulo secundo, numero quinto.

2 Eoque magis debent testes cogi, vt reperiantur coram iudice causæ, quando extaret consuetudo, quod testes soleant accedere ad curiam in alijs causis, quia tunc essent etiam in alijs vocandi, & repetendi in curia, l. 3. §. si. de testibus. Felin. in d. c. 1. de test. Virg. Boccac. d. c. 2. nu. 7.

3 Sed quia contingit aliquando, quod testes, quia sunt in dignitate constituti, senes, valetudinarij, vel aliquo alio legitimo impedimento detenti ad curiam accedere non possunt; Ideo operæ precium est ad aliud remedium deuenire, vel ad remissoriam concedendam, vel ad transmittendum commissarium. Circa remissoriam, iam vidimus, quod tam de iure, quam vigore constitutionis Pontificum in statu ecclesiastico, nec fisco, nec instigatori conceditur remissoria, vt dixi in Defens. 16. c. 1. nisi accedat consensus eiusdem rei; ideo deuenitur ad transmissionem commissarij, qui facillimè poterit omnia considerare in ipsa repetitione, & diligenter percunctari, quæ considerarentur per ipsum iudicem causæ, & omnia eidem iudici deinde referre, vltra ea, quæ diligenter in actis adnotare debet. Sed bene verum est, quod etiam hic in curia seruatur, quod aliquando transmittatur commissarius, & aliquando concedatur remissoria, iuxta grauitatem criminis, & iuxta numerum testium, & iuxta alias circumstantias, & qualitates causæ, loci, & personarum, prout diuersos casus refert Ambros. de mod. proced. in proces. informat. lib. 3. c. 2. nu. 15. & ego possem plures alios casus referre, sed bene etiã verum est, quod facilius, & vt plurimum conceditur commissarius. Et cui talis commissio fieri debeat, & quæ requirantur in destinatione dicti commissarij, iam latè dixi in Defens. 14.

4 Circa transmissionem commissarij, restat solū videre, cuius expensis, & sumptibus commissarius transmittatur. Et si adsit accusator, vel instigator de stilo Romanæ Curie, ille expensas facit, quatenus dictus impensas sublinere valeat, vt testatur Ambr. d. lib. 3. c. 2. nu. 9. alias ipse fiscus dictam impensam facit, cum sit ille, qui instat conuolitari processum informatiuum, & omnes impensæ in accusatione, & fabricatione processus sint irrogandæ per accusatores, instigatores, & fiscum, vt dixi supra in defens. 7. c. 5. Sed magis in terminis Put. dec. 427. lib. 1. Decian. respon. 51. nu. 122. lib. 2. Gabr. conf. 118. nu. 69. & seqq. lib. 2. Hond. conf. 101. n. 27. lib. 1. & ita passim hic in curia obseruatur, vt non dato instigatore fiscus sumptibus Camerae testes repetat, non obstante, quod repetitio aliquam dilationem recipiat, ob interrogatoria data a reo, quicquid aliter sentiat Ambr. de proces. informat. lib. 3. c. 2. n. 8. seq. Et ita in specie tempore Ioannis Iacobi Panici, procuratoris ficalis vltra casus reatos per ipsum Ambros. fuit obseruatum in vna Raunenaten. intentata contra Præpositum illius ciuitatis, cum fiscus subministrauerit omnes expensas in transmissione commissarij, pro repetendis testibus, non obstantibus quamplurimis interrogatorijs, quæ ego confeci ad fauorem dicti Præpositi contra testes per fiscum repetendos, & in contingentia facti semper ita erit obseruandum, prout hucusque obseruatum fuit hic in Curia Romana.

5 Scias etiam in ista materia repetitionis, quod testis inductus ab vna parte, possit repeti ab altera, etiam parte



parte inducente inuita, Capic. dec. 39. per tot. decif. Auenion. 116. nu. 4. Aret. conf. 140. ver. ad quæsitum autem, vbi latè, & magis in terminis Caualcen. de testib. p. 5. n. 200. ver. Rursus, vbi subdit remota tamen probabilij suspitione subornationis, & quod testes induciti pro fisco possint etiam examinari ad defensionem rei, licet non essent omni exceptione maiores, quia forsitan essent testes fisci, pater, mater, filij, fratres, & alij affines, vel consanguinei in casibus in quibus de iure admitti possent, sed quod iudex iudicabit postea quanta fides eis sit adhibenda, & ibi etiam dicit, quid in socio criminis, & tandem concludit, quod sit remittendū religioni iudicis, & quajsi admittantur contra reum cur non debeant etiam recipi ad eius fauorem, & dummodo tamen non recipiantur isti testes fisci de directo ad probandum contra illud, quod prius deposuerunt pro fisco, & quod in causa reconventionis testes pro actore possint etiam recipi pro reo, etiam si causa fuerit annexa post Bartol. & Felyn. idem Caualcen. de testibus d. p. 5. numer. 200. in fine. Et quod socius criminis possit induci ad fauorē alterius consocij suadet, quia socius criminis aliquam probationem facit ad fauorem illius saltem debilitando probationes fisci, vt post alios, quos allegat, firmat Farin. conf. 66. nu. 15. & si fiscus vellet ipsum examinare nō poterit impediri per reū, ita est dicendum, vt possit examinari ad fauorem rei, vt seruetur inter fiscum, & reum æqualitas, l. si. C. de fruct. & latè expeof. & ita in terminis tenet Caualcen. d. p. 5. sub num. 200. & iudex inmeritis causis postea arbitrabitur quanta fides ei veniat adhibenda, vt supra dixi.

## D E F E N S I O XXVI.

*Circa relaxationem carcerati.*

Carceratus per quos relaxari possit a carceribus.

## S U M M A R I V M.

- 1 Carceratus non potest habilitari a carceribus, nisi a iudice, qui illum carcerare fecit, etiam distans statuto, vt captus relaxari debeat. & num. 3.
- 2 Carceratus relaxatus ab alio iudice, si fiat iterum carcerari a primo iudice, ista captura non dicitur noua, sed continuata cum prima.
- 3 Custos carcerum relaxans carceratum, cum mandato alterius iudicis tenetur, ac si carceratus aufugisset.
- 4 Custos carcerum isto casu, relaxans carceratum pro causa criminali, vel pro causa civili, qua pena puniatur.
- 5 Captus iniuste, antequam detrudatur in carceribus, potest per ipsum capientem sine mandato iudicis relaxari, & quid si fuerit detrusus in carceribus, sed nondum descriptus in libro carceratorum.

## C A P. I.

**Q**uoniam completo processu informatio, & completo examine rei, aliquando contingit, vel ex qualitate causæ, vel ex conditione carcerati, reum esse relaxandum a carceribus, Ideo modo videamus pro defensione rei, vel inquisiti, de ipsa habilitate, & primo quis possit carceratum relaxare.

Et conclusio est, vt carceratus, vel attestatus non possit ab alio a carceribus habilitari, quam ab ipso iudice, qui inquisitū ipsum carcerauit, vel arrestitit, vt latè consuluit, & concordantes allegat Matt. Brun. conf. 129. per totum p. 1. vbi in fine testatur ita fuisse iudicatum, & sub nu. 2. etiam firmat, vt custodes carcerum non relaxent carceratum, nisi prius habeant mandatum, vel bulletam iudicis, qui ipsum carcerare fecit, & sub num. 4. etiam firmat, quod si distaret statutum, captum esse relaxandum, vt intelligi debeat secundum iuris communis dispositionem, nempe per illum iudicem, qui illum carcerare curauit, & sub numero 5. etiam dicit, quod si captus fuerit relaxatus per alium, quam per iudicem capture, si denuo a primo iudice committatur captura non dicatur noua captura, sed eadem continuata cum prima.

Et quod non possit carceratus relaxari, nisi eū ordine, seu mandato iudicis in scriptis, vel eū bulletino, & non ab alio, quam a iudice, qui illum carcerare fecit, est regula satis trita per L. nihil tā naturale, de reg. iur. cum eius sit saluare, cuius est destruere, & eius sit relaxare, cuius est carcerare. Iodoch. in pract. c. 13. rubr. de relax. carcer. n. 2. Brun. de cessio. bon. 11. q. 4. q. princ. sub nu. 39. Rim. iun. conf. 82. nu. 25. & seq. lib. 2. vbi testatur ita in facto obtinuisse. Bec. conf. 44. num. 34. lib. 1. & de communi, & practicata opinione testatur Modern. Rom. q. 31. nu. 91.

Et custos carceris relaxans carceratum, sine iudicis mandato in scriptis puniatur, ac si idem carceratus aufugisset. Marf. in pract. §. attingam, nu. 18. & §. opportunè, nu. 19. & in tract. de bannit. in verb. carcerati nu. 33. Ang. de malef. in verb. q. fama publica sub nu. 90. & ibi Aug. in addit. §. & qua pena iste custos puniatur in casu predicto, si erat detentus pro causa criminali, vel si fuisset detentus pro debito civili, vide Farin. in d. q. 31. n. 9. & in specie Bec. in d. conf. 44. num. 34. videtur concludere esse puniendum eadem pena, qua puniri debebat ipse carceratus, si reus esset criminis, pro quo detinebatur, vt declarat et post alios, quos allegat, idē Farin. in d. q. 31. n. 5. & 6. & 92. in fi.

Si vero relaxatus erat detentus pro debito civili, & tunc custos carceris teneatur parti ciuilitate ad solutionem debiti, ad interesse, & alia pena extraordinaria, Iodoch. in pract. c. 19. de relax. carcer. nu. 4. Farin. d. q. 31. nu. 80. & sub num. 92. 93. & seq. et tradit si debitor possit relaxari a custode carceris ex solo consensu creditoris, si debitor adhuc non fuerit descriptus in libro carceratorum.

Si vero pro causa criminali aliquis indebitè captus fuerit, antequam ducatur ad carceres potest per birroarium relaxari sine mandato iudicis, l. si quis vxor. §. si fugitiuū, ff. de fur. Paris. de Put. in tract. de synd. in verb. captū c. 8. officiales destinati, n. 4. in fi. & prout ego dixi in defensione circa capturam, secus vero si illum duxerit ad carcerem, quia tunc requiritur mandatū iudicis, nisi fuerit simpliciter carceratus, & adhuc non descriptus in libro carceratorū, quia si deinde birroarius, qui illum cepit dicat custodi carceris, qd illum relaxet, potest ipse custos illum relaxare, etiā sine mandato iudicis in scriptis, vt tenet Modern. Roman. in d. q. 31. n. 94. ver. bene verū est, qd ego non ita simpliciter admitto, quia si esset ille dimissus in carceres a birroario, notorius delinquens, vel bannitus, & custos carceris habuerit sciētiam de banno illius, non erit



erit a custode carcerum relaxandus, nisi cum bolletino in scriptis alicuius iudicis, vel superioris, cum iam eidem custodi carcerum pro carcerato fuerit assignatus, & si non esset carceratus illum carcerare debuisset.

**Carceratus quando debeat a carceribus habilitari.**

**S V M M A R I V M.**

- 1 Carceratus, completo processu, si appareat de eius innocentia, debet habilitari a carceribus, etiam sine fideiussione.
- 2 Carceratus in casu dubio debet etiam completo processu habilitari a carceribus.
- 3 Carceratus, ubi agitur de poena pecuniaria, debet completo examine habilitari a carceribus.
- 4 Clerici, completo processu debent habilitari a carceribus.
- 5 Carceratus etiam ubi agitur de poena corporali remittitur arbitrio iudicis, quando sit relaxandus a carceribus.
- 6 Iudex, quando relaxat carceratum a carceribus, & recedit a regulis iuris communis semper debet facere, ut appareat de causa, per quam ipse se mouet ad illum relaxandum, licet in dubio presumatur iusta causa.
- 7 Iudex non habilitans carceratum a carceribus in casibus de iure permisis, tenetur actione iniuriarum in sindicatu.
- 8 Defensor rei isto casu debet offerre in actis idoneos fideiussores, ut iudex teneatur in sindicatu.
- 9 Carceratus, quando debeat habilitari a carceribus, tam in causa pecuniaria, quam in causa corporali, remissiuè.
- 10 Carceratus, quando ex qualitate causa diu esset retinendus in carceribus, ob repetitionem testium propter defensiones faciendas in partibus longinquis, interim debet habilitari a carceribus, & maxime si esset persona nobilis, magna existimationis, vel ecclesiastica.
- 11 Carceratus non habens fideiussorem potest offerre pignora.
- 12 Carceratus in aliquibus casibus non debet habilitari a carceribus, sed diligenter custodiri, quos hic Author recenset.
- 13 Carceratus, quando de iure, vel consuetudine esset habitandus, & fideiussores, & pignora non haberet, quomodo relaxari debeat.
- 14 Carcerati, quando ad inuicem pro relaxatione possint fideiubere.

**C A P. II.**

**D**E ista quaestione late dixi supra in defensione circa priuilegia carceratorum, ideo nunc solum repeto, quod si ex processu informatiuo, vel repetitiuo constaret de innocentia rei, sine dubio erit relaxandus, etiam non factis alijs defensionibus, neque expectata sententia, & quauis ageretur de delicto, pro quo veniret poena corporalis infligenda, nullus uersus donec repeterit, c. de exib. reis. Marf. in §. attingam. num. 16. in sua practica, ubi testatur ita pluries habuisse in facto, & obtinuisse in practica, & in tract. banit. in ver. carcerati, n. 34. & sing. 381. Grilan. de relax. carcer. rubr. de fideiuss. reor. q. 1. n. 4. & 8. Menoc. de arbit. casu 303. n. 34. Suarez in tract. de fideiuss. in caus. crim. nu. 25. in fi. Iul. Clar. q. 46. vers. pariter etiam Magon. dec. Lucens. q. 2. n. 12. & seq. Bertaz. conf. 367. n. 1. li. 2. Ba-

iar. d. q. 46. n. 39. ubi tamen refert, quod Carau. in Regno hoc non potuit obtinere, licet constaret de innocentia rei, quae obseruantia Regni, cum sit contra ius, non est extendenda ad alia loca.

Imò isto casu poterit reus relaxari etiam sine fideiussione. Alex. Static. conf. 119. n. 2. to. 1. crim. diuers. Boer. Cassan. Carau. & Gram. in locis relatis per Iul. Clar. q. 46. vers. pariter etiam, qui tamen non approbat istam opinionem, sed bene, quod relaxetur sub fideiussoribus, & ita seruari testatur, & testantem refert Boss. tit. de sent. n. 61. si uero fuerit completus processus ex parte filci, & constet ipsum inquisitum esse innocentem, & non culpabilem, non video cur non possit relaxari etiam sine fideiussoribus, cum debeat omnino absolui.

2 Ac etiam in casu dubio debet reus relaxari sub cautione, cum in dubio semper inquisitus praesumatur non culpabilis Grilan. de relax. carcer. q. 2. n. 2. Clar. q. 46. vers. in dubio autem, ubi subdit hoc esse inductum, ut iudex minus, quam fieri possit grauet subditos, quicquid per iudices indiscretos parum eruditos, & uanagloriam seueritatis anhelantes aliter seruetur. Sed hoc potest esse intelligendum completo processu, ut ante sententiam relaxari possit, quia non completo processu non potest dici, quod iudici constet de innocentia rei, vel quod res reddatur dubia circa eius imputationem. Magon. decif. Lucens. 42. nu. 13. & ita declarat Farinac. q. 33. nu. 70. Suarez. de fideiuss. in cau. crim. n. 25. Franc. Marc. dec. 799. per tot. p. 1. Baiar. q. 46. nu. 41.

3 Ac ubi ageretur de poena pecuniaria publicato processu, sine dubio reus debet sub fideiussoribus relaxari, l. Diuus in prin. ff. de const. reor. Ang. de malef. in verb. quod fama publica n. 66. Grilan. de relax. carcer. tit. de fideiuss. nu. 1. & 7. Iodoch. in pract. crim. c. 19. rubr. de relax. carcer. n. 5. & rub. de fideiuss. in materia crim. n. 1. ubi reddit bonam rationem, quia poena non minus satisfieri potest fisco per fideiussorem, quam per ipsum principalem. Couar. var. resol. li. 2. c. 8. nu. 8. Bertaz. conf. 12. n. 1. conf. seq. n. 1. vol. 1. suar. in tract. de fideiuss. in caus. crim. n. 1. Ant. Gom. tit. de delict. c. 9. nu. 8. Menoc. de arb. casu 303. nu. 3. ubi de communi Clar. q. 46. vers. in hac tamen materia.

4 Quod praecipue est in clericis. Foll. in prac. can. in verb. & in carcerib. mancip. c. 12. Fel. in c. legebatur, nu. 1. extra de maior. & obed. Moder. Ro. in q. 33. n. 2.

5 Ac etiam ubi agitur de poena corporali, iudicis arbitrio remittitur, an velit carceratum sub fideiussoribus relaxare. Castren. in conf. 328. per totum lib. 2. Franc. Casson. in pract. de indicat. & tort. c. 9. rubr. de captu. & carcer. nu. 12. Corrad. in pract. tit. de carcer. nu. 15. Menoch. d. casu 303. nu. 2. Suar. in tract. de fideiuss. in causa crim. nu. 26. & cautela erit pro iudice, ut exprimat causam in actis, per quam inducitur ad carceratum relaxandum, ne in sindicatu redarguatur. Castr. d. conf. 328. in fine cum sit regula generalis, quod quando iudex recedit a regulis iuris communis ex aliqua causa, debet semper facere, ut de illa causa appareat in actis, alias tenetur, late Moder. Rom. in q. 17. nu. 62. & seq. & q. 33. nu. 72. Bene uerum est, quod in dubio semper praesumitur, ut moueatur ex iusta causa. Suarez. in tract. de fideiuss. in caus. crim. numer. 26. vers. 4. aduerte.

7 Ac etiam iudex aduertat, quod in casibus, in quibus de iure tenetur reum fideiussoribus committere, si recuset,



cuset, dicitur inferre gravamen, & poterit a dicta denegatione appellari, & in syndicatu teneretur actione iniuriarum, si vero pro condemnato, §. i. ff. qui satisf. cog. & ibi communiter Doct. vt testatur Ant. Gomez in tit. de delict. c. 9. n. 8. vers. & in tantum Suar. in d. tract. de fideiuss. nu. 2. Grillan. de relax. carcer. tit. de fideiuss. n. 2. Iodoch. in pract. crim. in c. 20. n. 2. Sed Iul. Cl. r. in q. 46. vers. p. iorum que declarando istam materiam, dicit esse animadvertendum, & vt defensor rei faciat ponere in actis huiusmodi instantiam relaxationis cum oblatione idonei fideiussoris, alias iudex, licet non relaxet dictum reum, non teneretur in syndicatu, prout in facti contingentia fuisse iudicatum, testatur Assi. super 2. p. contit. Regni, rubr. 10. nu. 3.

9 Reliqua autem in ista materia, ultra ea, quae dixi supra, in defens. 7. quilibet videre potest ad saturitatem, quando quis, tam in pena pecuniaria, quam corporali relaxari possit, pendente processu, & quando, & quomodo ad carceres sit reuocandus, Menoch. d. casu 303. per tot. Suar. in alleg. tract. de fideiuss. Modern. Rom. q. 33. per totam, & Muscat. latissime in sua pract. de fideiuss. Baiard. quaest. 46. per totam.

30 Sed bene verum est, quod in practica apud nos seruatur, & maxime in tribunali A. C. vbi cauae graues agitantur de diuersis partibus remotis, & longinquis, & publicato processu offensiuo, oportet testes repetere, & conuadare reo citato, ut non vigeat consuetudo, vt reus declaret testes pro se, & recte examinatis, seu receptis, & postmodum secuta repetitione in partibus reus de nouo velit commissarium pro defensione faciendam etiam in partibus vna cum repulsa testium, & ob id, antequam deueniatur ad discussionem causae super meritis, labantur, ne dum menses, sed et anni; ideo solent rei a carceribus habilitare cum fideiussione de habendo aliquam domum pro carcere, vel totam ciuitatem, ac etiam de representando, iuxta qualitatem personae, & causae, vt carcerati minus quam fieri possit grauentur in expensis, & maxime, quando carceratus esset persona nobilis, ac magnae existimationis, vt si Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, vel aliae personae nobiles, & Ecclesiasticae, prout de iure omnino etiam permittitur, Salyc. in l. si quis reum, n. 9. ff. de cust. rec. Grillan. de relax. carcer. rub. de fideiuss. reor. q. 1. nu. 8. vbi loquitur de quodam viro nobili, & magnae existimationis, & diuitijs copiosissimo, Syluest. Aldobr. conf. crimin. diuers. to. 1. conf. 71. n. 9. Suar. in loco citato per Clar. q. 46. sub ver. in dubio autem, Farin. q. 33. nu. 60. Bertazz. conf. 12. n. 5. in fine, & nu. seq. & quis dicatur persona Illustris, bonae existimationis, ac nobilis remittitur arbitrio iudicis. Menoch. de arbit. casu 68. n. 2. Baiard. q. 46. n. 51. & ita passim hic in curia obseruatur factum tamen verbo cum sanctissimo, & de eius expressa licentia, vel mandato, & non aliter. Imo aliquando similes personae relaxantur etiam sub eorum obligatione, & cautione iuratoria sub illa summa, & quantitate vita iudici, iuxta criminis qualitatem, dignitatem, nobilitatem, & diuitias inquisiti, prout de iure Doctores fieri possit, affirmant Grillan. in d. rub. de fideiuss. reor. nu. 8. Conrad. in pract. crim. lib. 1. c. 9. §. 3. sub rubr. de carceratione. Iod. in pract. crim. d. c. 20. n. 11. vbi late Baiard. q. 46. n. 24. & quod reus ante repetitionem testium debeat relaxari sub cautione, ne in carceribus marcescat, tradit Baiard. q. 49. nu. 39. in fi.

vbi subdit, quod isto modo erit conuadit fisco, & reo. 11 Et si non habeat fideiussionem, & offerat pignus, erit relaxandus sub pignore, late Farin. q. 33. nu. 6. vbi etiam tenet, quod iudex non recipiens pignus teneatur in syndicatu. Sed Cassan. in consuet. Burgun. tit. de iustices, rubr. 1. §. 5. nu. 171. dicit, quod reus non admittitur ad dandum pignus, vbi interuenire debet fideiussio, Baiard. quaest. 46. quaest. 43.

12 Bene verum est, quod adsunt aliqui casus particulares, in quibus iudex non debet reum relaxare fideiussoribus, & primo si alias aufugerit a carceribus, vt non debeat relaxari, sed sit diligenter custodiendus, l. i. ff. de cust. reor. Marf. in l. maritus, ff. de quaest. circa fine, Ang. de malef. in verb. pro quibus, Aret. in princ. Baiard. q. 46. n. 31. Menoc. de arbit. casu 303. n. 9. & seq. vbi subdit, quod non per hoc erit sublatum arbitrium iudici illum relaxandi, si voluerit, & faciendi, prout sibi visum fuerit Modern. Roman. q. 33. nu. 35.

Secundo, si debet torqueri, vt manifestet socios, vel quid aliud, vbi de socijs interrogari potest, Paris. de Put. de syod. §. carcer. & carceratus, vers. quaero, si est factum delictum. Baiard. q. 46. n. 32. Menoch. de arbit. casu 303. nu. 25. & seq. lib. 2. qui loquitur in quolibet teste torquendo pro habenda veritate ab ipso, vt non relaxetur ante torturam ei indictam, licet principaliter de delicto non inquiratur.

Tertio, quando reus esset indiciatus ad torturam, quia non debet relaxari sub fideiussoribus, sed erit detinendus in carceribus, etiam quod agatur de poena pecuniaria. Suarez. in tract. de fideiuss. in caus. crim. n. 18. Menoch. d. casu 303. n. 25. Grillan. de relax. carcer. rubr. de fideiuss. reor. q. 2. n. 2. Mosler. Rom. q. 33. nu. 39. Quam tamen limitationem intelligi, quando esset completus processus offensiuus, & defensiuus, & nil aliud restaret, quam super iudicijs disputare, & tunc non sit relaxandus, donec non fuerit tortus; lecus autem si esset completus processus offensiuus tantummodo, & ex eo appareret inquisitum esse grauatam ad torturam, quia tunc cum debeat fieri repetitio, ac etiam defensio rei, per quam possint indicia fisci elidi, non videor cur non debeat relaxari a carceribus sub fideiussione, prout dixi supra.

Quarto, aliqui volunt, quod in crimine falsi non sit reus relaxandus a carceribus, sed omnino teneretur dicere causam in carceribus, Marf. in pract. in §. attingam, nu. 7. in fi. & in rub. de fideiuss. n. 232. Menoc. de arbit. casu 303. nu. 12. Hieron. Magon. dec. Lucen. 42. nu. 12. Baiard. q. 46. memb. 35. vbi post alios, quos allegat plus subdit, etiam si pro dicta falsitate puniri deberet poena pecuniaria, imò si fuisset relaxatus parte non citata ad carceres erit reuocandus, per late tradita per Dec. conf. 143. per tot. quem sequitur Garg. conf. 125. to. 1. crim. diuers. Sed quando pro crimine falsi esset pecuniaria poena irroganda, vt reus et possit sub fideiussoribus relaxari, consuluit late Bertazz. conf. 12. nu. 2. lib. 1. late sequitur Moder. Rom. in q. 53. nu. 31. & seq. vbi ad contraria respondet.

Quinto, in capto in flagranti crimine, vt non sit relaxandus fideiussoribus licet poena delicti esset pecuniaria. Marf. in §. attingam, num. 3. in pract. crimin. Gram. conf. 35. nu. 8. quos sequitur Carauit. ritu 41. in fi. Baiard. q. 26. num. 33.

13 Pro complemento autem scias, quod reus veniret habilitandus de iure, vel de consuetudine, & non haberet,



ret, neque fideiuffores, neque pignus, debet relaxari sub iuratoria cautione. Iul. Clar. q. 46. vers. sed quid agendum; quæ tamen propositio habet multas limitationes, quas ponit Bar. in l. 1. ff. quis falsid. cog. & precipue quando reus esset malæ conditionis, & famæ, & malos, ac corruptos mores haberet. Baiar. q. 46. n. 49. Sed circumscriptis dictis malis moribus. Marian. Soc. in c. qualiter, & quando n. 130. de accus. consuluit iudices, quod faciant examinare testes, qui cognoscant conditionem rei, vel inquisiti, qui sit talis, qui nõ possit reperire verisimiliter fideiuffores, & eorum depositiones faciant in scriptis redigere, & Iul. Clar. in d. q. 46. in vers. sed quomodo, dicit, q̄ in practica obseruatur, vt retento reo in carceribus per aliquot dies arbitrio iudicis, postea fisci procurator se informent de qualitate rei, & an dolosè differat, malaq; intentione, & inueta impossibilitate, tunc relaxabitur subiuratoria cautione, & ita in effectu seruatur, vt testatur Ante Scap. in tract. de iure non script. lib. 5. c. 74. n. 5. Baiar. q. 46. n. 50. & hic et in vrbe passim obseruatur, & maximè per supremũ Tribunal visitationis carcerũ.

14 Et carcerati possunt ad inuicem fideiubere. Bart. in l. Romanus, ff. de tut. & curat. & quotidie ita seruatur, vt testatur Carau. rit. 160. in fine, quando sunt facultatibus idonei, & ista fideiussio, quæ datur ad inuicem dicitur Vicaria. Carau. rit. 163. nu. 1. Baiar. q. 46. nu. 47. vbi refert, quod Iod. in pract. crim. c. 20. nu. 15. tenet, quod licebit in paruis delictis ciuilibus intentatis, & quod tales carcerati, si essent idonei, possint ad inuicem fideiubere, & quod talis fideiussio Vicaria vocetur. Muscat. in pract. fideiuss. p. 1. mod. 20. nu. 3. & ita hodie communiter obseruatur, & licet aliqui voluerint procedere solummodo in ciuilibus, tamen est verum, vt procedat etiam in criminalibus, vt post alios, quos allegat tradit Pet. Cabal. in q. crim. cas. 72. per totum cent. 1. Imò sub nu. 3. & seq. dicit in clericis procedere, vt possint ad inuicem fideiubere pro liberatione a carceribus, etiam si non essent idonei in loco carceris, quia essent forenses.

## DEFENSIO XXVII.

## Circa reservationem defensionis.

Reus an possit suis defensionibus renunciare.

## SUMMARIUM.

- 1 Defensionibus suis quis renunciare non potest.
- 2 Cautela datur iudicibus, vt semper assignent terminum reo ad faciendum suas defensiones, & patiatur terminum labi.
- 3 Quod procedit etiam in enormibus, & quibuscumque criminibus, etiam si renuntiatio fuerit iuram. vallata.
- 4 Et etiam poterit renunciationem reuocare, si reus defensionibus renuntiauerit.
- 5 Appellationi nec etiam quis renunciare potest, quando agitur de morte naturali, & ciuili, vel de membri mutilatione.
- 6 Item nec potest renuntiare defensionibus diminuentibus delictum.
- 7 Item nec tenet renuntiatio, quando reus dixerit pro certo habere sibi nullam defensionem competere.
- 8 Contrariam opinionem isto casu tenent aliqui Doctores, sed poterit isto casu renuntiatio reuocari.

- 9 Item procedere, quando notoriè constaret, quod nulla sibi competat defensio.
- 10 Reus potest suis defensionibus renunciare, quando fuit repperus in flagranti. Item procedit in famoso latrone. Item in assassino. Item in delictis, pro quibus non imponitur pena corporalis, vel infamia. Item in defensionibus introductis de iure municipali, vel de apicibus iuris. Item in confesso. Item quando renunciatur defensionibus, vt citius absoluat.

## CAP. I.

- 1 **I**n hac questione Aduocatus sciat, quod regula est vt reus non possit suis defensionibus renunciare, l. non tantum, vbi glo. in verb. acquiescit, ff. de appell. gl. in l. pactum in verb. cum liceat, ff. de pact. Natt. conf. 359. n. 3. vol. 2. Rolan. conf. 12. n. 14. li. 3. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. n. 33. vbi multos allegat, & testatur de communi, † vbi præbet optimũ consilium iudicibus in practica, q̄ semper reo assignent terminũ ad faciendũ suas defensiones, & licet inquisitus renūciat termino probatorio, iudex non admittat talem renunciationem, sed patiatur terminum labi, vt defensionem suam facere possit. Iul. Clar. q. 49. n. 19. vbi de communi Ass. decif. 391. sub nu. 9. vbi Vrsill. nu. 2. Menoc. q. 7. nu. 9. lib. 1. Farin. q. 39. n. 51. vbi de cõmuni, & alios allegat Tho. Triuif. dec. 1. n. 7. lib. 1. & seq. lib. 1. vbi reddit rationes Dec. in tract. crim. lib. 2. nu. 12. vbi dicit, q̄ nemo potest se spõte subijcere torturæ. Laderch. Imol. cõf. 184. nu. 9. vers. sed idem sæpè Baiar. q. 49. nu. 38.
- 2 Et licet aliqui contrarium tenuerint, & maximè in enormibus, quos refert Farin. q. 39. n. 52. & seq. tamè a prima opinione nullo modo est recedendũ, quæ sine dubio est magis communis, & locum habet generaliter in enormibus, etiam si renuntiatio fuerit iuramento vallata, vt post Mar. Foller. & Duen. testatur idem Farin. d. q. 39. nu. 54. Laderch. d. conf. 184. sub nu. 9. d. vers. idem sæpè, Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 1. num. 69. Baiard. q. 49. nu. 60.
- 3 Et si fuerit renūciatũ defensionibus in criminalibus, reus poterit dictam renunciationem reuocare. Doct. in l. 2. c. quæ appell. non recip. Ang. in l. non tantũ, ff. de appell. Marc. dec. 60. n. 8. p. 2. Baiar. q. 49. n. 62. Caualc. de Brach. reg. p. 1. nu. 182. in fi. Farin. q. 39. n. 57.
- 4 Idemque est, vt reus non possit in criminalibus renunciare appellationi. Marc. d. dec. 60. n. 7. p. 2. Boer. dec. 267. sub nu. 16. vbi tenet, quod quando tractatur de morte ciuili, vel naturali, vel membri mutilatione, non possit per condemnatum, vel condemnandũ expressè appellationi suæ, vel per quemlibet aliũ interpositæ, vel interponendæ renunciari. Baiar. d. q. 49. n. 57. † Neque possit renunciare defensionibus diminuentibus delictum. Laderch. Imolen. conf. 184. nu. 9. in fi.
- 5 Imò, etiam si reus renunciaret suis defensionibus, edicta causa, quia certo scit carere omni defensionis spe, & ideo renunciauit cuilibet termino sibi statuendo, tam ex forma iuris communis, quam statutorum, quam formam tradit Mar. Soci. in c. qualiter & quando, nu. 1055. de accus. quam formam etiam refert Baiar. q. 49. n. 61. adhuc talis renuntiatio non nocet, neque valet, & quod si iudices talem renunciationem extorserint, & admittant, super eos, & eorum filios conuertetur, vt post Ang. de Perus. tradit Ang. de malef. in verb.



in verb. qui iudex dictis inquisitis, n. 14. Marf. in pract. §. examinanda, n. 11. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. sub nu. 36. Clar. q. 49. vers. quero nunc, Menoc. de arbit. q. 7. nu. 10. Bonac. com. opin. crim. p. 1. vers. defensionibus autem, f. 48. col. 1. Modern. Rom. q. 39. n. 56. dicit hanc opin. esse veriore, & Cauale. de Brach. reg. p. 1. n. 178. dicit, qd iudices pessimè faciant, quando persuadent, vt reus suis defensionibus renunciet.

Contrariam opinionem, vt per similem renunciationem reus suis defensionibus renunciare possit, tenet Marian. Socin. in loco citato, Bald. in l. raptore, nu. 4. C. de episc. & cler. Ang. de malef. in loco citato, num. 5. & 8. vbi testatur se semper practicasse dictum Bal. Ang. in l. sed & si quis, l. quæsitum, ff. si quis caut. vbi dicit, quod hac practica hodie vtuntur assessores, Iul. Clar. d. vers. quero nunc, post med. Bonac. com. opin. crim. p. 2. vers. defensionem personæ, Baiar. d. q. 49. nu. 61. in fi. & Fely. in c. cum venissent de testib. dicit, quod renunciatio defensionis valet in nouè casibus, quos ibi recēset, & Cauale. d. p. 1. n. 180. dicit subtrahi in notorio delinquente, & quando est certus iudex, quod reus nullam habeat defensionem, & si reus dicat nullam habere defensionem, & maximè si reus est vir facinorosus, vel si immineret periculum scandali, & maximè etiam, quado iudex haberet brachium regium, & liberum arbitrium.

Quæ prima opinio procedit sine difficultate, quado reus post renunciationem factam, illam reuocat, & penitet renunciaffe, quia nemo cōtradicit, vt reus tunc possit se defendere. Marf. in pract. §. examinanda, nu. 31. Foller. in pract. crim. in verb. facta litis contestatione, nu. 8. in fi. Franc. Marc. dec. 60. num. 8. p. 2. Farin. q. 39. nu. 57. Baiar. q. 49. num. 62. Laderch. Imolen. conf. 184. sub num. 8.

Ac etiam debet intelligi, non quando simpliciter renunciat defensionem, asserens etiam nullam habere, nec sperare defensionem, sed quando notoriè cōstet, qd re vera nulla sibi competat defensio. Paris de Put. de syndic. in verb. condemnatio, c. 4. u. 6. Ang. de malef. in verb. qui iudex dictis inquisitis, nu. 6. & 8. Marf. in §. examinanda, n. 14. in pract. crim. Foller. in pract. in verb. facta litis contestatione, n. 8. & in verb. & confitebuntur, nu. 57. Moder. Rom. q. 39. nu. 58. Rub. Alexan. in tract. de potest. procur. in caus. crimin. ad l. iterum quoque, §. publicè, nu. 8. de public. iudic. Cauale. d. par. 1. num. 180.

Primo limita supra firmatam conclusionem, vt nemo possit defensionibus suis renūciare, quando reus fuit repertus in flagranti crimine, Ang. de malef. in d. verb. qui iudex dictis inquisitis, n. 11. Marf. in d. §. examinando, nu. 13. & 14. & in l. vnus, §. cogniturum, nu. 91. ff. de quæst. Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebuntur, nu. 57. Farin. d. q. 39. n. 61. Tho. Triuis. dec. 1. num. 24. lib. 2. cum etiam deprehenso in flagranti, & confesso fit dandus terminus. Laderch. Imolen. conf. 184. nu. 8. vers. & idcirco.

Secundo limita in famoso latrone. Foller. in d. verbo & si confitebuntur, n. 57. Corrad. in pract. tit. de proced. ante diffin. n. 5. & de cōmuni testatur post alios, quos allegat Modern. Rom. d. q. 39. n. 63. Baiar. q. 49. nu. 59. latè Cauale. de Brach. reg. p. 1. nu. 179.

Tertio limita in assassino. Marf. in d. §. examinanda, n. 21. & seq. & in d. §. cogniturum, n. 95. & seq. vbi supra nu. 5. vbi alios allegat Ant. Gabr. concl. 1. n. 26. li.

7. de crim. Modern. Rom. d. q. 39. nu. 64. vbi de cōmuni, & alios allegat, vbi bene declarat istas secundā, & tertiam limitationem procedere, quando constat reum esse assassinum, vel publicum latronē, & renunciaret defensionibus cum forma de qua supra; secus vero si de dictis qualitatibus non constaret, sed tantum reus de eis esset imputatus; quia tunc specialia assa sinij, & publici latrocinij non considerantur.

Quarto limita in delictis, pro quibus non irrogatur pena capitalis, vel corporalis, seu infamia, quia in eis admittitur renunciatio, & valet. Marf. in d. §. examinanda, nu. 15. Foller. in d. verb. & si confitebuntur, nu. 57. Corrad. vbi supra nu. 5. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. sub nu. 33. vbi dicit, quod ita semper vidit practitari in causis pauperum, sequitur Modern. Rom. d. q. 39. num. 65. & seq.

Quinto limita, & intellige, vt reus non possit renūciare defensionibus introductis de iure naturali, vel gentium; secus alijs introductis a iure municipali, vel quia sint de apicibus iuris, quia illis bene potest renūciare, vt declarat Doct. cumulati per Farin. d. q. 39. n. 67. Tho. Triuis. dec. 1. nu. 24. in fine lib. 2. Nec minus defensionibus de præsentem, nisi constet nullam competere defensionem; secus vero si simus in dubio renunciatio teneat. Cauale. de Brach. reg. p. 1. num. 182.

Sexto limita in confesso, qui potest renunciare defensionibus, Marf. in d. §. examinanda, nu. 12. & 17. & seq. & in d. §. cogniturum, nu. 91. 92. Foller. in ver. & si confitebuntur, nu. 57. Cef. Vrsil. ad Affl. dec. 391. nu. 2. Iul. Clar. q. 49. nu. 6. vers. quero nunc, Farin. d. q. 39. nu. 62. vbi de cōmuni, quod verum intelligo, quando etiam constaret, quod nulla defensio competeret aduersus confessionem, quæ defensiones multæ sunt, vt suo loco dicam alias, si non appareret notoriè, & clarè nullam defensionem competere, non erit attendenda dicta renunciatio etiam in confesso; per ea, quæ dixi in tertio limit.

Septimo limita, quando reus renunciat defensionibus, vt citius, aut celerius absoluat, quia tunc tenet renunciatio Bart. in l. custodias, ff. de pub. iud. Laderch. Imol. conf. 184. num. 8.

## DEFENSIO XXVIII. Circa Articulos.

Articuli quomodo, & qualiter formandi sint.

### S V M M A R I V M.

- 1 Articuli debent confisci ad fauorem reorum per procuratores, & aduocatos peritos.
- 2 Articuli quid sint, & quomodo formari debeant.
- 3 Articulus non dicitur fateri.
- 4 Articuli forma variatur secundum varietatem delictorum, & eorum circumstantias, & qualitates.
- 5 Articuli quomodo sint concipiendi in fauorem rei in crimine homicidij.
- 6 Causa in delictis dicitur basis, & fundamentum totius criminis.
- 7 Causa qualibet non sufficit ad inducendam presumptionem delicti, sed debet esse grauis, & releuans, iuxta qualitatem criminis.
- 8 Inimicitia grauis, & maior inspicitur ad presumendum homicidium contra plures inimicos.



- 9 Inimicus, qui elegit viam ordinariam iustitiæ, non grauatur, secuto homicidio in persona alterius inimici.
- 10 Inimicus, qui confessus fuit peccata sua sacerdoti, non grauatur per homicidium sequutum in personam sui inimici.
- 11 Fidei iuraciones præstita inter duos inimicos, operatur vt nõ defumatur indicium super homicidio secuto.
- 12 Absentia probatur per presentiam in alio loco.
- 13 Negatiua coarctata loco, & tempore quomodo probari debeat.
- 14 Negatiua probatur per familiares, & domesticos, ac per fides extraiudiciales.
- 15 Negatiua coarctata loco, & tempore probat innocentiam inquisiti, & debet absolui, etiam si fateretur delictum.
- 16 Pax extinguit indicium inimicitia.
- 17 Quod magis procedit, quando post reconciliationem adinuicem conuersati fuerint.
- 18 Bona fama rei extinguit malam famam fisci.
- 19 Bona fama rei in specie, tollit malam famam fisci in genere.
- 20 Emendatus, qui vixit laudabiliter per triennium non præsumitur amplius delinquere.
- 21 Nec est necesse probare, vt in dicto triennio venerit occasio delinquendi, & se abstinuerit a delicto.
- 22 Defensio necessaria probatur eo ipso quod quis irruit aduersus eum armatus animo offendendi.
- 23 Defensio necessaria an sit probanda, quod insultatus esset constitutus in discrimine vitæ, vel sufficiat simpliciter articulare, quod fecerit ad necessariam defensionem.
- 24 Articuli in diuersis alijs criminibus, quomodo concipi debeant, & enis sine.

## C A P. I.

- 1 **S**peculator in titulo de testib. §. 5. col. penult. verfic. & hoc sufficiat docet, quod Aduocatus studiosus ob negotiorum varietatem articulos variabit, & minuet, & addet, prout negotio viderit expedire, & ibi Io. Andr. in add. in princ. firmat, qd ars articulandi inter causidicos summum teneat gradum in Curia Romana, & caueant eam sequentes, quantumcunque sint magni Iuristæ, ne suo capite in principio hanc artem assumant, sed antiquis Aduocatis assistant, vel secum habeant procuratores expertos. Rebuff. in l. triplici, nu. 142. ff. de verb. sign. Chart. 717. prout refert, & sequitur Virg. Boec. in tract. delict. remiss. c. 5. n. 4. & Io. Ant. de Nigr. super c. Regni, c. 146. nu. 38. etiam dicit, quod discretus Aduocatus debeat considerare iudicia existentia contra reum, & illa elidere, & purgare per contrarias probationes, & præsumptiones, & sub num. 63. ponit multa exempla, quæ Aduocatus deducere debeat in Articulis, ad quæ Lectorem remitto.
- 2 Et articulus dicitur pars intentionis Rei, quam Reus probare intendit Soccin. in tract. de test. num. 8. & Specul. in tit. depositio col. 5. vers. positio dicit, quod articulus est brevis oratio, quam quis per testes, vel per instrumenta, vel aliunde probare intendit clem. sæpe de verb. sign. Virg. Boecac. d. cap. 5. numer. 6. & hic incidenter sciat, quod reo in crimin. non fiant positiones, cum nemo teneatur respondere positionibus criminosis, sed tantum officio iudicis per eius interrogationem, Bal. in l. accusatorem, numer. 7. vers. super hoc melius, C. de his, qui accus. non poss. Bar. iur. quæst. 45. num. 3.

Forma autem articuli est hæc, vt N. carceratus, & inquisitus probare vult, & intendit, qualiter ipse fuit de anno 1612. mense Ianuarij, die Lunæ 23. in ciuitate Tipherni, publicè ibi conuersando, negociando, deambulando, & comedendo, ac ludendo, & alia faciendo, prout testes, qui talia viderunt, & sciunt, & audierunt, pro veritate dicet, & deponent palā, &c. Qui modus articulandi a iure cõmuni desumptus est, quia ille, qui articulatur, nihil asserit, sed dicit, quod vult vel intendit probare per testes, & prout testes dicent Io. Andr. in c. fi. in prin. de iureiur. lib. 6. vbi Dominic. n. 2. Anchar. n. 4. Franc. col. 1. vers. secundo nota Cur. in tract. positio, nu. 6. qui dicit, quod adijcitur illa clausula, & plus, & minus prout testes dicere voluerint ad fauorem articulantis, prout sequitur Bocc. d. c. 5. numero 7.

- 3 Hinc est, quod articulans non fatetur licet ponens fateri dicatur Ioan. Andr. Dominic. Franc. in d. c. fi. de iureiur. li. 6. Curt. in tract. positio. n. 6. Marant. de ord. iud. p. 6. vers. positio, nu. 7. f. 539. vbi allegat Abb. in c. cum venerabilis in fi. de exceptio. Ioan. Andr. in cap. fin. de iureiur. lib. 6. Alexan. in conf. 70. colum. penult. vers. præterea vol. 2. & alios.

Et licet in civilibus formentur in simul positiones, & articuli, tamen in criminalibus nõ sunt positiones cum nemo positioni criminose te neatur respondere, Neuz. conf. 5. nu. 56. Ofasc. dec. 66. n. 2. & 11. & idem est dispositum per statutum vrb. lib. 2. c. 12. sed articuli solummodo, & iste modus articulandi, remittendo se pro veritate ad id quod deponere debeant testes, est valde proficiuus ad excusationem articulantis, quando Reus deponit falsum super articulis, Bal. in l. fi. C. si ex fals. instrum. Bocc. d. c. 5. n. 7. in fi. & in quib. differant positiones ab articulis. Marant. de positionibus. n. 1. Sed Gail. obser. 79. lib. 1. illas non admittit.

- 4 Et verè, vt supra dixit Specul. ob varietatem imputationum, & criminum deductorum in processu, non potest dari certa regula circa modum articulandi, sed causæ defensor debet diligenter inspicere titulum criminis, eius qualitates, & circumstantias, & alia resultantia ex processu, & ob id contra illa formare articulos; ex quibus possit reus se expurgare ab indicijs contra eum ex processu resultantibus, vt in terminis docet Ias. conf. 175. per tot. vol. 2. & latissimè Io. Ant. de Nigr. super c. Regni, c. 146. nu. 63. cum plurib. seq. vbi subdit, quod ponere omnia exempla requireret vnum plenum tractatum. † Et pono exemplum in homicidio commisso in personam alicuius, de quo carceratus imputatur, vt ponat in articulis, quod ille interfectus, dum vixit, fuit amicus, beneuolus, cõsanguineus, affinis d. carcerati, & quod in simul conuersationem habebant, & aliquando ludebant, bidebant, & comedebant, & quod erant habiti, & tēti pro amicis, & beneuolis, cum clarum sit in iure, quod homicidia, & alia delicta graua non committantur ab aliquo, nisi ex causa, & quæ sit conformis delicto, † & in criminib. semper attendatur causa, & illa sit basis, & fundamentum criminis. Franc. Casson. in tract. crim. in tit. de indic. præmedit. ante delict. c. 1. & seqq. Crauet. conf. 6. nu. 22. Rim. Iun. conf. 550. nu. 17. & seq. vol. 5. Decian. respons. 4. nu. 30. vol. 3. vbi post D. Aug. dicit, quod nemo est tam proteruus, vt amore delicti tatum, & sine causa delinquat, & Crau. in d. conf. 6. n. 20. etiam dicit, qd non sit verisimile, ut quis sine causa voluerit

commit-



committre delictū, & se, ac bona sua periculo amissionis, atque confiscationis exponere; & ideo ubi cessat causa delinquendi, cessat etiam præsumptio delicti Farin. conf. 50. sub num. 34. vers. ergo non est, & consil. 62. num. 6. in fine.

7 Et in tantum est verum, ut requiratur causa, ut subintret præsumptio delicti contra inquisitū, ut non sufficiat leuis, vel parua, sed debet esse conformis gravitati criminis Blanch. in l. fin. num. 130. de quæst. Bertazzol. consil. 192. n. 16. vol. 1. Sim. de Pret. consil. 15. num. 38. circa med. Decian. respons. 4. n. 52. vol. 3. & in summa in hac materia magis atceditur causa, quam factum ipsum, ut post Crauet. in conf. 75. n. 15. tradit Bertazz. conf. 11. n. 22. vol. 1.

8 Ac etiam erit deducendum in articulis, quod ille interfectus, dum dixit erat rixosus, scandalosus, habebat lites graves, & inimicitias cum pluribus personis quia tunc, licet carceratus habuisset aliquam litem, vel inimicitiam cum ipso interfecto, nihilominus magis grauarentur alij habentes maiorem causam inimicitiae, & indicium contra carceratum elideretur Ant. Galeaz. consil. 100. nu. 28. tom. 1. crim. Burfatt. conf. 146. n. 17. & conf. 216. n. 69. & seq. vol. 2. Theaur. decif. 24. sub n. 7. Baiard. q. 21. sub n. 116. & latè post alios, quos allegat Farin. q. 49. n. 14. & conf. 61. sub n. 5.

9 Ac etiam deduci poterit, quod inquisitus contra inimicum interfectum elegit viam iuris, & Iustitiae, instituendo quærelam ad illum puniendum de iniuria, vel offensione sibi factis, quæ tunc super homicidio sequuto non resultat præsumptio contra carceratum Alciat. consil. 468. num. 3. in Alban. conf. 46. n. 7. Burfatt. conf. 216. nu. 73. & prius dixit in consilio 146. num. 19. vol. 2.

10 Ac etiam erit deducendum, quod post iniuriam sibi illatam, carceratus confessus fuerit peccata sua sacerdoti, ac Sanctissimam Eucharistiam sumplerit, quia præsumitur deinde remisisse iniuriam in perpetuum, & successivè cessat indicium homicidij contra ipsum, latè Eugen. consil. 27. nu. 29. & seq. Modern. Rom. q. 49. num. 113. Rimin. Jun. consil. 88. nu. 16. & seq. lib. 1. Baiard. q. 21. numero 116. in fine, Hondè. consil. 86. num. 66. volum. 2.

11 Ac etiam erit deducendum, quod inter carceratū, & interfectum fuerant datæ fidei iuraciones de non offendendo, & ob id elidit indicium suspicionis Galeaz. d. conf. 110. nu. 27. Modern. Roman. q. 49. nu. 21. Rim. iun. d. consil. 88. num. 13. Eug. d. conf. 27. n. 22. & ego latè dixi in meo tract. de pace.

12 Et poterit etiam deduci, quod tempore commissi delicti ipse inquisitus erat absens a dicto loco delicti, & aderat in alio loco, illum specificando: quia probata præsentia in vno loco necessario, dicitur probata absentia alterius loci distantis lo. de Amic. consil. 82. num. 1. Menoch. de arb. cas. 64. nu. 13. & seq. lib. 2. & coarctari poterit negatiua ad locum, & tempus, nè pè, quod ille carceratus non fuit in loco homicidij tempore homicidij, quia erat in alio loco certo, & ab eo non poterat discedere, quin ipsi testes vidissent, vel sciuisent, vel non poterat adesse in loco delicti tempore homicidij, quin dicti testes sciuisent, & vidisset, latè in puncto tradit Foller. in præct. crim. in verb. recipiantur defensiones num. 31. vbi alios allegat, Iul.

13 Clar. q. 52. n. 2. † & isto modo perfectè dicitur probata negatiua Doct. in cap. cum ecclesia Sutrina, &

præcipuè, Rip. num. 88. de caus. possess. & propr. Burfatt. conf. 135. n. 44. vol. 2. Bertaz. conf. 251. nu. 44. & 99. vol. 2. las. conf. 153. nu. 5. vol. 2. Rim. iun. conf. 59. num. 63. vol. 1. conf. 554. n. 96. vol. 5. & consil. 730. n. 2. vol. 6. Decian. respons. 4. n. 25. respons. 88. num. 24. respons. 96. n. 31. & respons. 104. nu. 37. vol. 3. Hondè. consil. 69. num. 34. vol. 4.

Et melius poterit probari absentia a loco delicti, si probetur, quod ille carceratus fuerit tempore delicti commissi in alio loco cum Titio, & Caio, probando, quod fuerit continuo sine aliquo intervallo temporis cum ipsis testibus Io. de Amic. conf. 79. num. 1. qui dicit, quod ita tenet cōmuniter Canonistæ in c. ex tenore extra de testibus, & legisse in l. actor. C. de prob. & in l. optimā, C. de cōtrah. & cōmitten. stipul. Rim. iun. conf. 644. n. 2. vol. 6. Bertaz. conf. 251. n. 99. in vol. 2.

Imò aliqui volunt, quod dicatur coarctata negatiua, quando testes dicunt simpliciter, quod ille carceratus fuit illa die in tali loco, quia licet non dicant tota die, tamen præsumptivè dicatur probatum de tota die, secundum gloss. in d. l. optimam in verb. ipso die versic. quod præsumitur, quam Doct. dicunt peregrinam, & menti tenendam, ut firmat lo. de Amic. conf. 32. num. 6. & conf. 82. nu. 2.

Et non desunt, qui dicunt, quod probetur etiam negatiua in favorem defensionis, quando testes dicunt non commississe tale delictum, absque illa arcta ratione, ut in puncto tradit Thob. non. conf. 101. nu. 3. & Burfatt. consil. 216. nu. 66. vol. post alios, quos allegat, dicit, quod si testes dicunt non fuisse, neque vidisse talem imputatum de homicidio in loco homicidij, quia si adfuisse, vidissent, dicatur probata negatiua, & de simili modo probandi negatiuam tradit Rim. iun. d. consil. 145. num. 2. vol. 2. conf. 372. nu. 16. vol. 4. latè Paris. conf. 62. nu. 3. vol. 6. Etiam si deponerent super negatiua in favorem rei per verba de credulitate, Rim. iun. conf. 360. n. 42. vol. 4. Sed si quis velit ad saturitatem habere hanc materiā negatiuam, videat novissimè Fulv. Pacian. in tra. de proba. l. 1. c. 37. p. totū.

14 Et probatur negatiua loco, & tempore coarctata per familiares, & domesticos Paul. Grilan. de relaxat. carcerat. in 3. q. princ. tit. de absolut. n. 2. mihi, fol. 310. & Dec. resp. 96. nu. 31. vol. 3. refert in casu suo fuisse probatam negatiuam per fides quorundam nobilium, absque citatione fisci, & partis.

15 Et probata negatiua coarctata loco, & tempore, inquisitus liberari debet, etiā si contra eū adessent indicia ad torturā Bru. de indic. p. 1. q. 3. n. 6. & q. 5. per tot. & præcipuè sub n. 4. latè Hondè. conf. 101. nu. 15. & 17. vbi in fin. dicit, quod huiusmodi probatio dicitur plena probatio ad docendum de innocentia. Alex. conf. 24. n. 17. lib. 2. Bertaz. conf. 3. sub n. 6. li. 1. Fab. Turric. conf. 66. n. 22. Imò Gram. in conf. 6. nu. 3. & seq. post Alex. dicit isto casu sequi debere absolutiōnem, etiā si inquisitus fateretur delictum.

16 Poterit etiā defensor deducere in articulis, ac probare, quod inter inquisitum, & interfectū sequuta fuit pax, vel reconciliatio, quia ex ea tollitur indicium inimicitiae Dec. resp. 88. n. 12. vol. 3. Eug. conf. 27. nu. 21. Hondè. conf. 87. n. 101. vol. 2. qui loquitur in qualibet reconciliatio sequuta per conversationem, absolutiōnem obtētā a Sacerdote, & per quæcumque aliā Bertazzol. consil. 157. n. 20. vol. 2. & ego dixi in tract. de Pac. par. 1. quæst. 9. n. 2.



- 17 Et ut tollatur illa difficultas de amico reconciliato de recenti, ac etiam, quod post mille reconciliationes non sit confidendum de amico, ut per Clar. in q. 24. n. 6. de quo ego latè dixi in d. q. 9. n. 3. seq. Defensor debet articulare, & probare, quod post dictam reconciliationem interuenerint, inter ipsos, actus amicitiales, quia visi fuerunt in simul conuersari, comedendo, bibendo, ridendo, & alia similia faciendo solita fieri inter amicos: quia tunc cessat opinio Clar. cum dicatur extinctus omnis affectus inimicitiae, ut declarat Rim. iun. in conf. 88. nu. 13. vol. 1. & ego dixi in d. 1. par. de Pac. quæst. 9. num. 8.
- 18 Sed quia ferè in omni processu Fiscus solet conuolare ad malam famam inquisiti, probando ipsam esse solitum delinquere: ideo Defensor, quatenus dicta qualitas sit in processu per Fiscum probata, debet articulare, & probare bonam famam, quia tunc ista probatio confundet probationem Fiscus, Marf. in l. de minore §. plurimum n. 99. ff. de quæst. conf. 49. nu. 20. Crauet. confil. 8. n. 7. Mascard. de probat. concl. 234. n. 4. seqq. vol. 1. Rim. iun. conf. 174. n. 23. vol. 2. conf. 360. n. 1. vol. 3. Petr. de Sured. conf. 173. nu. 107. vol. 2. Hond. conf. 97. num. 39. vol. 1. quia deponentes super bona fama dicuntur deponere super non delicto, ideo præferuntur, ut tradunt Sured. & Hond. vbi supra, de qua materia latè tradam infra suo loco.
- 19 Ac etiam deducere bonam famam in specie, quia illa eo magis præfertur malæ famæ probatæ per Fiscum in genere Marf. in d. §. plurimum n. 100. d. conf. 44. n. 20. Bursatt. conf. 153. n. 7. vol. 2. Rim. iun. confil. 360. nu. 3. vol. 3. qui omnes alios allegant; Imò non desunt, qui tenent, quod mala fama Fiscus in specie tollatur per famam bonam in genere eiusdem inquisiti, ut tradunt Doct. adduci per Baiard. q. 60. nu. 87. Imò etiam si testes deponentes de bona fama inquisiti essent pauciores, adhuc magis eis crederetur Honded. conf. 97. n. 38. vol. 2. Petr. de Sured. conf. 173. n. 107. vol. 2. Baiard. d. quæst. 60. n. 86.
- 20 Nec non articulare, & probare, quod in eodem delicto, vel in eadem specie delicti ipse inquisitus honestè, ac laudabiliter vixit, & se abstinent a criminibus per triennium, per quam probationem erit sublatum indicium ex illa regula, quod esset solitus delinquere, ut in puncto tradunt Aleiat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 7. n. 3. Luk. Clar. q. 21. vers. fama in fi. Mascard. de probat. conclus. 222. n. 12. & n. 22. volum. 1. & conclus. 173. n. 103. volum. 2. Decif. Auenion. 1. n. 3. Granut. Theorem. 23. num. 16. vbi de communi, Petr. de Sured. conf. 173. n. 105. vol. 2. Marant. in Specul. par. 6. act. 13. n. 3. vers. & quod per triennium.
- 21 Nec erit necesse probare, quod in dicto triennio euenerit sibi occasio delinquendi, & se abstinerit, quia satis est probare, quod in dicto triennio honestè, ac laudabiliter vixerit; Si verò probaretur etiam, quod in dicto triennio euenerit casus delinquendi, & se abstinerit, certius erit, quod ipse haberi debeat pro emendato, & purgato, ut tradit Granut. d. Theorem. 23. n. 18. & sub. n. 19. post Rom. & Rolan. dicit, quod incipiat dictum triennium currere à die commissi delicti. Immo etiam non desunt, qui affirmant, quod emendatus de crimine melior reputetur, quam ille, qui nunquam deliquit, ut latè disputat illum articulum Granut. Theorem. 23. n. 20. seqq. & quomodo probetur, quod criminofus fuerit emendatus, latè docet Mascard. de probat. conclus. 466. n. 12. seq. vol. 1.
- 22 Nisi etiam velit conuolare ad probandam necessariam defensionem, nempe homicidium fuisse commissum ad necessariam defensionem, quia tunc debet articulare, & probare, quod aduersarius inceperit irruere aduersus inquisitum cum armis animo offendendi, & nisi illum statim offendisset, vel percussisset, fuisset ab eodem percussus, vulneratus, vel occisus, quia non debebat expectare percuti ab eo Grat. conf. 47. n. 13. vol. 2. Io. de Amic. concl. 116. nu. 5. qui asserit, quod ita tenent omnes Clar. §. homicidium vers. sed quæro. Iaf. conf. 133. n. 2. vol. 1. Hond. confil. 99. n. 13. & 25. vol. 1. Mazol. conf. 11. sub n. 64. Sim. de Pret. conf. 189. nu. 9. Mascard. de probat. concl. 490. n. 12. vol. 1. Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 88. n. 5. vbi latè, & alios allegat.
- Et ob id Aduocatus poterit articulare, quod inquisitus tunc erat constitutus in periculo vitæ, quia nisi illum offendisset, vel interfecisset, verisimiliter non poterat euadere, quin non offenderetur ab illo, ut docet Ang. in l. is, qui aggressorè C. de ficar. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 3. nu. 22. Gram. decis. 5. nu. 17. seqq. confil. 29. num. 12. 13. 19. Thom. de saluet. conf. 29. n. 6. tomo 2. crim. Marf. in pract. §. quoniam n. 66. Rim. iun. conf. 360. n. 66. vol. 4. Magon. decis. Lucen. 57. n. 4. Petr. Cabal. d. cas. 88. n. 4. vbi dicit; quod isto casu statim dicitur constitutus in periculo vitæ, nec debet expectare, quod percutiatur, sed potuit incipere, & præuenire, & maxime, quando aduersarius esset armatus sclopo per rationem per eum ibi allegatam.
- 23 Licet alij voluerint, quod sufficiat articulare, & probare simpliciter aduersarium voluisse irruere contra eum armatum animo offendendi, nec se restringere, quod fuisset aliter constitutus in dicto discrimine vitæ. Iul. Clar. §. homicidium vers. sed quoquo modo, vbi de communi, & practicata opinione, Bero. confil. 194. n. 12. lib. 3. Mascard. de probat. concl. 1126. nu. 9. seqq. Hond. conf. 99. n. 13. in fin. & n. 25. vers. satis est, qui omnes testantur de communi, Mazol. conf. 71. n. 12. seq. vbi dicit, quod sufficiat, quod probabiliter dubitare potuerit de offensione, & conf. 77. n. 17. seqq. Ac esse humaniorem, melioremque sententiam, ac in practica amplectendam opinionem, ut non requiratur, quod articuletur fecisse ad necessariam defensionem, sed sufficiat, quod simpliciter articuletur, & probetur, quod fecerit ad defensionem, ut de communi testatur Mascard. de probat. conclus. 490. n. 16. lib. 1. Mazol. conf. 71. n. 16. & in conf. 11. n. 35. dicit etiã, quod non teneatur aufugere, cum ex fuga resularet dedecus, vel verecundia, & quia etiam esset in periculo vitæ, habendo inimicum ad spatulas, & ibi testatur de communi, de quo latius & melius dicam infra suo loco in 3. libro.
- 24 Si causæ defensor velit habere formam articulorum in pluribus criminibus, videat Poller. in pract. crim. in verb. de forma capitulorum in plurib. delictis mihi fol. 365. cum plus, seqq. & latissime Io. Ant. de Nigr. in d. c. 146. n. 6. & seqq.

Claufula, quæ solent apponi per defensores in articulis, & earum effectus.

S V M M A R I V M.

- 1 Claufula, quæ solent apponi per Aduocatos in articulis datis pro defensione rei.

Clau-



- 2 Clausula non se adstringens apposita in articulis est superflua.
- 3 Reus assumens in se onus probandi, licet non probauerit, tamen non dicitur succumbere.
- 4 Clausula, reseruato iure, apposita in articulis est superflua:
- 5 Reus potest docere de innocentia in qualibet parte iudicij, & quodocunque etiam post conclusum in causa.
- 6 Iudex denegans defensionem in quacunque parte iudicij, punitur.
- 7 Iudex tenetur inquirere de innocentia rei, etiam post sententiam, & detecta innocentia eum absolueret, etiam si factus fuerit delictum, & etiam si noluerit absolui, consulto tamen Principe.
- 8 Testes recipi possunt ad instantiam iudicis ex officio ad fauorem rei post didicita testificata, tam super nouis articulis, quam super eisdem, & directe contrarijs.
- 9 Iudex debet querere testes ad defensionem rei ex officio, licet de consuetudine non teneatur.
- 10 Testes super nouis iudicij, & capitulis post didicita testificata, tam ad offensam, quam ad defensionem, recipi possunt.
- 11 Articuli super eisdem, vel directe contrarij ad defensionem, post publicatas primas defensiones, recipi possunt, secundum unam opinionem. Contrariam tenent alij: Author autem conciliat istas contrarias opiniones.
- 12 Probationes post didicita testificata quando admittantur, remissue.
- 13 Testes quando possint examinari in causa appellationis super eisdem capitulis, vel directe contrarijs.
- 14 Articuli noui, antiqui, dependentes, directe contrarij, qui dicantur.
- 15 Articuli, positiones, & capitula quid sint, & qualiter inter se differant.

## C A P. II.

- A**Duocatus autem in corpore ipiorum articulo-  
rum solet apponere istas clausulas. Non se ad-  
stringens, &c. reseruato iure, &c. protestans, &c.  
omni meliori modo, &c. & de singulis videamus. Et  
circa primam clausulam, non se adstringens, &c. in-  
terpretatur, non se adstringens ad superfluum pro-  
bationem, † quæ clausula videtur superflua; quia,  
† licet reus assumat in se onus probandi, & nihil, vel  
non plene probauerit, nihilominus non dicitur suc-  
cumbere: & debeat absolui, si actor, & Fiscus non  
probauerint delictum. Marf. in rubr. de probat. n. 458.  
Dec. conf. 517. n. 5. Cassan. 58. n. 10. Lud. decif. Lucen.  
11. num. 13. Burfatt. conf. 367. num. 7. vol. 4. Olfasc.  
decif. 144. nu. 16. latè Mascari. de probat. conclus. 36.  
numero 37. vol. 1. vbi dicit, quod procedit in actore,  
non in reo, illud, quod dicitur, quod si quis ad strin-  
xerit se ad aliquid probandum, & non probauerit,  
succumbere debeat; & idem firmat Gerard. Mazol.  
confil. 47. n. 14. vers. procedit etiam. Quod magis pro-  
cedit, quando reus vsus fuerit dictis clausulis, citra  
onus, non se adstringens, & plus, & minus saluo iure,  
&c. ex quibus declaratur noluisse recedere a disposi-  
tione iuris communis, vt bene declarat post alios,  
quos allegat Olfasc. in d. decif. 144. numer. 17. sed bene  
operatur, vt possit deinde repellere testes quos reus  
induxit. Cauale. de testib. p. 4. nu. 215.
- 4 Circa aliam clausulam, reseruato iure melius pro-
  - 5 bandi, etiam videtur superflua, † quia reus potest in
- Tomus Secundus.

termino probatorio sibi assignato docere de innocen-  
tia sua, latè Ant. Gom. tit. de delict. cap. 13. num. 53. in  
princ. vbi alios allegat, & plus dicit, etiam si in dicto  
termino renunciauerit suis defensionibus, & etiam  
post terminum, & post conclusum in causa l. vnus §.  
cogniturum vers. quamuis, vbi Bar. num. 2. ff. de quæ-  
stion. Gram. vot. 7. num. 3. Boss. tit. de fauor. defens.  
num. 5. in fin. Gomez. d. cap. 13. num. 33. vbi de com-  
muni, Farinac. q. 39. numer. 80. & seq. & Rip. resp.  
161. numer. 1. dicit, quod nulla temporis præscrip-  
tione reus potest submoueri ad non probandam suam  
defensionem, & innocentiam, & quod in qualibet  
parte iudicij, & non solum in termino probatorio,  
sed etiam post conclusum in causa, adeo vt timor  
subornationis non attendatur per publicationem tes-  
tium, & etiam si nullus terminus fuerit ei assignatus  
Doct. adducti per Farin. d. quæst. 39. numer. 82. vel si  
renunciauerit termino probatorio adhuc admittatur  
Ant. Gomez. tit. de delict. d. cap. 13. nu. 33. vers. 3. po-  
terit, vbi alios infinitos allegat, & testatur de com-  
muni Thom. Triuif. decif. 1. per tot. li. 2. Imò quoad  
istum effectum probandi non concluditur in causa cri-  
minali, & quatenus de facto fuerit conclusum, reus  
potest suas defensiones facere. Triuif. d. decif. 1. num.  
17. & seqq. vbi alios concordantes allegat, & quod  
quodocunque ad defensionem recipiantur testes etiam  
post publicationem, latè Franc. Person. de indic. &  
tortur. q. 11. numer. 28. vbi alios allegat, & plus di-  
cit, † quod si iudex hoc denegaret, puniretur, & quod  
ita pluries in multis causis obtinuit, Boccac. de liter.  
remiss. cap. 5. numer. 20. latè Marant. de ord. iudic. par.  
6. act. 3. numer. 3. vbi dicit, quod iudex non peccat, si  
concedat dilationem reo quodocunque ante senten-  
tiam ad probandam innocentiam, latè Mar. Anton.  
Macerat. var. resolut. lib. 2. resolut. 25. numer. 16.  
quos alios allegat, vbi subdit, & maxime vbi agitur  
de vita hominis vt admittatur probatio quodocun-  
que ante sententiam. Et in istis casibus probatur in-  
nocentia, quolibet modo, via legitima, & ordinaria  
Ant. Gomez. d. c. 13. & num. 33. Cartar. de execut. sent.  
cap. 1. nu. 29. & seqq. Farin. d. q. 39. nu. 83.

- 7 Et etiam post sententiam debet reus saltem ex offi-  
cio iudicis admitti ad probandum suam innocentiam l.  
1. §. si quis vltro ff. de quæst. Marf. in pract. §. occur-  
runt numer. 3. Jacob. de Beluif. in pract. iud. rubr. de  
quæst. num. 48. Ant. Gomez. tit. de delict. d. cap. 13. n.  
33. Marf. in Pract. §. si. n. 3. Corrad. in pract. tit. de mod.  
proced. ante sent. n. 4. Quod tamè Doct. intelligunt, qm̄  
probatio post sententiã recipitur officio iudicis, vel si  
ad instantiam partis, si probetur per negatiuã, vel per  
euidentiã rei, vel facti, vt declarat Ant. Gomez. d. cap.  
13. sub n. 33. Moder. Roman. d. q. 39. n. 83. Th. Triuif.  
decif. 1. n. 21. l. 2. vbi etiã concordantes allegat, & fir-  
mat, quod etiã post sententiã contra reum latã, possit  
suas defensiones facere, ac probare suam innocentiam.

Et detecta innocentia rei, ipse reus debet absolui  
etiã si factus fuerit delictum, Boss. tit. de cõfess. n. 70. Mar-  
fil. ling. 72. Flam. Cart. de execut. sent. in præfat. n. 50.  
Mascari. de prob. cõcl. 905. vol. 2. Mazol. cõf. 77. nu.  
24. & seqq. Grat. cõf. 98. n. 6. seq. vol. 1. latè Farin. cõf.  
35. n. 2. & ibi Add. in lit. B. Imò tenetur illi iudex ab-  
soluere et nolētē se defendere, vel allegare errorē. Bos-  
s. d. tit. de cõfess. n. 71. Sed isto casu post sniam, decreta  
innocentia rei, iudex debet ante absolutionē consule-



re Principem, latè Ant. Gomez. d. cap. 13. n. 33. in fin. & nu. 26. qui propriè loquitur post sententiam, & rem iudicatam, sed quod, vigore legis illius Regni, poterit reum absoluerè etiam non consulto Principe.

- 8 Et quando testes ad instantiam iudicis ex officio ad fauorem rei recipiuntur, possunt recipi, tam super nouis articulis, quam super eisdem, & directè contrarijs, Natt. consil. 359. vol. 2. consil. 565. vol. 3. Iul. Clar. q. 61. nu. 2. Surd. consil. 118. n. 1. vol. 1. Thesaur. decif. 362. num. 3. Iul. Clar. quæst. 61. vers. sed hæc quidem, vbi dicit, quod non solum potest iudex, sed etiam tenetur Moder. Rom. q. 75. n. 415. vbi de cõmuni, Andr. Gail. de pac. pub. lib. 1. c. 18. num. 7. & seq. Surd. consil. 118. n. 1. lib. 1. Franc. Person. in tra. de indic. & tortur. q. 11. n. 28. Caualc. de testib. part. 4. n. 188. & seqq. vbi ponit nonnullos casus in quibus recipi possint.
- 9 Sed videntur Doct. affirmare iudicem posse, ac debere defensionem rei inuestigare, ac testes ad defensionem recipere, procedere de iure: secus de consuetudine, quando reus est præsens, sed inquisito præsentem debere prouidere de idoneo procuratore, & pro absente solum examinare testes pro informatione Curia, & indagare veritatem omni conatu: etiam pro ipso inquisito; alias in vtroq. casu, si iudex induceret, & reciperet testes pro defensione, fatuus reputaretur & ita consuetudo obseruat, teste Iul. Clar. q. 61. vers. sic, sed hæc quidem, cum quo concordat Bertazz. in add. ad consil. 529. in lit. A. vers. ad offensam autem in fine, sequitur Modern. Rom. q. 75. num. 423. licet Surd. d. consil. 118. nu. 1. vers. solus Clarus lib. 1. insurgat contra Clarum super hoc, & forsitan non male.
- 10 Quando autem testes inducuntur super nouis indicijs, & capitulis, sine difficultate possunt post didicita testificata recipi, & examinari, tam ad defensionem quam ad offensam, Salyc. in l. fin. nu. 14. & seq. ff. de quæst. Ang. de Malefic. in verb. comparuerunt dicti inquisiti num. 19. & in verb. Iudex statuit n. 25. in fine, Marfi. in l. 1. §. si quis vltro nu. 7. ff. de quæst. Natt. consil. 565. num. 1. Ferrant. Garg. consil. 126. n. 94. tom. 1. crim. diuers. Iul. Clar. q. 61. vers. sed hæc quidem, Andr. Gayl. de pac. public. cap. 18. n. 10. li. 1. Modern. Rom. q. 75. nu. 425.
- 11 Si vero super eisdem, vel directè contrarijs reus vellet dare nouos articulos ac nouos testes, ac eosdem inducere, Doctores etiam videntur concludere, esse admittendos Natt. cõf. 359. n. 1. & seqq. volum. 2. vbi adducit duas rationes. Et prima est, quia reus non potest suis defensionibus renunciare: Altera, quia licet recipiantur testes ad defensionem post didicita testificata, subsit timor subornationis & per consequens nocens absolueretur, tamen, si non recipiantur, etiam ille timor subsit, vt innocens condemnatur, & sanctius sit nocentem absoluerè, quam innocentem condemnare l. absentem, de poen. Felyn. in cap. cum clamor numer. 5. de testibus, vbi etiam firmat, quod non debeat attendi timor subornationis, Modern. Rom. q. 75. n. 420. vbi alios allegat, & testatur de communi. Petr. de Surd. cõf. 118. nu. 4. & seq. vol. 1. vbi allegat etiam supradictam rationem, & alios ferè infinitos allegat Thesaur. decif. 262. num. 3. vbi reddit aliam bonam rationem, Farin. q. 73. nu. 12. vbi etiam alio allegat, & testatur de communi practica, & obseruata opinione, Dec. respons. 59. nu. 11. vol. 3. vbi testatur, quod ita seruatur de consuetudine, Franc. Pers.
- in tract. de indic. & tortur. q. 11. num. 28. vbi alios allegat, & testatur ita in multis causis obtinuisse, & iudex, si denegaret recipere testes ad defensionem, puniretur, Virg. Boccac. de lit. remiss. cap. 5. nu. 20.
- Contrariam opinionem tenet Doct. relati per Natt. in d. cõf. 359. n. 4. & seq. vbi testatur, quod cum alias accidisset iste casus, noluit pro eo scribere, quod possint recipi testes ad instantiam rei super eisdem capitulis Anto. Gabr. concl. 21. num. 96. tit. de test. Bos. tit. de public. process. n. 3. vbi de communi, Farin. d. q. 75. n. 421. vbi de cõmuni, Claud. Bertazzol. ad partem cõf. 529. in lit. A. vers. quæ tamen vol. 2. latè Bertr. de Surd. dicto consil. 118. nu. 17. & seqq. vol. 1. vbi tradit quatuor responsiones ad d. l. vnus §. cogniturus, Vulpell. respons. 136. sub num. 25.
- Pro concordia autem traditur illa distinctio, vt si agitur de delicto, pro quo poena pecuniaria infligatur, & tunc post didicita testificata amplius testes non recipiantur, secus si agatur de poena corporali, Surd. dict. consil. 118. num. 10. & seq. Thesaur. dict. dec. 262. n. 3. & seq. Farin. dict. q. 75. n. 422. Baiard. q. 61. n. 6. Na hic in Curia fuit obseruatum ad fauorem Valerij Armezarij Baroncelli Urbis imputati de mandato ad homicidium. Ac etiam poterit reus post didicita testificata non solum vnica vice, & actu, sed etiam pluribus vicibus, & actibus plures testes nominare, & producere, vt, post alios, quos allegat, respondit Farinac. consil. 73. n. 32. & seq. in dubio autem erit pronuntiandum pro noua admissione articulorum, cum sit minus præiudiciale partibus, Ias. in l. 1. num. 18. ff. si quis caut. & in auth. ad hæc nu. 5. C. de iudic. Caball. consil. 45. nu. 7.
- 12 Si autem quis vellet videre plura circa istam materiam probationis post didicita testificata, adeat Doct. in cap. Fraternitatis de testib. & præcipuè Marian. Socin. Menoch. de arb. q. 34. per totam lib. 1. Gram. super Constit. Regn. li. 2. tit. in quib. caus. audient. test. committat. n. 10. mihi fol. 68. Petr. de Surd. consil. 176. per tot. vol. 2. Baiard. q. 61. Modern. Rom. q. 75. c. 14. per totum num. 407. cum plur. & seqq. Andr. Gayl. de Pac. publ. lib. 1. cap. 18. n. 2. cum plurib. & seq. Franc. Person. in tract. de indic. & tortur. q. 11. per tot. Ant. Gabriel. concl. 21. de testib. vbi ponit regulam negatiuam cum decem Ampliat. & cum 70. limitationibus & latè etiam hanc materiam resumit, ponendo suas Ampliationes, & limitationes Caualc. de testib. p. 4. n. 184. cum plurib. seqq.
- 13 Et testes quãdo post publicationem factam in prima instantia possint examinari in causa appellationis vide Franc. Personal. de indic. & tortur. quæst. 11. numero 2. vbi firmat regulam negatiuam, vt super eisdem capitibus, vel directè contrarijs in causa appellationis non possint examinari, & hoc dicit procedere, tam de iure Canonico, quam de iure civili, cum in ea maior suspicio subornationis cadat, quam in prima instantia, vbi tamen ponit plures limitationes ad regulam istam, & quid post la psum terminum etiam re integra, Mascard. de probat. conclus. 133. per tot. & quid post publicatas attestationes. Mascard. de probat. conclus. 134. per tot. volum. 1. Modern. Roman. quæst. 75. capit. 7. & per tot. numer. 300. cum plurib. seqq. Caualc. de testib. p. 4. numer. 50. vbi ponit aliquas limitationes. Petr. Caball. consil. 45. num. 1. & seq. Et didicisse testificata

cat  
ma  
sib  
ded  
& p  
ptis  
doc  
ad l  
stifi  
rit  
per  
tra  
sib  
prie  
mo  
14  
tra  
ma  
vno  
tes  
ting  
Cau  
con  
3. d  
teri  
ticu  
cul  
nat  
alij  
27.  
con  
bea  
eo a  
per  
run  
con  
qu  
fi q  
alte  
12  
n. 1  
Ro  
pitu  
93.  
15  
ter  
par  
Art  
1  
Ar  
nem  
2  
Art  
dick  
3  
Art  
3  
Art  
bea  
nem  
5  
Art  
pro



cata quando quis dicatur, vide eundem Moder. Roman. d. q. 75. cap. 3. nu. 34. & seqq. latè Caualc. de testib. p. 4. num. 181. & seqq. vbi, in specie dicit tunc esse dedicata testificata, quando testes fuerunt publicati, & pars habuit de eis copiam à iudice decretâ in scriptis, & commode videre, intelligere eorum dicta docuit, & quod publicatio sufficiat, quod fuerit facta ad instantiam vnius partis tantum, vel si dedicerit testificata aliunde quam à suo iudice, & si pars habuerit dicta testium, præsumatur ea legisse secus vero si perfunctorie, vel casu fortuito testificata legerit ex traditis per Bal. in c. constitutis el. 2. circa fin. de testib. per Gemi. in c. cum personæ in fin. vbi glos. de priuileg. nu. 6. & per alios adductos per Cott. in memorial. in verb. legere aliquid.

14 Articuli noui, antiqui, dependentes, directè contrarij, & indirectè contrarij qui dicantur Modern. Roman. q. 75. cap. 2. n. 29. & seqq. retulit Doctores super vnoquoque termino scribentes, & exempla ponentes: ad quos Doctores. ibi. per eum cum latis in contingentiâ facti quilibet habere potest recursum, latè Caualc. de testib. part. 4. n. 188. & seqq. & post Corn. conf. 27. sub num. 3. lib. 2. Petr. Cabal. cofil. 45. num. 3. dicit quod ex additione loci, vel temporis aut alterius circumstantiæ, vel qualitatis facti in primis articulis deducæ, non idem, sed diuersus dicatur articulus, & si fuerint inducti testes, sed nulliter examinati, non obstat publicatio processus, vt possint alij examinari. Alex. confil. 84. n. 8. lib. 4. Corn. d. conf. 27. n. 13. Gabriel concl. 21. n. 120. tit. de test. Cabal. d. confil. 45. nu. 3. & sub n. 4. dicit si reus fuerit minor debeat ei concedi restitutio in integrum, etiam si cum eo adesset alius correus maior, & quod in dubio semper sit pronuntiandum pro noua admissione articulo- rum, cum hoc sit minus præiudiciale partibus, & ibi concordantes allegat: & in summa omnes conueniunt quod nouus articulus, & penitus diuersus a veteri, si quis primo capitulauit vnum secundo capitulauit alterum. Alber. de Malet. in tract. de testib. cap. 7. nu. 121. p. 1. Menoch. cas. 95. n. 16. Caualc. de testib. p. 4. n. 188. vbi ponit plura exēpla, & latius declarat Bart. Roc. in pract. ciuil. lib. 4. de publicat. test. & quæ capita dicantur connexa vide Menoch. q. 73. & cas. 93. de Arbitr.

15 Articuli, positiones, & capita, quid sint, & qualiter inter se differant, vide Marant. de ord. iudic. in 6. par. vers. positio n. 1. 2. & 3. fol. 438.

Articuli, quando per iudicem admittuntur, quibus cautelis admittantur, & qui dicantur articuli impertinentes, & qui admitti debeant.

S V M M A R I V M.

- 1 Articuli admittuntur cum clausula saluo iure impertinentium, & non admittendorum.
- 2 Articuli impertinentes non debent admitti, nec etiam cū dicta clausula.
- 3 Articuli impertinentes qui dicantur.
- 3 Articuli dubij, an sint impertinentes, vel non admitti debeant cum dicta clausula, citra præiudicium impertinentium, & non admittendorum.
- 5 Articuli impertinentes admissi, & non probati habentur pro non admissis vigore dictæ clausulæ.

Tomus Secundus.

6 Terminus datus ad proban. non currit dum disputatur de admissione articulo- rum, & dies termini quando computetur in termino.

C A P. III.

1 Iudex, quando admittit articulos, illos admittit cum clausula saluo iure impertinentium, & non admittendorum, Dec. confil. 517. n. 3. in fin. Rip. in l. 1. n. 30. ff. si cert. petat. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 31. num. 1. Misig. cent. 2. decif. 90. Franc. Person. de indic. & tortur. q. 11. num. 16. Boccac. in tract. de lit. remiss. cap. 5. n. 12. & 30. in fin. vbi dicit procedere, parte opponente: Quæ clausula reseruatua iurium operatur, quod si non fuissent admittendi, habeantur pro non factis. Marant. de ordin. iud. p. 6. in verb. de positione n. 23. Franc. Person. d. q. 11. nu. 16. in fin. Scacc. de iud. lib. 1. c. 102. n. 4. vbi subdit quid in examine testium quando esset lapsus terminus, vel processus esset publicatus, & apponitur per partem, vt iudex mandet examinari, & poni ad partes, vel haberi eam rationem, quæ de iure erit habenda.

2 Sed quando articuli sunt apparenter, & clarè impertinentes, non debent admitti, nec etiam cum dicta clausula. Paris. conf. 97. nu. 133. & nu. 136. lib. 1. conf. 97. n. 133. & n. 136. l. 1. cōf. 67. n. 39. & seq. l. 4. Gram. decif. 45. n. 6. Crauet. conf. 23. nu. 4. latè Mascard. de probat. concl. 132. n. 2. vbi alios allegat. Franc. Person. d. q. 11. n. 17. vbi firmat, quod ipse prius voluit discutere, an essent pertinentes, vel ne, antequam ad vltiora procederet, ne sumptibus superfluis partes vexarentur, iuxta notata per Dec. conf. 162. num. 1. Et quod impertinentes non debeant admitti. Rot. Rom. decif. 22. de testib. in nou. Bocc. d. c. 5. n. 12. in fin. etiã cū quauis clausula nō sūt admittendi Alex. conf. 166. n. 5. vol. 1. Natt. conf. 20. nu. 4. Neuz. conf. 6. n. 11. ne partes superfluis, & frustratorijs impensis grauentur Dec. in c. cum dilecti. n. 4. de except. Neuz. d. confil. 7. n. 16. Crauet. cōf. 23. n. 4. cum alijs adductis per Io. Bott. cōf. 31. n. 1. & seq. Misig. cēt. 2. obseru. 90. in fi.

3 Articuli autem impertinentes dicantur, qui nec directè, nec per indirectam quoquo modo causæ adminiculantur, secus si incidenter faciant, & probabilia sint, & aliquod adminiculum conferant, l. in l. si duo patroni §. Idem Iulianus n. 13. & seq. ff. de iureiur. Affil. decif. 7. nu. 2. Dec. conf. 162. nu. 2. Franc. Person. in tract. de indic. & tortur. q. 11. nu. 15. Pacian. de probat. c. 5. n. 21. l. 1. loquitur quando faciant aliquod adminiculum, & plura exēpla ponit Io. Bott. conf. 31. n. 3. & seqq.

4 Si vero effemus in dubio, an articuli fuerint impertinentes, vel nō impertinentes, deberet admitti cū dicta clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendorū, Dec. conf. 162. n. 1. in fin. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 31. n. 1. quia est fauendum probationibus Pacian. in d. c. 5. n. 21. l. 1. Et qui dicantur articuli pertinentes, vide Doct. adductos per Mascard. de probat. concl. 130. n. 7. & concl. 142. n. 4. vbi dicit, secus si essent omnino impertinentes, & vide Io. Bott. in d. cōf. 31. n. 3. cum plurib. & seqq.

5 Si vero fuerint admissi dicti articuli impertinentes, ac desuper essent examinati testes, dicta clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, operatur, vt habeantur pro non admissis, & reijciuntur et depositiones testium receptæ super illis, vt Doct.



communiter tenent in *c.* cum contingat de offic. delegat. vt testatur Marant. de ord. iud. p. 6. ad. 4. nu. 23. mihi fol. 44. latè Mascard. de probat. consil. 132. nu. 6. vol. 1. vbi alios allegat, & testatur de communi.

Et sciat Aduocatus, quod terminus datus ad probandum non currit dum disputatur super admissione articulorum. Cauale. de testib. p. 4. n. 196. & ibi etiam recenset alios casus, sed quod erit facienda protestatio, ad quod Defensor animaduertat, & quod dato termino ad probandum non computetur dies termini in ipso termino sub nu. 192. & seqq. vbi subdit secus si fuerit datus ad probandum, & probatum habèdū, prout solet dari hic in curia, & tamen comm. opin. est, vt dies termini non computetur in termino, quam attestatur Vāt. de nullit. ex defect. iur. nu. 60. & qñ dies termini computetur in termino, latè Duen. reg. 197. Tiraquel. gl. 12. de vtroque retrolignag. Cauale. d. par. 4. nu. 195. & seqq.

### Articuli concernentes defensionem absentium an sint admittendi.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Articuli, & defensiones non debent recipi in fauorem absentium, & contumacium.
- 2 Articuli, & defensiones admitti debent pro carceratis, licet concernant defensiones absentium, & contumacium.
- 3 Cautela erit isto casu, vt iudex admittat articulos concernentes defensiones, declarando, vt defensiones ipsis contumacibus prodesse nequeant.

#### C A P. IV.

- 1 **L**icet, tam de iure communi secundum aliquos quam vigore Constitutionum Summorum Pontificum, absentes non debeant audiri in eorum defensionibus, nisi se personaliter constituent in causis capitalibus, vel alijs corporis afflictiujs. Dec. in *c.* cum M. nu. 12. & ibi Rip. nu. 54. de constit. Ant. Gabr. conclus. 9. n. 87. lib. 7. de crim. Iod. in pract. crim. cap. 24. col. 2. vers. in consortibus. † Tamè de iure contrarium verius est, vt socij criminis carcerati possint formare articulum, ac etiam probare ad effectum se ipsos defendendi, & non ad effectum defendendi absentem per Defensiones, quæ sint communes inter ipsos socios carceratos, & absentes. gl. in *c.* si quando in verb. per exploratores in fin. 2. q. 6. Aret. in cap. veniens nu. 79. de accusat. Specul. in tit. de procurat. §. 1. nu. 10. Alber. in l. seruum que q. §. publicè n. 6. de procurat. & in l. pen. §. ad crimè. n. 1. in fin. de publi. iud. Rub. Alex. in d. §. ad crimen n. 106. vbi dicit ab hac opinione in iudicando non esse recedendum; Nouell. in tract. ad defens. Fallent. 20. Bar. de Valmar. conf. 69. nu. 46. to. 1. crim. diuers. lul. Scarlat. conf. 114. n. 21. eod. vol. vbi testatur ita alias Ferrariæ fuisse iudicatum. Farin. cōf. 73. n. 5. vbi etiam respondet ad contraria, & ita in fine Consilij affirmat, quod fuit resolutum: & idem voluit in conf. 16. n. 26. latissimè Hier. Magon. decis. Lucens. 94. per totam, vbi loquitur in filijs, qui vigore Sature illius Ciuitatis, ob delictum patris, possint impunè offendi, vt ipsi filij sint admittendi ad producendum articulos, & probandum, quod eorum pater non commiserit delictum, de quo imputatur, licet pater fuerit contumax, vbi etiam alios concordantes allegat Bertazz. conf. 184. nu. 1. & seqq. vbi testatur, quod ita

alias etiam ipse iudicauit, vbi Claud. in 1. Addit. in lit. A, vbi testatur etiam quod ita ab alijs sæpe fuit iudicatum; & conf. 287. n. 1. & seq. vol. 2. Et ego etiam ita in vna Anconitana Fraudolentæ decoctionis admisi articulos pro Iuda Hebræo, & alijs carceratis, quamuis probare voluerint non fuisse Fraudolenter decoctos, & adessent pro fraudolenta decoctione alij duo in contumaciam condemnati ad triremes, & istos articulos, & probationes admisi, facto prius super isto articulo cum Paulo V. Summo Pontifice verborum: Quæ opinio magis procedit in delictis connexis, seu correlatiuis. Farin. d. conf. 73. nu. 7. vbi alios allegat, & loquitur in mandante, & mandatario.

- 3 Sed pro cautela tradunt Doct. vt iudex, quando admittit articulos concernentes etiam defensiones absentium, & contumacium, declaret in ipso decreto admissionis articulorum, vt defensiones contumacibus prodesse nequeant, vt ait lul. Scarlat. in d. cōf. 114. n. 8. & 29. sequitur Moder. Rom. d. conf. 73. n. 8. circa fin. licet Add. ad Mag. in d. dec. 94. in lit. A, dicat hoc posse procedere, si probetur, ac articuletur aliquid, qd sit separatum a crimine; secus si proponeretur aliquid, quod faceret defensionem absentis; quia etiam quod in illo iudicio non iuuaret delinquentem, detegeretur tamen eius defensio, & sic ex illis probationibus saltem repetitis iuuamen sentiret; sed tu non recedas a prima opinione vt communi, & practicata, vt fiat per iudicè similis protestatio, & declaratio.

Reus an possit nominare, & inducere alios testes post primam nominationem, & an teneatur Fisco, & adherenti illorum nomina specificare.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Reus potest nominare, & examinare plures testes, postquam fuerint alij testes nominati.
- 2 Testium nomina reus an teneatur edere.

#### C A P. V.

- 1 **Q**uod reo liceat super alijs articulis datis, & super eisdem nominare, ac specificare, ultra iam examinatos, alios testes, & illos examinare ante didicita testificata, non est dubium, per tex. in *c.* cōstituti el 2. in fin. extra de testib. vbi Bellam. n. 4. & seqq. Bal. in authen. vt qui semel, sub num. 5. & ibi Salycet. n. 8. C. de probat. And. Gail. obseruat. 105. nu. 2. seq. vbi testatur ita apud eū in illa Camera seruari. Alex. Sciat. in pract. iud. c. 18. nu. 63. vbi etiam testatur ita seruari in pract. Surd. decis. 153. n. 1. in fine, & n. 2. & quod in prima instantia possint fieri post primam productionem testium, plures alia testium productiones tex. in §. quoniam vero multi, & ibi Ang. n. 18. de test. Butr. in cap. fraternitatis sub nu. 14. eod. tit. Moder. Rom. conf. 73. nu. 9. 10. & 11. & seq. vbi testatur ita fuisse resolutum in contingentiã facti.

Licet sit opinio controuersa, an Fisco, & adherenti reus nomina testium examinandorum edere teneatur, vt dixi in defens. 24. cap. 3. nu. 9. vbi comprobauit, quod si immineat periculum subornationis, ob timorē, & potentiam accusatoris, non possit reus eidē accusatori, sed solū Fisco ad dicta nomina edenda cogi: Tamen transit sine difficultate, qd si Fiscus, vel accusator non petat editionem dictorum testium, non tenea-



teneatur reus illos specificare. Fulu. Pacian. in tract. de probat. lib. I. cap. 63. n. 141. Farinac. d. conf. 73. nu. 11. vbi etiam dicit hic in Curia vigere stylum, vt non edantur dicta nomina testium, nisi petantur; de quo stilo poterit iudex in Camera etiam parte non citata, se informare.

**Fiscus, & accusator an citari debeant in productione articuloꝝ, & in examine ad defensionem, & an possint dare interrogatoria, & testes teneantur respondere interrogatorijs detegentibus eorum turpitudinem.**

## S V M M A R I V M.

- 1 Citatio ad dicendum contra articulos datos ad fauorem rei, an requiratur, vt fiat contra fiscum, & instigatorem, & hic ponitur forma dicta citationis.
- 2 Articuli quando dicantur pertinentes, remissiuè.
- 3 Fiscus an possit dare interrogatoria contra testes examinandos ad fauorem rei, distingue vt hic.
- 4 Interrogatoria cauilloſa data per instigatores debent rescari.
- 5 Interrogatoria continentia turpitudinem testium, dicuntur impertinentia, nec testes illis respondere tenentur.
- 6 Clausula appositā in citatione ad iurandum, tam super articulis, quam super tota causa, quid operetur.
- 8 Testes debent citari ad subiiciendū se examini, & an sufficiat citatio ad domum.

## C A P. VI.

**A**rticuli admissi in termino ad dicendum contra articulos, etiam quod fiscus, & pars non fuerint citati ad videndum illos admitti, non per hoc dicuntur ipsos grauare, Rot. decis. 8. de testibus in nou. & decis. 10. de excep. in antiq. quia admissio articuloꝝ non est de substantia ordinis iudiciarij, nec vitiat processum, dummodo articuli sint pertinentes, Rot. decis. 12. de probat. in nou. & d. decis. 10. de except. in antiq. & decis. 11. de testib. pariter in antiq. Virg. Boccac. in tract. delit. remis. c. 5. nu. 19. Et iudex recipiendo testes censetur tacite admittere articulos; ideo non est necessaria interlocutoria super admissione articuloꝝ dummodo articuli sint pertinentes, & paria sint aliquid fieri facto, vel verbis, latè Mascard. de probat. cōcl. 130. n. 130. nu. 2. & seq. vol. 1. vbi alios allegat. Sed de stylo Curie Romanæ in criminalib. solent fiscus, & pars citari in hac forma. Citetur. N. S. D. N. & Camere Apostolicæ procurator fiscalis, & N. ei adhærens ad dicendum contra articulos factos datos, quorum copia fisco transmittitur, videndumque illos admitti, & committi receptionem iuramenti testium in forma, & postquam commissum fuerit, ad videndum testes iurare in eorum, vel notarij domibus, vel vbi reperti fuerint, tam super dictis articulis, quam tota causa, & fiscus ad interessendum, quatenus interesse velit, & pars ad dandum interrogatoria, si quæ dare velit, alias videndum recipi, admitti, iurare, & examinari sine ad primam diem. Et intimetur eisdem qualiter nomina, & cognomina testium sunt in calce articuloꝝ, vel in actis specificata, & quod singulis diebus, & horis testes examinabuntur vsque ad perfectum examen instante N. principali, siue eius procuratore N. Notarius. Cum vere pars citari debeat ad videndum re-

*Tomus Secundus.*

cipi, iurare, & examinari testes; quia semper pars, quæ lædi potest in quolibet actu citari debet, l. non ita Diuus, De adopt. Clem. Pastoralis de re iudi. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ in fine de constit. c. 1. de caus. posses. & propriet. cum alijs allegat. per Ant. Gabr. tit. de citat. conclus. 1. in princ. Cauale. de testib. p. 5. n. 11. Cum citatio ad videndum iurare testes omitti non possit, & si fuerit omissa, testes nihil probent, & latè Hond. conf. 101. num. 5. & seqq. vol. 1. & quod, si non emanauerit talis citatio, ad dicendum contra articulos, illos videndum admitti, & ad dandum interrogatoria, examen sit nullum, post alios quos allegat Bocacc. de lit. remissorial. cap. 8. num. 25. Mascard. concl. 130. nu. 4. de probat. vol. 1. Quia, licet non sit necessaria citatio in admissione articuloꝝ, tamen est necessaria in productione, latè Mascard. in d. cōcl. 131. num. 5. qui ita declarat post alios, quos allegat, & latius in cōcl. 131. vbi de veriori opinione, vbi tamen ponit ad istam communem, & veriore opinionem duas limitationes, & declarationes. Et dicitur (quorum copia fisco transmittitur) quia ita disponitur per Bullam Pij Quarti super reformatione Tribunal. Urb. vt fisco omnium iurium copia transmittatur, & dicitur (iurare in eorum, & Notarij domibus, vel vbi reperti fuerint,) cum iuramentum vbique recipi possit vt dixi in defens. 14.

- 2 Articuli autem quando dicantur pertinentes ad causā, vide Doct. adductos per Mascard. d. cōcl. 130. n. 7.
- 3 Et citatur fiscus ad interessendum, cū ipse, quicquid de iure dici possit, quod examini testiu contra ipsum interesse non possint, tamen de consuetudine aliter seruatur, & etiam quod fiscus non possit dare interrogatoria contra testes ad defensionem, cum ei non detur, neque concedatur repulsa testiu, Foller. in pract. crim. in verb. recipiantur defensiones reorum numer. 32. de consuetudine tamen non dat interrogatoria contra testes examinandos ad defensionem rei, prout bene testatur Iul. Clar. q. 13. n. 3. in fi. & ita passim hic iurisdictione obseruatur; quia potest ipse examini assistere, & petere, vt iudex ex officio interroget ipsos testes, Carait. rit. 258. num. 3. Si vero instigator adesset, Iul. Clar. ibi etiam dicit, quod non dat interrogatoria formata in forma iudicij, sed priuatim in aliqua cedula ad instructionem iudicis, vel fiscalis, quod sibi non displicet. In curia autem, & maxime in Tribunali A. C. instigator, vel fisco adhærens dat formaliter interrogatoria contra testes examinandos ad defensionem, & ita passim obseruatur.
- 4 Sed iudex debet cauere, ne interrogatoria sint cauilloſa, superflua, & captiua, & si talia sint iudex debet illa rescare ex suo officio; sed consulo Aduocatum, vel defensorem, vt ipse protestetur, quod interrogatoria data, vel danda per instigatorem rescantur, quatenus sint talia, & inter alia interrogatoria, quæ percuterent infamiam, vel turpitudinem testiu, ¶ cum illis testes etiam respondere non debeant, neque teneantur, Alex. in l. 2. nu. 2. ff. de iurisd. omn. iud. Boccac. de lit. remissor. c. 8. nu. 30. Dec. respons. 48. nu. 34. in fin. vol. 2. Baiard. q. 53. n. 12. vbi dicit procedere etiā si crimē esset notoriū p Fely. in c. cū causā col. 11. de test. & Neuz. in Sylu. nuptial. in verb. monitione n. 34. l. 3.
- 6 Illa autem clausula appositā in citatione, tam super dictis articulis, quam super tota causa, solet operari in damnum rei; quia si testes deponerent falsum

C 4 super



super circumstantijs, vel alijs qualitibus extrinsecis vel remotis, eorum depositio corrueat, & sine dicta clausula forsam subtraheretur super negotio principali, Crauet. cōf. 99. n. 8. Bertaz. conf. 296. n. 6. Baiard. in §. falsum, vers. sed quid si testis, & q. 53. nu. 21.

- 7 Testes etiam debent citari ad subiiciendum se examini, ne videantur sponte deponere, Farin. q. 72. n. 1. vbi an sufficiat ad domum quo ad testes, & videtur, quod non n. 3. & in q. 76. num. 141. nec sufficiat citare testes si pars non erit citata, & d. q. 72. n. 21. sequentibus, Cauale. de testib. parte 3. nu. 12.

Repulsa contra testes fisci an concedatur Reo, & è contra,

S V M M A R I V M.

- 1 Repulsa fisci non conceditur.
- 2 Repulsa instigatori conceditur.
- 3 Repulsa reo contra testes fisci conceditur, cum sit species defensionis.
- 4 Repulsa in curia Romana parum est in practica.
- 5 Repulsa in primis articulis an concedi debeat.
- 6 Repulsa conceditur contra testes fisci, etiam si testes fuerint repulsati in primis articulis, quando reus non renunciat repulsa.
- 7 Repulsa an concedatur reo, quando ipse in termino ad videndum iurare testes illos repulsat, vel si fuerint testes cum eo confrontati, si non protestatus fuerit contra ipsos testes.
- 8 Repulsa repulse quando concedatur.

C A P. VII.

1 **F**isco non conceditur repulsa contra testes examinatos ad defensionem rei, Paris. de Put. in tract. de iudicat. in verb. inquisitio cap. 2. num. 1. in fine, mihi fol. 1201. Carauit. rit. 258. num. 3. vbi subdit, quod repulsa fisco non denegatur ob beneficium reorum; sed quia in receptione examinis fisco facit sua interrogatori, que habent maiorem vim, quam habet repulsa, idem sequitur Clar. in q. 23. n. 3. vers. ratio autem, vbi firmat hoc esse omnibus nouissimum. Foller. in pract. crim. in verb. concedatur repulsa n. 2. in fin. vers. tamen non datur Scagliol. rit. 276. n. 3.

2 Si verò cum fisco adesset instigator, tunc ei, & fisco daretur terminus ad repulsandum testes rei, Paris de Put. in d. cap. 2. num. 1. Clar. d. q. 23. nu. 3. vers. quæ tamè ratio, Foller. in pract. crim. vbi supra, Scagliol. vbi supra. Hond. conf. 101. n. 4. & Foller. in pract. crim. in verb. concedatur repulsa n. 2.

3 Reo autem quod detur repulsa contra testes per fiscum examinatos, non est dubitandum, vt firmat Clar. q. 53. n. 1. & hoc traditur pro regula, vt firmat Marant. in Specul. part. 6. act. 13. num. 16. in fin. mihi fol. 494. cum sit species defensionis, Carauit. rit. 144. nu. 8. Foller. in pract. crim. in verb. concedatur repulsa n. 1. & 2. Hond. conf. 100. nu. 36. vol. 1. Menoch. de arb. q. 32. n. 1. li. 1. Scacc. de iud. li. 1. cap. 97. n. 91. vers. ex quo est species defensionis.

4 Sed in Curia Romana ista materia repulse parum practicitur; quia in primis articulis factis pro defensione inquisiti ad faciendum suas defensiones, ponuntur etiam obedições, & exceptiones contra testes, licet Marant. in d. act. 13. num. 8. mihi fol. 493.

dicat, quod in illo Regno non conceditur repulsa in primis articulis, & dicerentur articuli impertinentes, nisi vellet reus in eisdem primis articulis repulsare testes ex capite inimicitie, Carauit. rit. 282. numero 2. 3. vbi subdit, dummodo renunciet futuræ repulse, Foller. in pract. crim. in verb. concedatur repulsa num. 8.

6 Licet in criminalibus, & vbi reus habet testes priorè, & reuè examinatis, possit etiam in eodem termino defensionum, & in primis articulis repulsare testes, vt testatur Scagliol. rit. 73. num. 7. vbi subdit, quod reus, si non renunciet futuræ repulse, poterit etiam habere nouam repulsam cōtra testes per fiscū contra ipsum reum examinatos, & quod ita per Sac. Concilium in contingentia facti fuit iudicatum.

7 Ac etiam, licet Foller. in pract. crim. in verb. concedatur repulsa num. 13. dicat, quod repulsa non concedatur, quando reus fuit citatus ad videndum iurare testes, vel si fuerint testes cum reo confrontati, & non protestatus fuerit contra ipsos testes, tamen veritas est, quod indistinctè concedi debent, vt tenet Baiard. q. 49. num. 40. & 43. vbi dicit, & bene, quod ipse nunquam vidit reos in termino dictæ citationis, neque in actu confrontationis facere similes protestationes, & quod illa protestatio non sit necessaria, sed ad bene esse. Imo idem Foller. vbi supra num. 13. dicit, quod quocumque tempore petatur, concedatur non obstante ritu illius Regni, & sub nu. 24. dicit, quod licet reus non obiecerit contra testes, tamè potest eos repellere. Sed Marant. in Specul. p. 6. act. numer. 2. ponit vnā declarationem ad huiusmodi protestationem versic. hoc tamen intellige.

8 Sed etiam scias, quod ne repulsa detur in infinitum non conceditur repulsa repulse, Marant. in Specul. d. act. 13. num. 1. circa fin. Foller. in d. verb. concedatur repulsa n. 21. & Burfatt. conf. 358. n. 21. vol. 4. post alios, quos allegat dicit, quod solum bis conceditur reprobare reprobatorios reprobatoriorum, & ibi concordantes allegat.

Repulsa in quibus casibus concedatur, & quomodo fit probanda exceptio.

S V M M A R I V M.

- 1 Repulsa reo contra personas testium fisci conceditur.
- 2 Repulsa contra testes debet esse specialis, super tali inimicitia capit ali, vel super tali delicto, vel crimine, & non sufficit generalis.
- 3 Allegans testes falsum deposuisse, ac fuisse subornatos an teneatur probare vtramque qualitatem.
- 4 Repulsa conceditur etiam contra testes mortuos.
- 5 Inhabilitas testium quando attendi debeat, an tempore iuramenti, depositionis, vel vtroque tempore. Distingue vt hic per Authorem.
- 6 Reprobatio reiecta a constitutione, non erit necessaria reprobatio, quæ resultet ex confrontatione testium.
- 7 Repulsa non conceditur contra testes per aliquem productos.
- 8 Item non conceditur contra scripturas productas.
- 9 Item in crimine læsæ maiestatis, & blasphemie. Item in crimine attentatorum. Item in causis summarijs. Item in testibus non repulsatis in prima instantia, declarando vt hic. Item si petatur per calumniam.

Item



Item quando causa solam apparentem probationem requirit.  
 10 Crimina obiecta contra testes, si non probentur, quando  
 actione iniuriarum excipiens puniri debeat.

## C A P. VIII.

- 1 **R**epulsa contra personas testium conceditur. Marant. p. 6. act. 13. nu. 12. Foller. in pract. crim. in  
 2 verb. concedatur repulsa, nu. 20. † vbi docet, quod non  
 sufficiat, vt repellentur generaliter, quod sunt inimici,  
 fures, falsarii, & similes, sed requiritur, vt probetur in  
 specie inimicitia, vel quod fecerit tale furtum, vel  
 delictum. Foller. vbi supra nu. 11. in fi. Cauale. de test.  
 p. 4. nu. 221. vbi subdit, quod sint obiecta concludenter  
 probanda de loco, tempore, & circumstantijs, & quod  
 ita omnes conveniunt, & late, qui alios allegat, & te-  
 statur de com. & recepta in praxi opinione Hier. Hisp.  
 in tract. com. contra com. q. 162. vide latissime Mac-  
 cabr. ab Anguil. conf. 45. per totum, Carau. rit. 73. nu.  
 8. vbi tamen subdit, quod in illo Regno tantum atten-  
 ditur repulsa circa inimicitiam, & parum curatur de  
 alijs casibus. Baiard. q. 53. n. 8. & Gram. dec. 34. nu. 49.  
 dicit, quod in repulsa debet affirmari, quod testes com-  
 muniter, & generaliter tenentur, & reputantur, prout  
 in exceptionibus reprobatorijs continetur, seu quod  
 ita sunt tenti, & reputati, per rex. in l. 1. C. de testibus,  
 quem ibi Bart. reputat notabilem: sed communis opi-  
 nio est, vt sufficiat probare testes esse infames, vel pa-  
 ti alias exceptiones ex tali causa, vel ex tali crimine,  
 absque eo quod dicatur, quod pro talibus reputaban-  
 tur, vt testatur Iul. Clar. q. 53. nu. 3.
- 3 Qui vero allegat testem falsum deposuisse, quia subor-  
 natus fuit, tenetur probare, vtrumque Iason. in l. si post  
 diuisionem, C. de iur. & fact. ignor. l. Diuus de re iud.  
 Plot. in l. si quando, nu. 522. C. vnde vi, & alij adducti  
 per Hier. Hisp. in tract. co. contra com. q. 178. in prin.  
 vbi de communi. Contrarium autem, quod sufficiat  
 probare solam falsitatem, tenuerunt gl. Bar. Bal. Cas-  
 tren. in l. si ex fals. C. de tract. Alex. in l. Diuus Adria-  
 nus, n. 12. de re iud. Baiard. q. 53. n. 7. sed pro hac qua-  
 estione est videndus Masc. de prob. concl. 688. vbi late  
 examinat istam quaestionem, & ibi ponit nonnullas li-  
 mitationes, & declarationes ad eam, & quod sufficiat  
 probare vnum de veriori, & practicata opinione Hier-  
 ro Hisp. in d. q. 178. in fi. vbi subdit, quia sufficit, vt tur-  
 pitudinis ex quolibet vitio colligatur.
- 4 Et conceditur repulsa contra testes, etiam mortuos,  
 cum repulsa non fiat cum testibus, sed cum parte, &  
 non fiat ad effectum puniendi, sed ad finem rei testi-  
 ficatae. Carauit. rit. 73. in fine. Baiard. q. 53. nu. 10.
- 5 Circa vero inhabilitatem testium, an attendi debeat  
 tempus iuramenti, vel depositionis, vel potius debeat  
 inspicere vtrumque tempus, late Masc. de prob. concl.  
 26. n. 5. vol. 1. & concl. 1356. nu. 9. vol. 3. sed aliqui tenent,  
 quod attendatur tempus iuramenti, & non de-  
 positionis. Alex. conf. 78. nu. 10. vol. 1. Rol. conf. 41. n.  
 43. vol. 1. quos sequitur Baiard. q. 24. sub nu. 81. Pet. de  
 Sud. conf. 173. n. 103. vol. 2. Alij autem tenent, quod  
 attendatur tempus depositionis, & non iuramenti, &  
 sic attendatur vltima qualitas. Ruy. conf. 188. nu. 15.  
 vol. 1. Baiard. d. q. 24. n. 44. & 81. in fi. Alij vero tenent,  
 quod attendatur vtrumque tempus, & iuramenti, &  
 depositionis, vt est videre per Masc. in locis supra ci-  
 tatis; Alij autem distinguunt, vt in concernentibus

- solemnitatem testium producendorum, tempus iura-  
 menti attendatur, in concernentibus vero fidem, an  
 fides sit eis adhibenda, vtrumque tempus attendatur.  
 Alber. de Ros. in trac. de testib. §. consequenter, n. 31.  
 in 1. p. Baiard. d. q. 24. n. 81. Sed Moder. Rom. in q. 62.  
 limit. 12. nu. 266. & seq. ponit pro declaratione istius  
 quaestionis sex conclusiones, & sub n. 308. dicit, quod  
 excipiens contra testes debeat in specie inhabilitatem  
 probare extare, vel tempore iuramenti, vel tempore  
 depositionis, alias probatio non releuat, & ibi allegat  
 Doctores adductos per Masc. in d. concl. 26. sub num.  
 5. ver. hoc te velim admonitum.
- 6 Et sciat etiam Aduocatus in proposito, quod licet a le-  
 ge, vel Constitutione prohiberetur testium reproba-  
 tio, tamen non erit prohibita reprobatio, quae resul-  
 tat ex contrarietate, vel veritate ipsorum testium.  
 Rim. iun. conf. 68. n. 7. vol. 1. vbi concordantes allegat.
- 7 Primo limita contra testes, quos quis produxit, vt  
 ei non concedatur repulsa. Marant. de ord. iudic. p. 6.  
 act. 13. n. 10. vbi etiam dicit, quod ex sola productio-  
 ne testis dicitur approbatus, late Foller. in praec. crim.  
 in verb. conceditur repulsa, n. 14. vbi tamen declarat  
 nisi causa tempore productionis esset incognita, vel  
 exceptio superuenerit post productionem.
- 8 Secundo limita, vt contra scripturas non conceda-  
 tur repulsa, sed detur facultas quaerelandi vtrum scri-  
 ptura falsa. Marant. d. act. 13. n. 10. Foller. d. verb. con-  
 cedatur repulsa, nu. 11. vide Capic. dec. 68. vbi refert  
 quid fuit obseruatum per Sacrum Concilium. Sca glo.  
 ritu 276. num. 14. & quid in scripturis productis post  
 publicationem Afflic. dec. 115.
- 9 Tertio limita in crimine laesae maiestatis, & blas-  
 phemiae. Marant. d. act. 13. n. 17. & seq. Foller. vbi sup.  
 nu. 4. & seq. vbi concordantes allegat.
- Quarto limita in crimine attentatorum. Marant.  
 d. act. 13. n. 14. Lancel. de attent. p. 3. c. 26. nu. 115. Me-  
 noch. de arb. q. 32. n. 4. l. 1. Crau. ad Vestr. in prax. l. 5.  
 c. fi. nu. 34. Cauale. de testib. p. 4. nu. 202.
- Quinto limita in causis summarijs, vt late per Mo-  
 dern. Rom. q. 62. limit. 9. n. 193. & seq. Menoc. de arb.  
 q. 32. n. 1. li. 1. Sed distingue, vt ibi per Menoch. nu. 6.  
 Quod in iudicijs ordinarijs concedatur repulsa dicit  
 esse regulare, licet hoc videatur relinquere in arbi-  
 trio iudicis, sed loquitur in ciuilibus.
- Sexto limita in testibus non repulsatis in prima in-  
 stantia, vt non possint repulsari in alijs instantijs. Cra-  
 uet. ad Vestr. in praec. lib. 5. c. fi. n. 32. Baiard. q. 53. n. 5.  
 Nisi producantur noui testes in causa appellationis,  
 vel nisi in prima instantia fuisset obiectum de falsitate,  
 & probata non fuerit falsitas, quia poterit probari  
 in causa appellationis, vel nisi repulsa fuerit petita in  
 prima instantia ad obiectum contra testes aliter, quam p  
 falsitatem, & in prima instantia non fuerit concessa,  
 quia in causa appellationis deberet concedi. Afflic.  
 dec. 266. Scaglioni ritu 276. in fine, vt de his omnibus  
 tradit Baiard. in d. q. 53. n. 5. & 6. & ibi Doct. allegat,  
 vbi et subdit post Guid. Pap. q. de consuetudine curiae  
 parlameti obiecta data contra testes in prima instantia  
 non probata, possent probari in causa appellationis.
- Septimo limita, quando petatur per calumniam, vel  
 malitiam ad differendam expeditionem causae, vt tunc  
 non concedatur. Menoch. d. q. 32. num. 3. lib. 2. & Affl.  
 dec. 351. num. 7. testatur ita alias fuisse resolutum in  
 contingentia facti.



- Octavo limita, quando causa, vel iudicium solam illam apparentem probationem requirit, vt in l. fi. C. de edict. Diu. Adr. toll. & tunc repulsa non conceditur. Zuccar. ibi, nu. 302. Menoc. d. q. 32. num. 12. lib. 1.
- 10 Si verò quis opponat crimina cōtra testes, & obiecta non probauerit, tenebitur actione iniuriarū, quādo fuit admissus ad probandum, secus si non fuerit admissus ad probandum, vel si opposuerit cū illa protestatione, non animo iniuriandi. Marant. de ord. iud. p. 6. act. 13. nu. 15. Caualc. de testib. p. 4. n. 216. in litt. M. Baiard. q. 35. nu. 15. & seq. vbi etiam refert qua pena puniatur in regno; sed bene isti testes repulsi excusarent a calumnia accusatorem, qui iuduxit ipsos testes ad probandum delictum. Hond. conf. 96. nu. 33. vol. 1. vbi tamen post alios, quos adducit declarat, nisi laboraret aliqua suspicio contra inducentem, quod seienter vsus fuerit talibus testibus patientibus ista crimina, & obiecta, nisi repulsa esset notoria, infamatoria. Caualc. d. p. 4. nu. 219. vers. Nisi repulsa. & ibi subdit, quod filius, vel seruus teneretur actione iniuriarum si proposuit exceptionem contra partem, vel patronum non obtenta venia.

Repulsa cuius sit qualitatis, & qui testes admittantur, & quam probationem faciant.

S V M M A R I V M.

- 1 Reprobatio testium dicitur odiosa, ex quo infertur ad plura.
- 2 Testes reprobatorij etiam per leuissimam exceptionem repelluntur.
- 3 Testes repulsi, licet non sufficiant ad condemnandum, sufficiunt tamen ad torquendum, quod magis procedit, si cōtra testes repulsatos remaneret fama legitime probata.
- 4 Testes reprobatorij an possint et deponere super defensione circa merita causæ, vltra reprobationem testium.
- 5 Impugnatis testibus quis vti potest ad declarationem falsitatis, & variationis.
- 6 Mandatum speciale requiritur ad obijcienda crimina contra testes, & quomodo debeat esse.

C A P. IX.

- 1 **T**estium reprobatio dicitur odiosa. Marant. de ord. iud. p. 6. act. 13. nu. 7. Foller. in pract. crim. in verb. concedatur repulsa, n. 10. Sivan. conf. 19. n. 1. Et adeò dicitur odiosa, vt testes debeant induci, iurare & examinari in eodem termino reprobatorio. Foller. vbi supra nu. 12. vbi subdit, nisi allegetur causa iusti impedimenti, & ibi præbet exemplum causæ iusti impedimenti, Marant. d. act. 13. nu. 7. & currit terminus de momento ad momentum, latè Foller. vbi sup. num. 12. & 17. vbi tamen declarat, quando repulantur testes ob crimina, & exceptiones cōtra personas; secus si contra dicta. Et Syluan. in d. cōf. 19. nu. 1. dicit, quod nunquam conceditur restitutio aduersus lapsum terminum in materia repulsæ, & terminus ad repulsandum si nō sit a statuto præfixus de iure est dimidium eius, quod datum est actori ad probandam. Caualc. de testib. p. 5. num. 238.
- 2 In materia repulsæ testes reprobatorij repelluntur, non solum propter vrgētem exceptionem, sed etiam per leuissimam exceptionem, vel defectū. Gram. cōf. 12. n. 31. conf. 32. n. 10. vbi post alios, quos allegat, di-

cit affines, cōsanguineos, & similes non esse idoneos ad repulsam, cum modicus defectus vitiet testes reprobatorios. Pet. de Surd. conf. 132. n. 44. vol. 1. & post alios, quos allegat Modern. Rom. conf. 44. n. 8. dicit, qd testes reprobatorij debent esse inculpabiles in superlatiuo gradu, & sine vlla prorsus macula, & suspicionem. Gram. dec. 28. nu. 7. dicit, testes repulsatos nullam probationem facere. Rimin. iun. conf. 361. nu. 45. vol. 4. dicit non facere iudicium ad torturam.

- 3 Licet alij teneant contrarium, vt licet testes repulsi non sufficiant ad condemnandum, sufficiant tamen ad torquendum. Gram. conf. 33. n. 14. post alios, quos allegat, & idem voluit prius in conf. 1. nu. 5. post Iun. in c. præsentium de testib. & dec. 11. n. 9. & decif. 34. nu. 51. Pau. Merend. conf. 90. nu. 42. tom. 2. crim.

Quod magis admittunt Doct. quando cum testibus repulsatis remaneret probata fama per alios testes non reprobatos. Gram. d. conf. 33. n. 15. d. conf. 1. n. 5. dec. 11. nu. 11. decif. 34. nu. 54. vbi latè Foller. in d. verb. concedatur repulsa, n. 13. Imò Gram. d. conf. 1. n. 5. & dec. 134. n. 54. plus voluit, vt remanente fama publica legitime probata, si testes repulsi deponerent de visu sufficiat ad cōdenandum, non tamen in penam ordinariam corporalē, cū tunc requirantur testes omni exceptione maiores, vt inferius suo loco latè dicam.

- 4 Testes reprobatorij, an possint deponere, non solum cōtra testes, & eorum dicta, sed etiam super alia defensione concernente merita causæ, est videndus latè Burf. conf. 357. per tot. vol. 4.

- 5 Ac etiam licet dici soleat, quod quis non possit vti testibus impugnatis, latissime Ant. Gabr. concl. 1. per tot. de reg. iur. lib. 6. latè Pet. de Surd. conf. 328. n. 11. vol. 3. Tamen ad declarationem falsitatis, vel varietatis quis poterit etiam vti teste impugnato. Crauet. conf. 9. nu. 16. Rom. conf. 179. nu. 11. & Add. in lit. H. qui ibi alios allegat.

- 6 Et postremo sciat Aduocatus in ista materia repulsæ, vt ad obijcienda crimina contra testes requiratur speciale mandatū, sed an requiratur, quod in ipso mandato specialiter exprimantur locus, & tēpus criminis obiecti latè ponit hanc quæstionem in terminis, Cauall. in tract. crimin. contra com. q. 162. & videtur concludere magis communem opinionem esse pro parte affirmatiua, & illam esse tenendam consulendo, & iudicando.

Remissoria an concedatur reo pro examinandis testibus ad eius defensionem, & repulsam.

S V M M A R I V M.

- 1 Remissoria in fauorem rei pro recipiendis defensionibus, & ad detegendum innocentiam conceditur.
- 2 Remissoria calumniosè per reum petita, quando concedi non debeat.
- 3 Remissoria denegata per iudicem reus grauatur, & a denegatione potest appellare.
- 4 Remissoria concedi debet in quacumque parte iudicij.
- 5 Remissoria conceditur etiam pro repulsandis testibus.
- 6 Nomina testium, quando conceditur remissoria debent hic in Curia per reum specificari.

C A P. X.

- 1 **Q**uod autem in fauorem rei concedi debeat remissoria ad recipiendum defensiones, & quod Auth.



**Auth.** apud eloquentissimum C. de fide instrum. non procedat, & quando agitur ad defensam, & ad detegendam innocentiam. Salic. in d. auth. apud eloquentissimum, nu. 3. in fine, qui loquitur, quando testes sunt in aliena Prouincia, nec possunt cogi venire ad locum iudicij. Ant. Gabr. concl. 25. nu. 8. lib. 7. Socin. iun. cōf. 60. nu. 7. & nu. 8. in fine libro 2. Brun. conf. 115. nu. 72. lib. 2. Bertazz. conf. 136. n. 2. lib. 1. Sim. de Pret. conf. 14. nu. 9. & seq. vbi ampliat etiam, quod ad sit timor subornationis, & ibi testatur ita fuisse in suo Auditorio Ducali iudicatum. Moder. Rom. q. 77. n. 104. Matth. Brun. conf. 64. nu. 40. p. 2. latissimè Laderch. Imol. conf. 202. per tot. vbi in fine testatur, quod ita alias iudicatum fuit, & omnes loquuntur in testibus examinatis extra Prouinciam, & quando compelli non possunt accedere ad locum iudicij, latissimè Marc. Ant. Macer. var. resol. li. 3. resol. 25. per tot. vbi firmat hoc procedere, tam de iure, quam de consuetudine, & ibi respondet ad contraria. Flamin. Paris. in tract. confiden. quæst. 78. num. 22. qui etiam alios concordantes allegat.

2 Et licet dici soleat in proposito, quod si calumniosè petita fuerit per reum remissoria, poterit per iudicem denegari. Rip. in l. 4. §. hoc iudicium, nu. 5 2. ff. de damn. insect. Grat. conf. 139. in fine vol. 2. Mar. Anto. Macerat. d. resolut. 25. nu. 2. tamen sub nu. 15. respondet, quod non omnis suspicio calumniæ, seu malitiæ debet repellere reum, sed quando illa esset vehemēs, & magna, & allegat Abb. in c. licet causam, de prob. Anchar. lo. de Anan. & Ias. in locis per eum relatis, sed ad tollendas omnes suspensiones calumniæ, firmat, quod peti debeat, præstito iuramento, quod non animo calumniæ, iuxta Theoricam Oñ. Vestr. lib. 6. cap. fin. num. 4.

3 Imò, si iudex illam denegaret, reus poterit appellare. Dec. in c. ad hæc, col. 3. de appel. Felin. in c. exceptionem de except. Modern. Rom. q. 77. n. 4. Mar. Ant. Macerat. d. resolut. 25. nu. 14.

4 Et debet in quacunque parte iudicij concedi, cum testes ad defensam vsque ad sententiam admittantur, Marf. in pract. §. sequens conf. 49. conf. 60. Cepol. cōf. 41. & conf. 61. Capic. dec. 8. omnes allegati per Marc. Ant. d. resolut. 25. n. 16. vbi subdit, & maximè vbi agitur de vita hominis per not. per Bal. in l. 1. col. pen. C. de accusat. per Aret. & Alexan. & Thesaur. in locis per eum ibi relatis.

5 Ac etiam potest remissoria concedi pro reprobando testibus, vt post alios, quos allegat, firmat Baiard. q. 16. n. 12. Et ego passim vidi concedi litteras remissoriales ad defensam, & præcipuè ego obtinui ad fauorem Archipresbyteri Terræ soliti Hydruntinæ Diocæs. & obtinui in vna Fulginaten. ad ciuitatē Fulginei pro Vicentino Gerofio; bene verum est, quod iudices facilius concedant commissarium, quam litteras remissorias. Farinac. q. 77. num. 114. & ego dixi in defensione circa remissoriam.

6 Bene verum est, quod aliquando vidi instare per fiscum, & per illi ad hærentes, vt in curia exprimantur nomina testium examinandorum, prout etiam refert Boccac. de liter. remiss. cap. 4. num. 12. Sed quia non possunt omnes testes considerari, qui sint examinandi in partibus, ne rei defensio pereat, solent aliqui in curia specificari, & alij in partibus coram commissario, vel iudice delegato.

Testes an per extensum examinari debeant, & quid, si dicant articulum esse verum.

S V M M A R I V M.

1 Testes an possint examinari super articulis simpliciter dicere articulum verum, vel per extensum deponere, declaratur vt hic per Authorem.

2 Testis, si dicat super articulis ista est veritas, prout alij testes deposuerunt, an sit admittendus, declaratur vt hic per Authorem.

C A P. XI.

1 **D**Octores certant inter ipsos, an valeat depositio testis dicentis contenta in articulo esse vera, prout Modern. Rom. in q. 80. num. 99. 100. 101. refert Doctores tenentes vtramque opinionem, sed vtramque Doctores conciliant eadem contrarias opiniones, cum distinctione, quod si testis reddat sufficiente rationem veritatis contentorum in articulo (cum ratio sit anima totius dicti, & depositionis) valeat depositio, secus si non reddat, vt bene colligitur ex traditis per Bart. in l. latro, nu. 7. ff. de lupo. leg. Soci. conf. 56. nu. 15. li. 4. Marc. dec. 900. nu. 6. p. 1. Heft. Aemil. in tract. de testib. Rub. testis articulum verum, nu. 3. & seq. f. 222. Moder. Rom. d. q. 80. nu. 102.

2 Solet etiã inter Doct. maximè dubitari, si testis dicat esse veritatem, prout alter testis dixit, prout retulit Doct. tenentes vtramque opinionem, idem Moder. Rom. in d. q. 80. n. 103. & seq. Tamen Doct. videntur concurrere, vt valeat talis depositio testis, nisi aliter a lege constitutione, statuto, vel consuetudine, disponatur, vt testatur Franc. Marc. in d. decis. 900. nu. 2. & seq. p. 1. & ibi respondet contrarijs, quæ consuetudo fuit in Curia Romana, reprobata per Urbanū Quartum, & Clementem Quartum, vt testatur Host. incap. nihil obstat, nu. 2. & seq. de verb. sign. & refert Mod. Rom. in d. q. 80. n. 103. & seq. qui ambo concludunt, quod in curia non admittatur talis notariorum pigritia, & testimonium sic receptum non valeat, cum verè testes, qui dicunt scire depositionē aliorum testium, reddantur suspecti, imò nihil probent Burf. conf. 201. n. 144. vol. 2. Sard. cōf. 328. n. 8. vers. & sicut testis vol. 1. quod procedit, tam in ciuilibus, quam in criminalibus. Crauet. conf. 6. quem refert, & sequitur Burf. cōf. 201. nu. 144. & alias latè supra dixit, quod testium dicta debeant esse secreta.

Testium exceptiones quando sint discutiendæ, an in principio, vel sint reseruandæ in fine litis.

S V M M A R I V M.

1 Exceptiones oppositæ contra testes, an impediunt illorum examen, vel potius sint reseruandæ in fine litis.

2 Exceptio, quæ requirit altiorē indaginē est reseruanda in fine litis.

3 Exceptio, quæ habet præsuppositionē iuris contra se, vel obicitur cōtra in micū non capitalem, reseruatur in fine litis.

4 Exceptio opposita inimicitia capitalis, impedit examen dummodo excipiens se offerat velle illam probare in continenti, & quomodo intelligatur, in continenti.

5 Exceptio per reum opposita, si per iudicem non admittatur.



mittatur, reus debet appellare.

- 6 Excipiens contra testes, & offerens se probaturum, simpliciter, intelligitur incontinenti, sed ad cautelam Advocatus debet adijcere illud verbum incontinenti.
- 7 Probatio exceptionis an fieri debeat coram iudice a quo, vel coram iudice ad quem.
- 8 Exceptio opposita contra testes, si afferret præiudicium irreparabile, impedit examen, prout in teste torquendo.
- 9 Exceptio impedit examen, quando agitur de periculo animæ, ut in exceptione excommunicationis.
- 10 Exceptio impedit examen, quando delictum est publicum, & notorium; dummodo excipiens offerat se incontinenti illam probare.
- 11 Testes reprobatorij, infirmi, senes, & absuturi operantur, ut eorum exceptio impediatur examen.
- 12 Exceptiones si vigore alicuius constitutionis reservari debent in fine litis, de quibus exceptionibus dicta constitutio intelligi debeat.

C A P. XII.

**R**egula est in hac quæstione, ut exceptiones testium referentur in fine litis, & non impediatur eorum examinis receptionem. Bal. in Auth. si testis, nu. 2. vbi respondet contrarijs. Salyc. nu. 2. C. de testibus. Alber. de testib. c. 3. n. 55. Moder. Rom. q. 62. num. 350. & seq. vbi alios allegat, & testatur de communi, & de veriori opinione, & dicit, quod statim quod obijcitur contra testes, iudex exceptionem admittit, si legitima sit, si vero dubia admittit cum clausula, si, & in quantum, non per hoc testium examen suspendat. Menoch. de arb. cas. 239. nu. 9. lib. 2. Masc. de probat. concl. 694. nu. 1. vbi tamen refert plures opiniones. Baiard. q. 53. nu. 2. vbi dicit hoc esse regulare, ut referentur ad tempus publicationis. Cauale. de testib. p. 4. n. 208. testatur de more omnium practantium, & lib. nu. 211. dicit, quod interlocutoria iudicis procedi ad vltiora salvis exceptionibus operatur, ut testes patientes exceptiones, quamvis examinati non probent, & processus nullus retrotrahatur.

2 Quæ communis opinio procedit, etiã si exceptio, quæ opponitur, repelleret testem ab initio, quæ tamen requireret altiorem indaginem circa illius probationem, ut referretur in fine litis, Baiard. d. q. 53. nu. 4. ubi subdit, quæ exceptio requirat altiorem indaginem remittitur arbitrio iudicis, & allegat Menoch. de arb. cas. 20. num. 3. lib. 1. vide latè Cauale. de testib. p. 4. num. 210. & 213.

3 Ac etiam procedit, quando inhabilitas opposita habet contra se iuris præsumptionem. Modern. Rom. q. 62. num. 353. ubi alios allegat, & ponit exemplum: Idèq; erit, si opponatur exceptio inimicitie non capitalis, cum illa nõ repellat in totum testem, & ob id non impedit examen Auth. si dicatur, §. si vero, & ibi Cyn. n. 2. Bal. n. 1. Castr. n. 2. C. de test. Menoc. de arb. cas. 239. n. 8. de quo dicã infra in lim. 1. Si vero malitiosè opponatur exceptio contra testes, eo minus impedit exceptionem examinis. Abb. in c. ex parte, nu. 8. extra de testib. Socin. reg. 129. Fallent. 2. Corrad. in pract. §. 2. tit. de testib. rubr. Personas testium aggredi, n. 9. fol. 77. etiam si vellet iurare, eam non opponere malitiosè, & animo differendi executionem penæ, & spreta quacunque appellatione, ad vltiora in examine procedere debet. Gram. conf. 48. nu. 15. & se-

quen. Formam vero excipiendi, ne testes inhabiles recipiantur, ponit Ang. de malef. in verb. de testibus, qui repellant, nu. 69.

4 Primò limita, quando contra testes opponeretur de capitali inimicitia, quia debet recipi probatio ante examen, & non differatur in fine litis. Auth. si testis, §. si vero, C. de testib. vbi Bar. nu. 10. Cyn. n. 2. Bal. nu. 1. Castr. nu. 2. Gram. dec. 84. n. 2. & seq. vbi de communi Viui. com. opin. in verb. testium in lit. T, Menoch. de arb. cas. 239. nu. 8. lib. 2. Modern. Rom. q. 61. nu. 357. vbi de communi Masc. de prob. concl. 694. nu. 6. vbi dicit, quod licet Imperator in d. §. si vero, loquatur de inimicitia capitali respectu litis criminalis, habet tamen locum in qualibet inimicitia capitali. Baiard. q. 53. n. 2. vers. fallit etiam. Dummodo tamen inimicitia sit grauis, & capitalis. Ang. de malef. in verb. de testibus, qui repellant, num. 69. Alberic. de malef. de testib. c. 3. lib. num. 52. Gram. dec. 86. n. 1. & seq. vbi de communi. Soc. reg. 125. in 1. fallent. & Doct. in authent. si testis, vers. si verò dicatur, C. de testib. & præcipuè Bar. nu. 3. Cyn. nu. 2. Bal. nu. 1. Castr. nu. 2. Moder. Roman. q. 62. nu. 357. Baiard. q. 53. nu. 2. vers. fallit etiam, Cauale. de testib. p. 4. nu. 204. & seq. vbi de communi, & procedere affirmat in crimine læsæ maiestatis, & similibus delictis.

Ac etiam, dummodo excipiens de dicta inimicitia capitali se offerat illam probare velle incontinenti. Fely. in c. ex parte, col. fi. extra de testib. Gram. decif. 86. nu. 2. in fine, & prius dixit in dec. 34. nu. 10. & 48. vbi refert, quod ita fuit decifum; scus si requireret altiorem indaginem, quia expectaretur tempus repulsæ. Gram. d. dec. 86. nu. 3. vers. si autem requireret. Viu. com. opin. in materia testium lit. T, verb. contra testes exceptio. vers. imo plus dico. Moder. Roman. in q. 62. nu. 35. vers. sed hoc, & nu. 158. post alios, quos allegat, firmat, quod in omni exceptione opposita contra testes, si incontinenti offeratur illa velle probare, illa impediatur receptionem examinis, nec sit in fine litis referuanda. Plot. conf. 78. nu. 14. lib. 1. Masc. de prob. concl. 694. nu. 4. vol. 1. Baiard. q. 53. nu. 2. vers. fallit etiam, vbi Plot. & Masc. & inferunt, quid si statutum tollat exceptionem, debet restringi, nisi pars vellet eam incontinenti probare, & ibi concordantes allegat, Licet Innoc. relatus in additad Io. And. in c. ex parte, n. 15. lit. G. verb. excipitur, vers. sed quado probatio extra de testib. dicat, quod resideat in arbitrio iudicis etiam exceptionem incontinenti probari in fine litis referuare. Menoc. de arb. cas. 239. n. 9. Masc. de prob. concl. 694. n. 2. vers. cæteris melius, qui omnes alios allegat, quos etiam retulit Moder. Rom. in d. q. 62. n. 364. vbi firmat esse æquam, ac communem opinionem, & hoc iudex faciet ex suo arbitrio, regulando se a circumstantijs, & qualitatibus causæ, & exceptionis, quæ ponuntur per Io. And. in d. c. ex parte, n. 16. Abb. nu. 8. But. n. 15. Et caueat causæ defensor, quod si post interpositam appellationem iudex procedat ad vltiora in examine, videtur tacitè exceptiones oppositas rejicere, ut dicit Ias. conf. 2. n. 8. circa med. vol. 1. Ideo semper appellet a quolibet actu, & procuret inhibitionem a superiore obtinere.

5 Sed quia referuare, & non referuare exceptionem in fine litis, potest partibus præiudicium afferri: ideo debet pars appellare, in cuius præiudicium exceptio non admittitur. Abb. d. c. ex parte, nu. 8. & seq. Alber. de malef.



de Malet, de testib. c. 3. n. 54. post Specul. quem ibi allegat Modern. Rom. d. q. 62. nu. 366. Baiard. q. 53. nu. 2. vers. & quod appellatio.

- 6 Sed bene verum est, quod sufficit simpliciter verbo se offerre probaturum, quia intelligitur incontinenti. Imol. in d. c. ex parte, col. 6. in fine vers. sed iste intellectus, & col. 7. in princ. vers. alius fuit intellectus. Sed ad cautelam causae defensor adiciat etiam (incontinenti) vt tradunt Doct. relati per Modern. Rom. in d. q. 62. nu. 338. vers. licet ad cautelam. Nec requiritur, quod offerens testes secum ducat, sed sufficit, quod simpliciter se offerat incontinenti probaturum, vt post Dec. in c. interposita, col. 3. n. 11. vers. postremò de appell. Baiard. q. 53. n. 2. circa finem, vbi etiam dicit, quod quando dicatur fieri probatio incontinenti, remittatur arbitrio iudicis, secundum Menoc. de arbit. casu 9. nu. 5. lib. 2.
- 7 Probatio autem exceptionis contra testes fieri debet coram iudice a quo, quoad effectum deuolutionis: sed, vt deinde appellatio iustificetur in praedictum partis aduersae, veritas propositae exceptionis probari debeat coram iudice, ad quem, vt bene explicat Dec. in d. c. interposita, nu. 10. de appell.
- 8 Si vero ageretur de praedictio irreparabili, exceptio opposita contra testem debet omnino examine impedire, vt si deberet examinari testis cum tortura, qui propter exceptiones, quas patitur, nihil probaret, erit superfedendum in examine, donec cognoscatur de exceptionibus, Soci. reg. 129. Fallent. 6. Corrad. in pract. 9. 2. tit. de test. rubr. personas testium aggrediendo, nu. 9. in fi. Moder. Rom. q. 62. n. 360. dummodo tamen exceptio in promptu habeatur, vt declarat Grammat. conf. 65. nu. 6. & seq.
- 9 Idemque est, si ageretur de periculo animae, quia opponeretur exceptio excommunicationis contra testem. Alber. de Malet, de test. c. 3. n. 51. & Soc. d. reg. 129. Fallent. 4. Masc. de probl. li. 2. concl. 694. memb. 3. qui alios cumulauit, quos retulit Moder. Rom. in d. q. 62. nu. 361. & alios retulit Baiard. in q. 53. n. 2. vers. hoc tamen fallit.
- 10 Ac etiam admittunt Doctores, quando delictum, quod opponitur contra testes sit publicum, & manifestum. Alber. de Malet, d. c. 3. n. 52. & Gram. decif. 86. n. 3. Benintend. decif. 7. vers. vel id, quod opponitur. Menoch. casu 239. nu. 12. lib. 2. de arb. Masc. d. concl. 694. sub num. 2. & num. 7. Baiard. in d. q. 53. nu. 2. vers. item fallit.
- Et hoc casu non requiritur, quod excipiens se offerat illam incontinenti probare, sed sufficit, quod dictum crimen publicum allegetur, vt post alios declarat Masc. d. concl. 694. nu. 7. vers. nec requiritur, & Baiard. d. q. 53. n. 2. vers. nec requiritur.
- 11 Si vero testes reprobatorij essent infirmi, senes, & abfuturi, & in fine litis reperiri non possent, exceptio non uocet reseruanda in fine litis, Soc. d. reg. 129. in 5. Fallent. Menoch. in d. casu 234. nu. 14. Match. d. concl. 694. n. 2. vers. Gulielmus vero, qui omnes concordantes allegant, & ideo causae defensor alleget supradictas causas, si velit, vt iudex superfedeat in examine.
- 12 Si vero extaret constitutio, quod omnes exceptiones reseruari debeant in fine litis, de qua constitutione latè loquitur Plot. in conf. 78. nu. 5. cum plur. seq. intelligitur de exceptionibus in facto, & non in iure existentibus, & ibi infert ad plura, & etiam intelligitur,

quando exceptiones sunt dubiae, secus si fuerint clarae, & liquidae, vt ibi per eum, nu. 8. & 16. Item si vnus ex colligantibus non seruauit formam dictae constitutionis, quia non poterit se tueri ex ipsa constitutione, vt exceptiones reseruentur in fine litis, vt declarat idem Plot. ibi, nu. 11. & sub nu. 13. etiam dicit, quod si talis constitutio emanauerit ab Imperatore, vel ab alio iudice seculari, non comprehenderet, exceptiones fori ecclesiastici, quod testis esset excommunicatus, haereticus, vel usurarius.

12 Exceptio falsitatis opposita contra testes examinatos, & principalè in causa ciuili, an impediatur procedi ad vltiora in causa ipsa ciuili. Capic. decif. 26. nu. 1. Gram. dec. 60. n. 23. Afflic. dec. 229. Iul. Clar. q. 2. n. 4. latè Dec. in tract. crim. lib. .... c. 35. per totam de quo alias latè supra dixi, & si sententia pretendatur lata ex falsis testibus, an possit opponi de falsitate aduersus eam, antequam restitutio integrum aduersus rem iudicatam fuerit obtenta, latè ponit hanc quaestionem Hier. Hisp. in tract. com. contra com. q. 840. per totam, vt ponit effectum istius quaestionis.

Testes falsos & articulos falsos inducens, & faciens, qua poena puniatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Articulus falsos conficiens, & super eis falsos testes inducens, licet ab eorum vsu se absteineat, punitur poena falsi.
- 2 Aduocatus pro defensione inquisiti, quid deducere debeat, habetur hic per Authorem.
- 3 Falsos articulos & testes, qui fecit, & produxit, si recessit ab eorum vsu, nulla precedente iudicis interrogatione, vel partis, an euadat poenam.
- 4 Statutum puniens producentem falsos articulos, vel testes, habet etiam locum, si pronocet vnum articulum, vel vnum testem.
- 6 Statutum puniens producentem falsum instrumentum, non comprehendit procedentem falsos testes.
- 6 Cautela traditur Aduocato ad euitandam poenam, etiam quod inquisitus fecerit falsos articulos, & produxerit falsos testes.
- 7 Scienter autem quando dicatur quis produxisse falsos articulos, & induxisse falsos testes.
- 8 Ignorantia quomodo probetur in ista materia, & quid facere debeat Aduocatus, vt excludatur omnis poena.
- 9 Si vero esset dubium an scienter, vel ignoranter quis vsus fuerit falsis articulis, & induxerit falsos testes, quid agendum sit.
- 10 Poena vna applicatur contra facientem falsos articulos, & inducentem falsos testes, & vtentem falsis articulis, & probationibus, lic. plura delicta videantur.
- 11 Producentes testes, qui falsum deposuerunt, vel scripturam falsam ignoranter, non punitur, distingue tamen vt hic Authorem.
- 12 Ignorantia in proposito praesumitur, & est probanda scientia per fiscum, quod magis procedit, quando producentis habuit illam scripturam ab alijs.
- 13 Testis non dicens falsum super negotio principali, sed super incidentibus, si illum producentem declarauerit nolle vti illius depositione non punitur.
- 14 Depositio testis falsa circa respicientia negotium principale, vel



- le, vel circumstantias illius, non probat; secus si respiciat non tangentia negotium principale, nisi tamen iurauerit veritatem dicere, tam super articulis quam tota causa.
- 15 Falsitas super capitulis connexis, vel super diuersis, operatur, vt depositio corruat in vtroque casu, secundum vnam opinionem, alij autem contrarium tenent.
- 16 Falsitas commissa super vna causa de iure canonico reddit falsam etiam aliam depositionem factam in alia causa.
- 17 Scriptura, vel instrumentum, siue testes falsi in vno, dicuntur falsi in omnibus.
- 18 Testes inhabiles veri in aliquibus cōsētur veri in omnibus.
- 19 Testis falsum deponens coram vno iudice potest puniri etiam ab alio iudice.

## C A P. XIII.

**S**I quis falsum articulum producat, & super eo falsos testes inducat, licet quis se abstinat ab vfu falsorum testium, tamen punitur pœna falsi, vt auctor falsitatis, tex. in l. si falso codicillos, C. de fals. vbi gl. & cæteri scribentes, Fely. in c. præsentium, nu. 11. de testib. Foller. in pract. crim. vers. Item quod commisit falsitatem nu. 22. & 41. Capic. dec. 67. sub nu. 6. Boff. tit. de fals. nu. 159. Iul. Clar. §. falsum, nu. 5. vbi refert illum Patrem iussu Senatus fuisse positum ad catenam infamem, qui falsum testem produxit pro filio suo et grauitur vulnerato. Moder. Rom. in q. 159. nu. 32. & 34. Menoch. de arbit. casu 315. nu. 1. 14. & 30. Rimin. iun. conf. 345. nu. 13. 15. & 19. Bertazz. conf. 25. nu. 3. lib. 1. Pet. Cabal. in quæst. crim. casu 144. nu. 1. Baiard. in d. §. falsum, nu. 136. & seq.

Quam opinionem Doctores admittunt etiã, quando auctor falsitatis, nempe ille, qui produxit falsum articulum, & induxit falsos testes, illis vltus non fuit, sed penituit, ac ab eorum vfu se abstinuit. Pet. Cabal. d. casu 144. nu. 2. & seq. vbi etiam post Bal. dicit, vt procedat, etiam si nemini damnum ex non vfu afferret, quia satis est, quod potuerit afferre, & eandem opinionem, quod non sit locus penitentiæ in auctore falsitatis, quo ad pœnam falsi fugiendam, tenent Capic. dec. 67. n. 6. Ferrant. Garg. conf. 113. nu. 2. to. 1. crim. diuers. Baiard. d. §. falsum, nu. 72. & 136. & seq. & alij relati per Modern. Rom. in d. q. 159. n. 35. vbi tamen sub nu. 36. refert, quod plures Doctores contrariã opinionem tenuerunt, vt ob desistentiam ab vfu falsorum testium, quis excusetur a pœna, & fuit originalis doctrina Bar. in l. Diuus Pius, num. 2. ff. de fals. Fely. in c. præsentium nu. 11. & num. 13. extra de testib. Anch. in c. ad falsariorum, nu. 7. in fine de crim. fals. Cepol. caut. 52. n. 1. Corrad. rubr. de falsar. numer. 19. vbi ampliat etiam, quod falsitas testium esset euidentis, & patens Monticell. reg. crim. 15. num. 97.

2 Pro defensione rei in ista quæstione Aduocatus deducat, quod licet articulus sit falsus, & testes induciti falsum dixerint, tamen suus principalis non procurauit, neque sollicitauit testes ad falsum deponendum, & ob id ignorabat, an illi testes essent falsi dicturi, prout in articulis: quia, si isto casu desistat ab vfu, euitabit pœnam falsi, secus vero, si inquisitus falsum articulum fecit, induxit falsos testes, & procurauit eos falsum dicturos, quia ob non vsum, & ob desistentiam non euitabit pœnam falsi. Rim. iun. conf. 345. n. 15. Capic. d. dec. 67. n. 6. Alex. Stiat. in pract. iud. c. 22. n. 11. & alij relati per Moder. Rom. in d. q. 159. nu. 37. & seq.

3 Imò, si nulla præcedente interrogatione reus, qui falsos articulos, & testes fecit & induxit, sua sponte recessit ab vfu, nec perseverauit in vfu vsque ad finem causæ, adhuc euitet pœnam falsi, post Aret. declarat Capic. d. dec. 67. n. 7. 8. & 9. Alex. Stiat. in pract. iud. c. 22. nu. 16. 17. Petr. Cabal. in quæst. crimin. casu 144. nu. 11. allegat scripta per Foller. in loco per eum relato in contrarium, sed tamen concludit, quod difficile esset discedere à sententia Aret. cum videatur communis, si vero fecit articulum verum, & testis falsum dixit non nocet articulanti, latè Rimin. iun. conf. 344. nu. 29. & seq. vol. 3. & ante publicationem sine dubio non datur pœna in producente. Natt. conf. 31. nu. 3. & seq. lib. 1. Capic. dec. 62. nu. 5. Bertazz. conf. 411. nu. 22. vol. 2. Rim. iun. conf. 706. n. 16. & seq. vol. 6. sed publicata attestazione, debet declarare nolle illa vti, vt dicam sub num. 7.

4 Et pœna statuti contra producentem falsos testes in numero plurali, habet etiam locum in producente vnicum testem tantum. Vitalin. in rub. de falsar. n. 18. Ias. in l. Gallus, §. quid si is in 2. lectu. n. 2. ff. de liber. & posthu. vbi de communi, quos refert, & sequitur Clar. in §. falsum, num. 5. vers. producens falsos testes, nec dissentit. Moder. Rom. d. q. 159. nu. 40.

5 Bene verum est, quod pœna statuti punientis producentem falsum instrumentum, non procedit in producente falsos testes, cū isto casu appellatione instrumentorum non veniant testes Curt. conf. 151. n. 75. li. 2. Baiard. §. falsum, nu. 96. Vulpel. respons. 129. nu. 16. & nu. 26. in fine, Moder. Rom. d. q. 159. nu. 46.

6 Sed Aduocatus habeat recursum ad illam Theoricam, vt inquisitus veniat excusandus, quia non sciēter, sed ignoranter falsum capitulum, ac falsos testes induxit, & ob id excusetur a pœna falsi. Rimin. iun. conf. 345. nu. 40. & seq. Alex. Stiat. in d. c. 22. sub n. 11. Menoc. de arb. casu 316. nu. 6. li. 2. Moder. Rom. d. q. 159. n. 41. latè Pet. Cabal. d. casu 144. n. 6. vers. & hoc, & nu. 7. vbi reddit bonam rationem.

7 Scienter autem dicitur fecisse falsum articulum, ac induxisse falsos testes, quando agitur de facto proprio, de recenti, vel sit eius naturæ, vt nō possit cogitari ignorantia, vel si post publicationem attestacionum fuit per iudicem interrogatus, an velit vti dictis attestacionibus, & articulis, respōdeat, quod sic: sine interrogatione etiam detexit falsitatem, & ab ea non se abstinuit, & tunc pœna falsi puniatur. Boff. tit. de fals. n. 154. Menoch. de arb. d. casu 315. n. 9. Claud. Bertazzol. conf. 118. in lit. A, vers. secundo idem procedit li. 1. Rim. iun. conf. 345. n. 24. lib. Sed bene etiam in facto proprio admittitur quis ad probandum ignorantiam falsitatis, si eam probare voluerit, licet iuris præsumptio sit in contrarium. Menoc. d. casu 315. nu. 15. in fine, & nu. 20. Baiard. d. §. falsum, nu. 125. & seq. Modern. Rom. d. q. 159. nu. 43.

8 Et isto casu sufficit, vt per aliam præsumptionem, iuris probetur ignorantia circa productionem articulorum, & testium. Fel. in c. præsentium, nu. 15. vers. & istud procedit, & vers. seq. & ignorantia probabitur, si articuli respiciant factum alienum, vel etiam proprium, sed non de recenti, aut aliud, in quo ignorantia, vel obliuio præsumatur, sed caueat Aduocatus, vt isto casu ad pœnam euitandam faciat, vt inquisitus declaret nolle vti, quia a falso excusabitur. Fely. in d. cap. præsentium, nu. 11. Boff. tit. de fals. nu. 154. Menoch.



- noch. de arbit. casu 315. nu. 7. & nu. 10. & seq. & nu. 30. vbi respondet Ruin. cōtrarium tenenti, & in conf. 36. nu. 6. lib. 4. & eundem Ruin. reprobant Riminal. iun. in conf. 345. nu. 5. & seqq. Baiar. §. falsum, nu. 79. Pet. Caball. d. casu 144. num. 7.
- 9 Si vero dubium sit, an scienter, vel ignoranter produxerit falsos testes, & falsos articulos in factō, in quo potuit cadere error producentis, & tunc in proposito. Boss. d. tit. de fals. nu. 154. dicit in tribus casibus puniri de falso, primo si interrogatus non dicat, se nolle vti, secundo si non alleget errorem, tertio si perseueret vtendo vsque ad sentētiā. Et ob id procuret Aduocatus, vt desistat ab vsu, alleget errorem, & interrogatus respōdeat, nolle vti, vt possit penā evitare. Alex. Stiat. in pract. iud. d. c. 23. mēb. 11. Riminal. iun. conf. 345. nu. 43. & 47. lib. 3. & latē Pet. Caball. d. casu 144. nu. 8. & seq. Moder. Rom. d. q. 159. nu. 45.
- 10 Sed sciat etiam aduocatus, quod licet reus fecerit falsos articulos, & induxerit falsos testes, ac attestacionib. vsus fuisset, quamuis videantur esse plura delicta, vnica tantum pœna puniri debet, vt bene, & latē declarat Pet. Cabal. in quæst. crimin. casu 145. per totam, vbi tamen dicit, quod acrius puniretur pro reiteratione falsitatum. Quod nota, quia sæpē contingit in factō, & ego in factō habui in quadam causa Spoletana de Coruijs, quorum vnus fuit imputatus cōfessisse falsam epistolam, illam in actis A. C. produxisse & ad illam recognoscendam falsos testes induxisse, ac eadem epistola sic producta, & recognita vsus fuisse, ego autem allegaui dictum casum Petr. Cabal. ad illum euadendum a maiori pœna treremium, ob multiplicatam falsitatum, vigore banni inflicta, prout obtinui.
- 11 Qui autē produxit testes, qui falsum deposuerunt, vel produxit scripturam falsam ignoranter, non punitur. Menoch. de arbit. casu 316. nu. 6. Hond. conf. 109. nu. 67. lib. 2. qui alios allegant. Sed Doctores videntur distinguere inter instrumenta, & testes, vt in instrumentis teneatur, cum potuisset deliberare producere instrumenta; secus in testibus, quia nesciebat quid essent dicturi, nisi postea fuerit certioratus de falsitate testium. Gand. ut. de Fallar. nu. 11. & 24. Vital. rubr. de fals. num. 15. Modern. Rom. q. 159. nu. 49.
- 12 Et ignorantia in dubio præsumitur, & sicut debet probare scientiam. Olatc. conf. 66. nu. 9. Bertaz. conf. 33. nu. 1. Honded. conf. 109. nu. 68. & seq. lib. 1. quod magis procedit si probet illam scripturam ab alijs habuisse. Vital. d. rubr. de fals. nu. 2. Barbat. conf. 51. nu. 9. lib. 3. Bertazz. conf. 33. n. 22. lib. 1. Hond. conf. 109. nu. 65. lib. 1. Modern. Rom. q. 159. n. 17. & 53. vbi post alios, quos allegat, dicit; secus si non doceat a quo habuerit, & licet aliqui voluerint, quod scientia præsumatur, & non ignorantia, tamen etiam pro concordia tradunt, vt ignorantia isto casu per iuramentum producentis probetur Cyn. in l. maiorem nu. 3. Salyc. nu. 2. C. de fals. Moder. Rom. d. q. 159. nu. 50. cū plur. sequent. vbi etiam subdit, quod in rustico, vel in factō alieno, vt, si proueniat ex iusta causa, præsumatur ignorantia; secus si falsitas esset notoria, quia tunc producens puniretur, etiam sine aliqua præcedente interrogatione. Fely. in c. præsentium, nu. 13. extra de testib. Corrad. in pract. rubr. de fallar. num. 19. Baiard. §. falsum, num. 120. vbi reprobatur Follerium contrarium tenentem in loco per eum relato.
- 13 Si vero testis falsum dixit, non super eo, super quo principaliter fuit inductus, sed super aliquibus incidentibus, & producens declarauit se nolle vti de positione illius testis in illa parte, non tenetur, neque punitur Bar. in l. si falsus, nu. 1. vers. secus si super aliquibus incidentibus, C. de fals. Moder. Rom. d. q. 159. nu. 47. Et idem potest dici, quando falsitas esset super interrogatorijs, de quo vide Riminal. iun. conf. 344. num. 30. & seq. vol. 3. vbi alios allegat.
- 14 Et si falsitas est commissa super circumstantijs respicientibus negotium, de quo agitur depositio illius testis non probat. Iul. Clar. quæst. 53. num. 6. latē post alios quos allegat Mascard. de probatio. conclus. 743. nu. 11. in princ. lib. 1. Secus vero, si esset super circumstantijs nullo modo tangentibus negotium principale, latē Iul. Clar. d. q. 53. nu. 9. vbi de communi, & Mascard. d. conclus. 743. nu. 11. vers. sic. secus autem, nisi tamen testis iurauerit respondere super tota causa, vel super omnibus, de quibus fuisset interrogatus pro veritate: quia, etiam si esset commissa falsitas super circumstantijs, & non necessarijs, nec facientibus ad causam, tota eius depositio redderetur nulla. Mascard. d. conclus. 743. nu. 22. Baiard. q. 53. nu. 21. qui omnes alios allegant, & vide Riminal. iun. conf. 344. nu. 42. & seq. volum. 3. Quamuis testis simpliciter iurans, teneatur super tota causa iurare, vt per Anton. Gabr. conclus. 4. num. 14. lib. 7.
- 15 Quando vero falsitas esset super capitulis connexis siue super diuersis, depositio testis in vtroque casu corrumpit, secundum communem opinionem attestatam per Iul. Clar. q. 53. vers. sed quæro in si. latē, qui alios concordantes allegat Mascard. d. conclus. 743. nu. 2. & seq. Hond. conf. 87. n. 130. vol. 2. qui etiam alios allegat. Sed Viui. com. opin. q. 35. n. 4. dicit opinionē in contrarium etiam esse communem, quam etiā firmat Boer. dec. 253. n. 6. vt refert, & sequitur Baiar. q. 53. memb. 20. Quæ secunda communis opinio procedit sine difficultate, quando falsitas in vno articulo esset non in committendo, sed in omittendo, quia tunc falsitas non infringit dicta testium, Tiraq. de pœn. tēpor. caus. 44. nu. 42. quem sequitur Viui. d. com. opin. q. 35. n. 1. & Baiar. d. q. 53. nu. 19. sed quæ requiratur, vt testis falsum deponens puniatur, post Foller. Aduocatus videat. Cauale. in pract. de testib. p. 5. n. 219. vbi ponit 17. requisita, quæ si non concurrant potius dicatur repugnantia, quam falsitas in teste, & primum est, quod sit de falsitate accusatus, 2. quod in iudicio falsum deposuerit, 3. quod ex processu de falsitate appareat, 4. quod sit examinatus coram iudice, & non coram notario, 5. quod deposuerit per verbum affirmatiuum, 6. quod scienter falsum deposuerit, 7. quod dolosè falsitatem dixerit, 8. quod sit sagax, & nō ignarus, 9. quod falsitas noceat, vel sit apta nocere, 10. q. falsum deposuerit super capitulis ad instantiam partis productis, 11. quod sit super substantialibus, & nō accidentibus, 12. q. falsitas resultet ex ipsomet dicto, 13. q. testis sit citatus cū insertione eius falsæ depositionis, 14. q. nemo cōpareat pro eo, 15. q. testis fateatur eius depositionem iudicialē secus si diceret aliter dixisse, quam scriptum reperiatur, 16. quod eius depositio non sit reprobata contrarijs depositionibus, 17. quod eius contumacia ritē, & rectē processerit.
- 16 Sed attenda dispositione iuris canonici, commissa falsitate in vna causa, redditur falsa depositio facta in alia,



in alia, secundum Mascard. in d. conculuf. 743. n. 9. vers. sexta amplia, ubi concordantes allegat. Petr. de Surd. conf. 328. nu. 11. vol. 1.

- 17 Idemque est in processu, scriptura, vel instrumento, quia si reperitur falsus unus testis, vel duo, seu tres: ac instrumentum sit in una parte falsum, censetur falsum in omnibus. late decis. Auen. 33. nu. 1. & 2. ubi adducit illud adagium, qui in uno erravit factus est omnium reus, & carmen Virgilij, & crimine ab uno disce oēs. Et idem in libro, ut falsus in uno capite, vel partita, reputetur falsus in omnibus. & quoad alia. Plot. conf. 88. nu. 8. lib. 1. de coi. latissime, Menoch. de praeump. p. 2. l. 5. praeump. 21. Sed pro declaratione vide omnino Poll. in pract. crim. in verb. Item quod commisit falsitate. nu. 68. & latissime Mascard. de prob. concl. 742. per tota vol. 2. ubi ponit ad istam propositionem ampliationes, & limitationes, & vide late Baiard. q. 53. n. 19. 20. & 21. ubi declarat, quando falsitas commissa in uno articulo dicatur commissa in omnibus, sed And. Fachin. in contr. iur. h. 9. c. 79. postquam retulit plures opiniones tuetur, quod instrumentum falsum in una parte non praesumatur falsum in alijs, nisi adesset falsitas in una parte qui per se totam fidem instrumenti adimat, ut si scriptum sit actum fuisse in uno loco, & esset actum in alio, quia tunc totum diceretur falsum: alias fecus.

- 18 Sicut est, & e contra, quod si testes inhabiles reperiantur veri in pluribus, debent ceteri veri in omnibus. Dec. respons. 48. n. 33. vers. Item, & 3. lib. 3. prout idem est in libro privato, cui non creditur pro scribente, sed si aliqua partitae probabuntur verae, etiam reliquis credendum erit, Crau. conf. 158. nu. 6. Ang. in §. actio. q. 13. Inst. de action. & in §. fin. vers. quare an credatur inst. de Atellan. tut. ubi testatur ita fuisse iudicatum & post alios, quos adducit, Dec. in d. resp. 48. n. 34. Et de magis com. et post alios, quos allegat, testatur Apostill. ad Moder. Rom. in conf. 13. in lit. A.

- 19 Et testis falsum deponens coram uno iudice potest puniri, non solum ab illo iudice, sed et ab illo, Bot. de fall. num. 117. Rolan. conf. 12. num. 12. vol. 2. ubi respondet contra aris, Farinac. q. 67. num. 31. late Cavalcan. in pract. de testib. part. 3. num. 90. & fram. 8. & ibi etiam firmat, quod possit puniri a iudice committente examen per litteras subsidiales, & testatur de veriori post Farinac. d. q. 67. num. 33.

Interrogatoria faciendi producenti falsum articulum, vel testes seu scripturam falsam, an illis uti velit pro bonis, & legalibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Interrogatio faciendi per iudicem, contra producentem falsum articulum, falsos testes, seu falsam scripturam, quomodo sit concipienda, ut interrogatus respondere debeat.
- 2 Interrogatio contra producentem falsam scripturam, vel testem non potest fieri ex officio iudicis, sed tantum ad instantiam partis.
- 3 Interrogatio super falsa scriptura non potest fieri, nisi scriptura fuerit producta in actis.
- 4 Interrogatio non est faciendi tertio, quando interrogatus ipse fecit falsam scripturam.
- 5 Interrogatio, ac etiam responsio est faciendi per principa-

les met, vel cum mandato specialissimo ad ita respondendum, vel interrogandum.

- 6 Interrogatio, an velit scripturam, vel articulos pro bonis habere, debet esse cum protestatione, quia intendit illam, vel illos redarguere de falso super tali parte, & responsio debet esse pura, & simplex, & non conditionalis, vel protestativa, dummodo pars instet pro ista precisa responsione affirmativa, vel negativa, alias responsio conditionalis, vel protestativa admitteretur.
- 7 Semel renunciatus testibus, vel scripturis, non potest amplius uti eisdem testibus, vel scripturis.
- 8 Producenti scripturam, vel articulum super facto alieno, potest respondere, non precise, sed conditionaliter nisi de facili certiorari potuisset.
- 9 Responsio facta, nolle uti, extinguit poenam.
- 10 Respondere recusans interrogationi, an velit uti testibus, & scripturis, habetur pro negante, dummodo accusetur contumacia, etiam, quando de super fiat iudicis interlocutoria.
- 11 Interrogatio praedicta potest fieri in quacumque parte iudicis.

C A P. XIV.

**A**duocatus, ut valeat instruere suum clientem in ista materia interrogationis sciat, quod si falsus, vel pars interroget aliquem ad declarandum, an velit uti scriptura, vel testibus exhibitis in iudicio, ille non teneatur respondere nisi in ipsa interrogatione adiciatur causa, nempe, quia intendit instrumentum productum, vel scripturam, seu testes examinatos, redarguere de falso, ut post alios, quos allegat, firmat Alex. Stiat. in pract. iud. c. 22. nu. 18. Baiard. in §. falsum n. 132. Modern. Roman. q. 159. & seq. & n. 77. immo requiritur etiam, ut specificè dicat, in qua parte intendat redarguere de falso, alias non compellitur respondere, Ant. Gabr. lib. 7. concl. nu. 9. Et habetur decisio relata per Moder. Roma. in prima decis. inter eius conf. Sed Baiard. in §. falsum num. 131. videtur distinguere inter instrumentum, & testes, ut, quoad testes, debeat exprimere in qua parte eos velit redarguere de falso, fecus in instrumento, ut sufficiat interrogare in genere, quod illud intendit de falso redarguere.

Et scias, quod, licet talis interrogatio fieri possit a iudice, parte instante, illa tamen facere non potest ex officio ut conuluit Rim. sen. col. 569. per tot. lib. 3. quae sequitur Modern. Rom. in d. q. 159. nu. 79. Ideo iudex, quando in examinibus interrogat reum, an velit habere testes inductos, vel scripturam productam pro bonis, & legalibus, faciat, ut prius praecedat instantia partis, vel fisci super tali interrogatione faciendi.

Et requiritur, ut reus cogi possit ad precise respondendum, ut instrumentum, vel scriptura fuerit in iudicio producta, vel de ea in iudicio fuerit facta mentio, Caphal. consil. 83. num. 10. seqq. vol. 1.

Nec quis tenetur respondere interrogatorio circa falsam scripturam, quam interrogans fecit, cum facto, & vitio suo id acciderit. Crau. conf. 907. nu. 7. & seqq. quem sequitur Rim. iun. conf. 778. nu. 33. vol. 7.

Et in respondendo huiusmodi interrogatorio, aut responsio est faciendi per principalem met, aut per procuratorem, habentem specialissimum mandatum ad sic, vel ita respondendum, Menoch. cal. 315. nu. 25. lib. 2. Sicut ipsa interrogatio est faciendi a principali, Baiard.



Baiard. d. §. falsum n. 130. Mod. Rom. d. q. 159. nu. 23.  
 6 Responsio autem interrogatorio legitime facto, an velit testes productos, vel articulos, seu scripturam pro bonis, & legalibus, debet esse pura, libera, præcisa, affirmatiua, vel negatiua, non autem sub conditione, quatenus testes sint veri, vel verum deposuerint, vel quatenus de iure teneatur, vel, si reperiantur falsi, nolit eis uti, Bar. in l. Diuus la 2. num. 2. ff. de fals. Lap. Cæpol. & Ang. in locis relatis per Natt. conf. 635. num. 1. Ant. Gabr. concl. 7. num. 1. & seq. lib. 7. Bursatt. conf. 188. nu. 10. vol. 2. vbi de veriori opinione, & alios adducit, qui opinionem Bart. sequuntur, Add. ad. decif. positam per Moder. Roman. post sua consilia in decif. 10.

Quæ opinio Bart. in præct. obseruatur, vt per Natt. d. conf. 635. num. 4. dummodo pars instet pro præcisa responsione affirmatiua, vel negatiua, & iudex debet ei dare terminum ad præcise respondendum. Decif. Auen. 50. numer. 3. vbi alios allegat, & testatur, quod ita fuit resolutum, secus si pars nihil replicet ad responsionem factam sub conditione, vel cū protestatione, vt post alios, quos allegat, ita declarat Natt. in d. cōf. 635. n. 2. & seq. Bursatt. in conf. 188. nu. 10. & seq. vol. 2.

7 Et qui semel renunciauit vsui testium, vel instrumenti, quod de falso redarguebatur, amplius eo uti non potest, nec in alio iudicio, l. 3. C. de fid. instr. Ant. Gomez. ad leg. 83. Taur. nu. 7. in fin. Vitalin. in tit. de fals. nu. 17. in fin. Crau. conf. 134. num. 30. 35. Ang. de malef. in verb. falsario. num. 42. Afflict. in constit. Qui falso instrum. n. 3. in fin. Anchar. conf. 173. num. 2. Alex. Stiat. in pract. iud. cap. 22. nu. 7. & 10. Imò isto casu instrumentum redditur suspectum de falso, Boss. tit. de fals. num. 161. Neuzan. conf. 8. num. 65. Alban. cōf. 485. num. 3. vbi plus subdit, quod ex hac responsione oritur vera confessio, & probatio falsitatis, de quo tamen, an, & quando ex ista responsione, nolle uti, resulet suspicio falsi, vel falsitas, vide Doctor. cumulatōs per Moder. Rom. in q. 159. n. 69. cū plurib. seqq.

8 Si vero ageretur de facto alieno, quoad producentem, potest respondere cum dicta protestatione, vel sub conditione, nec cogi ad præcise respondendum, Natt. d. conf. 635. nu. 4. vbi latè disputat istum articulum de facto alieno, an admittatur protestatio, vel responsio conditionalis, Aret. in cap. præsertim extra de testibus, nisi de facili certiorari potuisset, Natt. conf. 365. nu. 1. vel nisi fuisset ei datus terminus ad respondendum, quia tenetur in omni casu præcise respondere Iul. Clar. §. falsum versic. falso instrumento, & sequitur Bursatt. conf. 188. n. 2. lib. 2. dummodo in termino verisimiliter potuisset se informare, alias secus, vt post Aret. in d. capit. præsertim, declarat Natt. d. confil. 365. num. 5. Ant. Gabr. concl. 7. lib. 2. Et in habentibus factum successiuum, etiam non admittitur responsio conditionalis, neque protestatio, cum in eis de facili possit certiorari, secus in momētaneis, Natt. d. conf. 635. num. 10.

9 Et iste respondens nolle uti excusatur à pœna, & vsu falsi instrumenti, vel falsorum testium. Butrig. in l. si falsos vers. ideo cautela est. C. de fals. vbi Bar. num. 1. Bursatt. conf. 322. n. 12. secus si dixerit velle uti; quia, licet non fabricauerit talem falsam scripturam, puniretur pro vsu: quia præsumitur, quod scienter illam produxerit, Abb. in d. cap. præsentium num. 10. de testib. extra, Vitalin. tit. de fals. num. 15. Alex. Stiat. in

pract. iud. c. 22. nu. 5. Menoch. de arbitr. cas. 315. nu. 8. vbi dicit, quod isto casu pœna erit arbitraria, Franc. Marc. decif. 737. n. 1. Sed Gabr. l. 7. concl. 7. n. 10 post Salic. in l. si falsos, C. de fals. tenet, quod nec etiam isto casu puniri debeat, nisi verè sciuerit instrumentum esse falsum, aut noluerit se informare de falsitate, cum potuerit, & sequitur Mod. Rom. d. p. 159. nu. 63.

10 Non respondens, aut non præcise respondens interrogatorio, an velit habere testes prædictos pro bonis, vel an intendat uti illis, habetur pro negante, si contumacia illius accusetur, & desuper fiat declaratio per iudicem, prout requiritur, quod habeatur pro negante, & quod nulla fides adhibenda sit illis testibus, vel instrumento, vt firmat post Rol. Soc. Cæpol. & alios, Baiard. in §. falsum. n. 141. & seq. vbi etiã dicit, an non respondens possit moram purgare ante, vel post iudicis declarationem, & sequitur Mod. Rom. d. q. 156. nu. 64. & si nolit respondere possit cogi sub pœna confessi, & conuicti, Caualc. de Brach. reg. p. 6. nu. 218.

11 Et ista interrogatio potest fieri in quacumque parte iudicij, etiam post rem iudicatam, & ita seruatur in praxi, vt post alios, quos allegat, firmat Baiard. d. §. falsum nu. 153. Bursatt. confil. 198. num. 12. vol. 2. vbi concordantes allegat.

Pro complemento sciati iudex, quod secuta responsione negatiua, vel affirmatiua formetur contra ipsam partem inquisitio ab eod. iudice, coram quo deposuit, & ipso examinato, & completo processu detur reo defensiones Caualc. de Brach. reg. p. 6. n. 218. vers. sed obiter, si iudex fuerit capax iurisdictionis alias cognoscitur causa falsitatis per iudicem criminalem, & interim iudex civilis supersedit, secus si tantum ageretur contra testes vt latè ibi per Caualc. sic vt super federi debeat est instituendū iudiciū, & contra testes, & contra principalem inducentem eos.

Testibus, an Notario quando magis credatur, si testes dicant non dixisse, prout scriptum reperitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Testibus contra Notarium, & Notario contra testem nõ creditur in criminalibus quando agitur ad pœnam.
- 2 Testes plures, si dixerint non deposuisse, prout scriptum reperitur, facerent iudicium ad inquirendum contra Notarium, non autem ad torquendum.
- 3 Testis, & Notarius si ad inuicem contrariatur, & agatur de tortura inferenda, testis torquetur: licet hoc in practica non seruetur.
- 4 Testis si neget dixisse ea, quæ Notarius scripsit, magis creditur scriptura, & Notario, quam testi.
- 5 Quod magis procedit, si Notarius, quando examinavit, habebat scriptorem, qui scribebat ex ament.
- 6 Et multo magis procedit, si testis suo examini se subscripserit.
- 7 Si testis fuerit iudice interueniente examinatus, magis creditur scriptura & Notario, quam testi.
- 8 Iudex arbitrio suo, habita consideratione qualitatis personarum testis, & notarij, alteri eorum, & cui sibi visum fuerit, magis credere potest.
- 9 Testibus pluribus Notario contradicentibus, inspecta illorum qualitate, si fuerint idonei testes, prævalent Notario suspecto, & magis eis quam Notario creditur, secus vero, si ipsi non essent idonei, notarius verò bone condi-



conditionis esset, & fama, quia tunc notario magis crederetur.

10 Scribens in spatio albo existente in scriptura producta, an puniatur, remissive.

## C A P. XV.

- 1 **Q**uicquid in civilibus dubitari possit, in criminalibus autem, quando agitur ad pœnam, non creditur neque notario contra testem, nec testi contra notarium, Natt. conf. 341. nu. 1. lib. 3. Capic. decis. 94. n. 1. Boss. tit. de fals. nu. 10. & 18. Hier. de Mont. q. 12. n. 3. Craff. com. opin. lib. 2. c. 17. q. 22. vbi alios allegat, & testatur de communi Iul. Clar. §. falsum n. 11. vbi de com. & q. 53. n. 17. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 99. nu. 15. vers. secus in crimin. Mascard. de probat. concl. 1094. n. 8. vbi de com. Fulu. Pacian. de probat. li. 2. c. 48. n. 57. qui omnes concordantes allegant, prout facit Moder. Rom. q. 159. nu. 204.
- 2 Et si fuerint plures testes, qui dicerent non dixisse, prout scriptum reperitur, non potest notarius torqueri, sed solum eorum depositio faceret indicium ad inquirendum, Rol. consil. 39. sub numer. 17. & 33. & seq. lib. 1. Natt. conf. 392. per tot. lib. 2. vbi alios allegat, & sub num. 7. & seq. dicit idem procedere, quando plures testes assererent non fuisse examinatos, licet contrarium teneat Capic. decis. 94. in fin. vt notarius possit torqueri ex depositione plurium testium.
- 3 Si verò agatur de inferenda tortura Boss. tit. de fals. n. 16 & num. 17. tenet, vt testis de iure possit torqueri, quando notarius, & testis ad inuicem contrariantur, cum notarius vices duorum testium substineat, licet, propter imperitiam iudicum in practica non obseruetur, & sequitur Mascard. de probat. concl. 1094. nu. 12. lib. 2. nec apud nos seruari testatur, Moder. Rom. q. 159. nu. 209. Prout verè nunquam audiui isto casu testem torqueri, & quod in iudicialibus vnus testis non faciat indicium ad torturam contra notarium, Natt. conf. 392. n. 7. & seqq. vol. 2. vbi reddit rationē.
- 4 Quo verò ad probationem, si testis neget deposuisse, prout notarius scripsit, magis creditur scripturæ & notario, quam testi. Boss. tit. de fals. nu. 16. Couar. var. resolut. lib. 2. c. 13. n. 10. Alecia. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13. num. 1. Iul. Clar. §. falsum nu. 11. & q. 53. n. 17. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 79. nu. 14. Mascard. de probat. conclus. 1094. numer. 7. & seq. li. b. 2. vbi de com. Pacian. de probat. lib. 2. c. 48. nu. 56. qui omnes alios cōcordantes cumularūt. Quod sine difficultate procedit in actibus iudicialibus, Nat. d. conf. 392. num. 7. & seqq. cum in extraiudicialibus secus sit, vt videmus, quod vnus testis instrumentarius facit vacillare instrumentum, vt non faciat fidem, nec probationem in causa civili, Paris. conf. 162. numer. 8. volum. 4. Menoch. de Arb. cas. 105. nu. 13. & seqq. lib. 2. Hond. conf. 99. nu. 2. vol. 2. Villagut. in pract. crim. lib. 3. c. 1. concl. 17.
- 5 Et vt magis, quoad probationem, credatur notario, quam testi, procedit, quando notarius examinaret, & haberet scriptorem, qui scriberet examen, Alc. de præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 13. num. 19. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 79. num. 16. Baiard. §. falsum num. 57. Mascard. de probat. conclus. 1084. num. 20. lib. 3. vbi dicit etiam procedere in causa criminali, & sequitur Moder. Rom. q. 159. nu. 191.
- 6 Et multo magis procedit, si testis se examini suo subscriperit, Crauet. conf. crim. 47. n. 2. & seq. vbi declarat, dummodo in subscriptione testi legatur suum examen, vt possit errorem corrigere, si petatur, alias secus, prout apud nos seruatur, vt testatur Modern. Rom. d. q. 159. num. 192. Iul. Clar. d. §. falsum nu. 11. ff. si. & sequitur Villagut. in d. concl. 17. vbi dicit idem esse, qñ testis nesciret scribere si fecisset signū crucis.
- 7 Si vero fuerit examinatus, cum interuento iudicis, transit sine difficultate, vt magis credatur notario, vel eius scripturæ, quam testi. Iul. Clar. q. 53. num. 17. Hier. de Mont. q. 12. nu. 4. Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 13. num. 10. Curt. de testibus, concl. 42. num. 88. Cranet. conf. 13. nu. 2. Mod. Rom. d. q. 159. nu. 189. Mascard. de probat. concl. 1094. num. 11. vol. 2. qui omnes concordantes allegant, Villagut. in d. concl. 13.
- 8 Et quod diximus quoad probationem, quod magis sit credendum notario, quam testi, procedit, nisi iudici aliter vium fuerit ex qualitate personarum; quia notarius esset persona suspecta, & non bonæ famæ, testis autem persona fide digna. Iacob. de Aret. in l. 1. §. si quis neget n. 2. vers. nisi alias Tabellio, ff. quem admod. testam. aperian. vbi Alber. n. 3. & 4. Butr. in c. ad audientiam nu. 17. Imol. nu. 3. Abb. nu. 7. Felin. n. 6. extra de præscript. Tiraquell. de pœn. caus. 51. nu. 129. Curt. de testibus concl. 40. n. 85. Mascard. de probat. concl. 1094. n. 13. & seq. li. 2. Baiard. q. 53. n. 35. Mod. Rom. q. 159. nu. 133.
- 9 Si verò fuerint plures testes, qui notario contradicerent, an, quoad probationem, sit magis credendum testibus, quā notario, sunt opiniones hinc inde, quas cumulauit, Mod. Rom. in d. q. 59. num. 197. & seqq. Et tandem videtur stare cū eadem distinctione supra posita, vt sit inspicienda qualitas notarij, & testium, adeo quod magis credatur notario, quam pluribus testibus, quando notarius esset bonæ conditionis, & famæ, & testes non essent idonei, & è contra magis credatur testibus fide dignis, quam notario, qui fuerit suspectus, ex traditis per Specul. in tit. de instrum. edit. §. restat videre num. 10. vbi disputat articulum pro, & contra Butr. in cap. ad audientiam num. 17. in fine extra de præscriptio. & ibi Alex. de Nauo num. 14. Gram. consil. crim. 67. num. 7. Guid. Pap. dec. 540. numer. 2. vbi testatur ita fuisse in illa curia alias reuolutum, Capic. decis. 94. nu. 2. Sed Thesaur. in q. forens. q. 31. nu. 7. postquam retulit diuersas opiniones concludit, quod Senatus censuit esse standum magis notario quam testibus, quando non essent plures numero, secus si excedant numerum duorum, & concludenter deponant, quia tūc potest deueniri contra Notariū ad torturā, & ita vidisse esse obseruatū testatur.
- 10 Et si producat aliquam scripturam cum aliquo spacio albo, & post productionē scribatur in dicto spacio albo, an scribens possit puniri, latè ponit hanc questionem, & illam bene declarat Petr. Cabal. in q. crim. cas. 217. per totum cent. 3.

Testes dicentes falsum deposuisse super articulis, quando noceant inquisito.

S U M M A R I V M.

1 Testibus asserentibus falsum dixisse non creditur contra tertium.

2 Etiam si testes hoc assererent in articulo mortis constituti, & essent plures testes.

3 Nota.



- 3 Notario afferenti falsum scripsisse in fauorem rei inquisiti non creditur.
- 4 Idem est in iudice affirmante falsam promulgasse sententiam, nisi tamen sententia esset iniusta.
- 5 Tortura inferretur contra imputatum de subornatione, si cum tali assertione testis, notarij, vel iudicis alia adminicula concurrerent.

C A P. XVI.

- 1 **I**n ista questione Aduocatus habet regulam pro se, vt testibus afferentibus dixisse falsum non credatur in præiudiciũ tertij, & Doctores cumulauit Mascard. de probat. concl. 744. num. 1. volum. 1. Petr. de Surd. concl. 173. num. 80. vol. 2. Anton. Gabr. lib. 7. de crim. concl. 32. nu. 1. vbi de com. Baiard. q. 53. n. 28.
  - 2 Et hoc Doctores admittunt, etiam si testes hoc affererent in articulo mortis, vt per Ant. Gabr. d. conclus. 32. n. 2. vbi infinitos alios cumulauit, & sub n. 3. affirmat procedere, etiam si testes in iudicio criminali contra tertium intentato, hoc afferant, & allegat Ruin. nu. 151. col. fin. vers. quibus non obstantibus vol. 5.
  - 3 Idemq; erit in Notario, si affereret falsum scripsisse in fauorem rei inquisiti. Boer. decis. 255. in fine. Alex. consil. 133. in fin. vol. 7. Ant. Gabr. d. conclus. 32. nu. 5. Rol. consil. 18. n. 7. lib. 1. Mascard. de probat. conc. 744. n. 4. vol. 1. Petr. Caball. in q. crim. cal. 151. n. 4. sed solũ facit aliquã præsumptionẽ. Natt. cõs. 124. n. 14. vol. 1.
  - 4 Idemq; affirmant in iudice dicẽte tulisse falsam sententiam. Ant. Gabr. d. conclus. 32. n. 7. Mascard. de probat. d. cõcl. 744. n. 1. qui omnes alios allegat, nisi sententia contineret iniustitiam, quia super iniustitia sibi crederetur. Ant. Gabr. d. conclus. 32. nu. 8. & sub nu. 9. dicit, quod, si essent plures iudices, qui in sententia interuenerint, & affererent tulisse falsam sententiam, per sordes, in præiudiciũ tertij etiã eis crederetur.
  - 5 Benè verum est, quod, si cum assertione testis, vel Notaris, seu iudicis concurrant alia adminicula, grauaretur imputatum de subornatione ad terturam. Ant. Gabr. d. conclus. 52. n. 13. vbi concordantes allegat: quo verò ad ipsos consistentes, non est dubium, quod eorum assertiones sufficiant. Anton. Gabr. d. conclus. 32. num. 14.
- Si verò Aduocatus velit aliàs declarationes in ista quæstione, videat Mascard. in d. cõclus. 744. Ant. Gabr. conclus. 32. Petr. de Surd. conf. 173. num. 8. & seqq. volum. 2. Petr. Caball. in d. cal. 151. Farinacc. consilio 79. num. 15.

Reus falsos testes producens an perdat causam.

S V M M A R I V M.

- 1 Articulus, & testes falsos inducens non amittit causam.

C A P. XVII.

- 1 **D**efensor causæ habet in ista quæstione opinionem pro se, vt inducens falsos testes, ac falsos articulos non amittat causam. Boer. decis. 291. num. 1. in fine, & num. 2. Vant. de nullit. ex defect. process. num. 141. Franc. Turzan. opin. 81. vbi de communi. Villalob. comm. opin. lit. F. n. 5. vbi de communi, & in lit. T, n. 104. vbi etiam de communi, Suarez. comm. Tomus Secundus.

opin. vers. falsi reus num. 33. Bertazzol. conf. 218. nu. 17. vbi Claud. in lit. A, vbi de communi, Riminal. Iun. conf. 345. numero 22. & seq. lib. 3. vbi reprobatur Ruin. contrarium tenentem, & ista est verior, & magis communis opinio, quam attestatur Modern. Rom. q. 67. nu. 281. & q. 150. n. 41. Si vero falsificauerit acta licet perdat causam, non tamen illam perdit ipso iure, sed requiritur sententia, vt de communi, ac veriori testatur Hier. Hisp. in tract. comm. contra com. q. 19. n. 1. vbi etiam ponit quando quis falsificauit instrumenta, vt cadat a causa, & testatur de communi.

Testes falsum deponentes ad fauorem Fisci, vel ad fauorem rei qua pœna puniantur.

S V M M A R I V M.

- 1 Testes deponentes falsum in causa criminali debent puniri similitudine supplicij, siue reus fuerit condemnatus, siue non, etiam si fuerit absolutus.
- 2 Dummodo tamen causa fuerit capitalis, licet non fuerit delictum publicum.
- 3 Quod de consuetudine non seruatur, si reus non fuerit vigore dictæ falsæ depositionis condemnatus, sed debent testes alia pœna puniri, secundum qualitatem delicti, super quo falsum deposuerunt.
- 4 Si autem, vigore talis falsæ depositionis, fuerit sequuta mors, tunc testes puniuntur pœna mortis: declarata tamen vt hic per Authorem.
- 5 Si verò causa non fuerit capitalis, etiam si effectus secutus fuerit, testis falsus puniretur pœna falsi.
- 6 Testis, qui primo nomine proprio in causa deposuit, & deinde mutato nomine, & cognomine in eadem causa sub diuerso examine deposuit, punitur pœna falsi.
- 7 Mandans, seu subornans testes ad falsum deponendum in causa criminali debet puniri iuxta qualitatem causæ, super qua deposuit.
- 8 Subornans testes ad falsum deponendum in criminali causa, effectu etiam sequuto, in delictis non atrocibus, non punitur aliqua pœna.
- 9 Quæ opinio magis procedit, etiam si subornans deueniret ad aliquem actum remotum, vt ad loquendum cum ipso teste, ad explicandum ei suam voluntatem.
- 10 Mandans fieri delictum ex solo mandato puniri potest .i.
- 11 Testes falsum deponentes contra Fiscum ad fauorem re, etiam si causa fuerit capitalis, non punitur pœna mortis, sed alia arbitraria.
- 12 Testis falsum deponens in causa criminali, tam pro Fisco, quam contra Fiscum semper tenetur ad omnia damna, expensas, & interesse propter dictam falsam depositionem secuta.

C A P. XVIII.

- 1 **S**i quis deposuerit falsum contra reũ in causa criminali, debet puniri similitudine supplicij, siue reus fuerit condemnatus, siue non. Tex. in l. 1. §. præterea, ff. de sicar. cap. latis in fin. 33. q. 5. Anton. Gomez. ad leg. 83. Tauri num. 7. in fin. Doct. adducti per Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 15. nu. 44. & alij adducti per Petr. Caball. in quæst. crim. cal. 165. n. 12. & seqq. vbi etiam refert ita pluries fuisse seruatum, quamuis reus fuerit absolutus, & per l. 12. Tabularum, apud Romanos



Romanos falsus testis a saxo Tarpeyo deiciebatur, latissime Ioseph. Lud. d. decif. 15. num. 12. & seqq. & apud Hispanos quinta pars dentiū extrahitur, vt post Couar. testatur Baiard. q. 68. n. 48. & de iure Canonico Clericus falsum perhibens testimonium, deponitur, & detruditur in Monasterio, quamuis fuerit Episcopus, e. si episcopus 50. d. Iul. Clar. §. falsum vers. pēna autem. Ioseph. Lud. d. decif. 15. nu. 11. Guid. Pap. decif. 44. n. 12. vbi dicit, ita fuisse decifum per Parliamentum, & ibi Add. in lit. D. plures alios allegat; quāuis in isto casu reus fuerit absolutus: Marf. consil. 27. n. 5. & seq. Olasc. decif. 19. n. 1. & 2. Et in casu Adulterij, vt debeat puniri pēna mortis. Ant. Gomez. ad l. 73. Tauri n. 9. in fin. Decif. Auen. 98. vbi in fine testatur, quod voto omnium ille fuit strangulatus ob falsam depositionem factam contra quemdam de proditione patriæ Claud. ad Bertaz. consil. 72. in litt. A. vers. ratio est, vol. 1.

2 Dummodo tamen causa fuerit capitalis, licet non fuerit delictum publicum, vt latè, post alios, quos allegat, ita declarat Petr. Caball. in d. q. 165. nu. 4. & seqq. & ita intelligit ex communi Doct. opinione tex. in l. 1. §. præterea vers. qui falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis dānaretur, ff. de Sicar. & sub num. 10. adducit ferè infinitos Doct. tenentes hanc declarationem, & interpretationem ad d. §. præterea, quos hic referre, & transplātare superfluum esse existimo.

3 Sed Aduocatus aduersus istam opinionem insurgat, dicendo, quod, hoc de consuetudine non seruatur, si non fuerit secutus effectus, & quando reus fuerit absolutus, vt puniatur mitiori pēna, vt testatur Olasc. d. decif. 19. n. 3. Gram. vot. 5. sub l. 2. vbi testatur ita fuisse seruatum contra quemdam testem deponentē contra quemdam imputatum de vxoricidio, qui fuit absolutus, & testis fuit condemnatus in amputationē manus, ac in confiscationem bonorum: & Clar. in §. falsum n. 8. dicit, quod licet Senatus fecerit suspendere duos falsos testes, non tamen sequitur, vt semper vtatur illa seueritate, sed mitius soleat punire, quandoque ad triremes, quandoque ad fustigationem; quam opinionem in contingentiā facti, secutus fuit Petr. Caball. in d. cas. 165. numer. 14. & seq. vbi refert, quod aliquando condemnauit testem falsum, quando reus fuit absolutus, ad triremes perpetuas, vel ad tempus vel ad pēnam mitriæ infamis per loca publica, cum aliqua inscriptione super falsa eius depositione, & quod etiam de consuetudine illa pēna vltimi supplicij non seruetur, testatur Ioseph. Lud. d. decif. 15. n. 44. 52. & seq. vbi refert plures casus Moder. Rom. q. 67. n. 17. vbi de veriori, & magis seruata opinione in pract. Quo vero ad peccatū mortale, est, ac si fuisset inquisitus punitus. Ioseph. Lud. d. dec. 15. n. 49.

4 Si vero fuerit secuta mors in ipso inquisito, tunc testis debet etiā mori. Ioseph. d. decif. 15. n. 51. vbi etiā alios concordantes allegat, & idem Petr. Caball. in d. cas. 165. n. 17. ait quod si casus sibi contingerit, itā exqueretur, sed firmat, quod hucusque nunquam habuit casum in facto. Quod ego intelligo, quādo mors in reo secuta fuerit ex depositione illius testis, & sine cuius depositione alias nō esset ille punitus in d. pēnā mortis: sed si, sine illius depositione, esset cōiunctus ex crimine, testis, qui falsū dixit, nō deberet puniri pēna mortis, sed alia mitiori, quia tunc dicitur deposuisse

verum sibi tamen ignotum, & sic dicūt Doctores deposuisse falsum vero, propter quam falsitatem, nō intrat pēna mortis, sed alia mitior, vt latissime explicat Petr. Caball. in q. crim. cas. 38. nu. 1. vbi alios allegat idem tenentes, & præcipuè Anch. consil. 24. n. 7. & seqq. Boff. in tit. de fals. n. 122. vers. & vbi capitulum Cott. in memor. in verb. Testis qui deposuit, vbi dicit hoc esse notandum pro statuto puniente testem falsum dicente, vt nō habeat locum in deponente modo prædicto, & quod ita obtinuit coram Capitaneo Mediolani Iustitiæ.

5 Si verò causa capitalis non fuerit, sed minoris pēne, testis falsus ad offensam non punitur, nisi pēna falsi ordinaria, l. 1. in princ. ff. de fals. Bal. in l. si legibus nu. 2. C. si contr. ius, & vtil. pub. & in l. 2. n. 6. C. si contra ius, & vtil. publ. vbi Salycet. n. 4. Boff. tit. de fals. num. 169. Petr. Caball. d. cas. 165. nu. 18. vbi etiā declarat, quæ sit pēna falsi in homine nobili, & vili persona.

6 Quando vero testis se examini subiecit, & postea mutato nomine, & cognomine iterum deposuit in eadem causa sub diuerso nomine, & cognomine, puniri debet pēna falsi, prout fuit in facti contingentiā executum, teste Ant. Gomez. ad leg. 83. Tauri nu. 11. in fine, & hic in Curia vidi testem, & inducentem eum publicè per urbem fustigari.

7 Et ex eisdem decisionibus, & declarationibus possumus concludere, puniri mandantem, & subornantem testem ad falsum dicendum in causa criminali, ex illa firmissima opinione, vt mandans fieri homicidiū eadem pēna puniatur, qua faciens. Cyn. in l. non ideo minus num. 5. C. de accusat. Bal. num. 7. & 9. Salycet. num. 14. & seqq. Marfil. sing. 181. Iul. Clar. q. 89. nu. 1. vbi de veriori, & magis communi: Menoch. de Arb. cas. 352. in princ. & cōf. 353. n. 2. li. 2. Petr. Caball. in q. crim. cent. 3. cas. 241. n. 1. & seqq. vbi latissime, & alios cumulauit, & testatur de magis communi, nulla habita distinctione, vt testes essent alias dicturi falsū testimonium sine ipso subornante, vbi etiam firmat procedere, quando mandauit alicui mediatori, vt delictum committeretur per alium: & in casu seq. disputat, quid si mandans pœnituit.

8 Si verò quis tentauerit subornare testes ad falsum dicendum in causa criminali, si effectus non fuerit secutus in delictis non atrocibus, nulla pēna, nec etiam extraordinaria punitur. Bar. in l. nō solū, §. si mandato n. 3. de iniur. qui loquitur in madate, & generaliter in conatu, seu tentamento, scribunt Bal. in l. si quis non dicam raptu n. 1. C. de Episc. & cleric. & alij, quos refert, & sequitur Couar. in Clem. si furiosus in i. 2. p. n. 9. vers. 4. Laderch. Imol. consil. 209. nu. 2.

9 Quæ opinio procedit, etiā si subornas deuenerit ad aliquē actū remotū, nepe ad loquelā cū ipso teste, explicās ei suam voluntatem, vt bene explicat Laderch. Imol. d. cōf. 209. n. 3. & sub nu. 4. latè hanc opinionem tuetur, imò, ibi declarādo Bal. in l. nō ideo nu. 13. vers. & si dicas, C. de his, qui accus. noluit in atrocissimis tractatū, & ordinationē puniri, nisi procedat ad alium actū ordinatū per se ad factū ipsum, quē sequitur Fel. in tract. de con. n. 4. q. ita debeat intelligi, vt voluerit Bal. ibi nullā pēnam adaptari per solā ordinationē, tractatum, quāuis Couar. in loco supra citato voluerit intelligere Bald. de pēna ordinaria, sed nō de alia extraordinaria, idem voluit Bertazzol. cons. 218. nu. 6. & similiter non puniatur si testibus corruptis non utatur



10 vtatur Boer. decis. 3 19. nu. 6. Baiard. in §. falsum n. 12. Sed ibi Laderchi. sub d. nu. 4. admittit opinionem Bal. quoad poenam extraordinariam in mandato ad delictum committendum, cum per se. solum sit punibile, secus intentante corrumpere testes, quia tenet nullam poenam infligi. Nec minus talis tractans, vel tentans subornationem in testibus potest teneri ad aliquod interesse passum per partem aduersam, vt firmat Sim. de Pret. conf. 19 r. n. 9. in fine: quod est notandum, quia saepe in facto contingit.

11 Quando autem testis falsum dixit contra Fiscum in fauorem rei, & pro eius defensione, etiam quod causa sit capitalis, non punitur poena mortis, sed alia mitiori, cum Fiscus tractet de lucro captando cum alterius iactura, & nihil ei auferatur, vt in terminis tradunt. Mar. in d. l. 1. §. praeterea n. 8. vers. sed quæri potest. ff. de sicar. Boff. tit. de falsi. sub nu. 138. vers. Item adde. Gramm. vot. 5. nu. 2. & seqq. vbi refert, quod testis fuit condemnatus ad triemes ad tempus, licet prius fuisset condemnatus ad manus mutilationem. Iul. Clar. §. falsum n. 8. vbi firmat, quod hoc casu testis punitur tantum poena falsi, quæ hodie cessat, & in eius locum successit poena extraordinaria arbitrio iudicis, & refert ita consuluisse Alex. in conf. 55. in fin. lib. 1. & etiam iudicando tenuisse consilium Neapolitanum. Menoch. de arb. cas. 306. sub nu. 37. qui sequitur Alex. & Gram. in locis supra adductis, Bertazzol. conf. 249. nu. 12. & consilio 248 nu. 1. vol. 1. latè Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 165. nu. 23. & seqq. cent. 2. vbi firmat, quod ipse ita vidit seruari, & multoties ipse seruauit, vt testis falsus ad defensionem reorum contra Fiscum in quacumque causa, etiam capitalis, semper condemnatur, citra mortem, in poenam triemium ad tempus, vel fustigationis, vel exilij, vel relegationis temporalis, & quandoque etiam in poenam pecuniariam, iuxta facti, & personarum qualitatem. Moder. Rom. q. 67. sub nu. 18. vbi refert fuisse impositas quandoq; penas corporales. Et iudex debet bene perlegere, quæ scribit ipse Petr. Caball. in d. cas. 165. num. 26. in hac materia, si velit esse iudex reus, & discretus, vt animaduertat ad qualitatem causæ, in qua falsitas commissa est, vt non eandem in omni causa testibus poenam imponant, nam alia exigitur in capitali, alia in non capitali; & rursus in non capitali, alia in graui, alia in leui, ne ipse iudex de iniquo arbitrio redarguatur, sed omnibus æqua lance iustum proferat iudicium, cum proprium sit iustitiæ punitiue, vt poena, iuxta sceleris mensuram; imponatur; & Ioseph. Lud. decis. Lucen. 5 r. n. 79. & seqq. etiam tenet, quod debeat tantum puniri poena extraordinaria, etiam iuxta facti, & personarum qualitatem. Baiard. in §. falsum, nu. 3 2. Sed in regno Neapolitano ob frequentiam falsorum testium, & usum subornandi, vt dicit Gramm. vot. 12. per duas nouellas pargmaticas, quæ sunt 3. & 4. sub tit. de falsi. imponitur poena mortis naturalis ei, qui falsum dixit in causa crim. tam ad offensam quam ad defensionem, vt dicit Baiard. in §. falsum nu. 4 1. sed arbitrator quod dd. pargmaticæ non sint in usu, super quo me remitto ad doctores regnicolas, & præcipue ad insignem Carait. in commentar. d. Pragm. 4.

12 Bene verum est, quod in omni casu testis falsus in foro contentioso tenetur erga partem, quam grauauit de omni damno contingente propter illud falsum testimonium, Mar. d. §. falsum n. 19. Bal. in l. Præsbyteri

Tomus Secundus.

sub nu. 13. vers. quid in eo C. de Episc. & Cler. las. in l. Diuus nu. 29. vers. in gloss. ibi, contra testes. ff. de re iud. & sequitur Petr. Caball. cas. 165. nu. 27. & seqq. in quæst. crimin. duamoda probetur, quod iudex secutus fuit falsam depositione sententiam Io. Sim. de Pret. conf. 19 r. nu. 11. Baiard. in §. falsum nu. 66. vbi subdit, quando condemnatio testium de falso præiudicat parti, & peccat mortaliter latè Nauar. in Manuali. capitulo decimo octauo, nu. 1. in fin.

Testes credentes dicere verum, & falsum deponentes qua poena puniantur, & quid in subornantibus ad similia deponendum.

S V M M A R I V M.

- 1 Testis credens dicere verum, si falsum dicat, secundum aliquos, punitur poena falsi: alij autem contrarium tenent, vt isto casu testis non dicatur dicere falsum, sed falso, & puniatur tantummodo poena extraordinaria: Auctor autem nititur istas contrarias opiniones ad concordiam reducere.
- 2 Subornans testem ad deponendum verum, quod testis erat incognitum, punitur poena extraordinaria, nec potest se excusare, si velles se abstinere ab usu.

C A P. XIX.

1 **A**liqui volunt, quod testis, qui credit dicere verum, si falsum dicat, teneatur poena falsi, cum iuramentum suum sit veritatis, & vbi illud verè non nouit, non debeat quicquam asserere, & si aliter faciat, dicatur falsum deposuisse, etiam quod illud per errorem deposuerit; quia sibi imputandum est, quod plene non se informauit de his, quæ ipse deponere debebat. Bald. in l. 2. §. quod obseruari in d. 1. otob. C. de iur. calcul. Socc. iun. conf. 42. col. 3. vol. 2.

Contrariam opinionem; vt iste testis non puniatur poena falsi, si falsum per errorem deposuerit, nec per iuris dicatur, tenent idem Bal. in l. si ex falsis ad fin. C. de transact. Curt. iun. in l. si quis maior n. 17. C. eod. Mar. conf. 62. col. 2. qui loquitur in eo, qui passus fuerat se describi in testem, & pro cognitore partium, quarum vnus vocabatur Aloysius, vt ille crediderat in lecto iacens, cum esset alius suppositus, quia non fuerat in dolo sit credens quod verum non erat, nec est periurus, neq; falsus. Hond. conf. 109. n. 17. & seq. vol. 1. vbi alios allegat, & dicit esse verum, etiam si deponat cum iuramento. las. conf. 153. n. 4. in fin. vol. 2. dicit, quod ille, qui dicit verum, quod sibi erat incognitum, non dicatur falsum deponere, sed temerariè, & ideo non puniatur poena falsi. Gabriel. lib. 7. conclus. 33. in fin. Bertazzol. conf. 8. n. 25. & seq. conf. 517. nu. 10. vbi de communi. Hier. Gabriel. conf. 169. nu. 15. lib. 1. Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 38. n. 1. vbi etiam alios concordantes cumulat, & firmat, quod isto casu testis non dicatur dicere falsum, sed falso, & ideo solummodo puniatur poena extraordinaria, per rationes per eum, ibi, benè congestas, & allegatas, & an teneatur restituere, & soluere illud, quod condemnatus fuit reus vigore dicti. suæ depositionis, vide Nauar. in Manuali. c. 18. nu. 2.

Quæ opinioniones contrariæ possunt reduci ad fœdera, vt, si queratur, an testis dicatur falsus, & periurus quoad effectum probationis, & fidei, & tunc, licet in dicto suo errauerit, & dolo caruerit, debet attendi veritas, vt dicatur falsus, & piurus, & nõ probet, & ita



procedet opinio Bal. in d. l. 2. §. obseruari, vt declarat Rim. iun. in consil. 145. nu. 36. & seq. vol. 2. & in consil. 345. nu. 35. & seqq. vol. 3. Hier. Magno. dec. Lucen. 50. num. 6. & seq. qui ambo concordantes allegant, Aut queritur quoad pœnam infligendam, & tunc dicitur, quod non sit periurus neque falsus, & procedit opinio Bal. in d. l. si ex falsis, cum iste non dicatur falsum deponere, sed dicere falsò, & si pœnam falsi non incurere. Anchar. consil. 24. n. 5. Felin. consil. 48. Boff. tit. de fals. n. 122. Natt. consil. 132. n. 5. relati per Magon. in d. decis. 50. n. 7. Cum nō sit nouum, aliquem falsum dixisse, & tamen pœna falsi non puniri, vt post Socc. iun. in puncto tradit Rim. iun. in d. consil. 145. nu. 37. vol. 2. vbi subdit; maximè concurrente bona fama testis, & sic puniatur tantum pœna extraordinaria, ratione temeritatis, vt post Anchar. Felyn. & Boff. in locis supra adductis, tenet, & sequitur Magon. d. decis. 50. n. 17. vbi subdit, quod, licet pœna temeritatis grauis non sit, tamen testis impunis non euadit. Immo Rota Lucensis, attenta bona fama testium, ac eorum rusticitate, diuturna carceratione, ac grauitate expurgasse, & concordia secuta, decreuit illos testes expurgasse, & compensasse omnem pœnam temeritatis, vt testatur idem Magon. d. decis. 50. n. 18. & bonam famam etiam in proposito, post Socc. considerat Rim. iun. in d. consil. 145. nu. 37.

- 3 Subornans testem ad deponendū verum, quod erat testi incognitum, etiam ipse puniatur pœna extraordinaria; ad eò quod non excusabitur, si vellet se abstinere ab vsu dictæ temerariæ depositionis, vt post alios, quos allegat, firmat Petr. Caball. in d. cas. 38. n. 3. & 4. Baiard. in §. falsum, n. 68. Boer. dec. 319. n. 6. vers. & pariter Boff. tit. de fall. nu. 154. vbi reddit rationem.

#### Probationes factæ in fauorem rei an sint publicandæ.

##### S V M M A R I V M.

- 1 Processus defensionis de necessitate publicari non debet; sed Aduocatus instet pro publicatione processus defensionis, ac reprobatorij, quia tunc iudex tenetur dictum processum publicare.
- 2 Appellatio debet interponi, si iudex non publicaret processum defensionis, quando instatur pro eius publicatione.
- 3 Publicatio processus dicitur sententia interlocutoria, & quando talis publicatio inducatur, & per quæ verba.
- 4 Defensiones rei iudex palam audire, & disputare debet cum Aduocatis, & procuratoribus.
- 5 Reo post processum defensionis debet dari terminus ad allegandum in iure, & disputandum super eius causa, maximè vbi agitur de vita hominis.

##### C A P. XX.

1 **L**icet publicatio processus offensiuus sit de substantia iudicis, vt dixi supra in Defens. 22. tamen publicatio processus defensionis non dicitur de substantia, cū acta sint semper nota iudici, & Fisco, Cauale. de testib. part. 4. nu. 124. vers. At in crim. & firmat. Iul. Clar. q. 61. in prin. vbi subdit: si tamen adsit accusator, solet publicari ad hoc, vt videat, an velit aliquid in contrarium deducere, aut probare, Modern. Roman. q. 75. n. 8. & seq. vbi alios allegat, & latè scribit de materia publicationis Menoch. de arbit. q. 33. per tot. lib. 1. & sciat cautus defensor, quod super quo-

libet articulo debeat saltem duos testes inducere, & examinare Cauale. de testib. par. 2. n. 84.

Sed Aduocatus, ac causæ defensor, statim completo processu defensionis, & reprobatorio, in actis petat sibi publicari d. processum defensionis, & reprobatorium, quia tunc iudex tenebitur reo publicare processum præfactum, vt benè docet Foller. in pract. crim. in verb. fiat citatio ad dicendū nu. 1. & in verb. & si confitebuntur n. 58. Corrad. in pract. iud. lib. 1. c. 9. §. 2. Rubr. de publicat. n. 4. Menoch. de arb. q. 33. n. 3. & sub. n. 5. dicit Curiam Romana de stylo non omittere publicationem, si veram defensionem contineat, & si iudex progredi ulterius vellet post petitam publicationem, diceretur interloqui non esse locum publicationi. cap. ex parte il. 2. de appell. † Ergo debet idem causæ defensor appellare à denegata publicatione, alias sententia, & omnia, quæ deinde facta essent per iudicem, valerent. Menoch. de arb. d. q. 33. num. 3. Et publicatis testibus, copia partibus danda est Bald. in l. is, apud quem nu. 9. C. de eden. Ing. in l. 3. §. aperire nu. 56. p. 1. ff. ad Syllan. Monticell. in Reptor. de testib. Rub. de Publicationis testium; mihi fol. 184. col. 2. † Et testium publicatio dicitur interlocutoria, quæ potest reuocari. Bertacch. in verb. testium publicatio n. 18. Monticell. in d. reper. de testib. Rubr. publicatio testium nu. 183. col. 2. Et satis est, quod iudex dicat, publico, vel pro publicato habeo, vel dicta testium habeantur pro apertis. Bar. in l. 1. nu. 3. ff. de bon. poss. secund. tabul. §. sufficit. Vitalin. Clem. de testib. Monticell. in d. reper. rub. Publicatio testium, mihi fol. 182. & seq. Et de ista materia publicationis, & præcipuè an testes, non facta publicatione, probent, & an sententia inde secuta sit ipso iure nulla, vide Menoch. d. q. 33. per totam Monticell. in d. reper. Testium rubr. Publicatio mihi fol. 181. & seq. Alex. Stiat. in pract. iudic. cap. 18. nu. 23. cū plurib. & seqq. & ibi etiam docent, quid, si fuerit omissa in vna instatia publicatio, an possit fieri in alia, & latè et multa scribit Mod. Rom. q. 75. c. 1. per totū.

4 Et iudex debet indicia, & defensiones rei palam audire, & disputare, cum Clarissimis Aduocatis iuris, & causarū patronis, & illa diligenter discutere. Tex. in l. custodias, ff. de publ. iud. vbi Doct. & præcipuè Bar. & Ang. & latè Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebuntur nu. 63. Immo ibi plus dicit, vt † reus sit citandus ad discutiendum indicia, & debeat ei statui competens terminus, & idem voluit in verb. fiat citatio ad dicendum n. 1. vbi etiam dicit, quod vitra dispositionem iuris communis in hoc, in illo Regno adest ritus M. C. V. vt dari debeat terminus 15. dierū ad allegandū in iure, & quod ille ritus intelligi debeat et de causa criminali, vbi de vita hominis agitur, & quod debeat causa disputari cum Aduocatis, & procuratoribus, latè Franc. Coltell. relatus per Farin. in q. 36. nu. 119. & seq. & ita seruatur hic in Curia Romana in quacumque causa tam persone nobilis, quam ignobilis, & ita debet in omnibus curijs obseruari, quicquid aliter dicat Cauale. de Brach. reg. in fragentis frag. 66. vt non debeant dari, nec per iudicem dubia excitari super indicijs ad torturam, & ibi valde exclamatur contra Aduocatos petentes dubia, & subdit, quod iudex respondere debet, quod melius reus dubia brachijs suis, quā Aduocatus resolutione iuris resoluet, & miror, quod talia verba emanauerint a viro tam docto, & ab officiali tam integerrimo. Laus Deo.



DEFENSIO. XXIX.

Circa priuilegia defensionis.

Actore, vel Fisco non probante Reus est absoluendus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Defensionis causa est fauorabilior, quam causa Fisci, & in dubio, est pronuntiandum contra Fiscum, & satis est, quod reus offuscet intentionem Fisci, pro sententia absolutoria obtinenda.
- 2 Reus, data paritate probationum, est absoluendus.
- 3 Reus, si in causa efficiatur actor, adhuc gaudebit priuilegio defensionis.
- 4 Reus erit absoluendus, etiamsi contra ipsum extarent indicia ad torturam, quādo aliquid deducitur in eius fauore.
- 5 Præsumptio exclusiua delicti præfertur præsumptionibus includentibus delictum.
- 6 Reus est absoluendus, Fisco non probante, etiamsi assumpsisset in se onus probandi, & non probauerit.
- 7 Defensio non tollitur per Statutum vt reus absolui non debeat, Fisco non probante.
- 8 Absolutio ex capite Innocentiæ sequi non potest ex illa regula, accusatore non probante reus sit absoluendus.

C A P. I.

**A**Duocatus habet amplas habenas in discussione causæ circa fauorem defensionis, cum causa rei fauorabilior sit ipsa causa Fisci l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. Marfil. sing. 90. vbi dicit, quod licet legatus existens extra prouinciam non possit excommunicare, poterit tamen excommunicatum absoluere, Boff. tit. de fauorib. defens. nu. 2. cap. Domino guerra §. promptiores in tit. hic finitur lex in vsib. feud. Boff. tit. de fauor. defens. Moder. Roman. q. 43. num. 14. Et in dubio semper sit pronuntiandum contra Fiscum in fauorem inquisiti. l. Adrianus, ff. de act. & oblig. l. nō puto, de iur. Fisc. Boff. vbi supra num. 1. Iaf. conf. 46. nu. 5. vol. 3. consil. 167. n. 12. & seq. vol. 4. Syluest. Aldobrand. in §. res Fisci. Inst. de vsucap. Roland. conf. 76. n. 3. vol. 3. Rim. iun. cōsil. 296. n. 21. vol. 3. Mazzol. conf. 77. nu. 11. Bursatt. consil. 146. nu. 26. vol. 2. Honded. consil. 97. n. 19. vol. 1. Petr. de Surd. conf. 199. n. 8. consil. 175. num. 59. volum. 2. vbi firmat, quod sufficiat, vt reus offuscet intentionem Fisci, cum sit indecens in re dubia ferre sententiam certam, ne offendatur veritas, post Bart. Boff. tit. de cōiuct. n. 60. vers. & hæc opinio, vbi de communi, Gram. decis. 8. n. 75. decis. 56. n. 18. vbi dicit, quod hanc opinionem Bart. totus mundus sequitur. Bursatt. conf. 367. num. 9. vol. 4. Crauett. conf. 2. nu. 16. Natt. conf. 298. nu. 14. conf. 314. num. 12. vol. 2. Hond. conf. 95. num. 89. & seq. & conf. 69. nu. 19. volum. 1. Moder. Roman. consil. 78. num. 28. in fine, vbi de communi conclusione, vt probatio præsumptiua rei, tollat veram probationem Fisci. Quod priuilegium inquisitus habet etiam in defensione, vel exceptione resultante ex reprobatione testium. Hond. conf. 100. num. 36. vol. 1.

Et multo magis procedit, quando ex ipso processu Curia resultaret probatio inquisiti, per quam intentio Fisci dubia redderetur, latè Decian. resp. 53. n. 56. vers. Imò dico vol. 2. Farinac. d. conf. 78. num. 28.

- 2 Imò, data paritate probationum, inter inquisitum,

Tomus Secundus.

& Fiscum, semper præualere debet probatio inquisiti. l. absentem, l. si præses l. interpretatione, ff. de pœn. Rim. iun. conf. 359. nu. 39. Decian. resp. 59. nu. 7. vol. 3. Petr. de Surd. conf. 173. nu. 57. vol. 2. latè Mascard. de probat. concl. 36. num. 26. vol. 1. vbi concordantes cumulat, & sub n. 27. dicit, quia semper adest præsumptio pro reo, quod noluerit delinquere, per l. merito, ff. pro soc. & sub num. 29. post alios, quos allegat, plus firmat, etiamsi probationes Fisci in aliquo excederent probationes rei, debeat absolui ipse reus, & sit pronuntiandum contra Fiscum; cum probationes Fisci debeant de necessitate concludere. Dec. resp. 93. num. 56. vol. 2. & nullus iudex debet condemnare aliquem, quando dubitat. Nauar. in Manual. c. 27. n. 193. in fin. And. Pachin. consil. 69. nu. 28. vol. 2.

Imò, si per accidens reus efficiatur actor, non tamè efficitur actor, quoad istum effectum, vt amittat priuilegium defensionis. Boff. de fauorib. defens. n. 2. vt, si peteret imponi perpetuum silentium, iuxta terminos l. diffamari. C. de ign. & manumiss. Mascard. conclus. 36. nu. 43. vol. 1. de probat.

Et quod plus est etiam, quod contra inquisitū extarent indicia ad torquendum, tamen si aliquid deductum fuerit in fauorem illius, non possit torqueri, cū indicia tollantur, ne torqueatur per vnū quodque indicium resultans in fauorem dicti inquisiti Bursatt. consil. 39. n. 8. vol. 4. Alex. conf. 180. n. 10. lib. 2. Boer. decis. 165. n. 9. Boff. tit. de indic. n. 86. & seqq. & n. 90. & seqq. Brun. de Indic. par. 1. q. 3. nu. 6. q. 5. per toram Roland. conf. 7. n. 38. vol. 1. Rim. iun. conf. 704. n. 37. lib. 6. Honded. conf. 88. n. 19. vol. 2. & idem voluit in conf. 102. nu. 17. vol. 1.

Et præsumptio exclusiua delicti præfertur alijs præsumptionibus delicti inclusiuis. Bursatt. consil. 94. nu. 22. lib. 1. Oldr. conf. 53. num. 3. Soccin. sen. consil. 118. n. 5. & seq. lib. 1. Ant. Gabr. concl. 4. n. 21. tit. de testib. Vulpell. resp. 24. num. 2. Decian. resp. 65. n. 8. vol. 3. Rim. iun. consil. 683. n. 39. vol. 6. Petr. de Surd. conf. 132. n. 55. vol. 1. Hond. conf. 88. n. 20. vol. 2. Lud. a Peguer. decis. 14. n. 20. Eugen. conf. 76. num. 51. Sim. de Pret. conf. 178. num. 16.

Imò in proposito est tritissima regula, vt Fisco nō probante, inquisitus sit absoluendus. Curt. sen. in l. qui accusare nu. 4. C. de eden. Rol. conf. 90. n. 3. lib. 3. Iul. Clar. quæst. 62. nu. 1. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. nu. 47. Mascard. de probat. d. cōcl. 36. n. 1. Decian. resp. 48. num. 1. volum. 3. Petr. de Surd. consil. 328. n. 1. vol. 1. Bursatt. consil. 439. n. 2. & seq. & consil. 435. nu. 2. & seq. vol. 4. Mazol. consil. 47. num. 13. Quia inquisitus aliquid probare nō tenetur sed satis est, quod dicat non commisisse delictum, latissime post alios, quos allegat, Mascard. d. concl. 36. nu. 1. & seqq. Dec. resp. 96. nu. 28. vol. 3. Paris. consil. 163. nu. 1. vol. 4. vbi dicit, vt non sufficiat aliquem imputari de crimine, sed sit necessariū illud legitime probare, & Laurent. in decis. Auen. 60. sub n. 1. refert, quemdam fuisse septies accusatum, & septies absolutum, cum non teneat consequentia, talis est accusatus de crimine, ergo tanquā reus est condemnandus, vt dicit Dec. resp. 48. nu. 2. vol. 1. Pacian. de probat. l. vbi dicit procedere, etiamsi actor, vel accusator fuerit probatæ famæ, & reus male famæ, per rationem per eū ibi allegatā, & ista regula est vera etiam in ciuilibus, vide dict. adductos per Modern. Farin. in fragm. crim. litt. A, nu. 30.



- Imo etiam si reus assumpserit in se onus probandi suam innocentiam, & defecerit, adhuc actor, vel Fisco non probante reus est absolvendus. Marfil. in rubr. de probat. num. 458. Dec. consil. 517. num. 5. Cassan. consil. 58. num. 10. Lud. decil. Lucen. 11. n. 13. Bursatt. consil. 367. num. 7. vol. 4. Olasc. decisione 144. num. 16. late Mascard. d. cōcl. 36. n. 37. & seq. Mazol. conf. 47. num. 14. Petr. Caball. cas. 254. num. 9. cent. 3. Eoq. magis procedit, si in probationibus usus fuerit solitis clausulis, citra onus, &c. non se adstringēs, &c. Olasc. d. decil. 144. nu. 17. vbi subdit, quia non censetur voluisse recedere a dispositione iuris communis. Et etiam si per Statutum tolleretur reo omnis defensio, non tollitur ista, quod Fiscus nō probavit. Olasc. d. decil. 144. nu. 15. vers. quod regula. Bursatt. consil. 367. num. 8. in fin. vol. 4. qui concordantes allegant: & de ista clausula, non se adstringens, &c. vidē late Fely. in cap. licet causam nu. 4. extra de probat. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 7. nu. 45. & seqq. vbi habet is, quando quis dicatur se astringere, & an teneatur omnia deducta ex parte eorum probare, tam in civili, quam in criminali causa.
- 8 Sed bene verum est, quod licet reus dicatur præsumptiuè docuisse de eius Innocentia auctore non probante, vt post Ruin. & Cefal. tradit Mascard. de probat. concl. 1224. nu. 29. tamen non erit talis ista præsumptio vt possit reus Inquisitus absolui ex capite Innocentia tradit Moder. Farinac. in fragm. crim. in litt. A. num. 27.

Præsumptiones, indicia, & coniecturæ inquisiti, confundunt indicia, & præsumptiones, & coniecturas Fisci, & adhaerentis.

S U M M A R I U M.

- 1 Probatio rei confundit probationem actoris, & Fisci.
- 2 Interpretatio fieri debet, vt probatio rei confundat probationem Fisci.
- 3 Præsumptio vna elidit aliam, & vnum indicium elidit aliud, & vna coniectura elidit aliam, & maxime in criminalibus, & in delicto probabili per coniecturas.
- 4 Interpretatio benignior semper facienda est, vt excludatur delictum.
- 5 Probatio inquisiti, si validior fuerit probatione Fisci, sine dubio illam Fisci elidit.
- 6 Probationes si pares sint inter Fiscum, & inquisitum, debent prævalere probationes inquisiti.
- 7 Probationes inquisiti si essent plures, tollerent pauciores Fisci.
- 8 Præsumptio legis non tollitur, nisi per duos testes idoneos.
- 9 Probatio rei liquida tollit præsumptiones Fisci.
- 10 Interpretatio semper fieri debet in benigniorem partem pro exclusione delicti, ex qua hic per Authorem ponuntur plures illationes.
- 11 Bannimenta Status Ecclesiastici pro exoneratione sclopi cum offensione imponentia penam vitam, & confiscationis bonorum requirunt offensionem per tactum corporis, & non sufficit offensio in vestibus.
- 12 Offensio facta in vestibus, vel alijs coherentibus personæ non est propria offensio.
- 13 Statuti verba sunt intelligenda in proprio, & potiori significatu.
- 14 Offensio facta cum armis de iure communi punitur de vi publica.

- 15 Interpretatio fit strictissime in penalibus, & correctorijis.
- 16 Pugionis de latro per Bullas Pij IV. & V. & per bannimenta generalia Status Ecclesiastici punitur pena ultimisupplicij, & confiscationis bonorum. De consuetudine non seruatur, etiam si cum pugione sequatur percussiones, vel vulnera.
- 17 Armorum delatio non punitur, quando fuerit momentanea, nec comprehenditur in Statuto prohibente delationem armorum.
- 18 Armorum delatio quando confundatur cum Insultus, vel vulneribus secutis.
- 19 Arma deferens, si cum eis delinquat amittit privilegium delationis, siue privilegium fuerit concessum a iure, vel ab homine.
- 20 Mulieres comprehenduntur sub Statuto prohibente armorum delationem, & ire de nocte sine lumine.
- 21 Arma deferens vetita à Statuto illa amittit, & de iure applicatur Fisco, & quid seruatur de consuetudine.
- 22 Bulla Pij Quinti, & Sexti, prohibens conuersationem cum bannitis, an comprehendat conuersationem habitam cum eis extra Statum Ecclesiasticum.
- 23 Sociatio habita cum bannitis, si aliquod malum secutum non fuerit quando punitur.
- 24 Secretus denunciator est prohibitus denunciare delicta, nec super eius denunciationibus secretis procedi potest criminaliter.
- 25 Processus factus super secretis denunciationibus est ipso iure nullus.
- 26 Accusator potest desistere in quacumque parte iudicij, etiam in causa appellationis, vt deinde non possit redire ad prosequendam accusationem.
- 27 Iniuriatus si dicat, non fuisse iniuriatum à Titio, an possit deinde Titium accusare.
- 28 Primus testis examinatus in processu sine Accusatore, vel denunciatore habetur ipse pro denunciatore, & ideo non probat.
- 29 Memoriale porrigens principi si ea sunt vera quamuis contineat conuicia non punitur, & sufficiat quod aliqua sint vera, & num. 30.

C A P. II.

- 1 **C**ausæ defensor habeat præ oculis, quod in criminalibus probatio rei facilius confundat probationem actorem, quam in civilibus. Bart. in l. non solum §. sed vt probari, ff. de nou. oper. nunciat. Boff. tit. de conuict. nu. 59. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsump. 1. Roman. cōf. 68. n. 8. Gram. cōf. 31. n. 12. Rip. respons. 162. n. 10. Tob. Non. cōf. 101. n. 4. Gram. decil. 28. num. 5. Jo. de Amic. cōf. 7. n. 33. cōf. 85. nu. 5. Decian. respons. 65. n. 8. vol. 3. Rim. iun. cōf. 88. n. 34. vol. 1. cōf. 635. n. 51. & 55. & cōf. 644. n. 14. & cōf. 704. n. 38. vol. 6. & cōf. 616. nu. 17. eod. vol. & clarius dixit in consil. 554. n. 75. vol. 5. Bertazzol. cōf. 32. nu. 19. consil. 54. num. 7. & consil. 104. num. 4. cōf. 132. n. 1. consil. 236. num. 15. lib. 1. Eugen. consil. 76. nu. 51. Sim. de Pret. consil. 178. num. 16. & bonum erit habere iudicem propitium, cum legitima probatio inducatur arbitrio iudicis, Doct. adducti per Decian. resp. 93. num. 16. vol. 2. & iudex potest non adhibere fidem testibus etiam clarè deponentibus, late Menoch. cas. 90. & cas. 526. num. 1. & seqq. cent. 6. lib. 2. & maxime procedit in crimin. Decian. d. respons. 93. num. 47. & seqq. num. 4.

Quod



Quod tamen est intelligendum, vt arbitrium non deuiet à legibus, vel à dispositione iuris communis, & a bonis moribus, & ab eo quod solet communiter obseruari latissimè Dec. d. respons. 93. num. 66. Simon de Pret. conf. 188. nu. 15. Menoch. de arb. q. 14. & d. casu 526. num. 4.

Ac etiam intelligitur quoad equalitatem testium, vt sint probationes arbitrariæ iudicis, sed non quoad dicta, quia vt illa possint grauare reum ad torturam debent tria habere, primum quod habeant conteste, secundum, quod sint verisimilia, 3. quod necessario, & probabile concludant Dec. d. conf. 95. n. 73. vol. 2.

2 Et fieri debet omnis interpretatio, vt interpretatio exclusiua delicti confundat probationem delicti. Burf. conf. 389. nu. 11. vol. 4. Rim. iun. conf. 683. n. 29. vol. 6. latè Ant. Gabr. concl. 2. per totam li. 7. Et quæcunque præsumptiones attenduntur ad elidendas probationes fisci, Campeg. de testib. concl. 434. Fallent. 9. & 13. Rimin. iun. conf. 635. nu. 56. vol. 6. Et eo maximè procedit, quando præsumptiones rei essent potentiores alijs contrarijs. Idem Rimin. iun. d. conf. 935. nu. 29. vers. & licet.

3 Cum sit regulare, quod in omni materia vna præsumptio elidat aliam. Bar. in l. Diuus, de ressit. in integr. Gram. conf. 31. nu. 10. voto 3. n. 12. latè Ioan. Turr. cõf. 8. n. 25. to. 1. crim. Crau. conf. 6. n. 70. Io. de Amic. conf. 7. n. 42. Rim. iun. conf. 289. nu. 2. vol. 3. Ac etiam elidat indicium. Iaf. in l. 1. in fi. C. comm. de leg. Boff. tit. de indic. nu. 9. Dec. respons. 93. nu. 89. vol. 2. Et vnū indicium elidat aliud. Gram. vot. 3. n. 13. Rim. iun. conf. 704. n. 38. vol. 6. Bertazz. conf. 251. nu. 63. vol. 2. Dec. respons. 93. nu. 89. vol. 2. Simon de Pret. conf. 15. num. 20. Et vna coniectura elidat aliam. Gram. decis. 3. nu. 14. Et sicut clauus clauum trudit, ita etiam vna coniectura excludat aliam. Rip. respon. 162. nu. 7. Masc. de probat. concl. 405. nu. 5. & seq. volum. 1. Bertazz. conf. 251. nu. 63. vol. 2.

Quod maximè procedit in criminalibus. Bertazz. conf. 251. nu. 62. vol. 2. qui loquitur in crimine vsuræ. Dec. respons. 93. nu. 89. vol. 2. loquitur in furto. Sim. de Pret. conf. 15. nu. 20. loquitur in mandato ad occidendum, cum sit semper facienda interpretatio, vt excludatur delictum, l. semper in obscuris, de reg. iur. Alciat. de præsump. in fi. præsump. Bertazz. conf. 329. nu. 4. Rim. iun. conf. 616. nu. 16. vol. 6. Marf. sing. 218. & sing. 151. dec. Auenionen. 36. nu. 2. & 3. & maximè vbi agitur de vita hominis. Rim. iun. conf. 799. nu. 18. vol. 7. Eugen. conf. 76. nu. 79. vbi infert ad plura, & qd defensio probetur indicatijs & coniecturis, & illæ habeantur pro plena probatione, Anton. Gomez. tit. de delict. c. de homicid. nu. 27. Masc. de prob. concl. 491. n. 1. & seq. concl. 904. nu. 16. Mod. Rom. q. 47. nu. 135. Et etiam præcipuè est verum, quando iumus in delicto probabili per coniecturas, latè Masc. vbi concordantes allegat concl. 405. n. 5. vol. 1. de prob. ac etiam præcipuè, quando versamur in his, quæ non sunt de genere prohibitionis. Campeg. in tract. de testib. nu. 434. fallent. 9. & 13. Rimin. iun. conf. 63. nu. 56. vol. 6.

4 Ac semper benignior interpretatio debet admitti, vt excludatur delictum. Gram. conf. 36. n. 6. Rim. iun. conf. 817. n. 41. vol. 7. Burf. conf. 246. nu. 26. vol. 2. Et maximè, quando agitur pro homine probatæ fidei, & rectæ conscientiæ. Eugen. conf. 76. n. 52. Et omnis admittatur interpretatio, & præsumptio exclusiua

delicti. Burf. conf. 389. nu. 11. vol. 4. Cum, vt quis incidat in poenam, requiratur liquidissima probatio, iuxta l. sciant cuncti, C. de probat. Rim. iun. conf. 299. num. 18. vol. 3. Gerard. Mazzol. conf. 101. nu. 16. & seq. Cephal. conf. 424. lib. 3. Eugen. d. conf. 76. nu. 52.

5 Et, si fuerit potentior, ac validior præsumptio pro inquisito, illa sine dubio elidet præsumpt. fisci minus validam. Crau. conf. 6. n. 50. vbi subdit, quod in materia probationis illa dicitur potentior, quæ clarior, ac certior est. Gram. conf. 13. n. 7. Soc. iun. conf. 36. nu. 7. vol. 2. Rim. iun. conf. 372. n. 19. vol. 4. Et specialis præsumptio elidat generalem præsumptionem, Crau. d. conf. 6. n. 50. in fi. Gram. conf. 71. n. 11. & conf. 13. n. 8.

6 Si vero probationes fisci, & rei essent pares, adhuc debent præualere probationes rei. Rim. iun. cõf. 359. nu. 39. vol. 4. vt dixi in præced. cap. Et sine dubio eua si reus habeat aliquas præsumptiones, & indicia pro se, ista indicia, & præsumptiones operantur, vt indicia fisci grauiora requirantur ad efficiendum eundem reum. Bart. in l. 1. §. ad quæstionem, vers. nec facile. ff. de quæst. Gram. conf. 57. n. 23. & seq. Rol. conf. 7. n. 40. lib. 1. & Hond. conf. 101. n. 18. lib. 1. dicit, quod, quando indicia inquisiti sunt vrgentia, sine dubio nõ sit locus torturæ, & si debiliora essent, adhuc operantur ad elidendum vrgentiora indicia fisci, quæ ad torturam sufficiebant, ita vt ex eis non sit inferenda tortura, latè Andr. Fachio. conf. 99. nu. 28. vol. 2.

7 Si vero præsumptiones inquisiti essent plures, non est dubium, quod tollerent pauciores fisci. Crau. cõf. 145. n. 11. Paris. conf. 10. nu. 8. vol. 1. Soc. iun. conf. 36. nu. 7. vol. 2. Rim. iun. conf. 183. nu. 19. conf. 195. n. 83. conf. 197. n. 17. vol. 2. conf. 299. nu. 44. conf. 359. n. 38. vol. 3. Sicut duo adminicula tendentia ad vnu. n. tollunt vnum adminiculum. Signor. cõf. 96. nu. 9. Masc. de probat. concl. 55. nu. 5. vol. 1.

8 Præsumptio autem legis pro aliquo actu laborans non potest tolli, nisi per duos testes examinatos, qui sint idonei, vt post alios, quos allegat, & firmat Burf. conf. 389. n. 5. vol. 4. vel saltem per alias bonas coniecturas. Mohedan. dec. 1. tit. qui fil. sint legit. nu. 3.

9 Si vero probatio inquisiti esset clara, sine difficultate tolleret præsumptiones, & alia indicia fisci. Hond. conf. 101. n. 17. in fi. lib. 1. Quia est regula satis trita; vt vera, & clara probatio tollat in dicia, & præsumptiones. Crau. conf. 6. n. 7. conf. 15. nu. 5. conf. 146. nu. 7. Rim. iun. conf. 372. n. 21. vol. 2. vbi subdit, quia præsumptio cedit veritati. Et Farin. conf. 11. nu. 33. in fi. sine dicit, quod est vulgaris regula, vt præsumptio cedat veritati, & quod nunquam ex argumento a contrario sensu grauetur reus super crimine, adde latè tradita per decis. Auenion. 36. per totam.

10 Et ex ista quæstione, vt sit semper facienda interpretatio in benigniorem partem, & in exclusionem delicti, multæ sequuntur illationes: Ego vero referam aliquas tantummodo, ex quibus cautæ defensor, & Aduocatus poterit deinde in alijs similibus causis sibi occurrentibus in facto inquisitum defendere, & ante oculos iudicis proponere.

Primaque est, vt si ex aliquo facto possit adaptari maior, vel minor pena, interpretetur, quod inquisitus fecerit illud, pro quo minor pena imponitur. Crauet. conf. 6. num. 69. Federic. de Sen. conf. 256. circa med. vers. accipimus illam partem, & prius in conf. 44. in fine. Rol. conf. 1. nu. 37. vol. 3. Decian. respons. 67. nu.



12. & seq. vol. 3. *Rimin. iun. conf. 743. nu. 11. & 26. vol. 7. Bertazz. conf. 261. nu. 10. vol. 2. Farin. conf. 61. nu. 12. vers. aut minus; & ob id, licet in his, quæ sunt de genere prohibitorum, præsumatur factum dolosum; tamen interpretari debet, ut delictum sit minus, post Soci. Crau. conf. 6. nu. 69. Item præsumatur factum delictum ea hora, qua minor pœna imponitur, post Feder. de Sen. in d. conf. 44. Crau. d. conf. 6. nu. 69. vers. Ad idem adducto. Item secuta laceratione informationem, fuerit secuta ad occultandam falsitatem contentam in eis, & nõ ad committendum aliud delictum. Crau. d. conf. 6. n. 69. circa med. & *Rim. iun. conf. 310. n. 20. vol. 3. loquitur in verbo (dare) cum possit interpretari, occidendo, & vulnerando, ut debeat restringi ad minus, & sic ad vulnerandum, & Decian. respon. 4. nu. 33. vol. 3. etiam dicit, quod si alia possit desumi interpretatio de verbo (dare) quam in delictum, debeat extra delictum omnino intelligi, interpretari; idẽ voluit Gerard. Mazzol. conf. 101. nu. 16. sequitur Eugen. conf. 79. nu. 52. Hond. conf. 97. n. 19. vol. 1. vbi firmat, qd verba debeant semper intelligi de minori delicto. Secunda est illatio, quod si quis minatus fuerit contra aliquem aliquid facere, vel dicere, intelligi debeat facere, & dicere secundum viam iuris, & non de facto. Alex. conf. 138. nu. 2. in fine lib. 4. Carrer. in tit. de homicid. §. Circa secundum n. 32. & seq. Boff. tit. de mad. ad homicid. n. 49. Quod procedit etiam in verbis minatorij generalibus, cum de vindicta iuridica intelligi debeant. Alex. conf. 188. n. 7. in fi. li. 7. Dec. conf. 189. nu. 17. Et in specie de illo, qui dixit velle facere vindictam, intelligatur de vindicta, & licita, mediante iustitia gl. 1. in l. 1. C. de his, quib. vt indign. Vulpell. respõs. 62. n. 1. & seq. latè Decian. resp. 4. n. 34. li. 3. Menoch. de præsump. p. 1. li. 1. q. 89. n. 66. Mazzol. conf. 101. n. 16. & seq. Eugen. etiam latè in conf. 76. nu. 51. & seq. Hond. conf. 87. n. 106. & seq. Et ob id, si quis dicat (O me ne vendicaro) si deinde ille, contra quem dicta verba fuerunt prolata, fuerit interfectus, cum possint dicta verba interpretari per viam iuris, non trahuntur ad delictum. Gagliel. de Cun. in l. 1. C. de his, qui vt indign. quem sequitur Alex. conf. 188. n. 7. Marscar. de prob. concl. 866. n. 14. vol. 2. Hond. d. conf. 87. nu. 107. Idemque erit in illis verbis (io ne farò vendetta) dec. Auenion. 36. n. 6. & dec. 89. nu. 2. & idem in illis verbis (se lo mettino ad intrada, quando verò là, farò con li fatti, e non più parole, come voglio fare) de quib. loquitur Hond. d. conf. 87. n. 102. Item in illis verbis (noi praticamo intorno ogni dì, e potemo fare piacere assieme.) De quibus loquitur Eugen. d. conf. 76. n. 53. Idẽ in alijs verbis (se la forte vuole, che io possa guadagnare qualche scudo, vi farò vedere la resolutione, che hò fatta nell'animo mio, la quale farà in modo, che non anderà, come altri si pensa, e basta.) De quibus, & alijs similibus loquitur Eugen. d. conf. 76. nu. 62. & seq. Et sub nu. 52. dicit, maximè procedere, quando proferens verba esset spectatæ fidei. Et de illis verbis (per il giusto, sono huomo a farmi conoscere per quello, che io sono.) Idem de alijs (Hò pensato esser meglio, se io farò con fatti, e non più parole, come voglio fare.) Et de alijs (se la beccano, che in tutti li modi lo voglio, & alla più lunga se lo mettino ad entrata quando verrò là.) De quib. omnibus latè scribit Hond. conf. 87. n. 102. & seq. vol. 2. Nisi minas esset solitus exequi, vel esset malæ famæ, quia poterit**

torqueri, sed non condemnari, latè Hier. Hisp. q. 63. 2. comm. contra comm.

Tertia est illatio, quod conatus, cum possit intelligi de bono, & malo, est facienda interpretatio de bono, & non de malo, vt excludatur delictum. Natt. cõf. 592. n. 11. vol. 3. Crau. conf. 386. n. 3. conf. 596. nu. 11.

Quarta illatio est, cū verbum (an ferre) habeat duplicem significatum, & possit referri ad violentiam, & non violentiam, vt referri debeat ad non violentiam. Ang. in l. postquam in fi. ff. de petit. hæred. vbi dicit, quod liberauit quendam accusatum de rapina, quia testes dicebant, quod viderunt rem auferre de manibus, cum per hoc non fuerit probata rapina, quia illud verbum poterat referri ad ablationem absque rapina, vt refert, & sequitur Natt. conf. 592. num. 11. & seq. vol. 3. Marfil. sing. 267. circa princ. vbi etiam ponit alias notabiles illationes.

Quinta illatio est, quod si quis protulerit illa verba (Ruina Ruina) non debeant interpretari in crimine seditionis. Inf. conf. 167. nu. 1. & seq. vol. 4. prout si aliquis actus potest fieri tempore licito, & illicito, censetur factus tempore licito: & ideò accusator tenetur probare fuisse factum tempore illicito. Anto. Gomez tit. de delict. c. 1. nu. 71. & ad leg. 80. Tauri, n. 57. vbi de communi *Rimin. iun. in conf. 644. n. 14. & seq. vol. 6. Hond. conf. 88. num. 32. lib. 2. Mazzol. conf. 77. nu. 12. vbi de communi. Prout si testes dicant vidisse Titium deferre arma circa pulsum campanæ, & post pulsum campanæ pœna imponatur deferenti arma, illa dictio (circa) debeat interpretari, ante pulsum campanæ. Bursi. conf. 141. n. 28. vol. 2. Prout quando actus potest fieri duplici modo, & altero modo gestus faciat in penam gerentem incidere, interpretatur alio modo, quo pœna evitatur. Negusant. de pign. 4. p. nu. 27. vers. ego autem. Bursi. conf. 389. nu. 11. vol. 4. Hond. conf. 87. n. 105. vol. 2. Prout, si verba possunt trahi ad falsum, & non falsum, vt trahantur ad nõ falsum. *Rim. iun. conf. 50. n. 39. vol. 1. conf. 145. nu. 25. lib. 2.**

Sexto datur aliæ illationes, vt si quis imputetur de iniuria personali, quia cepit aliquem per mantellum, & non appareat ex quo loco cepit dictum mantellum, est præsumendum non cepisse ex dorso, sed ab eo fuisse separatum, vt minor pœna pro relati tantum iniuria irrogetur Pet. de Vbald. conf. 27. nu. 3. lib. 1. crim. diuersi. *Rim. iun. conf. 799. nu. 19. vol. 7. vbi sub num. 20. etiam ponit aliam illationem, prout habemus per dec. Auenion. 36. nu. 1. & seq. De eo, qui dixit, quod ille non erat, quem quærebat, & secuto homicidio nõ inducatur indicium contra illum. Prout si verba fuerint ambigua, & indifferentia, quia trahi debent ad exclusionem iniuriæ Ruin. conf. 145. nu. 24. vol. 3. Laderch. *Imol. conf. 182. nu. 7. Ac etiam in eo, qui dixit alta voce (dà al traditore) & inde secutum fuerit homicidium, non probetur mandatum ad homicidium, nec etiam ad inferendum vulnus, quia illa verba debent interpretari in mitiorem partem, nempe pugno, vel simili, vt post Bal. & alios, dicit Hond. d. conf. 87. nu. 166. Prout in colloquio habito inter plures, vt interpretari debeat in exclusionem delicti. Hond. d. conf. 96. nu. 44. vol. 2. & sub nu. 46. ponit aliam notabilem illationem. Prout videmus in consanguineo, qui aliquid faciat pro altero consanguineo, præsumitur fecisse potius ratione consanguinitatis, quam alia ratione doli, vel delicti. Simon de Pret. conf. 15. nu. 28.**

Septimo



Septimo inferitur, quod si Caius haberet capitalem inimicitiam cum Seio, & Titius mandet illi, vt interficiat Seium ad excludendum mandatum, censetur quod Caius pro odio, & inimicitia illum interfecerit, & non propter mandatum Titij. Gram. dec. 34. n. 40. Natt. conf. 161. nu. 8. vol. 1. Burl. conf. 192. n. 17. & 42. vol. 2. & conf. 216. num. 84. eod. vol. vbi de communi Rim. iun. conf. 817. nu. 51. vol. 7. Dec. respons. 115. num. 15. vol. 2. Honded. conf. 93. num. 22. vol. 2. Quod procedit, etiam si paritas inimicitiae adesset inter mandantem, & mandatarium, sed solum tunc tenetur mandans de consilio, per suasionem, vel inflammationem, & non de mandato. Rim. iun. d. conf. 817. nu. 51. & seq. Burl. conf. 216. nu. 82. vol. 2. Grat. conf. 52. nu. 49. lib. 2. Honded. conf. 87. nu. 75. & conf. 93. nu. 12. vol. 2. De qua materia, quando praesumatur, vel non praesumatur mandatum, Deo fauente, latius dicam infra suo loco, & si Aduocatus cupiat habere alias quamplures illationes, videat Alex. Rauden. in tract. de analog. cap. 31. & seq. vbi in specie ponit illationes ad poenam euadendam criminalem, vel ad illam minuendam.

Sed si ageretur de salute animae in foro conscientiae, semper eligitur illa via, quae est tutior, & sic praesumatur delictum quoad poenam irregularitatis. Soc. iun. conf. 58. n. 10. in fi. vol. 1. late Masc. de prob. concl. 438. nu. 6. vol. 1. Adden. ad Magon. decis. Lucens. 26. in lit. F. qui omnes alios allegant.

Ac etiam si verba haberent maiorem formam delicti, & essent plures praesumptiones ad malum, tunc interpretantur in malam partem. Decian. respon. 44. nu. 55. vers. non obstat vol. 3. et si etiam apte non possint interpretari in bonam partem. Laderch. Imolen. conf. 182. n. 7. vers. Neque his obstat. Et si lector velit in ista materia habere alias declarationes, videat Anto. Gabr. concl. 2. per totam, lib. 7. Mascard. de prob. conclus. 496. per totam, vol. 1. & Alexan. Rauden. in loco supra citato.

12 Et si quis exonerauerit scelopum contra alium, & illum percusserit in pallio, vel vestibus personae coherentibus absque quod tetigerit corpus, potest Aduocatus exonerantem defendere, quod non incidit in poenam bannimentorum totius status ecclesiastici sub nu. 29. dum in eis disponitur, quod si scelopum fuerit exoneratum cum offensa, incidat in poenam confiscationis bonorum, & ultimi supplicij. Quoniam illa offensa facta in vestibus, licet dicatur personalis offensa, tamen non est propria offensa, & in potiori significato, prout est illa, quae tangit personam. Vulp. in tract. de promissio. n. 7. q. 91. & alij, quos adduxi in terminis, & ego secutus fui in tract. de pac. p. 1. q. 52.

13 nu. 4. Et verba in statutis sint intelligenda in propria significatione, ac in potiori significato, l. 1. §. qui in perpetuum, ff. si ager vectig. Grat. conf. 85. nu. 4. & seq. vol. 1. Simon. de Pret. conf. 188. n. 9. Et maxime in penalibus. Soc. iun. conf. 11. nu. 12. lib. 1. Rim. iun. conf. 743. nu. 28. vol. 7. Simon. de Pret. conf. 191. num. 4. late Menoch. casu 276. per totum, lib. 2.

14 Et quia etiam agitur de penali dispositione bannimentorum exorbitanti a iure communi, cum offensa facta cum armis de iure communi puniatur de vi publica, cuius poena est arbitraria citra mortem. Corn. conf. 175. sub nu. 19. lib. 3. Clar. q. 83. nu. 4. Hond. conf. 105. nu. 5. in fi. vol. 1. Thesaur. dec. 35. nu. 3. & 6.

15 Et in penalibus, & correctorijs fiat strictissima in-

terpretatio, vt minus quam fieri possit ius commune laedatur. Affli. dec. 21. Grat. conf. 85. n. 7. vol. 1. Hond. conf. 95. nu. 81. lib. 1. Sur. conf. 182. nu. 12. vol. 2. & si casus contingat ideo non erit exonerans ponendus d. poena ultimi supplicij, & confiscatione inflata per dd. bannimenta, sed alia poena extraordinaria, & si quis aliter faceret valde erraret.

16 Ac si quis aliquem pugionem vulnerauerit, licet per Bullam Pij Quarti, & Pij Quinti sit imposita poena ultimi supplicij, & confiscationis bonorum pro ipsa delatione, quae est denunciata etiam per eadem bannimenta, tamen aduocatus intrepidè insurgat, vt huiusmodi poena, quoad poenam mortis, nunquam fuerit vsu recepta, etiam si deferens pugionem aliquem cum eo vulnerauerit, vt testatur Farin. q. 108. sub n. 52. Et ego secutus fui in tract. de confisc. bon. concl. 13. ampl. 88. nu. 13. & Baiard. in q. 96. nu. 10. vers. sed in statu ecclesiastico, valde exclamat contra officiales eiusdem status, qui pro vulneribus cum pugione condempnerit delinquentes in poenam ultimi supplicij, & ita passim obseruatur per illud supremum Tribunal Sacrae Consultae, vt nunquam inferatur poena dd. extravagantium, & bannimentorum, & ita ego obtinui hic in Curia in Tribunali A. C. liberari quendam a poena mortis, & transmitti ad triremes, qui in vrbe prope Doganam vulnerauerit cum pugione Antoniu Florentinum, & Thesaurarium Spoleti, & ideo iudex si aliter faceret non posset euadere exclamationem, Baiard. in d. q. 96. nu. 10.

17 Ac poterit Aduocatus defendere a poena mortis, & confiscationis bonorum inflata per bannimenta pro delatione archibusij, vel terzaroli per ciuitatem, si quis acceperit d. terzarolum ex propria, vel aliena domo, & cum eo se contulerit extra domum ad effectum insultandi, vel percutiendi, seu vulnerandi, vel occidendi aduersarium suum, & statim redierit ad domum, cum illa delatio ferè momentanea non comprehendatur in d. banno, vt firmat Burl. conf. 141. nu. 16. & seq. & nu. 42. & 45. vol. 2. & conf. 331. n. 37. vol. 3. Farin. q. 108. nu. 43. Bertaz. conf. 217. & conf. 219. q. 82. n. 74. qui loquuntur etiam in eo, qui cum armis moram traxit paruo tempore in loco prohibito, vel si transferit cum armis prohibitis per modicam moram.

18 Et quia etiam ipsa delatio archibusij confunditur cum percussionibus, vel vulneribus illatis cum d. archibusio, & solum puniri debeat de percussionibus, vel vulneribus, cum archibusium fuerit delatum pro insultu, vel percussione insultus, & ideo non possit puniri pro d. delatione, etiam quod esset inflata maior poena pro delatione armorum, quam pro vulneribus, vel insultu, vt in terminis firmat Cephal. conf. 204. n. 42. & seq. vol. 2. vbi subdit, quod si non fuissent secutae percussiones, vel vulnera, & tunc sola delatio archibusij esset punienda poena statuti, vel banni.

Quae opinio Cephalii non placet Baiardo in q. 84. nu. 26. Sed quod debeat deferens archibusium etiam secuta offensione puniri poena percussionum, & poena delationis armorum, Claud. Bertaz. ad patrè in conf. 205. vers. 4. vbi testatur, quod Bertaz. eius pater ita iudicauit, & in eandem opinionem post Carrer. Andr. de Ilerna. & Affli. tenet Petr. Cabal. casu 158. num. 13. & seq. vt puniatur deferens arma vetita pro delatione, & pro insultu, & vna poena non tollat aliam, cum sint inflatae pro dd. diuersis delictis, vel si pro delatione armorum



armorum maior poena imponatur, quam pro vulneribus attendatur poena maior delationis. Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 4. sub nu. 19. sed in statu ecclesiastico vigore bannimētorum 1599. c. 24. poena delationis armorum nunquam confunditur cum poena delicti cū iisdem armis commisi, Farin. q. 108. nu. 168. & seq.

19 Et in hoc proposito caueant habentes priuilegia deferendi arma, vt cū eis non delinquant, quia amitterent d. priuilegium; ac de armorum delatione punirentur. Marfil. in pract. crim. §. pro complemento, nu. 9. & seq. Baiar. q. 82. nu. 75. Affl. in constit. intentionis post nu. 51. de illicit. port. armorum vbi loquitur generaliter in omnibus priuilegiatis, tam ab homine, quam a iure, & ampliat etiam quod non sit secutum aliquod malum, dummodo constet, quod ad malum detulerit. Modern. Rom. q. 108. nu. 131.

20 Caueant etiam mulieres, quia etiam ipse comprehendantur sub statuto prohibēte delationem armorum. Ant. Gabr. lib. 6. tit. de verb. sign. concl. 6. nu. 37. Suarez com. opin. vers. mulieres, nu. 252. prout comprehenduntur etiam sub statuto prohibente ire de nocte sine lumine. Viui. com. opin. 808. n. 7. Baiar. q. 82. nu. 55. & seq. Farin. q. 108. nu. 15.

21 Ac etiam deferens arma venita illa amittit. Rom. fing. 267. Affl. in d. constit. intentionis, nu. 26. de illicit. portat. armorum. Placa epit. delic. li. 1. c. 8. n. 22. Clar. q. 82. statut. 6. vers. si n. 9. Dec. trac. crim. li. 8. c. 4. n. 16. & seq. Viu. dec. 267. nu. 4. Farin. d. q. 108. nu. 9.

Et de iure communi dd. arm. publicantur, & fisco applicantur. Luc. de Pen. in l. 1. sub nu. 2. C. de armor. vlt. li. 11. Affl. in c. 1. §. si quis rusticus, nu. 11. de pace tenen. in vlt. feu. Io. de Plat. in §. item lex Julia in l. 2. col. 2. vers. sed quæro insit. de public. iudic. Gram. in d. constit. intentionis, nu. 17. de illicit. port. armor. De consuetudine tamen apud nos etiam vigore bannimētorum Baroncello, & executoribus illa inuentibus acquirantur, vt testatur Farin. d. q. 198. nu. 11. & de eadem consuetudine testatur Decian. in tract. cri. li. 8. c. 4. n. 18. Baiar. q. 82. nu. 64. Præterquam in scopeto prohibito, & parua mensuræ cuius retentio, & delatio est prohibita etiam officialibus vigore Bullæ Pij Quarti, & Pij Quinti, & ideo ego duas pistolas, siue archibusetas reperta in domo cuiusdam insignis Pictoris mandauit deuasari, & talem deuasationem in actis adnotari.

Et amittuntur arma etiam in præiudicium veri domini, qui illa accommodauit deferenti, sed an d. dñs pro repetitione habeat adionem cōtra officiales, vel executores, an solum contra eum, cui arma accommodauit, vide latè Ioseph. iud. dec. Perus. 31. per tot. p. 1.

22 Nec nō aduersus Bullam Sixti V. in ordine 6. Aduocatus deducat, vt licet prohibeat conuersationem cum bannitis, tamen nō cōprehendat habentes conuersationem cum eis extra statum ecclesiasticū, si illa conuersatio non fuerit ad malum finem, vt post Saly. & Bertaz. respondit Hond. in conf. 88. n. 48. vol. 2. Nec minus procedit, nec amplectitur illos, qui tantūmodo, & simpliciter in statu alloquuntur bannitis, vel diffamatis, sed illos, qui eosdem bannitos, vel diffamatos recipiunt, & celant. Burs. conf. 402. nu. fin. in fi. vol. 4. Mar. Ant. Macerat. lib. 3. resolu. 19. per totam, & et deducat, quod licet per eandem Bullam prohibeatur receptare bannitum diffamatum de delicto, & nondū condemnatum, tamen requiratur, quod contra ipsum

delinquētem sit publica vox, & fama, & super ea sint testes examinati, Burs. conf. 402. nu. 11. vol. 4.

23 Et generaliter sciat Aduocatus deducere, quod ex associatione, loquutione, vel factio non resultante aliquod damnum, & resp. vel fiscus non læditur etiam si fuerit factum contra prohibitionem legis, vel statuti, siue iudicis contrafaciens non punitur. Poller. in pract. crim. in fragm. nu. 66. Rimin. iun. conf. 704. nu. 55. vol. 6. Quia requiritur, vt sit ad malū finem, & dolosē, vt intret poena bannimētorum. Hond. conf. 88. n. 36. & seq. li. 2. Mar. Ant. Macerat. li. 3. resolu. 19. n. 11. & seq.

Nec non deducat, quod bannimenta imponentia grauem poenam, quam imponat ius commune, & præsertim poenam mortis, & confiscationes bonorum nō ad poenæ comminatæ executionem, sed potius ad terrorem per superiores edantur. Bal. in add. ad Specul. in tit. de sentent. in ver. banna; Bertaz. in suo reper. in verb. bannum, n. 35. Gram. dec. 36. sub nu. 1. Rim. iun. conf. 327. n. 2. li. 33. Masc. de prob. li. 1. concl. 162. nu. 63. Card. Tusc. in lit. B. concl. 2. nu. 11.

Et quod nullo modo dicta banna sint extendenda, sed strictè interpretanda, & quicquid in banno non est expressum censeatur omissum, vt post Alexan. Bal. & Dec. bene animaduertit Cardin. Tusc. in lit. B. concl. 2. num. 8.

Imò possunt iudices a d. rigorosa poena banni recedere, si hoc visum fuerit aliqua causa cum omnes poenæ iuris communi statutariæ, & bannimentales sint ipsi iudici arbitrariæ, vt dicam in defensione circa poenam, & tradit Modern. Farin. in fragm. crim. in litt. B. nu. 3. & sic non erit omnino inherendum scriptis per Gram. in dec. 36. in 1. dubio, n. 1. & seqq. vt bannimenta sint ad vnguem seruanda, & poenam in illis comminatam esse sequēdam, ne essent frustratoria, & ab omnibus irriderentur, qua possumus exclamare contra Gramm. quod summum ius sit summa iniuria.

24 Non desinat Aduocatus deducere in fauorem inquisiti, qui iudex processit sine aperto denunciatore, vel accusatore, sed per secretas denunciationes, vel notificationes, & ideo quamuis delictum esset plene probatum adhuc inquisitus debeat absolui. Clar. q. 5. sub nu. 2. Boss. tit. de accus. n. 3. & tit. de denunciat. n. 18. & seq. cū processus sit ipso iure nullus. Modern. Rom. conf. 86. nu. 54. & in q. 1. n. 49. vbi post Bald. & Innoc. testatur ita totum mundum obseruare.

25 Et si accusator adesset apertus possit in quacūque parte iudicij desistere ab accusatione etiam appellatione pendente, vt amplius non possit causam prosequi, vt post Carau. firmat Baiar. q. 10. nu. 5. & quid si dixerit non fuisse iniuriatum a Titio: an possit deinde quærelare Titium de iniuria, & idem Baiar. in q. 11. nu. 2. post Luc. de Pæn. tenet, quod possit.

26 Et in omnem casum Aduocatus deducat, nō dato aperto denunciatore, vel accusatore, vt primis testis, qui reperitur examinatus, habeat pro denunciatore, vt firmat Decian. respon. 93. sub n. 125. vol. 2. & ideo vt denunciator non probet, vt exclamat contra iudices aliter facientes. Bertazz. conf. 251. nu. 103. vol. 2.

27 Potest etiam deduci in fauorem illius, qui memoriale Principi porrexit, in quo denunciauerit plura crimina contra aliquem, vt si illa vera sint, porrigens d. memoriale nō possit puniri, neque adione iniuriarum neque alia poena statutaria, neque poena ordinaria, neque extraordinaria per leum qui nocētem, de iniuri-

præsertim



præsertim si quando conuicium deductum contineat delicta, quæ propalari, & nota fieri Reip. inter sit, §. quod Reip. ff. de iniur. Dec. cõs. 487. n. 4. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 6. n. 2. Clar. in §. iniuria, vers. Item quæro, qui omnes loquuntur in extraiudicialibus iniurijs, ergo multo magis in iudicialibus, seu Principi porrectis ad effectum, vt is, qui deliquit, puniatur, latè Hód. conf. 112. per totum lib. 1. Imò sufficiat ¶ vt in aliquibus expositis in memoriale, verum dixerit, ne pœna calumniæ, vel iniuriarũ porrigens memoriale puniatur, vt firmat post Io. Paul. Lancelot. Moder. Ro. in conf. 87. n. 8. in fin. & qui si se obtulit probare omnia in memoriale, vel in quærela exposita, seu eorum maiorem partẽ, quomodo intelligi debeat d. promissio an de maiori parte respectu numeri capitum, vel respectu grauitatis criminum, ego arbitror, quod intelligi debeat non respectu numeri, sed respectu grauitatis criminis per ea, quæ dixi circa defensionem 4. super corpore delicti cap. 9. n. 4. in fin. vt cussio monetæ falsæ circa quantitatem non intelligatur respectu numeri monetæ cussæ, sed respectu qualitatis pecuniæ cussæ, ad maiorem, vel minorem pœnam infligendam, quod est notandum, quia in Tribunali A. C. pluries contingit, quod accusatores contra episcopos non admittantur nisi præstita cautione de verificandis capitibus in totum, vel pro maiori parte.

Quæ probationes admittantur fauore defensionis.

S Y M M A R I V M.

- 1 Probatio rei est adeo fauorabilis, vt non sint attendenda subtilitates, & apices iuris: sed sint amplianda, & non restringenda probationes inquisiti.
- 2 Testibus deponentibus pro non delicto magis creditur quàm deponentibus pro delicto.
- 3 Defensio probatur coniecturis, ac præsumptionibus. Quod magis procedit, quando offensio fuit etiam probata coniecturis, & præsumptionibus.
- 4 Defensio probatur per probationes dubias, & minus concludentes.
- 5 Defensio inquisiti probatur per fratres, consanguineos, & affines, etiamsi simul habitarent.
- 6 Quod declara, & intellige, vt hic per Authorem.
- 7 Domestici, & familiares admittuntur ad probandam defensionem.
- 8 Testes inhabiles admittuntur ad probandam innocentiam.
- 9 Quod declara, & intellige, vt hic per Authorem.
- 10 Testes non reddentes rationem sui dicti probant defensionem.
- 11 Testes deponentes de eorum credulitate probant defensionem, & maxime si reddant congruam rationem eorum credulitatis.
- 12 Testis vnus probat defensionem.
- 13 Testes deponentes pro defensione magis probant, quàm deponentes contra defensionem.
- 14 Testes simplicit er deponentes Titium vulnerasse, vel occidisse ad defensionem, licet non addant ad necessariam defensionem, probant defensionem.
- 15 Fama fauore defensionis probatur per testes tantummodo de auditu deponentes.
- 16 Reus pro sua defensione potest vti pluribus remedijs, exceptionibus, & defensionibus etiam ad inuicem contrarijs, ac potest vti testibus a se impugnat.

17 Aggressio, vel prouocatio potest probari per solã famam.  
18 Reus potest pro sua defensione examinare testes fisci.

C A P. III.

1 **A**duocatus in hac quæstione habet etiam amplũ fauorem circa defensionem, vt illa dicatur magis fauorabilis, quam ipsa offensio, Boss. tit. de fauorib. defenf. numero 2. Marfil. sing. 90. Nec attenduntur apices iuris, qui subtilitates magis, quam facti veritatem respiciunt, Plot. conf. 60. nu. 25. lib. 1. Sim. de Pret. confil. 189. num. 8. & 12. & pro reo in criminalibus, probationes sint ampliandæ, & pro actore restringendæ, Honded. conf. 102. num. 41. vol. 1. & probatio rei præfertur probationi actoris, ¶ & magis creditur testibus deponentibus pro non delicto, quàm deponentibus pro inclusione delicti, Gram. decif. 26. n. 9 & seq. Anton. Gabr. conclus. 4. num. 21. & 44. titul. de testib. latè qui alios allegat, Honded. d. conf. 102. nu. 39. & seqq. & iudex facilius esse debet ad absolendum, quam ad condemnandum, l. Adrianus, ff. de act. & obligat. Boss. tit. de fauorib. defenf. n. 1. las. conf. 46. sub num. 5. volum. 3. & multa priuilegia recolligit, & Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 48.

3 Et inter alia priuilegia, quæ habet defensio, conceditur prærogatiua, vt probetur præsumptionibus, & coniecturis Marf. sing. 19. in fi. Gram. conf. 29. nu. 3. Crau. conf. 2. nu. 10. Boss. tit. de fauorib. defenf. nu. 3. in fin. Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 3. numer. 27. & ad leg. 80. Tauri. numero 57. versiculo confirmatur etiam, Herculan. de proband. negat. numero 325. Rim. iun. confil. 217. numero 9. & seq. vol. 2. Mascard. de probatio. conclus. 492. num. 1. vol. 1. Hond. conf. 99. n. 28. vol. 1. conf. 87. n. 35. vol. 2. Mazo. conf. 77. n. 14. & seqq. Farin. conf. 6. n. 15. & satis est, quod probatio fisci reddatur dubia secundum communem opinionem attestatam per Seysell. in l. vt crim. in 2. lect. num. 94. ff. de iust. & iur. vbi ponit aliquas limitationes.

Eoq; magis procedit, quando offensio fuit probata coniecturis, & præsumptionibus, vt defensio probetur contrarijs coniecturis, & præsumptionibus Alc. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 39. nu. 2. Vulpell. resp. 44. nu. 8. vbi reddit rationem, & ponit etiam nonnullas coniecturas, & Mascard. de probat. conclus. 491. nu. 3. vol. 1. firmat, quod remittatur arbitrio iudicis, quæ coniecturæ sufficiant.

4 Ac etiam probatur per præsumptiones dubias, minus concludentes, & minus legitime probatas, Natf. conf. 359. num. 2. vol. 2. Mascard. de probatio. concl. 491. nu. 8. vol. 1. Plot. confil. 60. nu. 25. lib. 1. Vulpell. resp. 97. num. 4. Sim. de Pret. conf. 189. nu. 8. Eugen. conf. 31. num. 70. Honded. conf. 100. nu. 32. conf. 102. n. 21. vol. 1. & conf. 8. nu. 33. vbi de communi, cas. 99. n. 20. vol. 2. vbi de communi latissime Add. ad Farin. cõs. 6. in litt. H. vbi alios allegat, Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 199. n. 13. cent. 2. & Farinao. in cõs. 79. n. 25. dicit, quod semiplena probatio rei pro plena probatione habetur, vbi testatur hoc esse certum in iure, & ibi alios allegat.

5 Ac etiam, fratres pro fratre, & alij consanguinei, & affines, vsque in quartum gradum, admittuntur pro defensione rei, Crau. conf. 2. nu. 10. Boss. tit. de fauorib. defenf. num. 9. Gram. conf. 42. nu. 12. vol. 12. n. 8.



n.8. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. sub nu. 28. Hereulan. de proban. negat. num. 325. Rol. conf. 7. num. 21. volum. 1. Ant. Gabriel. concl. 22. lib. 7. de crim. num. 1. vbi de magis communi, Mascard. de probat. concl. 412. nu. 7. & concl. 491. num. 4. & seq. lib. 2. Honded. confil. 102. num. 13. vol. 1.

Quod procedit etiam si victi fratres simul habitarent. Roland. conf. 7. n. 27. vol. 1. Mascard. d. conclus. 491. n. 7. Et eo magis procederet, si cum fratre concurreret alius testis idoneus Ant. Gabriel. conclus. 5. n. 2. de testib. latè, Farinac. q. 62. n. 36. Roland. d. conf. 7. nu. 24. qui loquitur in parte, vt admittatur si habeat consocium, & sub nu. 25. dicit procedere etiam in crimine hæresis, & eo magis, si iste frater esset probatæ fidei, ac integræ vitæ vt post alios firmat Baiard. in quæstione 25. numero 134. Et etiam admittuntur consanguinei ad probandum errorem confessionis alterius consanguinei, Mascard. de probation. conclus. 412. num. 9. vol. 1. & concl. 491. num. 6. dicit procedere, si ageretur, non de simplici defensione, sed de innocentia probanda, vbi alios allegat.

6 Primo hoc limitatur, quando testes affines, & consanguinei non probarent ipsam defensionem, sed inducerentur ad reprobationem testium fisci, vel Partis. Plot. conf. 60. n. 25. Gram. decif. 32. n. 12. conf. 12. n. 19. Mascard. d. conclus. 491. n. 9. Sed Hond. in conf. 87. n. 139. vol. 2. dicit hoc esse verum, quando ageretur ad conuicendum testes fisci, vel partis, vt puniretur, secus verò, si vt reppellantur, & probetur successiue defensio, quia tunc admittuntur etiam ad repulsam aliorum testium, cuius declarationi omnino adhæreo.

Secundo limita, & intellige, vt isti testes consanguinei, & affines recipiantur quando agitur immediate ad probandam ipsam defensionem, secus ad probanda adminicula, Gram. decif. 34. nu. 14. Boss. tit. de fauor. defen. n. 4. Mascard. concl. 412. nu. 8. volum. 1. Gabr. conclus. 22. num. 5. lib. 7. Rimin. iun. conf. 299. num. 40. volum. 3. cum nec etiam super adminiculis probandis testis inhabilis admittatur pro fisco contra reum, Dec. conf. 37. nu. 9. vers. 6. & vltimo, Bursat. conf. 430. nu. 15. vol. 4. Crauett. conf. 9. n. 6. 57. Moder. Roman. q. 52. nu. 71. & conf. 10. nu. 15. & conf. 87. nu. 5.

Tertiò limita, & intellige, quando proceditur ex officio, & tunc isti testes admittantur ad defensam, secus si ageretur ad quærelam partis, Grammat. d. conf. 12. nu. 19. & seq. & cqn. 32. nu. 13. vide latè Moder. Roma. q. 52. limi. 54. Alex. Trentacinque conf. 47. nu. 11. p. 1. & consilio 21. n. 15. in fi. p. 2.

7 Domestici etiam, & familiares ad probandam defensionem admittuntur. Horat. Lut. conf. 168. n. 33. tom. 1. crim. Ang. de malef. in verb. qui iudex statuit nu. 30. in fin. Gomez. c. 3. n. 28. de delict. Gram. conf. 56. nu. 15. & seqq. Gabr. conclus. 10. sub n. 42. & n. 64. & conclus. 13. n. 12. de testib. & conclus. 22. per totâ, Bertaz. conf. 251. nu. 101. vol. 1. Mascard. de probat. conclus. 26. n. 6. conclus. 134. n. 26. vol. 1. Rim. iun. cõf. 217. nu. 8. vol. 2. Hond. conf. 102. n. 24. & seq. vol. 1. & conf. 87. nu. 36. vol. 2. Caualean. de Brach. reg. part. 3. n. 309. Quod declara, & intellige, prout dixi supra in testibus consanguineis, & affinibus.

8 Testes etiam inhabiles ad probandam innocentiam recipiuntur, Crauett. conf. 2. nu. 10. Horat. Lut. d.

conf. 198. nu. 34. Gomez. c. 12. nu. 13. vbi de communitu. de delict. Clar. q. 24. vers. Item scias, Boss. de indic. nu. 15. Gram. decif. 24. nu. 16. Plot. conf. 60. nu. 25. Bertaz. conf. 251. nu. 10. vol. 2. Hond. d. conf. 87. nu. 36. Farinac. conf. 39. n. 19. vbi de communi, Caualean. vbi supra, & latè Menoch. de præsumption. præsumptione 48. num. 7. lib. 5. vbi de communi.

Licet decif. Auenionen. 91. numer. 15. vers. verum; contrarium dicat, quod magis ad verisimile accedit, vt nec etiam fauore defensionis testes inhabiles admittantur, cum lex generaliter loquatur, vt in habilibus testibus denegetur testimonium, sed non recedat à prima opinione, vel saltem quod iuuent ad minorandam pœnam, vt reus leuiori pœna puniatur, vt bene declarat Menoch. dict. cas. 587. num. 2. in fin. sent. 6. lib. 3. post Anton. Gomez. tit. de delict. c. 13. num. 23.

Si verò cum testibus inhabilibus concurrant testes habiles, eorum fides supplebitur per istos testes habiles ad ipsam defensionem probandam, vt post alios, quos allegat firmat Hor. Lut. d. conf. 168. nu. 35. cum sit regula vniuersalis, vt inhabilitas testis suppleatur habilitate alterius testis habilis, Anto. Cabriel. concl. 5. nu. 1. de testibus, Anton. Gomez. tit. de delict. c. 12. sub n. 21. Farinac. q. 62. nu. 38. Franc. Curt. de testib. conclus. 1. n. 1. Sim. de Pret. conf. 160. n. 6. in fin. qui loquuntur quando nouus testis habilis concurrat, si vero plures concurrerent eo magis procedit Gabriel. conclus. 5. n. 7. de testib. Farinac. d. q. 62. n. 331.

9 Secundo limita, & intellige, vt testes inhabiles recipiantur pro defensione, non vt plenè probent, sed vt deinde inspecta facti, & personarum qualitate, iudicis arbitrio relinquatur, quanta fides sit eis adhibenda, Paul. Grillan. tit. de relaxat. carcerat. 3. quæstione principal. n. 50. Gomez. d. c. 12. n. 23. in fin. Clar. q. 25. vers. Item scias.

Tertio limita, & intellige, quando directe deponent ad exclusionem delicti, secus si circa adminicula, vel ad probandum, testes cumæ, Boss. de fauor. defen. nu. 4. Baiard. in q. 24. nu. 129. & seqq. & dixi supra in testibus affinibus, sed Hond. in conf. 100. nu. 36. volum. 1. post Boss. in tit. de crimin. l. q. maiest. nu. 115. tenet, vt testes inhabiles recipiantur, etiam ad repulsam testium, & iudicio meo bene sentit, cum reprobatio testiũ concernat defensionem, vt superius dixi.

Quarto limita in locijs criminis, vt non admittantur ad defensam alterius socij, Doctores adducti per Baiard. in q. 24. nu. 133. vbi tamen refert, quod Bertaz. in conf. 538. vol. 2. contrarium tenet, & ipse firmat, esse relinquendum arbitrio iudicis, sed quod socij criminis, tamquam a fisco probent defensionem alterius consocij tradunt, Sim. de Pret. conf. 178. nu. 10. vers. clarius, & n. 11. Fab. Turet. conf. 9. nu. 28. vbi reddunt aliam rationem, quia fiscus non potest diuidere depositionem d. socij criminis, sed debet illam acceptare, prout cantant, vide Modern. Roma. q. 43. nu. 10. & seqq. fides testis non possit diuidi per fiscum Caualean. de testib. p. 3. n. 70. & quod socius criminis debeat admitti ad defensionem alterius consocij facit, quia si non plenè probet, saltem elidat indicia fisci, & sic aliquam probationem faciat, Farinac. conf. 65. nu. 25. vbi alios allegat, & quia si est fisco permissum socium criminis examinare pro sua intentione fundanda, quare non debeat licere reo, vt seruetur æqualitas l. fin. C. de fruct. & lit. expens. l. in iudicijs, de reg. iur. &



## Defens. XXIX. Circa priuilegia defensionis. 63

iur. & in terminis Caualean. de Testib. p. 5. n. 200. vbi subdit: iudex deinde in meritis causæ arbitrabitur quanta fides ei adhibenda erit.

Quinto limita, quando istis testibus inhabilibus ab initio lex resisteret, vt non recipiantur, quia licet fuerint recepti, tamē nihil probant. Nat. conf. 394. n. 4. vol. 2. Alex. Stiat. conf. 119. n. 9. to. 1. crim. Gram. conf. 3. nu. 11. conf. 42. nu. 5. Fely. in c. cum dilecti, nu. 11. de accus. quod est notandum, pro episcopis, cum per Sac. Conc. Trid. sess. 13. c. 7. disponatur, quod contra Episcopos non recipiantur testes, nisi bonæ cōditionis, & famæ, & ob id, si testes recepti non essent tales, nihil probarent, prout ferè millies deduxi ad fauorem Episcoporum, cum ibi conc. resistat.

Si vero non essent a lege prorsus reiecti, tūc si fuerint examinati, parte non opponente, facerent iudicium. Clar. q. 24. vers. fin. in fi. Boss. tit. de inquisit. n. 65. Gram. conf. 3. n. 10. & seq. Mars. in pract. crim. §. diligenter, nu. 141. in fi. Quod erit, quando lex disponit, quod testes nō probent; secus vero parte opponente, quia nihil probarent. Aret. in c. ex parte, nu. 21. de testib. vbi reddit rationem, quam refert, & pro notabili sequitur Mars. in §. diligenter, n. 144. in pract. & sing. 198. Ant. Gomez. d. c. 12. nu. 21.

Si verò isti testes inhabiles paterentur plures exceptiones, sine altercatione nullam probationem facerent contra inquisitum. Ant. Gabr. concl. 26. n. 12. lib. 7. de crim. Menoc. casu 98. nu. 15. & casu 99. n. 3. lib. 2. de arb. Burf. conf. 192. n. 20. vol. 2. & conf. 436. nu. 13. vol. 4. Rim. iun. conf. 684. n. 33. vol. 6. Moder. Rom. q. 37. n. 64. & sufficit, vt patiatur duos defectus. Menoc. d. casu 99. n. 7. Burf. conf. 135. nu. 2. vol. 2. vbi de cōmuni. Suarez recept. sent. in verb. testis, n. 216. vbi etiam de cōmuni. lo. Turr. conf. 81. nu. 65. & nunquam dispensantur, vt probent etiam in crimine læsæ maiestatis. Rim. iun. conf. 704. nu. 69. & seq. vol. 6. vbi reddit bonam rationem, latè sicut Moder. Rom. conf. 79. in 1. dub. nu. 1. & in omnibus alijs criminibus exceptis. Nat. conf. 298. n. 6. vol. 2. Rim. iun. d. conf. 104. nu. 64. & seq. latè Honded. conf. 39. nu. 82. & sub nu. 51. post alios, quos allegat, dicit, vt nec etiam faciant præsumptionem, vol. 2. Moder. Rom. conf. 79. n. 1. & in conf. 80. n. 23. vbi loquitur in crimine nefando, sed habentur, ac si non essent examinati. Baiard. q. 24. sub n. 128. & quando lex dispensat, vt stetur vnico testi inhabili, intelligitur dispensare circa vnicum defectum: cum alias dispensatio circa plures non teneat. Burf. confil. 135. nu. 1. & 28. vol. 2. Rim. iun. conf. 69. n. 8. vol. 1. Masc. de prob. concl. 817. n. 42. vol. 2. Baiard. q. 24. nu. 128. Imò nec etiam fauore defensionis admittuntur. Burf. conf. 399. nu. 43. vol. 4. vbi alios allegat.

Nec etiam vbi aliter veritas haberi non posset ex natura actus, vel negocij, quia adhuc isti testes patientes plures defectus non habilitantur cōtra reū. Burf. conf. 430. n. 9. in fine, vol. 4. Hond. conf. 93. n. 50. vol. 2. Decian. respons. 93. n. 65. vol. Simon. de Pret. conf. 188. n. 13. in fi. Eugen. conf. 27. n. 66. & conf. 63. n. 72. Gabr. concl. 7. n. 10. de testib. Rim. iun. conf. 171. nu. 30. vol. 5. vbi de cōmuni, quicquid latrauerit in contrarium Baiard. in d. q. 24. nu. 128. in fi. qui nimis audacter loquitur volens de consuetudine aliter seruari, vel saltem eius dictum est intelligendum de consuetudine in locis, in quibus erat versatus, & non de generali consuetudine omnium curiarum. Durant. de art.

testan. caut. 35. tit. de sublit. Gabriel. concl. 4. num. 3. de probat. Hond. conf. 101. n. 39. in fi. vol. 1. vbi de magis cōmuni Gram. Thor. 11. n. 9. Rim. iun. conf. 245. nu. 42. & seq. vol. 1. vbi latè, & reddit bonas rationes.

10 Et quamuis testes in criminalibus, etiam non interrogati, debeant reddere causam scientiæ sufficientē, alias non probent, secundum communem opinionem attestatam per Mars. conf. 50. nu. 10. Quia tunc dicitur deponere, vt pecus, & non vt homo. Gram. conf. 12. nu. 12. Masc. de prob. concl. 460. nu. 5. vol. 1. Rim. iun. conf. 554. n. 68. vol. 5. Tamen si deponant ad defensā, quamuis non reddant dictam rationem, probant, secundum communem opinionem attestatam per Viui. com. opin. in verb. testes in causis, & negocijs criminalibus. Iul. Clar. q. 53. vers. sed hoc intellige. Honded. conf. 100. nu. 34. vol. 1. vbi de cōmuni Add. ad Iul. Clar. in quæst. 21. in littera M.

11 Testes etiam deponentes de credulitate, quamuis in criminalibus non probent: Crot. de testib. nu. 311. & seq. Paris. conf. 169. nu. 39. vol. 4. Iaf. conf. 167. nu. 3. vol. 4. Mars. sing. 19. Masc. de probat. concl. 459. num. 1. & seq. vol. 1. Rim. iun. d. conf. 554. num. 44. Honded. conf. 107. num. 18. vol. 1. Tamen non procedit, si deponat ad defensam rei inquisiti, quia plene probant Ant. Gom. tit. de delict. c. 3. n. 27. in fi. Gram. conf. 23. n. 37. vbi latè, & reddit rationem Hercul. de probat. neg. n. 325. Th. de Sauiet. cōf. 29. n. 11. & seq. to. 2. cri. vbi reddit rōnem, latè Mars. sing. 19. in fi. vbi etiam rationem reddit Thob. Non. conf. 101. num. 4. Masc. de prob. concl. 491. n. 10. & seq. vol. 1. Mazzol. conf. 77. nu. 10. Moder. Rom. conf. 6. n. 13. vbi de cōi, & q. 68. nu. 77. & seq. Sim. de Pret. conf. 190. n. 1. vbi de cōmuni. Bertaz. conf. 312. n. 5. vol. 2. Magon. decis. Lucen. 59. n. 3. Rim. iun. conf. 360. n. 43. vol. 2. Hond. conf. 102. n. 19. vol. 1. & conf. 87. nu. 34. vol. 2. & ideo si testis dicat Titium offēdisse Caiū, suo credere, ad defensionem, iste testis probaret ipsam defensionem, latè post alios quos in terminis allegat, firmat Mars. d. sing. 19. vers. Tamen istud fallit.

Et magis procedit, quando reddunt isti testes de credulitate rationem sui dicti. Mazzol. conf. 57. n. 10. vel probabilem causam defensionis, licet non necessarium. Farin. d. conf. 6. nu. 39. & sub nu. 40. dicit, etiā si rationē redderent per solā famā, & sub nu. 33. & seq. post alios, quos allegat, testatur de cōi, & dicit procedere, licet dictam causam scientiæ non redderent.

12 Et vnus etiam testis probat defensionem. Crauet. conf. 2. nu. 6. Thob. Non. confil. 99. num. 11. Boss. de fauor. defens. n. 2. Anchar. conf. 283. nu. 4. Vulpell. respons. 66. num. 8. Masc. de probat. concl. 491. num. 17. & seq. lib. 1. & conclus. 904. num. 10. lib. 2. Sim. de Pret. confil. 178. num. 7. Hond. conf. 99. nu. 18. conf. 112. num. 27. vol. 1. Farin. conf. 60. numero 102. Hinc dicunt Doctores, quod per vnum testem probetur aggressio, vel prouocatio. Pasett. confil. 202. nu. 10. Et per vnum testem quis excusatur a pēna Farinac. cōf. 9. nu. 41. Petr. de Surd. conf. 173. nu. 64. & seq. vol. 2. Imò volunt aliqui, vt sit vera ista opinio, etiam si accusator probauerit plenè delictum, adhuc si vnus testis probet defensionem, inquisitus liberetur a pēna, & debeat absolui, vt est videre per Petr. de Surd. d. conf. 173. nu. 67. Et iudex, quando habet vnum testem pro defensione, ex suo officio, etiam post publicatas attestaciones, tenetur quærere plenam probationem vt post



vt post Innoc. & Bal. tradit Sforz. Odd. conf. 15. nu. 43. vel saltem operabitur, vt ipse reus excusetur a pœna mortis, ita tradunt Anchar. & Boss. in locis adductis. Vulpel. responf. 66. nu. 8. Masc. de prob. concl. 491. nu. 18. vol. 1. & sub nu. 87. dicit, quod probatur defensio per vnum testem in causa principali, & per alium in causa appellationis, & ibi concordantes allegat, & sine altercatione vnus testis plenè probat defensionem, quando nō datur cōtraria probatio accusatoris. Boss. tit. de oppos. contra test. nu. 72. & de defenf. reor. nu. 30. Ant. Gabr. tit. de testib. concl. 1. nu. 37. Mar. Anto. Macerat. lib. 3. resol. 26. nu. 3.

13 Ac etiam magis creditur testibus deponētibus pro defensione, quam contra defensionem. Rol. conf. 63. nu. 44. vol. 2. Bertaz. conf. 251. nu. 102. vol. 2. Decian. responf. 3. nu. 83. & seq. & responf. 59. sub nu. 6. vol. 3. vbi reddit rationem Rim. iun. conf. 174. nu. 29. vol. 2. Farin. conf. 39. n. 15. vbi alios allegat, & quod in pari numero, magis credatur testibus deponentibus pro defensione. Masc. concl. 497. nu. 15. vbi infinitos allegat, & magis credatur testibus paucioribus deponentibus pro defensione, quando sunt digniores testibus fisci. Pet. Cabal. in quæst. crim. casu 248. n. 48. cent. 3. & magis creditur testibus deponentibus de delicto non commisso, quam de commisso, latè Menoc. casu 526. n. 5. vbi alios allegat, & reddit rationem quæ est, vt deponentes de non delicto dicantur attestari de eo, quod est naturæ consentaneum, quæ præsumit hominem non delinquere, l. merito, ff. pro soc. idem Menoc. latè de præsumpt. lib. præsumpt. 2.

14 Defensio autem probatur per testes, qui simpliciter deponunt Titium vulnerasse, vel occidisse Caium etiam si non dicant ad necessariam defensionem, sed tantum ad defensionem. Claud. Seyfel. in d. l. vt vim, in l. lect. n. 61. vbi subdit, quod sufficiat si reddant illam rationem, quia viderunt Masc. d. concl. 491. n. 14. & seq. vol. 1. vbi reddit bonam rationem, & concordantes allegat, Mazzol. conf. 11. n. 42. Simon de Pret. conf. 190. n. 3. Bertaz. conf. 312. nu. 3. vol. 2. vbi de cōmuni Farin. conf. 6. n. 13. Idemque erit, quando testes dicunt, quod Titius repercutit statim Caium aggressorem, quia illa distinctio (statim) probat defensionem, vt immediatè, & incontinenti percussit, vt post alios Mazzol. in d. conf. 11. nu. 49. & magis creditur testibus dicentibus homicidium fuisse commissum casu fortuito, & non consulto, quam dicentibus contrarium. Masc. de prob. concl. 497. nu. 16. vol. 1.

15 Fama autem, si probanda erit, non vt quis puniatur, sed pro defensione alicuius incidenter, probatur per testes deponentes simpliciter de audita. Cepol. conf. 58. vers. Item aliter, Ceph. conf. 140. n. 27. & seq. lib. 1. Burf. conf. 69. nu. 14. & seq. lib. 1. Hond. conf. 100. nu. 35. vol. 1. vbi etiam subdit, quod fauor defensionis consideratur etiam circa repulsam testium inductorum pro parte fisci, prout etiam obseruari testatur, post Boss. in tit. de crim. læsæ maiest. nu. 115. & latius tuetur hanc opinionem a contrarijs in conf. 87. nu. 134. & seq. vol. 2. Et licet in criminalibus inhabilitas testis non suppleatur habilitate alterius, nec minus numerus suppleat defectum, hoc intelligitur ad offensam, secus ad defensionem, vt declarat Hond. conf. 87. numer. 133. in fine vol. 2.

16 Reus autem, vel inquisitus pro sua defensione potest vt pluribus remedijs, & defensionibus suis, qui di-

cit, ff. de except. cum habens plures exceptiones, si vna non prodest, non prohibetur alijs vt infra legitima tempora, §. qui autem inst. de excus. tut. c. nullus pluribus de reg. iur. in 6. l. nemo ex his, ff. de reg. iur. l. nemo prohibetur, ff. de except. etiam contrarijs, latè Paris. conf. 169. num. 27. vers. cessabit etiam vol. 4. vbi alios allegat, & in specie Ang. de malef. in verb. fama publica, vers. nono quæro. Paris de Put. de syndic. in verb. tortura, col. 2. vers. viso de indic. indubit. & Moder. Bonon. in conf. 15. n. 15. & in conf. 130. nu. 45. Pacian. de prob. lib. 1. c. 7. nu. 47. & seq. Ac etiā possit vt reus testibus impugnatibus ad detegendam variationem, & contrarietatem, & falsitatem testium. Crau. conf. 9. nu. 16. Rom. conf. 179. nu. 11. vbi Mondos. in addit. in lit. N. vbi alios allegat, & quod ad fauorem carcerati, & defensionis permittatur, vt quis possit vt depositione testis, quamuis impugnata. Hieron. Gabriel. conf. 169. nu. 61. & seq. lib. 1. Crau. conf. 9. nu. 16. Burf. conf. 311. nu. 105. lib. 3. Pab. Turret. conf. 12. nu. 89.

Ac etiam fauor defensionis operatur vt iudex debeat ex se ipso, & ex officio quærere de innocentia inquisiti quocumque, etiam post sententiam, & rem iudicatam, vt dixi supra.

Nec non in probanda defensione insultati, sufficit probatio per solam famam, vt ille prouocatus, & insultatus offenderit prouocantem. Alex. conf. 14. nu. 9. in si. quem in proposito allegat, & sequitur Hercul. in tract. de prob. neg. num. 309. Masc. de prob. concl. 491. nu. 13. lib. 1. Modern. Rom. q. 37. nu. 134.

Ac etiam Aduocatus sciat, quod ad probandam defensionem potest inducere testes alias in ead. causa examinatos per fiscum contra inquisitum: dummodo non inducantur, ad detractionem eorum, quæ pro fisco deposuerunt, vt dixi in defenf. 25. c. 2. in fine.

Defensionis effectus, & priuilegia, quæ sint.

S V M M A R I V M.

- 1 Defensio est omni iure, naturali, gentiū, & civili permessa.
- 2 Defensio est adeo fauorabilis, vt non possit tolli, neque per Papam, neque per Imperatorem, vel per alium Principem, nec etiam de plenitudine potestatis, & si Princeps mandaret reo defensiones tolli, erit intelligendum de defensione ciuili, & non naturali, vel de defensione friuola, & leui, & non de substantiali, etiam si Princeps haberet iustos iudices.
- 3 Defensio si denegetur, inde secuta, & etiam rei confessio sunt nulla, & inquisitus absolui debet.
- 4 Defensione denegata, iudex tenetur in syndicato, & puniatur, & iudex in dubio dicitur dolosus.
- 5 Defensio non potest tolli per Principem, vbi agitur de vita hominis, secus vbi agitur de pœna pecuniaria.
- 6 Item intelligi, vt non possit tollere defensionem inductam de iure naturali, secus de iure positivo.
- 7 Item limita ex aliqua iusta causa, quod iudex potest tollere defensiones.
- 8 Defensio non potest tolli per iudicem habentem liberum arbitrium procedendi sine iuris solemnitate, nec per statutum, sed potest variari forma a iure positivo inducta, ac etiam potest restringi tempus defensionis.
- 9 Statutum tollens defensiones strictè intelligendum est, vt minus corrigat ius commune, quam sit possibile.
- 10 Defensio nec etiam tolli potest per consuetudinem, & si



## Defens. XXIX. Circa priuilegia defensionis. 65

- & si talis consuetudo adesset, non valeret.*
- 11 Offendens ad suam defensionem dicitur coactè offendere, & aggressus semper dicitur fecisse ad suam defensionem.
  - 12 Defendens se ipsum non dicitur delinquere.
  - 13 Defendens se ipsum est tutus in foro conscientia.
  - 14 Offendens clericum ad suam defensionem non incidit in excommunicationem, neque in irregularitatem.
  - 15 Prouocatus impune potest prouocantem occidere, & dicitur fecisse ad suam defensionem.
  - 16 Defensio est permissa contra propriam Patriam, Abbatem, Episcopum, Archiepiscopum, & Cardinalem.
  - 17 Defensio est permissa etiam contra dormientem aggressorem, declara tamen vt hic per Authorem.
  - 18 Defensio est permissa etiam in animalibus brutis, vt Dominus non teneatur dare animal pro noxa.
  - 19 Defensio conceditur etiam in consanguineis coniunctis, vt possint aggredientem alium coniunctum occidere. Item amicus, consocius extraneus potest aggressorem interficere etiam si aggressus non clamat, neque auxilium inuocet, sine insultans sit clericus, sine laicus, cum aggresso nolente, & contradicente. Et etiam licet defendere inimicum capitalem, & talis defensio permittitur contra auxilium praestantes, & adstantes delicto.
  - 20 Defensio permittitur contra illum, qui incipit contra me irruere armatus animo offendendi, nec teneor expectare percuti, & sufficit, vt aggressor veniat cum aliquo fuste, vel instrumento ligneo, seu cum stanga, & sufficit probare solam aggressionem, absque, quod testes deponant me fuisse in discrimine vitae.
  - 21 Defensio probatur per solum insultum, ac praesumitur, quod aggressus vsus fuerit moderamine inculpatæ tutelæ, & dicatur constitutus in discrimine vitae, & erit saltem in arbitrio iudicis, quando aggressus dicatur constitutus in discrimine vitae.
  - 22 Aggressio quomodo probetur, remissuè.
  - 23 Offensio personalis imminens operatur, vt offensio deinde secuta dicatur facta ad defensionem.
  - 24 Preparatio ad offendendum contra aliquem operatur, vt deinde secuta offensio, necessaria dicatur defensio.
  - 25 Aggressus potest aggressorem occidere, qui sine armis, sed tantum manu vacua alapam impingere voluit; declara tamen, vt hic per Authorem.
  - 26 Mina sola probata contra aliquem inducunt defensionem.
  - 27 Aggressus non tenetur aufugere, quando imminet iniuria honoris, ac adesset inimicus a tergo, seu ad spatulas.
  - 28 Defensio permittitur, non solum cum eodem genere armorum, sed etiam diuerso, & fortiori.
  - 29 Defensio est adeo fauorabilis, vt morte non extinguatur, sic potest iustificari post mortem, & maxime in crimine lesæ maiestatis.
  - 30 Homicidio commisso in pura rixa, si nesciatur aggressor, fauore defensionis, homicida non punitur pœna mortis.
  - 31 Defensio permittitur etiam pro conseruatione rerum suarum, & bonorum, declara tamen vt hic per Authorem.
  - 32 Legatus a latere non potest extra suam legationem, iurisdictionalem excommunicare, sed bene fauore defensionis absolueret.
  - 33 Prouocatio operatur, vt prouocatus non puniatur pœna ordinaria, sed alia mitiori, & omnis leuis prouocatio excusat a dicta pœna ordinaria.

Tomus Secundus.

- 34 Rixa auctor non potest allegare fuisse deinde in rixa prouocatum, si occidat aduersarium.
- 35 Sacerdos, si in celebratione missæ offendat, potest offendentem occidere, sed non potest continuare celebrationem post patratum delictum.

### C A P. IV.

**P**lures resultant effectus, & priuilegia in fauorem defensionis, quæ omnia si recensere vellè, oporteret hic compilare vnum amplum tractatum, & nonnulla recollegit, Menoch. de praesumpt. l. 5. praesumpt. 48. latissime, Farin. in q. 125. Jacob. Ayres. in tractat. de Homicid. necess. Petr. Caball. in tract. de omn. gener. homicid. & Doct. in l. vt vim, ff. de iust. & iur. vbi doct. & praecipue Claud. Seyfell. Fortun. hanc Franc. Curt. & Mant. & nouissime multa cumulauit Horat. Carpan. super constit. Mediol. in cap. homicida. Sed pro aduocati instructione, sum contentus referre aliqua magis proficua, & quotidiana, ex quibus poterit deinde causæ defensor lumen habere circa cognitionem aliorum.

**I** Primum priuilegium est, vt defensio sit omni iure canonico naturali, gentium, ac ciuili permissa, l. vt vim, ff. de iust. & iur. l. 1. §. 1. ff. de vi, & vi armat. & alia iura adducta per Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 30. nu. 20. latè Thom. de Saluet. consil. 29. n. 10. to. 2. crim. Menoch. de arb. cas. 277. n. 1. lib. 2. vbi latè exornat istam defensionem latè Farin. q. 125. nu. 10. Iul. Clar. §. homicidium, versiculo excutantur, Bertazzol. consil. 1. n. 1. vol. 2. Flam. Cartar. de execut. sent. cap. bannit. in praefat. nu. 9. Granut. Theorem. 5. n. 7. in fi. Magon. decis. Lucen. 56. nu. 1. & seq. vbi testatur hoc esse receptum omnium gentium more, & consuetudine, latè Sim. de Pret. consil. 189. nu. 1. Hond. consil. 99. n. 9. vol. 1. Mazzol. consil. 71. nu. 4. & seq. vbi dicit, quia appetitus viuendi est insitus a natura, & quilibet speciem suam conseruare desiderat, & consil. 77. nu. 1. Bertazzol. consil. 30. nu. 1. & consil. 312. nu. 1. & seqq. vol. 2. latissime Petr. Caball. in q. crim. cas. 88. num. 2. Cent. 1. vbi concordantes cumulauit, & defensio in genere sumpta, & quatenus concernit defensionem personæ dicitur de iure naturali, sed defensio circa res, & bona dicitur de iure gentium, & forma moderaminis dicitur de iure ciuili Seyfell. in l. vt vim, nu. 1. ff. de iust. & iur. in 1. lect. & in 2. lect. num. 72. tuetur esse etiam de iure diuino, & an defensio sit de iure diuino tradant doct. relati per Horat. Carpan. super nou. const. Mediolani, capit. Homicida num. 337. & per Farinac. q. 125. num. 11.

**2** Et quod non possit tolli, neque derogari per Papam, Imperatorem, vel per alium Principem, Gram. vot. 3. n. 9. & seqq. Marfil. sing. 163. Moder. Rom. q. 36. n. 12. & n. 152. & seq. & latius in q. 125. n. 72. Inò cū sit defensio de iure naturali, nec Diabolo sit deneganda, Hostien. in cap. cū inter extra de except. Socc. consil. 266. nu. 46. vol. 2. Natt. consil. 451. n. 30. vol. 2. Afflic. decis. 391. n. 2. & 9. vbi Vrsill. in addit. ad Moder. Rom. d. q. 39. n. 18. vbi alios allegat, Baiard. q. 49. nu. 53. & seqq. Petrus Caball. in quaest. crim. cas. 88. n. 3. Farin. consil. 16. num. 18. Simon. de Pret. consil. 203. Franc. Person. de indic. & tortura, q. 19. 21. & 98. Decis. Auinionen. 15. num. 5. Andr. Gayl. in tract. de pac. publ. lib. 2. cap. 7. num. 8. Suarez, com. opi. in verb. defensio num. 24.

E



num. 24. Claud. Seyfell. in d. l. vt vim. nu. 2. loquitur in omnibus defensionibus, quæ fiunt in iudicio, & quod non possit induci per statutum, vt quis se defendere non possit ab insultu aggressione, & iniuria post alios quos allegat Carpan. in d. §. Homicida, nu. 336. & late Farin. q. 125. n. 63. & seqq. vbi subdit nec possit tolli a consuetudine.

Nec etiã de plenitudine potestatis, Marfil. in pract. crim. §. expedita nu. 26. §. opportune nu. 61. §. vltima q. n. 22. & adducitur Clem. Pastoralis, vers. cum illa Imperatori tollere non licuerit, vbi glos. in verb. licuerit, & Doct. de re iudic. & §. sed naturalia Inst. de iur. natur. gent. & ciuil. Modern. Rom. dict. q. 39. num. 18. vbi concordantes cumulauit, & ibi testatur de communi, Clau. Seyfell. in l. vt vim, in 2. lect. nu. 2. vbi concludit, quod nec citationem, nec alias defensiones iudiciales possit tollere.

Et, si Princeps mandaret expresse reo defensiones tolli, erit intelligendum de defensione ciuili, non autem de naturali, Bald. in cap. a nobis extra de except. quem sequitur Marfil. in locis relatis per Bursat. conf. 201. n. 104. li. 2. Moder. Roman. d. q. 39. n. 143. vel intelligi debet de friuola, & leui defensione, non autem de substantiali, Bursat. vbi supra; etiam si Princeps haberet iustos iudices, adhuc non potest mandare, vt tollatur reo defensio, quicquid aliter dixerit Lud. cõmun. opi. cõcl. 38. illat. 98. vt bene voluit. Rolan. conf. 52. n. 97. l. 3. & sequit. Moder. Rom. q. 39. n. 21. & seqq.

Et omnia, quæ sequuntur, si denegatur defensio, sunt nulla, & si emanauerit rei confessio, adhuc confitentem non afficiat, sed inquisitus debeat absolui, vt refert Laurent. decis. Auen. 15. per totam, & est rex. in clem. Pastoralis in fin. de sent. & re iudicat. Amod. Justin. concius meus in tract. de syndicat. num. 223. in fin. Marfil. conf. 95. num. 7. & 10. Angcl. de malefic. in verb. quod fama publica n. 37. Vulpell. respons. 21. n. 6. & de communi. Modern. Rom. q. 39. num. 84.

Iudexque procedendo denegatis defensionibus, tenetur in syndicatũ, & punitur. Par. de Put. de syndic. in verb. condemnatio, cap. 4. n. 1. & 14. in fin. ubi subdit, quod iudex denegans defensionem dicitur homicida Marfil. confil. 56. nu. 16. & in §. nunc videndum nu. 19. in pract. vbi etiam dicit, quod iudex denegans defensionem, in dubio, dolosus dicitur Nouell. in Pract. ad defens. in §. An iudicia pro reo num. 11. Plot. de in lit. iur. §. 30. n. 9. de iure iur. Roland. confil. 12. n. 44. & 58. lib. 2. Modern. Rom. q. 39. nu. 73. vbi de communi, Frac. Person. in tra. de iudic. n. 20. in fin. & n. 95. in fin.

Quinto limita, & intellige, vt procedat in causa criminali, vbi de vita hominis agitur, vt Princeps minime tollere possit reo defensiones, secus vbi agitur de causa ciuili, vel pecuniaria, vt per Bursat. conf. 201. nu. 103. & seqq. lib. 2. & ita declarat Alex. in plurib. consper cum alleg. & sequitur Modern. Rom. in d. q. 39. num. 18. in fine.

Secundo intellige, & declara, vt Princeps non possit tollere defensionem, quæ a iure naturali, vel gentium prouenit, & sic eam, quæ ex mera innocentie crimen excludit, secus autem si proficiscatur ex exceptionis introductis a iure ciuili positiuo, quia, sicut illud sine causa condere potest, ita etiam eodem Imperio tollere valet. Afflic. decis. 391. sub nu. 3. Paris de Put. de syndicat. in verb. condemnatio, cap. 4. nu. 5. & seqq. fol. 151. A fin. in Pract. iud. §. 31. cap. 34.

nu. 5. & seqq. vbi de communi, Carrer. in pract. crim. in 2. Tract. de indic. & tortur. §. 10. casus est num. 28. Seyfell. in d. l. vt vim num. 5. in 1. Lect. & in 2. Lect. in 7. & ibi ponit exempla.

Tertio limita, quando uigeret aliqua iusta causa, quia tunc per Principem possunt tolli defensiones. Dec. in cap. dilecti n. 36. de except. Vasquez contro. iur. lib. 1. cap. 31. num. 9. & latius in cap. 36. num. 1. Tiraquel de pen. in præfat. num. 44. & de communi Modern. Rom. in q. 39. num. 24. vbi tamen subdit, quod vix possit dari specialis causa in Principe, quando possit defensionem tollere, quia Doctores exemplificant in delicto plusquam notorio, vel quando timetur de populi tumultu, vt per Vasq. d. cap. 36. num. 1. idem Farinac. confil. 103. num. 6. & latius in quæst. 125. num. 19. vt ex aliqua causa possit per Principe, uel per statutum tolli defensio, & Ang. in l. vt vim, numer. 3. ff. de iust. & iur. exemplificat quando defensio esset iniusta, vel si defensio tolleretur propter demerita, vt per Castrenf. in d. l. vt vim, num. 4. Dec. num. 4. & 23. Seyfel. num. 24. Mant. nu. 8. in fine Bologn. num. 16. in quibus casibus etiam iudicibus ordinarijs licitum est, ac etiam necessarium, defensiones tollere Claud. Seyfell. in dict. leg. ut vim, in 2. lectur. numero 12. & ibi ponit illam quætionem quando in Principe præsumatur iusta causa auferendo defensionem.

Nec etiam per quemcumque iudicem habentem liberum arbitrium procedendi, & sine iuris solemnitate possunt tolli defensiones, Bofs. de indi. & confiderat. num. 74. vbi loquitur in Capitaneo Iustitiæ Mediolani, Brunor. a sol. in confil. vnico crim. num. 120. qui loquitur in Governatore Urbis, Afflic. dict. decis. 391. sub nu. 2. vbi Vrsill. etiam sub nu. 2. Decis. Auenion. 15. num. 4. & 5. Modern. Rom. q. 39. nu. 15. & seqq. vbi de communi, Rim. iun. confil. 290. num. 10. lib. 3. Franc. Person. de indi. & tortur. sub nu. 20. Claud. Bertaza. ad Patrem confil. 130. in lit. A, in 4. ampliat. cartar. in pract. de interrogat. reor. lib. 4. c. 1. num. 167. & seqq.

Nec etiam tolli potest per statutum, Marfil. in l. vnus, §. cogniturum numer. 59. 73. 75. de quæst. & confil. 8. numer. 30. Roland. confil. 12. num. 55. lib. 3. Modern. Rom. d. q. 39. numer. 25. & facit illa uia ratio, quia si Princeps non potest reo defensionem denegare, vt supra dixi, multo minus hoc fieri potest per statutum, Carta. dict. lib. 4. cap. 1. num. 166. Farin. q. 125. num. 13. & seqq.

Sed per statutũ potest variari forma a iure positiuo introducta circa defensionem, Felyn. in cap. dilecti num. 7. extra de except. A fin. in prax. iud. §. 31. capit. 34. num. 5. & seqq. Carta. de execut. sent. cap. 3. numer. 34. & 37. vbi post alios, quos allegat, firmat per Principem, & per statutum posse restringi, & modificari tempus defensionis, cum limitare tempus ad se defendendum non sit tollere defensionem, vt late etiam firmat in dicto cap. 3. num. 47. & seqq. Seyfell. in dict. l. vt vim, numer. 6. in prima lectur. in secunda lect. numer. 11.

Sed simile statutum restringens firmam, & solemnitate defensionis, licet valeat, tamen strictissime intelligi debet, vt minus corrigat ius commune, quam sit possibile, Alex. confil. 19. numero 9. volum. 1. Anan. confilio 599. in fine, Roland. confilio 97. nu. 23.



n. 23. vol. 2. & magis in terminis Rim. iun. consil. 290. nu. 16. lib. 3. Cartar. de interrogat. rei, lib. 4. cap. 1. nu. 205. vbi concordantes cumulauit.

20 Nec etiam per consuetudinem defensiones tolli possunt, quia, si non est permillum Principi, neq; statuto, multo minus conceditur consuetudini, & si adfset talis consuetudo in contrariū, non valeret, ut post Alex. de Neuo. in consil. 86. firmat Bonacof. cōmun. opin. p. 1. sub uers. iudiciorum copia fol. 88. a tergo in fine, Farin. q. 125. nu. 17. & quomodo talis consuetudo, quæ in aliquibus locis uigere dicitur, ut Neapoli, & Ferrarię in Ciuit. Lucana, ac in urbe Tribuna li Gubernatoris urbis, intelligat, dixi supra suo loco.

11 Secundum priuilegium est, quod offendens ad sui defensionem, non præsumatur uoluntariè, sed coactè offendere, & occidere, Gram. conf. 29. nu. 26. Bertaz. conf. 1. num. 15. uol. 1. Bal. in cap. 1. §. si quis uerò de pac. iuram. firman. dicit, quod rixa, & metus instantis periculi sunt pessimi consultores, sequitur Tiraq. de peri. caus. 1. n. 7. Magon. decif. Lucen. 16. n. 3. Quia natura docet constitutum in periculo uitę studere prius salutis suę, quam alterius, propter insitum a natura uiuendi appetitum, Mazol. consil. 1. n. 61. Ac etiam præsumitur magis calore iracundię, quam dolo deliquisse, Soc. iun. consil. 36. nu. 9. & seq. vol. 2. & semper præsumitur aggressum fecisse ad suam defensionem, Mazzol. dict. conf. 1. n. 27. Ac etiam aggressor dicitur magis occisus a se ipso, quam ab aggresso, & a se defendente, Gram. conf. 29. n. 10. Bertaz. conf. 1. n. 3.

12 Tertium est priuilegium, ut se defendens non dicatur delinquere, Gram. conf. 29. nu. 11. & 13. Marfil. in §. quando n. 8. 1. in pract. Ant. Gomez tit. de delict. cap. 3. nu. 20. vbi de communi Soc. iun. consil. 36. nu. 8. vol. 2. Flam. Cart. in tract. cap. Bannit. in præfat. nu. 15. Mazzol. consil. 7. n. 20. & seqq. vbi subdit, quia quis non potest habere præ manibus stateram: Immo qui non se defendit, neque iniurię resistit, cum possit, est in uitio, ac si parentes, & patriam desereret, & crudelis dicitur qui suam famã negligit, post alios quos allegat Mazol. d. consil. 7. n. 10. & 21. Imo insultatus si se defendere valeat, & permittat se occidi nulla iusta subsistente causã peccat, ac si se ipsum occideret Castren. in d. l. ut vim. nu. 9. vbi Salamon. nu. 5. ff. de iust. & iur. de cuius ueritate, uide Iacob. Ayner. in tractat. de homicid. necess. p. 1. num. 395. usque ad num. 410.

13 Quartum priuilegium est, ut offendens, seu occidens ad suam defensionem sit tutus in foro conscientię, Iul. Clar. §. homicidium, uers. excusatur, & uers. seqq. Hond. conf. 99. n. 10. vol. 1. Mazzol. conf. 11. nu. 34. latè qui alios allegat Farin. q. 25. nu. 20. vbi testatur de receptissima opinione Theologorum, & Granu. Theore. 5. num. 7. in fin. dicit, quod in tantum permittitur defensio ut fieri possit per phas, & nephas, & post alios Baiard. §. homicidium numero. 76. ponit notabile dictum de Præsbytero occidente aliū in actu celebrationis Missę, de quo latè dicam infra Horat. Carpan. dict. cap. homicida, nu. 338. & seq. vbi etiam firmat, quod se defendens non teneatur, neque ad expensas, damna & interesse, nec incidat in pœnã irregularitatis, Plot. in l. si quando nu. 701. C. vnd. vi. Crau. conf. 119. nu. 71.

14 Quintum est priuilegiū, ut, si quis offendat clericū prouocantem, uel aggredientem, non incidat in excō-

*Tomus Secundus.*

municationem, nec in pœnã irregularitatis, cap. sciat el. i. uers. si. de homicid. vbi communiter Doct. ut testatur Ant. Gomez. tit. de delict. c. 3. nu. 20. uers. Imò hoc casu. Grat. consil. 105. n. 2. vol. 1. Farin. q. 125. nu. 31. & seq. vbi alios allegat Vgolin. de censur. p. 2. cap. 11. num. 2. & seq. vbi dicit etiam, quod quis nō teneatur expectare percussu a clerico, Iacob. Ayner. in tract. de Homicid. necess. p. 1. n. 63. Horat. Carpan. d. c. Homicida, n. 353. Prax. Archiep. Neapol. c. 24. n. 9. vbi tamen declarat nisi excefferit modum in se defendendo.

15 Sextum est priuilegium, ut liceat impunè ad sui defensionem occidere, l. ut vim; & ibi notant omnes, & præcipue Dec. n. 6. & seq. de iust. & iur. Marfil. consil. 4. n. 5. & seqq. Iul. Clar. §. homicidium, uers. excusatur, & uers. seqq. Menoch. conf. 41. nu. 25. lib. 1. Honded. consil. 99. num. 9. vol. 1. nec puniatur pœna legis nec pœna Statuti Carpan. d. cap. Homicida, num. 335. vbi concordantes cumulauit, & Farin. q. 125. numer. 3. qui etiam alios ferè infinitos cumulauit Iacob. Ayner. in tract. de Homicid. necess. p. 1. nu. 1. & in Rubr. de triplic. gener. Homicid. nu. 41. usque ad numer. 86. vbi ad contraria respondit. Et hoc procedit, tam quoad pœnam ordinariam, quam extraordinariam euadendam, Dec. conf. 102. n. 27. tom. 1. crim. Diuers. Sim. de Pret. conf. 190. nu. 7. sub uers. 5. omnes, vbi testatur, ut nec possit pœna pecuniaria irrogari, latè Honded. consilio 99. nu. 11. vol. 1. & in fine dicti cons. refert illū Scipionem Vermigholum Perusinum ex ordine Sacræ Cōsultę fuisse absolutum. Bertazz. conf. 3. 12. per tot. vol. 2. ibi in fine etiam refert, quod ille Notarius fuit penitus absolutus à pœna occasione homicidij ad sui defensionem commissi, quia fuerat insultatus cū quadam stang. Ias. consil. 133. per tot. vol. 1. cōsultuit etiã in crimine homicidij quemdam Liuium esse penitus absoluendum, & idē uoluit in crimine homicidij Farin. conf. 6. nu. 30. Baiard. §. homicidium nu. 7. etiam si Statutum diceret, quod homicida pœna mortis puniri debeat: & quomodo probetur homicidium ad sui defensionem factum, late Mascard. de probat. conclus. 1126. per totam.

Quia prouocatus censetur omnia fecisse ad suam defensionem Soc. iun. conf. 36. nu. 8. vol. 2. Rim. iun. cōf. 360. n. 6. & latè in conf. 440. n. 2. vol. 4. Hond. cōf. 99. num. 24. vbi de communi, & alios allegat Mazzol. conf. 11. n. 27. Mascard. de probat. concl. 490. n. 1. vol. 1. vbi infinitos alios cumulauit: cum non præsumatur in dolo. Rim. iun. d. cōf. 360. n. 61. Mazzol. conf. 11. n. 24. & 30. latè Farin. conf. 2. n. 14. vbi alios allegat: cum prouocatus nō possit habere stateram præ manibus, & dare vulnera ad mensuram. Marfil. in §. quoniam n. 83. in pract. & nu. seq. refert illud uulgare dictū (homo assaltato mezo perduto) Bertazzol. conf. 1. nu. 38. & seqq. uol. 1. Mazzol. conf. 11. n. 24. & 61. conf. 71. nu. 20. & seq. Magon. dec. Lucent. 56. nu. 3.

16 Septimū priuilegiū est, ut defensio sit permilla contra propriã Patriã cōtra Abbatē, cōtra Episcopū, Archiepiscopū, Cardinalē, contra Imperatorē, & cōtra quoscūque Superiores, ut est latè uidere p. Flam. Cart. in tract. de execut. sent. in præfat. n. n. & seqq. vbi cōcordates super quolibet capite cumulauit, & latius Farin. q. 125. n. 33. seq. & q. d. in filio contra patrē, & in seruo cōtra dominū uide Scytell. l. ut uim. n. 19. ff. de iust. & iur. ubi uidetur cōcludere, qd liceat eis p. defensione te defendere, & resistere, secus p. defensione rerū, & latius



vide Carpan. d. §. Homicida, numero 386. & seqq. vbi declarat quando liceat pro sua defensione occidere Imperatorem, vel quemcumque alium Superiorem, & in quibus casibus non liceat aliquem occidere etiam pro sua defensione, & plures alias limitationes tradit Farin. in q. 125. num. 101. cum plurib. seqq.

17 Octauum priuilegium est, vt quis possit impune vulnerare, & occidere dormientem aggressorem, qui in somnis surgit, & alium aggreditur causa offendendi, vt post Bar. tradit Ant. Gomez. tit. de delict. c. 3. nu. 20. in fin. Marfil. sing. 375. Stulti non, Bal. in repet. l. 1. num. 57. vnde vi. Baiard. §. homicidium, nu. 78. vbi tamen subdit, quod ipse credit esse verum quando insultatus non possit auferre, secus si possit auferre, quia non esset ei dedecus, & tunc puniatur poena extraordinaria: cuius opinio, non mihi displicet, idemque est dicendum quo ad poenam irregularitatis, Vgoli. de censur. parte 2. cap. 11. num. 4. Farin. q. 125. num. 35. & seqq.

18 Nonum est priuilegium, vt permittatur etiam defensio in animalibus brutis, Claud. Seyfel. in Rubr. de iust. & iur. num. 34. vbi subdit, quod ista defensio dicitur de iure naturali, & ideo si aliquod animal aggrediatur aliud causa nocendi, & se defendendo, illud animal occidat, eius dominus excusatur, vt non teneatur emendare, neque dare animal pro noxa, l. 1. §. cum Arietes, ff. si quadr. paup. feciss. dicat, vbi gloss. & communiter Doct. vt testatur Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. nu. 20. versiculo imò etiam in animalibus. Marfil. in §. quoniam, num. 62. & seqq. in Pract. Sim. de Pret. consil. 189. sub num. 1. & si constiterit de animali aggressore, eius Dominus tenetur ad emendationem damni, siue ad noxam, vt consuluit Andr. de Alfer. consil. 18. per tot. tom. 2. crimin. diuersor. Secus vero si non constiterit de aggressore, quia nullus Dominus tenebitur. Lud. de Alfer. in Addit. ad Andr. de Alfer. in d. consil. 18. num. 76.

19 Decimum priuilegium est, vt defensio consideretur, non solum in ipso aggressore, verum etiam in quolibet consanguineo, vel coniuncto, quod possit occidere aggredientem alium consanguineum, vel coniunctum, lat. consil. 86. num. 2. vol. 3. Bellam. in tit. de homicid. nu. 59. Petr. a Plach. Epithom. delict. libro 1. cap. 28. nu. 21. & seqq. vbi in specie loquitur pro defensione filij, vel patris: idem loquitur latè Mascard. de probat. concl. 490. nu. 10. volum. 1. Adden. ad Farinac. consil. 2. in lit. D, in princ. Menoch. de arb. casu 361. n. 10. & seqq. Clar. in §. homicidium, vers. Item locum, Villalob. com. opin. in lit. O, nu. 20. & seqq.

Imò etiam amicus pro defensione amici, consocij, seu alterius secum deambulantis potest insultantem offendere, Plach. d. cap. 28. nu. 28. Herculan. de caut. de non offend. cap. 52. nu. 23. & seqq. Duenn. reg. 303. in fine, vbi loquitur de famulo occidente aliquem ad defensionem sui domini, Add. ad Farin. d. cōs. 2. in lit. D, Dec. consil. 469. num. 3. & seqq. Gram. consil. 56. nu. 25. Bertaz. consil. 473. nu. 2. vol. 2. Baiard. in §. homicidium num. 8.

Ac etiam procedit in extraneo, qui potest impune occidere insultantem alium extraneum, latè Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 3. num. 21. vbi alios allegat, & refert defendisse quemdam mediatorem a poena mortis. Petr. a Plac. dict. cap. 28. num. 21. & 23. Add. ad Farin. dict. consil. 2. in lit. D, Et quando mediator

interfecit rixantem, vel interfectus fuit, vide Boer. decil. 83. & Menoch. cas. 342. numer. 9. lib. 2. vbi concludit, quod talis mediator sit puniendus poena arbitraria, dummodo non adfit dolus.

Et hoc procedit, siue insultatus clamet, & petat auxilium, siue non, vt post Anan. testatur Ant. Gom. d. cap. 3. num. 21. vers. quod extende modo, latè las. in consil. 86. num. 2. vol. 3. Baiard. §. homicidium nu. 83. siue etiam insultans, vel aggressor sit laycus, vel clericus potest occidi per consanguineum, vel attinentem, vel per extraneum, Anton. Gomez. d. cap. 3. num. 21. vers. item etiam modo, Plac. dict. capit. 28. num. 29. Imò liceat defendere etiam inimicum capitalem, potest Bal. Eug. consil. 90. nu. 36. & 37. dicit, vt liceat defendere aggressum etiam nolentem, & contradicentem. Imò si volens defendere extraneum alium occidat, non puniretur, secundum communem opinionem attestatam per Viui. comm. opin. in verb. defendere off. nsum num. 4.

Quod intellige, quando consanguineus, vel extraneus erat constitutus in discrimine vitæ, & tunc consanguineus alter, vel extraneus possit aggressorem impune occidere, secus vero, si non esset ita constitutus, quia puniretur saltem poena extraordinaria, Plach. cap. 27. n. 10. & cap. 28. nu. 27. circa fin. vers. si sanè mediator. Ant. Gomez. d. cap. 3. num. 21. Add. ad Farin. d. consil. 2. in lit. D, in fi. vbi reprobant Socca. in reg. 444. Et ob id si occidat insultantem aufugientem, teneretur de excessu, & puniretur poena extraordinaria. Plac. d. cap. 28. num. 7. Duenn. reg. 192. in §. ampliat. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 3. num. 24. latè Marfil. consil. 137. n. 11. & seqq. & num. 19. & seqq. Farinac. consil. 2. num. 6. & 14.

Ac etiam defensio, non solum consideratur respectu principalis insultantis, sed etiam respectu aliorum adstantium ad eius fauorem, qui adstantes possunt etiam licite offendi per ipsum iniultatum, Thom. de Saluet. consil. 29. num. 6. tom. 2. crim. & post alios, quos allegat, Mascard. de probat. concl. 490. numer. 12. vol. 1. etiam si isti adstantes non dederint causam rixæ, & non fuerint offensi per ipsum offensum, sed per alios l. lex Julia in fine, ff. ad leg. lul. repetund. Roman. in l. cum mulier num. 66. vers. aduerte tamen, ff. solut. matr. Marfil. in pract. crim. §. quoniam num. 94. vbi alios allegat, Carrer. in pract. in tract. de homicidio, & assass. §. 7. excusat. numer. 3. Tiraq. de poen. caus. 1. num. 10. Boss. tit. de homicid. n. 58. & seqq. Moder. Rom. consil. 2. n. 5. vbi post Boss. loquitur in fratre post stimulo defensionis fratris rixantis occurrente, & occidente alium tertium non rixantem.

20 Vndecimum priuilegium est, quod statim, quod videq. aliquem irruere, vel venire contra me armatum animo offendendi, possum eundem percutere, vulnerare, & occidere, & non teneor expectare me percuti. Bar. in l. & si quæcumque in princ. ff. ad l. Aquil. Ang. de malefic. in verb. & dicto Titio se defendente numer. 13. & seqq. Corn. consil. 107. n. 4. lib. 1. las. cōs. 125. n. 4. in fine vol. 1. Iul. Clar. §. homicidium vers. sed quomodo Grat. consil. 47. n. 13. vol. 2. Hond. consil. 99. n. 13. & 25. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 490. n. 1. & 2. vol. 1. vbi alios allegat, Mazzol. consil. 71. n. 12 & cōs. 77. n. 17. & latissime Petr. Caball. in q. crim. cas. 88. nu. 4. vbi etiam concordantes allegat, latissime Farin. q. 125. n. 57. & seqq. & n. 74. vbi concordantes fere



ferè p duas columnas cumulauit Baiard. ad Iul. Clar. in §. Homicidium, n. 102. Mascard. concl. 491. n. 3. & conclus. 1126. n. 3. & seqq. Iodoch. in pract. crim. c. 76. nu. 2. & 5. Iacob. Ayren. in tract. de Homicid. neceff. p. 2. nu. 46. & 323. Sed Claud. Seyfell. in l. vt vim, in l. lect. n. 55. ff. de iust. & iur. dicit procedere quando certū est, q̄ quis fuerit insultatus, secus si in dubio, quia tunc debet probare ipsam aggressuram, vel saltem, q̄ nō potuit aggressus euadere offensam nisi occideret, & latius in secunda lectur. num. 63. vers. Prædicta, vel requiritur, quod aggressor sit solitus comminatā percussorem, vel insultū exequi Far. q. 125. num. 76.

Et sufficit vt aggressor veniat aduersus me cū magno fuisse, vt possim impunè illū occidere, vt post alios quos allegat, firmat Bertazzol. consil. 312. n. 8. & seq. vol. 2. vbi plus dicit, sufficere lignum etiā non magnū, & loquitur in stanga. Quia eo casu eram constitutus in periculo, & idē quicquid feci, dicitur me fecisse licitè, & sine culpa. Iustin. Bōdin. cōf. 103. n. 1. & seq. tom. 2. crim. Tho. de Saluete. cōf. 29. num. 6. eod. tom. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 3. n. 22. vbi alios allegat, & refert, q̄ Ang. in lis, qui aggressorem. C. de ficar. tradit veram formam Aduocatis Articulandi, & practicandi, quē esse in discrimine vitę Gram. decil. 5. n. 17. & seqq. consil. 29. n. 12. 13. & 10. Marf. in Prax. §. quoniam n. 66. vers. dicit postea; Rim. iun. consil. 360. num. 66. vol. 4. Hier. Magon. decil. Lucen. 56. n. 4. Petr. Caball. d. cal. 88. nu. 4. vbi etiam cōcordantes allegat, & maximè dicit procedere, si ille veniret cōtra me scilicet armatus, sed Seyfell. d. l. vt vim. n. 60. in l. lect. dicit esse verum quando insultus esset factus cum armis valde offensibilibus, secus si sine armis, vel cū leui baculo ita, quod verisimiliter non esset in magno periculo, quia tunc erit probandum, quod aliter non potuit euadere, & sic probare necessariam defensionē, & maximè quando adesset aliqua præsumptio contra aggressum, vel requiritur, quod veniret animo offendēdi, vaticinando, vel quia erat inimicus, vel quia fecerit aliquē actū offendēdi cū armis, vel cū clamore, vel quia deferebat arma euaginata contra me, Bolog. in d. l. vt vim, n. 39. Masc. cōf. 64. n. 21. to. 1. crim. q. 125. nu. 62.

Et eo casu retenta opinione, quod sufficiat vt quis irruat armatus contra alium dicitur probata necessaria defensio, nec teneor aliter in specie necessitatē defensionis iustificare, & me fuisse in periculo vitę. Iul. Clar. §. homicidium, vers. sed quoquo modo, vbi de cōmuni, & practicata opin. Bero. consil. 194. nu. 12. lib. 2. & de com. Mascard. de probat. conclus. 1126. n. 9. & seq. q̄ est testat de cōmuni. Hōd. cōf. 99. nu. 13. in fin. l. 1. et de cōmuni, Sim. de Pret. cōf. 189. n. 14. Grat. cōf. 47. n. 11. vol. 2. Mazol. cōf. 71. n. 12. & seq. vbi subdit, vt sufficiat, q̄ probabiliter poteram de offensione dubitare, & cōf. 77. u. 17. & seqq. latè Claud. Seyfell. in l. vt vim. nu. 54. & seqq. ff. de iust. & iur. in l. lectura.

Quia sufficit probare simpliciter defensionē, absque illa qualitate, ad necessariā defensionē, vt post alios, quos allegat, de cōmuni testatur Mascard. de probat. conclus. 490. nu. 16. vol. 1. Mazzol. consil. 71. n. 16. vbi firmat hanc esse veram, humaniorem, & meliōrē opinionem, & esse amplectendā; & Seyfell. in d. l. vt vim in 2. lect. nu. 91. docet quod defensio, quæ concernit periculū personæ, sufficit, quod verè, vel præsumptiuè probetur, vbi declarat, q̄ vere probetur quādo testes concludunt de tali factō per quod apparet non

Tomus Secundus.

potuisse aliter vitari periculum, vt si aggressus erat coangustatus, & alius eum prosequeretur gladio, & q̄ non poterat euitare periculū, nisi illum occideret; Præsumptiuè autem quando factū non deducitur nec probatur præcise, sed ex facto ex quo testes deponūt, potest coniecturari, vt ipse aggressus potuerit verisimiliter dubitare offendi, & ibi ponit multa exempla.

Inno postquam me percussit insultans, rixa non finita, quia possum dubitare ipsum velle me iterum repercutere, possum illum impunè interficere. Hond. consil. 99. n. 44. vol. 1. vbi alios allegat, Mazzol. cōf. 11. n. 50. 51. & 67. post Gram. consil. 40. num. 3. & seq. latè Farin. q. 125. n. 77. & seq. Bertazzol. consil. 362. n. 7. vol. 2. & in consil. 1. nu. 34. post Bertrand. in consil. 290. nu. 13. dicit, quod potest insultatus aggressorem in terra prostratum percutere, ac vulnerare, cum potuerit timere, ne amicus, vel coniunctus illius veniret ad opem illi præstandam, sequitur Baiard. §. homicidium, num. 91. Sim. de Pret. consil. 189. num. 14. Farin. d. q. 125. num. 79. Et ob id Aduocatus, ad tollendas omnes difficultates, debet articulare, quod aggressor stabat, & se præparabat ad iterū percutiēdū. Mazzol. d. consil. 11. n. 83. & consil. 13. n. 26. & seq. vbi de cōmuni, licet etiā in dubio semper præsumatur animus iterū percutiēdi, nisi probetur contrariū p̄ Fiscū Seyfell. in d. l. vt vim. in 2. lect. n. 93. vers. & prædicta oīa.

Si vero, postquam me insultans percussit, aufugiat, & ego ipsam persequar, & eundem interficiam, potius ad vindictam, quam ad defensionem dico, illum interfecisse. Bar. in l. si ex plagis §. Tabernarius, ff. ad leg. Aquil. Franch. de cap. lista, consil. 42. col. 1. vers. alius casus est q̄n vulneratus inter consil. Cepoll. crim. latè Farin. q. 125. n. 80. vbi de communi, & ob id qui percussorē clericum percussit, quando verum erat, q̄ clericus nolebat amplius percutere, vt sit excōmunicatus Vgolin. de censur. p. 2. cap. 11. §. propoluimus n. 4. vers. Quis ergo postea, sed non debeo puniri poena ordinaria homicidij, sed alia extraordinaria. Iul. Clar. §. homicidium, vers. scias tamen, vbi de cōmuni, Hond. d. consil. 99. nu. 43. vol. 1. vbi declarat Bar. in d. l. si ex plagis §. Tabernarius, ff. ad leg. Aquil. Mazzol. consil. 11. n. 24. consil. 13. n. 30. latè Petr. Caball. in resolut. crim. cent. 1. cal. 13. n. 5. & seq. & in tract. de omni genere homicidij n. 231. vbi alios cōcordantes cumulauit, & dicit hanc opinionem tamquam mitiōrē esse sequendam, licet non careat cōtradictoribus. Baiard. §. homicidium n. 90. vbi cōcordantes allegat; Quinimo insultatus non peccat in sequendo aggressorem pro defensione sui honoris, vt post Nauarr. in Manual. c. 15. n. 4. tom. 1. Baiard. d. §. homicidium num. 93.

21 Duodecimum est priuilegium, vt sufficiat probare me fuisse insultatū à Titio, quia possum illū impunè percutere, & cēsetur me fecisse ad necessariā defensionē absque alia probatione; & sufficit, vt probetur sola aggressura; sine illa qualitate, me fuisse positū ex illo iniultu in discrimine vitę, vt de cōmuni testatur Iust. Badin. consil. 103. nu. 3. tomo 2. crim. diuers. Gram. consil. 18. n. 1. & seqq. Dec. cōf. 102. n. 24. & seq. Bertazzol. consil. 307. n. 7. lib. 2. vbi de cōmuni, & in consil. 1. n. 18. & seq. vol. 1. de magis cōmuni, Hond. consil. 99. nu. 14. in fin. & nu. 44. lib. 1. dicit, quia cēsetur fecisse, ne iterum percuteretur, quia qui incēpit percutere cēsetur semper in culpa, & habere animum iterum percutiēdi, & ob id percussio sit licita defensio,

H 3 Bertazz.



Bertazz. consil. 312. n. 7. vol. 2. vbi post alios, quos allegat, etiam dicit, quod, dum insultans est in rixa, & in actu reperiendi, semper censetur habere animum iterum percutiendi.

Quia cōsulto de aggressura, vel insultu, absque alia probatione, præsumitur insultatum fuisse positum in discrimine vitæ, & ad sui necessariam defensionem aduersarium interfecisse. Bero. consil. 194. nu. 8. & seq. lib. 3. Alex. consil. 109. n. 2. lib. 1. vbi de communi, latè Farin. q. 125. num. 57. vbi alios adducit, & testatur de comm. & magis com. opinione, vt excusetur homicida non solum a pœna ordinaria, sed etiam a pœna extraordinaria. Hond. consil. 99. n. 14. vers. qui dicitur vol. 1. I. hom. de Sauiet. consil. 29. nu. 9. to. 2. Crim. vbi firmat maximè procedere, si aggressor arma deferebat. Mazzol. consil. 11. num. 29. & 47. post Bal. dicit, quod defensio dicitur probata, quando, si omissa fuisset, omittens verisimiliter esset periturus, vel efficiendus deterior, & in consil. 71. num. 16. testatur de communi, & veriori, & in consil. 77. num. 17. & seqq.

Ac etiam præsumitur, quod aggressus seruauerit moderamen inculpatae tutelæ, cum aggressor de operam rei illicitæ, & aggressus rei licitæ, & ob id, fauore defensionis præsumitur, quod incontinenti, & cum moderamine percussit. Aleiat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 39. Mazzol. consil. 11. nu. 44. & ob id excusetur ab omni pœna ordinaria, & extraordinaria. Boer. decis. 168. n. 6. vers. alias, & n. 7. vers. Quia insultans Farin. d. q. 125. sub num. 58. vers. sed tu dicas.

Ac etiam in discrimine vitæ quis dicitur constitutus, quando fuit vulneratus. Alex. consil. 106. nu. 3. lib. 1. Dec. in l. vt vim, n. 17. vers. & dicitur ff. de iust. & iur. Hond. cōf. 99. n. 15. & 26. vol. 1. vbi etiam alios allegat.

Item dicitur quis constitutus in discrimine vitæ ex solo insultu cum armis. Boer. consil. 194. n. 9. & seq. lib. 3. Alex. consil. 109. n. 2. vbi de communi lib. 3. Ias. consil. 52. nu. 17. & seqq. tom. 2. crim. diuers. & ibi Campegn. nu. 53. nu. 1. & seq. & Iustin. Bondin. consil. 103. nu. 3. eod. tom. Bertaz. consil. 307. num. 7. lib. 2. Honded. d. consil. 99. n. 14. Imò Mazzol. consil. 11. nu. 76. dicit, quod quis dicitur constitutus in discrimine vitæ per iniuriam personalem, & quod nihil refert, an iniuria sequi possit sine armis, vt pugno, maxillata, pila ferrea, vel simili genere armorum, vel alio instrumento, vel cum pignatta. Alex. consil. 76. vol. 1. vel cum pugno, vel cum maxillata, si aliter iniuriam euadere non possit, si occidat, nō teneatur pœna homicidij, vt post alios, quos allegat, tradit Baiar. §. homicidium, num. 114. nisi volens offendere pugno, vel maxillata, esset nimis robustus, vel alia similis circumstantia resisteret, Mazzol. d. nu. 86. circa finem.

Itē est in arbitrio iudicis iudicare, quando quis dicatur esse constitutus in discrimine vitæ, & fecisse ad suam necessariam defensionē, & si velit rectè iudex arbitrari, fingat se esse in hoc discrimine, vt respondet, & bene Gerard. Mazzol. d. consil. 11. nu. 60.

22 Aggressio quomodo probetur, videat aduocatus pro nunc Cepol. consil. 29. Hercul. de caut. de nō offen. cap. 30. Vulpel. respō. l. 18. Menoch. de arb. caus. 363. lib. 2. Mascard. de prob. concl. 71. & 72. vol. 1. & doct. add. per Baiard. q. 60. nu. 67. 70. & 71. & per Add. ad Farin. consil. 6. in litt. D.

23 Decimumtertium priuilegiū est, quod si imminet aliqua personalis offensio, vt dicatur qui se defendit

fecisse ad suam defensionem, secundum communem opinionem attestatam per Alex. in consil. 76. n. 2. vol. 1. latè Iul. Clar. §. homicidium, ver. siculo, sed quoquomodo, vbi firmat ab hac opinione, & practica non esse recedendum, quicquid Menchiac. in contrarium tenuerint, Mazzol. consil. 11. num. 53. Bertaz. consil. 312. num. 10. vol. 2. vbi de magis communi, Add. ad Magon. decis. Lucen. 53. in lit. A, in fine, Baiard. in §. homicidium, num. 73. latè Farin. q. 125. num. 83. vbi concordates cumulauit, & ibi ponit duas declarationes, & prima est quando ex iniuria personali inferri possit periculum vitæ, vt si cum armis aptis ad mortē inferatur iniuria; secunda est, & ista est verior quando aliter iniuria personalis euadi non possit, nisi occidendo, quamuis iniuria non inferatur cum armis aptis ad periculum mortis. Quomodo sit articulanda, & probanda defensio isto casu latè Seyfell. in d. 1. lect. l. vt vim, n. 53. & seqq. & dixi supra.

24 Decimumquartum priuilegium est, quod sufficiat aggressorem se præparasse contra aliquem, vt ille possit verisimiliter dubitare offendi, vt intret defensio, & transferat onus probandi in aduersariū, Claud. Seyfell. in l. vt vim nu. 92. ff. de iustitia, & iur. Gram. vot. 20. num. 2. Bertazz. consil. 1. num. 18. & seq. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 490. num. 3. vol. 1. Mazzol. consil. 11. nu. 67. consil. 71. num. 13. consil. 77. num. 22. Ias. consil. 133. num. 3. vol. 1. Hier. Magon. decis. Lucen. 56. num. 4. latè Petr. Caball. in q. crim. cas. 88. num. 5. firmat, quod quis possit inimicus suum facientem apparatus gentis armigerę offendere, absque, quod expectet actum aggressuræ, & maximè in illo, qui se præparabat cum archibus suis, latè Farin. q. 125. num. 63. Iacob. de Graffis, decisio. 65. numer. 7. parte 1. qui loquitur in vxore, quæ accipit gladium positū per maritum sub cervicali anmo offendēdi, vel occidēdi ipsam vxorem, vt ipsa vxor si occidit maritum excusetur, sed tu declara istud decimumquartū, priuilegium dūmodo in præparante appareant signa manifesta, quod volebat offendere, alias secus Carerius in practica, in tractat. de homicidio, & Assass. §. circa testium, nu. 5. Farin. d. q. 125. nu. 64.

25 Decimumquintum priuilegium est, quod aggressus possit licitè aggressorem occidere, qui sine armis, sed tantum manu vacua alapam præbere voluit. Ant. Gomez tit. de delict. cap. 3. nu. ... vers. Imò quod magis est, Gram. consil. 29. u. 5. & seqq. Marf. in §. quoniā nu. 66. circa med. in pract. crim. Mascard. de probat. concl. 490. num. 7. & seq. vol. 1. Mazzol. consil. 11. nu. 51. & sub num. 81. dicit, dūmodo dedecus esset aliter euadere, & sub nu. 82. dicit, quod, licet inter pares præsumatur, quod adesset alia via, tamē, si aggressor fuerit iunior, vel robustior, vel aliæ concurrerent circumstantiæ, poterit aggressorem occidere, & ibi concordantes allegat, In iniuria verbali si quis dicat alteri, eum esse latronem, vel proditorem non potest ille iniuriatus aliam iniuriam verbalem illi inferre, quia non esset propulsatio, sed vindicta, Claud. Seyfel. in d. l. vt vim. num. 70. vbi subdit, quod bene illi licebit dicere, tu mentiris.

26 Decimumsextum priuilegium est, quod id etiam procedat in solis minis prolatis contra aliquē, de offendendo, vt minatus possit dictum minantem offendere, nec teneatur expectare, quod contra eum minas exequatur, cum difficile sit scire, quando minas



nans velit percutere. Gram. dec. 5. num. 7. & seqq. Magon. decif. Lucen. 56. n. 4. Sim. de. Pret. conf. 189. num. 8. in fin. Iul. Clar. q. 60. num. 14. in fin. vbi loquitur in homicidio commisso ex prouocatione verborum iniuriosum, vt mitiori poena sit homicida puniendus. Claud. Seyfell. in d. l. vt vim, in prima lect. numer. 74. ponit illam distinctionem, si minans esset solutus minas exequi, & tunc sit licitum illum offendere; secus si non esset talis, quamuis ille esset homo vindicatus, quando non haberet manus promptas ad vindictam, & dummodo offensus sequatur incontinenti, quia ex interuallo poterit adire iudicem, & latius in 2. lect. num. 122. & seqq. & subdit dummodo fiat incontinenti.

27 Decimum septimum priuilegium est, quod etiam in sola iniuria, causa honoris, aggressus non teneatur aufugere, latissime qui alios allegat Mascard. de probat. conclus. 390. n. 8. vol. 7. Eugen. consil. 90. numer. 44. & seqq. vbi dicit maxime procedere in Perusino iniuriato, cui est maximum dedecus aufugere, & idem est in Typhernate patria mea, vbi maxime viget honor. Mazzol. consil. 11. num. 35. vbi de communi, non considerata illa qualitate, an poterit, nec ne aufugere, & sub num. 69. dicit, quod etiam leuis honor considerandus, ac curandus est, & ea dicuntur posse, quae cum honore possumus. Idem Mazzol. consil. 71. num. 24. quia vertendo terga, posset etiam de facili vulnerari, & latius sub num. 31. seq. & in consil. 77. num. 27. vbi de communi, vt non teneatur aufugere, & sub numer. 31. dicit quod iniuria est aliquem fugatum esse, & quod non teneatur aufugere, etiam si potuisset se recipere in eius domo, & in consil. 11. n. 68. & consil. 77. n. 25. & seq. etiam dicit post alios, quos allegat, quod iste ad euitandam iniuriam, causa honoris conseruandi, percutiendo, vel vulnerando, dicitur facere cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando aliter euadere non potest, absque discrimine honoris, vel alicuius iniuriæ personalis, & quod indistinctè quis non teneatur aufugere absq; illa distinctione si esset verecundia, vel non tueretur, & de communi testatur Claud. Seyfell. in d. l. vim. in prima lect. numero 67. & in 2. lect. numer. 123. & est opinio Bart. ibi, num. 8. sequuntur. Ias. in fin. Dec. num. 35. & de communi etiam testatur Cæuall. in tract. comm. contra comm. q. 551. in fin. vbi retulit tres opiniones, & prima sit cum illa distinctione de viro nobili, vel ignobili. 2. quando fuga est periculosa, vel non periculosa. 3. Quod indistinctè non teneatur aufugere, quam communem dicit, licet primam opinionem affirmet magis satisfacere, & magis vsu nobilium esse introductam.

Et licet Foelin. in cap. dilecti filij nu. 21. de except. dicat quod hoc non procedit in Clerico, qui tenetur aufugere, tamen Bolognet. in l. vt vim, numero 92. ff. de iust. & iur. tenet contrarium, sed hoc dicit esse verum solummodo in Monaco, cum mortuus dicatur quoad Mundum, prout etiam refert Baiard. in §. homicidium nu. 92. Sed ego arbitror opinionem Felyn. esse veriorum, quando non vigeret periculum vitæ propter fugam, prout vigeret, si haberet inimicos ad spatulas, a quibus posset offendi, cum in illo capite, causa honoris, non sit in clericis considerabilis causa ista, quia ipsi, nec actiue, nec passiuè recipiant iniuriam, & eorum pugna consistat, non in armis, sed in lachrymis erga Deum. Claud. Seyfel. in d. l. vt vim,

Tomus Secundus.

in prima lectur. num. 78. vbi subdit idem esse, in filio, seruo, famulo, discipulo, subdito, & alijs personis, in quibus est permessa castigatio, quia in eis fuga est potius laudabilis, quam turpis, & latè in 2. lect. num. 31. & seqq. nisi esset grauis offensus, quia eis liceret resistere, & pro defensione honorum non liceat eis resistere, nisi esset periculum amissionis magnæ rei, & copia iudicis haberi non posset, & latius, n. 123. & q. clericis nō sit ignominia aufugere, sed laus Rebell. de oblig. iust. p. 1. l. 3. q. 12. n. 4. idè dicit esse in vlt. psonis.

Imò occasione honoris conseruandi in laicis, si aggressorem insequatur, & eundem percutiat, non peccat tantum, quantum ad sui honoris defensionem opus esset; quia, licet illud non esset defendere personam, neque fortunas, esset tamen defendere honorem, què licet defendere etiā occidendo, si ita ad id opus esset facere, vt, post Nauar. in Manual. cap. 15. num. 4. tradit Baiard. d. §. homicidium, n. 93. vbi sub num. 9. post Bologn. in dicta l. vt vim n. 93. tradit, vt quilibet teneatur aufugere ab illis personis, quibus reuerentiam debet, Sayfell. latè vbi supra.

28 Decimum octauum est priuilegium, vt quis possit se defendere aduersus aggressorem etiam diuerso genere armorum, & etiam fortiori, Ant. Gomez. tit. de delict. c. 3. n. 2. vers. q. extende. Gram. conf. 29. n. 5. seqq. Marfil. in §. quoniam nu. 66. in pract. Sim. de Pret. cōf. 189. n. 2. vers. nam Magister, & loquitur in eo, qui proiecit lapidē, & in eo, qui pugno offendere volebat, vt licuerit illum occidere, quando aliter pugnum euadere non poterat, Bertaz. conf. 312. nu. 8. & seq. vol. 2. Mazzol. consil. 11. n. 85. post Salycet. dicit, quod simili differentia diuerso genere armorum in iure nō reperitur, & conf. 71. n. 27. & tradit Bart. in l. 1. n. 7. C. unde ui, quem sequitur Ias. in l. ut vim n. 10 ff. de iust. & iur. latè qui alios allegat Petr. Caball. Cent. 3. in q. crim. cas. 2. 8. n. 30. & seqq. & ibi firmat, q. quis dicatur se defendere cum moderamine inculpatæ tutelæ, qui, cum fuisset offensus saxo, percussit insultantē cū pugione, si aliter iniuriā repellere nō poterat, Iul. Clar. §. homicidium n. 34. Gram. cōf. 63. n. 3. & seq. & Caball. d. cas. 248. n. 32. & seq. post Bar. & alios, dicit licere ali cui se defendere cū ente pugione, vel alio instrumēto ferreo cōtra aduersarium habētē baculū, saxum, uel quid simile, uel etiam, (q. magis est) nihil habentē, sed solum pugno, uel manu uacua offendere uolētē, quando illa iniuria aliter euadi non potest, in tantū, ut repellēs etiā occidēdo nō teneatur in aliquo, & allegat Crauet. conf. 119. n. 7. & seq. adeo q. teneatur, neque ad damna, & interesse licet modū defensionis excefserit; ut est elegās dictū summæ Angel. in uerb. restitutio il. 1. vers. homicida, quod dictum sequitur Gomez. tit. de homicid. n. 38. Caball. d. cas. 248. nu. 33. Idè que est in eo, q. offēdit honorē, dignitatē, uel officiū, q. lēsus si aliq. agat cōtra ipsū lēdētē, presumit fecisse, ut honorē, dignitatē, uel officiū tueret, ut post alios, quos allegat, firmat Mascard. de pb. concl. 490. n. 11. uol. 1.

29 Decimum nonum est priuilegiū, ut licet morte rei, delicta extinguantur, tamen, fauore defensionis, poterit cognosci de delicto alicuius, ut homicida potuisset impune illum interficere, Franc. Marc. decif. 777. n. 4. latè Eugen. conf. 21. farè per totū, & præcipuè sub num. 5. in fine, & num. 26. & seqq. & maxime hoc procedit in crimine læsæ maiestatis, ut liceat aliquem interficere, & postea, ut homicida defendatur,

E 4 a crimi-



a crimine, allegare, & probare post necem illius, ipsum esse reum criminis læsæ maiestatis, vt contingit in facto in Cardinali Papiæ Legato Bononiæ interfecto a Duce Urbini, qui se eximit a pœna homicidij, quia ille conspirasset occultè contra Summum Pontificem, vt refert Gig. de crim. læsæ maiest. q. 5. nu. 20. & seq.

30 Vigefimum est priuilegium in homicidio commissio in pura rixa, in qua non constat qui fuerit aggressor, quia tunc fauore defensionis nunquam imponitur homicidæ pœnæ mortis, vel alia corporalis. Clar. §. homicidium, vers. alia etiam in fine, & in quæst. 60. vers. vidi ego, Vulpel. respons. 114. nu. 4. Hond. conf. 99. nu. 45. vol. 1. Idemque erit dicendum de pœna conuentionali, vt nemo teneatur ad pœnam etiam quoad fisco applicandam, vt de communi, & magis communi opinione attestatus fui in meo tract. de pace, par. 1. quæst. 53. num. 7.

31 Vigefimum primum amplia, vt defensio operetur excusationem pœnæ pro conseruatione bonorum, & rerum suarum, Iul. Clar. §. homicidium, vers. Hæc autem defensio, Masc. de prob. concl. 490. nu. 4. vol. 1. vbi quamplures alios cumulauit, Alban. conf. 5. nu. 21. Sim. de Pret. conf. 189. n. 13. & laf. conf. 86. nu. 21. vol. 3. dicit procedere, non solum in principali, sed etiam in alijs, qui possunt offensum defendere pro defensione bonorum, etiam si non fuerint vocati ab ipso offenso. Sed contra istam opinionem insurgit Bologn. in l. vt vim, nu. 66. & seq. ff. de iust. & iur. & illam restringere intendit, quando damnificaretur in bonis, adeo quod poneretur etiam in discrimine vitæ, & sic quod vtrumque concurrat, defensio personæ, & rerum, sed talis restrictio non est vera, cum sit communis conclusio, vt sufficiat sola defensio bonorum, vel rerum, vt testatur Claud. Seyfel. in d. l. vt vim nu. 359. & seq. quæ opinio etiam sequitur Baiard. §. homicidium, nu. 79. vbi etiam subdit esse veram etiam in foro conscientiæ, & si fiat, tam in continenti, quam ex interuallo, vbi iudicis copia non habetur, & ibi alius allegat, & in specie Alciat. conf. 132. to. 2. lib. 5. & Moron. de fid. treug. & pac. q. 162. n. 1. Claud. Seyfel. in d. l. vt vim. in 1. lect. nu. 65. docet, quomodo sit probanda defensio pro conseruatione rerum mobilium, & latius reassumit in 2. lect. n. 72. & seq. vbi concludit, quod si bona aliter seruari non possent, liceat hominem vel furem, siue nocturnum, vel diurnum occidere, de quo vide ibi latè per eum, & latius ponit istam defensionem, & illam declarat Horat. Carpan. in nou. constit. Mediolan. c. homicidia, nu. 349. & seq. & in specie, quod liceat occidere pro defensione rerum simpliciter, etiam si non immineret periculum offensionis in persona, & ibi refert doct. qui ampliant, & limitant istam questionem pluribus modis, nisi tamen res sit vilis, ac etiã non procedat de iure canonico, tam in clericis, quam in laicis, & an isto casu, quis incidat in pœnam irregularitatis, & videtur tenere, quod non ex traditis per Cou. in tract. relect. 3. p. §. vnicus, n. 6. declarando, tamen vt ibi per eum, vsque ad finem, latè Rebel. in tract. de oblig. iustitiæ p. 1. lib. 3. q. 12. nu. 10. qui dicit, quod licet tam laicis, quam clericis, & quid sit dicendum in foro conscientiæ, & quando liceat etiam pro defensione rerum de communi testatur Hier. Hisp. in tract. com. contra com. q. 349. nisi res ablata esset modici præiudicij, & vide de ista ampliatione latè Modern. Rom. q. 125. nu. 163. cum plur. seq.

Imò non desunt etiam alij, qui tenent, quod etiam clericis sit licita defensio pro tuitione rerum, & bonorum. Inn. in c. nisi cum p. idem, col. 15. de renunciat. Fely. conf. 50. num. 11. Sed Foller. in pract. crim. can. c. 14. vers. & reis admissis, nu. 7. dicit, quod nullo modo liceat clericis occidere rapientes, aut furantes, bene tamen præter occisionem, & grauem percussionem liceat eis defendere res proprias cum sit permessa modica percussio pro defensione rerum, vt post Abb. in c. significasti, de homic. refert Baiard. §. homicidium, n. 82. in fi. & latè Rebel. vbi supra Claud. Seyfel. d. l. vt vim, nu. 51. in prima lectura, & in 2. lect. nu. 83. & seq. vbi ponit alias limitationes, sed latè vide Farin. d. q. 125. nu. 221. & seq.

32 Vigefimum secundum amplia, vt licet Legatus existens extra Prouinciam non possit excōmunicare, nisi faciat de consensu Diocesani loci, in quo reperitur, tamen poterit fauore defensionis excōmunicatum absolueret, Marsil. sing. 50. Et clericus etiã fauore defensionis potest patrocinium solum præstare, & reum defendere a pœna sanguinis, absque incurfu irregularitatis Boss. tit. de fauor. defens. nu. 2. in prin. & in quibus causis clericus possit patrocinium præstare est videndus Vgolin. de offi. & potest. episc. p. 1. §. 5. per totum, & dixi in prohemio.

33 Vigefimum tertium amplia generaliter, vt prouocatio aduersarij excuset delinquentem, vt non puniatur pœna ordinaria, sed alia mitiori. Iul. Clar. q. 60. nu. 14. vbi de communi latè Petr. a Plac. epit. delict. lib. 1. c. 1. nu. 21. Fely. in c. delicti filij n. 12. & seq. de excep. Boer. conf. 4. n. 29. Petr. Cabal. in quæst. crim. cas. 144. nu. 19. cent. 2. & in tract. de omni genere homic. nu. 105. 111. 127. & 136. vbi concordantes allegat. Et omnis leuis prouocatio excusat a dolo, & pœna ordinaria, l. igitur, §. 1. ff. de liber. caus. Marsil. in conf. 2. nu. 14. conf. 21. n. 5. conf. 51. n. 28. conf. 128. n. 33. latè Petr. Cabal. in tract. de omni genere homic. n. 110. & sic prouocatus tantum puniatur pœna extraordinaria pro excessu.

34 Hoc intellige, & declara, nisi tamẽ, qui primo prouocasset ad uerba iniuriosa, postea rixado poneretur in discrimine vitæ, quia non poterit uti beneficio defensionis, occidendo aduersarium, cum non dicatur occidisse ad necessariam defensionem, cum ipse causa malè fuerit, per tex. in l. quoniam multæ facinora. C. ad l. Iul. de ui. Bal. conf. 143. nu. 1. uol. 1. Bologn. in l. ut uim. n. 94. & seq. ff. de iust. & iur. Baiard. §. homicidium num 78. latissimè ubi alios allegat Petr. Cabal. d. tract. de omni genere homic. nu. 112. & seq. ubi subdit, cum a principio dederit operam rei illicitæ, & ex proposito deliquit, sed etiam de eo, in quo deliquit præter intentionem, etiam si delinquat deinde calore iracundiæ, quia debuit cōsiderare id, quod accidere poterat, latè Boss. tit. de homic. n. 74. vers. & ad hanc opinionem, nu. 92. & nu. 94. vers. non omitto. Aret. in conf. 43. in fi. Crau. Bertaz. conf. 299. vers. sed casus est. Cabal. d. tract. de omni genere homic. n. 113. & 114. & sic auctor rixæ, vel aggressor, siue procurator non potest deinde se tueri, & allegare fecisse ad suam defensionem, quia si excedat in se defendendo puniretur pœna ordinaria, cum in auctore rixæ excessus sit pœna ordinaria Fort. Garz. in l. vt vim, nu. 8. vers. ergo etiã, ff. de iust. & iur. & nu. 9. vbi Bologn. n. 27. Vulpell. resp. 119. nu. 1. Boss. tit. de



tit. de homic. n. 74. in fi. & nu. 92. Farin. q. 125. n. 118. Andr. Gayl. de pace public. lib. 1. c. 16. nu. 17. Iodoch. in prac. c. 36. n. 3. Iac. de Grass. dec. 65. n. 4. p. 1. vbi ponit exemplum in eo, qui fuit primus in inferendo iniuriam in dando mentitam. Baiard. in §. homicidium; nu. 78. qui loquitur in eo auctore, qui verbis iniuriosis prouocauit.

Pro complemento, & intelligentia multorum, qui in hoc errant, sciat quilibet, quod licet transeat inter Doctores, quod adeo sit defensio favorabilis, vt possit sacerdos in actu celebrationis Missarum occidere ipsum offendentem, & deinde continuare celebrationem missæ, Doct. in l. vt vim, ff. de iust. & iur. Marf. in l. 1. n. 24 ff. de ficar. Doct. in clem. vnica, de homic. Hieron. Grat. conf. 105. n. 20. & seq. vol. 1. Claud. Seyfel. in l. vt vim, nu. 37. l. ff. de iniuria, & iure, & n. 42. ponit illas qq. de clerico desinente puerum baptizare, vel Eucharistiam præbere ne ab alio offendatur. Horat. Carpan. super nou. constit. Mediol. c. homicida, nu. 346. & seq. Farin. q. 125. n. 129. & seq. Mazzol. conf. 71. n. 5. & alibi passim; Tamen hoc non procedat in foro poli, quia repugnat Evangelica doctrina, quæ vult christi inuictem patienter ferre insultus, contumelias, & percussiones circa vltionem, & vindictam, iuxta illud; Si quis te percusserit in gena, præbe ei, & alteram, atque bonum pro malo reddas, & quia dicit D. Hieron. conuenire christianæ militiæ afflictionibus, & calamitatibus excuti, & probari; sed tantum veram esse in foro fori, vt sacerdos veniat excusandus a pœna irregularitatis, vt bene post alios, quos allegat, ita declarat Pet. Cabal. in tract. de omni genere homic. nu. 69. quod nota, quia vt dixi, multi in hoc errant per ignorantiam, & sic videmus, quod sit licita defensio etiam in ecclesia, quæ per effusionem sanguinis non polluitur, nec indigeat reconciliatio- ne. Dec. in l. vt vim, n. 8. in fi. vbi Mantua. n. 24. in fi. ff. de iust. & iur. Iac. Roulen. in l. capitalium, §. famosos, n. 129. vers. vnde licet, ff. de pœn. Farin. q. 125. n. 22. Iacob. Ayres. in tract. de homic. necess. p. 1. nu. 82. in 14. ampl. & Horat. Carpan. in d. c. homicida, n. 335. cum plur. seq. ponit 17. priuilegia defensionis, ad quæ aduocatus potest habere recursum, & hæc omnia deduxi in fauorem D. Octauij Bufalini conciuis mei, qui ad suam necessariam defensionem vulnerauit quendam in ecclesia, &c.

Moderamen inculpatæ tutelæ, quando adhibetur, & quid operetur.

S V M M A R I V M.

- 1 Moderamen inculpatæ tutelæ operatur, vt homicidium factum sit penitus impunitum.
- 2 Moderamen inculpatæ tutelæ versatur circa tria.
- 3 Excedens moderamen inculpatæ tutelæ non punitur, nisi pœna extraordinaria.
- 4 Moderamen non consideratur, quando quis calore iracundiæ aliquem offendit.
- 5 Offendens dolose, & ex proposito, si excedat moderamen, non punitur pro toto, sed pro excessu.

C A P. V.

**M**oderamen inculpatæ tutelæ operatur, vt homicidium, vel factum deinde secutum sit omnino impunitum, & nulla pœna puniatur, l. 1. C. vnde

vi. l. 3. §. cum igitur, ff. de vi. & vi armat. Blanc. in pract. crim. §. tertia pars defensionis. nu. 146. Iul. Clar. §. homicidium, nu. 24. Pet. a Plach. lib. 1. c. 18. n. 3. in fi. Catald. conf. 53. nu. 11. & seq. to. 1. crim. in parua impress. Cæpol. conf. 42. per tot. Petr. Cabal. in tract. de omni genere homicid. nu. 67. 92. & 93. & alij Doctores supra adducti.

2 Moderamen autem circa tria consistit, Simon. de Pret. conf. 180. n. 4. & primo circa modum, secundo circa tēpus, tertio circa causam, vel factum, latè Petr. Cabal. in d. tract. de omni genere homic. n. 91. Blanch. in pract. crim. §. tertia pars defensionis, n. 2. & forma moderaminis fuit introducta de iure ciuili. Claud. Seyfel. in l. vt vim, n. 1. de iust. & iur. & sub nu. 37. idem firmat, & reprobatur Bart. qui videbatur tenere, quod esset de iure gentium, sed ibi concludit, quod moderamen consideratum in genere sit de iure gentium, se- cus consideratū quoad eius formā, vt sit omnino de iure ciuili, & moderamen dicitur, quando non exceditur, & non amplius inuasori noceatur, quam ad repellendam vim, necessariū sit, vt dicit Rebel. de obligat. iustitiæ, p. 1. li. 3. q. 12. n. 1. in fi. & ibi tradit, vt operetur, quod defendens se cum moderamine non teneatur ad aliquā restitutionem, siue defensio fiat pro salute corporali, spirituali, pro honore, aut reb. alijs, & nu. 7. si excedat teneatur tantum pro excessu.

Et circa modum, vt eodem genere armorum, quo quis percussus fuit, eodem se defendat, & non maiori. l. 3. §. cum igitur, ff. de vi. & vi arm. Grammat. conf. 63. nu. 2. & seq. Et si verbis fuerit iniuriatus, verbis et se defendat. Ang. & Ias. in l. vt vim, ff. de iust. & iur. Petr. Cabal. d. tract. de omni genere homic. nu. 95. Boer. decis. 169. vbi firmat, quod iniuriatus verbis, non potest gladio occidere, & si occidat, puniatur, citra tamen pœnam ordinariam. Gram. dec. 98. qui loquitur in eo, qui fuit verbis iniuriatus, & baculo percussus in capite, & in spatulis a quadam muliere, vt non potuerit occidere dictam mulierem, & quia occidit, fuit condemnatus ad remigandum, & in conf. 63. num. 31. vide latissimè Farin. q. 125. nu. 349. & seq. & latè qui etiam alios allegat Baiar. §. homicidium, n. 110. & seq. Nisi vilis persona nobilem iniuriaret, quia tunc ille nobilis potest prouocantem baculo, vel alapa percutere impunè post Salomon Pafet. conf. 202. nu. 4. Foller. in verb. recipiantur defensiones, nu. 11. Farin. qq. 225. nu. 100. vbi subdit maximè, quando fuit in loco publico, ac etiam aduocatus sciat deducere, vt diuersitas, vel inequalitas armorum, vel instrumentorū nō tollat, vt insultatus impunè ab omni pœna sit exēptus. Bertaz. conf. 312. vol. 2. qui loquitur in illo, qui interfecit alium, qui quodam ligno, vel stanga ipsum insultauit. Ias. conf. 133. per totum lib. 1. Anto. Gom. tit. de delict. c. 3. Suar. nu. 22. Simon. de Pret. conf. 189. nu. 2. Mazzol. conf. 11. n. 85. vbi testatur in iure cautum nō reperiri, vt defensio non sit permittenda ex diuerso instrumento maiori, vel fortiori. Petr. Cabal. casu 248. num. 31. cent. 3.

Circa tempus, vt incontinenti defensio fiat, & non ex interuallo, l. 1. C. vnde vi. l. vt vim de iust. & iur. l. 3. §. ff. de vi. & vi arm. Et incontinenti dicitur facta, si fiat, antequam qui se defendit, deueniat ad alios actus, sed stet in ipso actu, & in flagranti crimine, l. si ex plagijs, §. Tabernarius, ff. ad l. Aquil. Bar. & Bald. in l. 1. C. vnde vis, ut refert Petr. Cabal. d. tract. de omni genere



genere homic. nu. 96. Claud. Seyfel. in d. l. vt vim, in 1. lectura, n. 55 in fi. & in 2. lectura, n. 89. & nu. 93. verfi. 2. vero, latiffimè Parin. q. 125. n. 339. vbi etiam declarat, quando dicatur facta defenfio incontinenti, vel ex interuallo Mazzol. in cōf. 1. n. 70. & feq. & ibi ponit alia exempla, quando dicatur fieri incōtinenti. Parin. conf. 2. nu. 16. Baiar. §. homicidium nu. 81. Seyfel. vbi fuprà ponit differentiam inter defenfionem perfonæ, & rerum, vt in primo cafu fiat in ipfo actu in 2. cafu ex interuallo modico arbitrio iudicis, & ibi ponit rationem diuerfitatis, eandem diftinctionem approbat in 2. lect. nu. 89. in fi. & melius, n. 93. verfi. Item prædicta, vbi fubdit hoc effe verum in rebus immobilibus, fecus in rebus mobilibus, quia in illis requiritur defenfio incontinenti.

Circa caufam, vt faciat ad defenfionem, nõ autem ad vindictam, l. ciētiam, §. qui cū aliter, ff. ad l. Aquil. Blanch. in prac. crim. §. tertia pars, nu. 3. & feq. ad quæ fe remittit Clar. in §. homicidium, nu. 34. Ludo. Bologn. conf. 36. nu. 10. & feq. Affl. in confit. Regni, lib. 1. rubr. 8. De cultu pacis, in confit. pacis cultum, n. 50. & feq. Bal. conf. 312. nu. 1. & feq. lib. 4. Cepol. conf. 43. nu. 7. verfi. adhibuit etiam Petr. Cabal. d. tract. de omni genere homic. nu. 97. Quod euenit, quando quis effe conftitutus in difcrimine vitæ, honoris, feu alicuius iniuriæ personalis, & aliter euadere non potest dictam iniuriam, nifi offendat, vel occidat. Mazzol. conf. 11. nu. 68. conf. 71. n. 7. & feq. vbi alios allegat, & num. 11. & conf. 77. nu. 2. & 3. Gram. conf. 56. nu. 16. Baiard. d. §. homicidium, nu. 106.

3 Si verò quis excedat in fe defendendo dictum moderamen inculpatæ tutelæ, homicidium non erit impunibile, & illud faciens puniretur non pœna ordinaria, fed alia extraordinaria arbitrio iudicis pro excessu tantum. Petr. a Plach. epit. delict. lib. 1. c. 28. num. 14. vbi infinitos alios allegat Marf. conf. 81. nu. 17. Gram. conf. 63. nu. 10. & feq. Clar. §. homicidium, nu. 39. vbi dicit, siue excefferit modum in fe defendendo ex culpa, siue ex dolo. Aret. conf. 80. nu. 8. & feq. Boff. tit. de homic. n. 91. Cagnol. in l. quicquid calore iracundiæ, nu. 7. & feq. de reg. iur. latè Fely. in c. dilecti filij, nu. 12. & feq. de except. & ob id non punitur de toto, fed de excessu: quia iustus, seu verbera non possunt dari cum mensura, & defendens non potest habere stateram in manibus, latè Petr. Cabal. d. tract. de omni genere homicidij, numer. 98. & feq. Nisi excessus fuerit factus in vno tantum ex tribus fupradictis requisitis, quia tunc diceretur excedens in leuiffima culpa, & successiue nulla pœna puniretur Cepol. conf. 41. nu. 10. Bologn. conf. 36. col. pœn. & conf. 37. col. 3. Parin. q. 125. n. 404. & feq. quod est notandum, quia sæpè contingit in facto, & ego sæpè allegaui defenfionem præfatam in fauorem insultati, & prouocati.

4 Quod tamen moderamen non potest considerari, si insultatus accensus furore iracundiæ exceffit modum in defendendo, quia tunc non reputatur excessus in defendendo, nam isto cafu quis vti non potest hac moderatione, ex quo primi motus non sunt in nostra potestate, & tunc non potest discerni verum a falso, adeo quod in rixa non potest considerari dictum moderamen, licet totum hoc fit in arbitrio iusti iudicis, vt bene firmat Affl. in d. confit. pacis cultum, sub nu. 51. & in confit. asperitatem, rub. 11. de pœna eius, lib. 1. nu. 18. verfi. feptimo nota, & fequitur. Foller. in frag.

tit. vnde vi, nu. 57. Dicens pro certo effe verbum aureum, & alias id practicasse Salerni. Petr. Cabal. in d. tract. de omni genere homicidij, nu. 100. & feq. Idem tenet Menoch. de arb. casu 277. & casu 278. vbi latè lib. 2. Baiar. §. homicidium, nu. 106. verfi. Item adde.

5 Si verò metam defenfionis ex proposito, & deliberatè quis excedit, non punitur pro toto, fed pro excessu tantum. Bal. conf. 111. nu. 2. lib. 4. Boer. dec. 158. n. 17. verfi. vnde concludit Cepol. conf. 34. n. 34. & feq. conf. 35. n. 4. & feq. Ant. Gom. tit. de delict. c. 3. nu. 24. vbi de communi. Clar. §. homicidium, num. 27. vbi de receptiffima opinione. Viu. opin. 189. nu. 11. Menoch. casu 278. n. 1. & feq. li. 2. Masc. de prob. concl. 1126. nu. 30. Sebast. Med. de casu fortuit. p. 1. q. 8. nu. 53. Iac. Arier. in tract. de homic. necess. p. 1. n. 392. & feq. vbi respondet contrarijs, quia quis fe defendendo, & excedendo modum inculpatæ tutelæ, dicitur in culpa, & non in dolo, & sic punitur pro culpa, & non pro dolo. Fely. in c. significasti, nu. 14. de homic. Aret. confil. 32. nu. 3. Gram. conf. 5. nu. 27. Nouell. in tract. ad defenf. in prin. nu. 29. Boer. dec. 168. n. 7. Andr. Gayl. obseru. 110. n. 18. lib. 2. Masc. de prob. concl. 1126. n. 49. lib. 3. Iodoch. in pract. crim. c. 76. n. 20. Modern. Rom. q. 125. n. 396. & feq. sub verfi. limita primo, vbi plenè tractat de isto moderamine inculpatæ tutelæ, & quando dicatur feruatum, & quando dicatur excessum, & quomodo excessus iste puniatur. Petr. Cabal. in loco fuprà citato, nu. 103. Et si Deo placebit, latiffimè dicam in 3. libro, fed pro nunc advocati habeant recursum ad dictum Modern. Rom. in loco citato, & melius ad Petr. Cabal. in d. tract. de omni genere homic. vbi suo solito more loquitur sine fado, & fallacia, ac distindè, & refolutiue, omni fupersua relatione Doctorum per alios adductos omiffa, ac etiam videant Iacob. Arier. in d. tract. de homicidio necess. Sed pro nunc mihi non displicet distindtio data a Claud. Seyfel. in l. vt vim, in 1. lect. n. 73. ff. de iust. & iur. vbi retulit plures opiniones, & tandem concludit, quod si quis excedat moderamen ex dolo malo, & ex proposito, vt puta nulla leui perturbatione instigante, & tunc puniatur delictum in totum, secus vero si ex proposito excefferit, fed non dolo malo, fed cōmotus aliquo iusto dolore, & tunc puniatur pro excessu tantum, & in dubio femper præsumatur excessus, & non dolus.

## DEFENSIO XXX.

### Circa Torturam pro habenda veritate.

Quæ autem iudex, antequam deueniat ad torturam, inspicerè debeat pro fabricatione processus, tã circa essentiam, quàm formam, & solemnitatè ipsius processus, latè docent Marant. in suo Specul. p. 6. act. 14. n. 10. Affl. in confit. clandestina, not. 9. nu. 35. & feq. lib. 1. Foller. in tract. crim. in verb. & si confitebitur, a nu. 50. vsque ad num. 64. Scacc. de iud. lib. 1. cap. 97. num. 91.

### An a decreto torturæ detur appellatio.

#### S V M M A R I V M.

1 Tortura non potest de facto alicui inferre, sed debet fieri decretum de torquendo, & in eo sunt exprimentia omnia indicia.

2 Appel.



# Defens. XXX. Circa Torturam pro hab. verit. 75

- 2 Appellatio admittitur a decreto de torquendo, absque infertione causa grauaminis.
- 3 Appellatio admittitur a decreto repetitionis torture, quando in prima tortura non fuit appellatum.
- 4 Appellatio a decreto de torquendo operatur, vt iudex superfedeat in executione tortura.
- 5 Appellatio admittitur etiam a comminata tortura.
- 6 Appellatio interposita a decreto torture operatur, vt confessio deinde emanata sit penitus nulla.
- 7 Appellatio a decreto de non torquendo non conceditur fisco, & instigatori, quamuis aliqui contrarium teneant.
- 8 Appellatio a decreto torture non admittitur in statu ecclesiastico, nec in vrbe de consuetudine;
- 9 Iudices solent secretè decretum de torquendo facere; & postquam reus est ductus sub condulis, & inceptus fuit ligari, & isto modo tollitur appellatio, quæ cautela tradita a Doctoribus est friuola, & penitus inanis.
- 10 Cautela vtuntur causarum criminalium defensores, vt obtineant inhibitiones a superioribus comminata tortura, & statim, quod iudex vult deuenire ad torturam, reus presentat talem inhibitionem, & iudex tenetur superfedere in tortura, & causam superiori remittere, & hoc procedit tam in Regno, quam in statu ecclesiastico.
- 11 Appellatio a decreto torture si esset friuola, & calumniosa, non admittitur.
- 12 Appellatio a decreto torture, an sit admittenda, remittitur arbitrio iudicis.
- 13 Appellatio euidenter, & notoriè calumniosa a decreto de torquendo, reijcitur per iudicem.

## C A P. I.

**I**udex, licet habeat legitima iudicia ad reū torquendum, non potest de facto illū torquere, sed requiritur decretum, seu interlocutoria super dicta tortura inferenda, Brun, de indic. & tort. p. 2. q. 9. nu. 12. Io. de Arn. fing. 39. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. nu. 2. & 23. Marf. in l. 1. nu. 13. de quæst. & in pract. crim. §. nunc videndum, nu. 1. & 20. Rin. iun. conf. 290. num. 6. lib. 3. Modern. Roman. q. 38. n. 7. & seq. vbi de communi, & alios infinitos allegat Franc. Personal. de indic. & tort. nu. 1, vbi alios etiam infinitos allegat testantes de communi, & practicata opinione. Flam. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. n. 58. & seq. vbi de communi, & practicata opinione. Pet. Pella. in tract. de tortur. q. 3. n. 37. vbi ponit formam decreti, Villagut. in pract. crim. lib. 7. c. 10. concl. 1. latissimè Scac. in tract. de indic. lib. 1, cap. 97. nu. 92. & seq. & sub nu. 79. & dixit, an in dicto decreto debeat præmitti, quod aliter veritas haberi non possit.

Imò in decreto torture communitè obseruatur, vt iudex summam exprimat causam, & omnia iudicia, & omnes præsumptiones, quibus mouetur ad infligendam reo torturam. Modern. Rom. d. q. 38. nu. 8. vbi de communi, & ita passim hic in curia obseruatur, & ego semper obseruaui Ambros. de mod. form. process. inform. lib. 4. c. 1. nu. 23.

A quo decreto de torquendo sciat Aduocatus, & datur appellatio, l. 2. C. de appell. recipien. vbi communitè Doctores, vt testatur Modern. Rom. d. q. 38. nu. 10. Ant. Gom. tit. de delict. c. de tortur. reor. num. 23. vbi de communi Franc. Marc. dec. 60. nu. 5. vbi dicit, Quod ista appellatio admittitur sine infertione cau-

farum grauaminis. Carau. rit. 159. nu. 11. & ita apud eos seruari testatur Clar. q. 64. vers. sed quid agendum, Petr. Pella de tortur. q. 3. num. 39. Io. Ant. de Nigr. super cap. Regni, c. 146. nu. 35. vbi de communi Scacc. de appell. q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 147. Cartar. in pract. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. nu. 57. & n. 70. & 76. vbi etiam respondet motui proprio Pij Quarti volenti, quod in causis criminalibus, nõ recipiatur appellatio, tam a definitiua, quam ab interlocutoria, vbi ipse inquit quod ille motus proprius non habet locum, reo existente in carcere, prout existere oportet, quando de illius tortura tractatur. Sigism. Scac. de iud. lib. 1. c. 97. n. 92. & seq. Simon de Pret. conf. 15. nu. 18. Marf. de quæst. in princ. nu. 34. mihi fol. 4. † Et idem erit in repetitione torture, vt admittatur appellatio, quando in prima tortura non fuit appellatum, vt tenuit Rot. Auenion. teste Laurent. in decis. 60. in fi. Cauale. de testib. p. 4. nu. 159. vbi subdit, quod si sequitur confessio non noceret.

Et quia in proposito agitur de inferenda tortura, & sic de damno irreparabili, ideò ob appellationem ab isto decreto, quamuis interlocutorio, interposita, iudex debet superfedere etiam antequam sit inhibitus. Io. Ant. de Nigr. d. c. 146. nu. 36. Scacc. de appell. q. 17. limit. 47. memb. 1. nu. 144. & in q. 5. n. 12. Franc. Marc. dec. 6. nu. 5. Carauit. ritu 259. nu. 12. & seq. vbi dicit procedere, non solum quando pronunciat reū esse torquendum super negotio principali, sed etiam quando pronunciat torquendum esse pro habenda responsione negatiua, vel affirmatiua. Lancel. de attent. c. 12. limit. 1. nu. 93. & seq. & num. 98. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. n. 71. & seq. Modern. Rom. d. q. 38. n. 11. & seq. Card. Tusc. in lit. T, concl. 326. num. 14. vbi de com. latè Io. Ant. de Nigr. in cap. 146. numer. 15. super capitul. Regni, Scac. de iud. libro 1. capit. 97. numer. 83.

Imò nec etiam potest aliquid innouare iudex, pendente termino ad appellandum, & sic per decem dies post decretum. Franc. Marc. dec. 907. prout illum refert Lancel. de attent. penden. term. ad appel. c. 11. nu. 33. Ant. Gom. tit. de delict. c. de tortur. reor. nu. 23. Sed in curia Parlamenti, ac in ceteris curijs Delphinatus proceditur ad torturam etiam pendente termino ad appellandum, si non fuerit inhibitum, iuxta qualitates tamen indiciorum, & causæ, vt per Guid. Pap. decis. 74. Baiar. q. 64. n. 840. Idem tenet de consuetudine post alios, quos allegat Scac. de appell. q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 149. & seq. vbi refert alios tenentes contrarium in puncto iuris.

Ac etiam licet appellare a comminata tortura. Carau. ritu 239. n. 14. Jul. Clar. q. 64. vers. sed quid agendum. Cyril. in summa crimin. partic. 3. rubr. 3. 1. de appell. §. 2. n. 3. Guid. Pap. dec. 136. n. 15. latè Io. Bernar. Muscat. in tract. de appell. in glos. 1. sentent. nu. 16. vbi firmat esse in ore omnium, quod a communicata tortura detur appellatio, ex tex. in l. 2. ff. de appell. recip. & quod liget manus iudicis etiam ante inhibitionem, & nu. 187. docet quid obseruare debeant defensores rei in illo regno, latè Scac. de appell. q. 17. lim. 47. nu. 145. Marf. in pract. crim. §. expedita, nu. 70. sed idem Scac. de appell. q. 5. nu. 112. dicit requiri, quod ià fuerit factum decretum, vt admittatur appellatio. Et hæc omnia procedunt, tam de iure ciuili, quam canonico, vt admittatur appellatio a sententia interlocutoria,



ria, cap. significauerunt, de testibus, cap. vt debitus, c. cum cessante de appell. cum alijs allegatis per Brun. a Sol. in suo vni. conf. crim. nu. 172. vbi post Andr. de Ifern. ampliatur procedere etiam in crimine lesæ maiestatis, & præsertim in terris ecclesiæ, in quibus est iudicandum secundum ius canonicum, sed iudex post decretum de inferenda tortura pro habenda veritate reuocare, Io. Ant. de Nigr. super cap. Reg. cap. 156. nu. 13. Rubr. quod recipiatur appellatio a tormentis, & ibi sub nu. 11. ponit quis iudex deinde cognoscere debeat causam super negotio principali, an iudex a quo, vel iudex ad quem.

6 Si verò iudex, non obstante appellatione, ad tortorâ processerit, & a reo confessionem extorserit, erit talis confessio penitus nulla, & inefficax ad condemnandum, Ant. Gomez. tit. de delict. c. de tortur. reor. sub num. 25. Marc. decif. 40. nu. 12. Ang. de malef. in verb. quod fama publica, n. 10. August. in add. vbi et dicit, quod talis confessio est ipso iure nulla, sequitur Brun. a Sol. in d. conf. vnico num. 173. & Lancell. de attent. pend. temp. ad appell. c. 12. limit. nu. 99. Moder. Rom. q. 3. n. 17. Cauale. de testib. p. 4. n. 139. latè Villagut. in præf. crimin. lib. 7. c. 10. conclus. 1. vbi plus dicit, quod statim, quod reus est captus, debeat appellare: quia si inferatur tortura, & sequatur confessio erit nulla etiã si non emanauerit superioris inhibitiõ post Bal. & Angel. Imò potest de facto iudici resisti impu- uè, Scacc. de appellat. q. 17. limit. 47. nu. 87. & 147.

7 Primò limita in fisco, vel accusatore quibus non conceditur appellatio à decreto de non torquendo, vel à denegatione, seu dissimulatione iudicis requisiti, & nolentis reum torquere, vt post Aret. in l. 2. de appell. recipien. què sequitur Brun. de indic. & tortur. 2. par. q. 5. nu. 13. vers. sed quid si pronuncietur non esse torquendum, & q. 9. n. 10. & latè hanc opinionem pluribus rationibus comprobatur Ambert. de Antromonia in tract. de quæst. & tortur. posito inter tractatus criminales diuersi Zelett. fol. 440. n. 27. quã opinionem veriorè dicit Moder. Rom. in q. 3. n. 20. vbi relatis contrarijs illos confutat, quam etiam ego veriorè arbitror, cum fisco, & accusator possint reparare grauamen per appellationem deinde à sententia diffinitiuã, & ob id denegari pòt ab ipsa interlocutoria, & non sic est in decreto de torquendo, cū afflictio illata per torturam non possit tolli per quacumque appellationem à diffinitiuã; Et quod fisco, & accusator non possit appellare a dicto decreto de non torquendo, latè tradit Neuizan. & cõf. 60. nu. 7. seq. vt refert Baiard. in q. 64. nu. 86. qui tamen videtur tenere contrariã opinionem ob publicam vtilitatem, vt delicta detegatur, quæ raro sine tortura deteguntur, sed ego non recedo ab opinione superius firmata, quia possunt detegi delicta per sententiã, tã quoad poenam ordinariã, quã quod extraordinariã, & postea similia decreta de non torquendo nunquã fiunt, vt ibi et idem Baiard. fateatur, quod a decreto de non torquendo non admittatur appellatio post alios, quos allegat Scacc. de iud. lib. 1. c. 97. nu. 183. ibi nec mireris, & in trac. de appell. q. 17. limit. 47. memb. 1. n. 154. vbi subdit non procedere in decreto de non torquendo iudicis appellationis, qui reuocauerit decretum de torquendo, quia ab isto datur appellatio.

8 Secundo limita de consuetudine in toto statu ecclesiastico, & præcipuè hic in vrbe, quia non admitti-

tur appellatio a decreto torturæ inferendæ, vt testatur Sigismund. Scacc. de iud. li. 1. c. 97. n. 67. vbi subdit, nisi tamè iudici a superiore sit inhibitum, & resideat in arbitrio iudicis similitè appellationem ab ipsa interlocutoria admittere, vel reijcere, & si reijcitur, præsumitur, quod iudex habeat legitima iudicia, si verò torqueat sine legitimis indicijs, grauiter punitur; de quo suo loco inferius dicam, & quod hodie de consuetudine curiarum resideat in arbitrio iudicis admittere, vel non admittere appellationem a dicto decreto, testatur et Baiard. q. 64. n. 84. in fin. vbi tamen subdit, quod ipse, tã in statu ecclesiastico, quam in Regno, semper reiecit similes appellationes, sed Petr. Pell. in trac. de tortur. q. 3. nu. 39. in fi. dicit, quod vbi in causis crim. vigore statuti esset prohibita appellatio, nõ daretur a decreto de inferenda tortura appellatio, idè q. è vt nõ admittatur appellatio in iudice habente facultatè procedendi ex abrupto, latè Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. nu. 115. & seq. vbi subdit nisi via grauaminis reus haberet recursum ad principem, quia talis modus nõ censetur sibi prohibitus, & quod non admittatur appellatio a decreto torturæ, quãdo pro illo delicto non admittitur appellatio Scacc. de appell. q. 17. limit. 47. memb. 1. n. 153. vbi etiam refert, quid seruetur in ciuitate Luca, vbi ipse ius dixit.

9 Tertio limita, & intellige, vt cauti iudices, quando volunt reum torquere, ne eis ligentur manus per appellationem, soleant interponere tale decretum secretè, & postquam reus est ductus sub tonduolo, & inceptus fuit ligari, & factò decreto, eleuatur, torquetur & sic reus non potest appellare, Marant. in Specul. 6. præf. 13. rub. de q. n. 14. Clar. q. 64. vers. sed quid agendū, Frac. Person. in tra. de ind. & tort. n. 1. in fi. vbi dicit semel casu in præf. habuisse, Cart. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. n. 68. seq. & 77. in fine, vbi dicit ita seruari in statu ecclesiastico, & ponit formam istius decreti sub tonduolo faciendi Modern. Senogall. de mod. forman. process. inform. lib. 4. c. 1. n. 27. Cauale. de testib. p. 4. nu. 159. qui dicit, vt debeat iudex factò torquere, quia nõ datur appellatio a facto, sed a verbis, & sic ab ordinibus, & interlocutoria, sed ego quidem non intelligo istam opinionem Cauale. nisi velimus dicere, quod iudex procederet ad modum belli, cum semper requiratur decretum, seu interlocutoria de torquendo, vt in princ. dixi.

Quæ cautela inanis, ac friuola est, quia reus potest appellare a comminata tortura, vt superius dixi, & etiam, non solum quando est funi alligatus, sed etiam postquam fuit ceptum in altum eleuari, vt dixi supra in materia defensionis, vltra, quod Doctores malè faciunt, qui simili modo affectant appellationem auferre. Franc. Arnol. singul. 39. prout etiam Baiard. in quæst. 64. num. 85. in fi. ex rationibus supra adductis appellat istam cautelam inspidam, prout etiam eandem cautelam reprobat Moder. Rom. in quæst. 38. num. 22. Scacc. lib. 1. cap. 97. nu. 59. de iudic.

10 Sed cauti procuratores solent obtinere inhibitiones a superioribus a comminata tortura, & statim, quod iudex vult deuenire ad ipsam torturam, præsentant ei ipsa inhibitionem, & iudex tenetur super sedere, & se abstinere a tortura inferenda, & causam remittere ad eundem superiorè, & ita seruetur in Regno Neapolitano, vt testatur Baiard. q. 64. num. 85. Quia ante inhibitionem iudex poterit reijcere appellationem, si sibi



si sibi videatur friuola, & si datæ fuerint defensiones, & seruata fuerint de iure seruanda. Foller, in pract. crim. in 3. p. 3. par. princ. nu. 50. Carrer. in l. obseruare, nu. 188. vers. limita prædicta, nisi præcedit. Baiar. d. n. § 5. vbi etiam subdit, quod ita etiam in statu ecclesiastico obseruaretur, si obtineretur inhibitiõ ante comminatam torturam, quæ præsentaretur, Et ego recorder, quod semel in Tribunali A. C. fuit concessa inhibitiõ contra decretum de torquendo quendam clericum in curia episcopali Aquilæ, & isto medio, causam ad curiam deuolui, obtinui, & transmitti processum, & carceratum: Et quia similes prouisiones in Tribunali A. C. ante torturam comminatam, non conceduntur, erit consultum aduocato, vt pro causis in statu ecclesiastico habeat recursum ad illud supremum, & æquissimum Tribunal consultæ, vt scribatur Gubernatori loci, ne deueniat ad torturam, nisi prius data relatione de meritis, & indicijs in eadem sacra consulta, prout ego ita pluries obtinui, ac etiam liberaui, mediante recta iustitia dicti tribunalis, plures a tortura.

11 Quarto limita, quando appellatiõ esset friuola, & calumniosa, quia poterit a iudice reijci. Foller, in ver. & si confitebuntur nu. 50. Menoch. de recuper. poss. remed. 1. §. nu. 322. & seq. Moder. Rom. q. 38. nu. 23. & seq. Baiar. q. 64. n. 85. Scacc. de iud. lib. 1. c. 97. n. 84. & de appell. n. 17. limit. 47. memb. 1. nu. 148.

12 Sed quia a iure non omnes modi, quibus calumnia detegitur in appellatiõne, possunt definiri, ideo iudicis arbitrio remittuntur. Marf. in l. quæstionis modum, n. 45. ff. de quæst. Menoch. de arb. casu 197. n. 7. lib. 2. Lancell. de attent. c. 12. n. 3. & seq. in 6. appell. Claud. Bertaz. ad patrem conf. 384. in lit. A. in princ. Ideo, si iudex arbitratus fuerit appellatiõnem a decreto torturæ interpositam esse friuolam, & calumniosam, deueniet ad torturam, non obstante appellatiõne, & hoc euenire potest, quando ex processu constat extare legitima indicia ad torquendum, & non fuerunt elisa in termino probatorio dato ad faciendum suas defensiones, Carrer. in l. obseruare, §. 21. casus est, num. 2. C. quor. appellat. non recip. Foller. in pract. in verb. & si confitebuntur, num. 50. vers. quod puto esse, & vers. ad cognoscendum. Cyrill. in summ. crim. rubr. 31. de appell. §. si. n. 2. in fi. Et talis cognitio, an debeat deferre, vel non deferre appellatiõni, spectat ad ipsum iudicem a quo, & ad iudicem ad quem spectat cognoscere, an appellatiõ sit legitima, & admittenda, vt latè post alios, quos allegat, prosequitur Farinac. q. 38. num. 29. & seq.

13 Si verò appellatiõ fuerit euidenter, & notoriè calumniosa, potest iudex illam reijcere, & ad vteriora procedere circa torturam inferendam, sine vitio attentatorum: secus verò, si esset in dubio, tã iuris, quam facti; quia, nisi fuerit certus iudex de calumnia appellatiõnis, debet omnino superfedere in tortura inferenda, ne poenæ, & periculo se exponat. Carauit rit. 259. n. 10. Brun. a Sole conf. unico crim. n. 174. Flam. Cartar. de interrog. reis lib. 4. c. 1. n. 73. & seq. Moder. Roman. d. q. 38. nu. 30. Scac. de iud. li. 1. c. 97. nu. 84. & in tract. de appel. q. 17. limit. 47. memb. 1. n. 148. Et si vis scire, quando appellatiõ dicatur euidenter, & notoriè calumniosa, & friuola, videas Contard. in l. 1. C. si in momen. poss. q. 1. nu. 41. & seq. Lancel. de attent. appell. pend. c. 12. limit. 6. nu. 48. & latè Scac. de iud. lib. 1. cap. 97. nu. 84.

Tortura quid sit, & quare fuerit inuenta, & quomodo inferatur.

S Y M M A R I V M,

- 1 Tortura est cruciatus corporis ad eruendum veritatem, & fuit inuenta a iure civili, & ille modus, & ictus funis, manibus post terga ligatis, dicitur licitus: & quando reus haberet impeditam alteram manum, potest per vnã tantum torqueri, & iuste fuit inuentus iste modus, ob publicam vtilitatem, ne delicta remaneant impunita.
- 2 Tortura dicitur species probationis, licet sit fragilis, & periculosa.
- 3 Tortura est inuenta tantummodo, vbi aliter veritas haberi non potest, & dicitur remedium subsidiarium.
- 4 Tortura quando inferitur, iudex debet tenere ampollentam, seu horologium pulueris in loco, vbi non possit videri per ipsum reum.

C A P. II.

**B** Reuiter, succinctè, ac resolutiue intendo procedere in ista materia torturæ, & solum annuere quæ magis percutiunt defensionem carcerati, cum hucusque tam antiqui, quam moderni Doctores multos Tractatus compilauerint, Et pro terminorum declaratione, † Tortura dicitur cruciatus corporis ad eruendam veritatem repertus. Abb. in cap. cum inter extra de reg. iur. Gadin. in tract. malef. rubr. de quæst. in prin. latè Marf. in rub. ff. de eod. tit. Grilland. in tract. de torment. num. 3. Sebastian. Medic. in tract. de diffin. p. 2. fol. 182. num. 2. Caball. in conf. March. lib. 4. c. 24. in lit. A. nu. 1. Et fuit inuentus modus torquendi a iure civili, vt testatur Bors. conf. 201. nu. 103. vers. & si quispiam, vol. 2. Et iste modus, per ictus funis, manibus post terga ligatis, de iure dicitur licitus, vt colligitur ex tex. in l. nullus, C. ad l. Jul. Majest. & a cõsuetudine cõiter approbatus, vt post Fran. Brun. de indic. testatur Jul. Clar. §. si. q. 64. vers. debet igitur iudex Farin. q. 38. nu. 61. Cauale. de Brach. reg. p. 1. n. 57. vbi appellat etiam hoc tormentum funis reginam tormentorum. Et si reus haberet vnã manum impeditam, poterit per alteram torqueri, Brun. p. 2. q. 2. n. 6. Farin. q. 38. num. 63. Et iuste fuit inuentus a iure iste modus inueniendi veritatem ob publicam vtilitatem, ne delicta remaneant impunita, vt tuetur Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. 1. † Et dicitur species probationis subrogata in defectum testium, Crau. conf. 35. n. 30. Ant. Gomez. d. c. 13. n. 1. Baiard. q. 64. n. 55. & alias pluries superius dixi. Sed caueant iudices, ne deueniant ad torturam de facili, cū res sit fragilis, & periculosa, & veritatè fallat, l. 1. §. quæstioni, ff. de quæst. Natt. conf. 372. nu. 1. vol. 2. & latè Ant. Gomez. d. c. 13. nu. 1. vbi post Iuris consult. in d. §. quæstioni, dicit, quod aliqui tanta sunt impatientia, vt potius mentiri, quam pati tormenta velint. Alij autem sunt adeo obstinati, vt potius velint pati quacunque tormenta, quam veritatem fateri, latè Rimin. iuu. conf. 84. n. 4. to. 2. crim. diuers. in fol. & latè Baiard. q. 64. n. 118. Simon. de Pret. conf. 105. n. 5. & quod tortura sit remedium fallax, nec ita ea iudex fundare se possit, latè ostendit Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 1. Iodoch. in pract. crim. c. 29. Rub. de tortur. nu. 4. ubi ponit exempla. Simanch. de Cathol. instr. tit. 69. nu. 84. Cartar. de interrog. reis, lib. 4.



c. 1. nu. 129. Franc. Person. de indic. & tortur. num. 81. Bertazz. conf. 29. n. 4. conf. 162. nu. 9. & plura dantur exempla vt ob torturam nocentes fuerunt absoluti, & innocentes dānati per Paris de Put. de synd. in verb. tortura, il 2. c. 1. nu. 3. per Valer. Max. lib. 8. c. 4. & per Cauale. d. p. 3. nu. 1. † Et fit inuenta tantum in subsidium, quando aliter veritas haberi non posset. Iul. Clar. q. 63. vers. debet etiam. Crau. conf. 287. n. 2. The-saur. dec. 24. n. 6. Ofasc. dec. 79. nu. 55. & seq. Vulpell. respons. 4. n. 13. Franc. Personal. in tract. de indicijs, & tortur. nu. 1. Mar. Ant. Macerat. var. resolut. lib. 3. resolut. 4. n. 5. in fi. Caball. in d. lib. 4. c. 29. in lit. A. n. 2. vbi subdit, quia via ordinaria dicitur, quæ fit per testes, Pet. Cabal. resolut. crim. casu 28. n. 13. in fi. & casu 170. nu. 2. Franc. Marc. decif. 904. nu. 4. & seq. p. 1. Cost. de subsid. remed. remed. 26. n. 1. & seq. vbi dicit, hoc procedere in quocunque casu, in quo de iure, vel de consuetudine deuenitur ad torturam, vt fit semper remedium subsidiarium, & vbi aliter, vel alio modo veritas haberi non potest. † Et in ipso adut orturæ debet iudex adhibere ampolletam, & horologium pulueris, vt sciatur, quanto temporis spacio reus detineatur in tortura, & apparere debet in processu, quando dirigitur ampolletta, & quando finem facit. Cumia. in pract. syndic. c. 1. num. 22. & in ritu fol. 57. col. 1. Cartar. de interrog. reis, li. 4. c. 1. nu. 113. & seq. Ambros. de mod. form. proced. ex abrupt. q. 42. num. 21. & seq. vbi etiam docent, quod iudex debet detinere dictam ampolletam modo, quo nō videatur per reum, sed solum per iudicem, & Notarium, & ita passim obseruatur. Imo d. Horologium debet habere distinctiones medij quarti, & quarti integri, tertij, & dimidij horæ, & horæ integræ, & iudex debet illud tenere ante oculos, vt pēnes acta qualitas, & quantitas torturæ constet. Caualean. de Brach. reg. p. 3. nu. 60. Franc. Bernar. in Schol. ad Ambr. de mod. form. proced. d. lib. 4. c. 3. nu. 6.

**Tortura in quibus causis adhiberi possit, & debeat.**

S V M M A R I V M.

- 1 Tortura, secundum alios quos, non infertur, nisi in delictis, in quibus pœna relegationis supra infligitur. Contrarium autem tenent alij Doctores.
- 2 Tortura infertur vbi imponitur pœna corporis afflictiua.
- 3 Tortura non infertur vbi imponitur pœna pecuniaria, & vide sub num. 5.
- 4 Delicta leuia, quæ dicantur, & quæ dicatur pœna pecuniaria.
- 6 Tortura nō infertur in causa damnorum datorum, nec in occisione animalium, licet alij contrarium teneant.
- 7 Tortura in causa ciuili habente crimen annexum infertur, & hic ponuntur multa exempla per Authorem. Declara etiam, dummodo criminaliter agatur, & crimē annexum sit tale, vt in eo reus de sui natura torqueri possit.
- 8 Tortura an in pœna conuentionali pro habenda veritate adhibeatur, & quid in crimine vsurarum, & quid in mercatoribus decoctis.

**I**n ista quæstione aliqui voluerunt, quod non infligatur tortura, nisi in delictis, in quibus pœna relegationis supra imponitur, vt testantur Gram. confil. 15. nu. 4. conf. 37. nu. 15. & seq. vot. 15. n. 12. Foller. in pract. in verb. Rei indurati torqueatur n. 12. & in ver. & si confitebuntur, num. 64. Lud. à Peguer. in dec. 16. nu. 2. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. n. 1. & 2. Pœna a relegatione supra, & infra in quibus casibus imponatur, explicat Cumia. in tract. de syndic. c. 4. nu. 45. & nu. 50. Caball. in tract. crim. cas. 28. n. 4. casu 170. nu. 14. Baiar. q. 64. nu. 11. Io. Ant. de Nigr. super cap. regn. c. 146. nu. 36. & seq. & latè Maur. Burg. q. 23. nu. 14. & seq. de mod. proced. ex abrupt.

Alij autem teneat, quod Gram. & Foller. vbi supra, loquantur, non de iure cōi, sed vigore constitutionis illius Regni, c. Regni incip. tortura. Alexan. Trentacinq. conf. 21. num. 21. & nu. 26. vers. & quod, libr. 2. † & ob id tortura adhibeatur pro eruenda veritate, vbi pro delicto imponitur pœna corporalis, vt bene declarat Pet. Cabal. in quæst. crim. d. casu 28. nu. 5. & 14. ne sit grauior modus eruendi veritatem, quam ipsa pœna, quæ pro delicto imponitur. Iul. Clar. q. 64. n. 3. cum tortura sit grauior pœna, q̄ abscessio vtriusque manus, s. fi. Auth. vt nuli iudic. Paris de Puteo, de syndic. in verbo tortura, il 3. c. 1. in princ. Marfil. in l. 1. s. præterea, n. 8. de sicar. & in s. expedita, n. 59. in pract. crim. & latè qui alios allegat Franc. Person. in tract. de indic. & tortur. nu. 11. vers. Tu vero. Et pati torturam, sit supremas angustias sublinere. Boss. tit. de tortur. nu. 12. & diffusè Paris de Put. d. c. 1. post prin. vbi recenset Torturæ miseras, & post eum Marf. in l. Diuus Pius, nu. 2. ff. de quæst. Pet. Cabal. d. casu 28. nu. 9. & seq. & latè in casu 170. nu. 1. vbi concordantes allegat. Et quod, vbi agitur de delicto, pro quo possit imponi pœna corporalis, adhibeatur Tortura pro eruenda veritate. Paris de Puteo, de syndic. in verb. Tort. c. 5. sub nu. 2. vers. tamen de iure capitulorum, vbi tenet, quod in furtis minimis deuenitur ad torturam, quando pro eis imponitur pœna sanguinis, & ita concorditer iudicarunt in contingentia facti super imputatione furti modici valoris, sex Doctores Gerundenses contra votum Lud. à Peguer. in dec. 16. nu. 6. vers. alij vero Doctores, vbi agebatur de pœna fustigationis, quæ corporalis est. & de communi, & obseruata opinione testatur Flam. Cartar. de interrog. reis lib. 4. c. 1. nu. 17. & seq. vbi etiam alios refert Modern. Rom. q. 42. nu. 5. vbi in fine dicit, istum casum nullam prorsus habere difficultatem. Pet. Cabal. in quæst. cri. casu 28. num. 15. & seq. vbi post alios, quos allegat, testatur, quod ita vidit millies obseruari, vt tortura adhibeatur, vbi agitur de pœna corporis afflictiua, vt si de pœna fustigationis, perforationis lingue, ac relegationis; & quod etiam ipse infinitis vicibus ita practicauit, & practicari vidit ab alijs; & idem refert, & sequitur in casu 170. num. 5. ea ratione motus, quia tunc non dicatur leue delictum, quando pro eo irrogatur pœna corporalis, vel pœna sanguinis. Card. Tusch. in lit. T. concl. 326. nu. 7.

3 Secus in alijs criminibus leuibus pro quibus nō iugeritur pœna sanguinis, neque alia corporalis. Crau. conf. 137. n. 11. vbi testatur ita seruari in suprema curia Delphinatus. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. vbi. 2.

vbi ex  
ria, ve  
ita ten  
bet. V  
taz. co  
in tra  
Flam  
vbi ali  
man. q  
vigore  
ceretur  
258. v  
dere e  
ficta,  
riam,  
47. vt  
confil  
tione,  
tura, &  
sionis  
uel. in  
Boss. ti  
minim  
magna  
rentur  
finem  
der. Ro  
muni,  
dices a  
conf. 7  
tia, vt  
infligit  
sæ dese  
iudices  
bus, &  
aliter c  
luerit. I  
ter vidi  
ac etia  
cas pro  
nobiles  
proced  
nu. 166  
tj, &  
mod. p  
4 Leu  
capillo  
sine do  
ne, per  
cum in  
cum, &  
Iodoch  
dendo  
lum; q  
dibus i  
verbis i  
quitur  
q. 42. nu  
seq. dic  
quando  
Pœna  
quam q  
Cabal.  
go. s. p



vbi expressè tenet, quod vbi agitur de pœna pecuniaria, vel exilij non adhibeatur tortura, & ibi testatur, q̄ ita tenent Doctores. Iul. Clar. q. 94. vers. præterea debet. Vulpel. respons. 14. nu. 13. respons. 33. nu. 7. Bertaz. conf. 255. n. 7. Becc. conf. 67. n. 25. Franc. Person. in tract. de indic. nu. 11. vers. Tu vero prudens iudex, Flam. Cartar. de interrog. reis lib. 4. c. 1. nu. 17. & seq. vbi alios allegat, & testatur de communi, Moder. Roman. q. 42. n. 9, & sub nu. 10. plus dicit procedere, etsi vigore alicuius Statuti, vel Constitutionis pœna efficeretur corporalis. Caualean. de Brach. reg. p. 3. nu. 258. vbi iniquum dicit aliud asserere, & firmat procedere etiam quando pœna corporalis esset a lege inflicta, sed redacta per Statutum ad pœnam pecuniariam, & Io. Ant. de Nigr. super capit. Regni, c. 146. n. 47. vt non adhibeatur tortura, vbi venit imponenda confiscatio bonorum, & mouentur. Doct. ex illa ratione, quia quacunque pœna pecuniaria, maior sit tortura, & adeo dicatur gratis, vt superet pœnam abscissionis vtriusque manus, Rol. conf. 1. nu. 41. vol. 3. Nouel. in tract. ad defens. tit. de excus. a reo facien. nu. 24. Boss. tit. de tortur. n. 12. Et pœna corporalis, quamuis minima, sit maior qualibet pœna pecuniaria, quamuis magna, l. in seruorū, ff. de pœn. & incontinentia sequebantur relata per Franc. Bec. conf. 67. nu. 25. vique ad finem conf. Quæ reportauit in terminis nostris. Moder. Rom. q. 42. n. 14. & seq. & n. 25. vbi de magis communi, veriori, & rationabili opinione, & quod iudices aliter obseruantes valde reprehendi possent, & conf. 70. nu. 3. etiam testatur de communi obseruantia, vt non adhibeatur tortura in leuibus, & ibi non infligitur pœna corporalis. Et ideo Aduocatus, & causæ defensor instet intrepidè in contingètia facti apud iudices, & in voce, & in scriptis & cum protestationibus, & recurrit ad Superiores; Et iudices caueant ne aliter obseruent, si Deum timeant, quicquid aliter vulerit. Pet. Cabal. in d. casu 170. vbi n. 7. attestatur aliter vidisse infinitis vicib. practicari per alios iudices, ac etiam ipsum practicasse contrariam, vel saltem dicas procedere, si agatur contra personas viles, vel nō nobiles, vel vbi iudex haberet liberum arbitrium in procedendo, vt declarat Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 166. vers. tamen consuetudo, vel si ex circumstantijs, & qualitatibus pœna augetur. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 23. nu. 280. & seq.

4 Leuia autem delicta dicuntur trahere aliquem per capillos, proijcere lapides in aliquem, omnia delicta sine dolo, armorum delatio, ire de nocte sine lumine, percutere aliquem pugno, furtum, aut aliud delictum in re parua, crimen abnegatus, furtum domesticum, & verbalis iniuria. Brun. de iudic. 2. p. q. 3. nu. 3. Iodoch. in pract. crim. c. 35. Rubr. de criminoso tradendo torturæ, nu. 5. loquitur, si inferatur vulnusculum; quempiam capillis conuellere, pessundare, pedibus impingere colaphos, conuicia ingerere, iniuriā verbis inferre, in furto commisso in re parua, latè loquitur Lud. a Peguer. d. dec. 16. per tot. Moder. Rom. q. 42. nu. 6. & Caffon. in tract. de torment. c. 8. nu. 5. & seq. dicit conclusiue, quod leue delictum dicitur, quando de re parui patrimonij agitur.

Pœna autem pecuniaria dicitur, quæ contingat aliquam quantitatem, vel patrimonij diminutionē. Pet. Cabal. d. casu 170. n. 3. ex traditis per Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. in 1. lect. ante num. 1. vers. ad eui-

dentiam præmittatis, ff. de his, qui not. in infam.

5 Et licet de consuetudine aliqui attestentur, quod in leuibus delictis, & vbi imponitur pœna pecuniaria tantum, vel alia pœna, quæ non sit corporis afflictiva, pro habenda veritate, tortura adhibeatur, vt testatur Ioseph. Ludou. com. conct. tit. de consuet. concl. 38. nu. 106. illat. 1. vbi etiam subdit, quod ipse torquere fecit quendam imputatum de occisione duorum bobum, sequitur, vt in causa damnorum datorū adhibeatur tortura. Andr. Fachin. conf. 29. n. 7. vol. 3. & in conf. 86. n. 11. eod. vol. dicit, an sit locus torturæ in causa turbata possessionis, Iul. Clar. §. si. q. 69. n. 21. refert, quod Senatus iussit quemquam eleuari in eculeo pro percussione cum lapidibus facta, etiam quod partis remissio adesset, sequitur Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. n. 46. vers. & Senatus Mediolanensis, & refert Peguer. d. dec. 16. sub nu. 6. Farin. d. q. 42. nu. 25. vbi refert ita alias in vrbe vidisse practicari, & latè Pet. Cabal. d. casu 170. n. 5. Baiar. q. 64. n. 15. refert dicta per Ioseph. Lud. & de eadem consuetudine testatur Caualean. de Brach. reg. p. 3. n. 169. veri. quicquid sit de iure, & nu. 260. firmat, quod supremi magistratus etiam in leuibus causis possint inferre torturam pro habenda veritate de consuetudine extraditis per Girlan. de quæst. & tort. q. 5. n. 2. & seq. Alber. in l. editum, num. 4. ff. de quæst. Farin. q. 42. num. 19. 40. 41. dummodo nonnulla concurrant, quæ ibi Cauale. seriatim recenset.

Ego autem omnino arbitror, quod nullo modo in pecuniarijs possit deueniri ad torturam, cum sit accusatori, vel damnatum passo, aliud remedium paratum; In actione enim oriente ex contractu, vel quasi, nō est tractandum de tortura, etiam quod veritas aliter haberi non posset, quia in ciuilibus iura præbet alia remedia, nam si actor probat plenè intentionem suā, condemnatur; si vero semiplenè, tunc defertur ei iuramentum in supplementum; si vero minus, quam semiplenè, tunc datur reo iuramentum purgationis; aut vero nihil probauit, & reus absoluitur, vt latè ostēdit Modern. Rom. d. q. 42. num. 27. in fi. & ob id bene voluit in alio loco idem Ioseph. Lud. concl. 45. vers. & Plotus, quod in causa damni dati in agris, ac etiam in occisione animalium, non possit deueniri ad torturam, quicquid in contrarium præsupponere videatur Plot. de in lit. iurand. §. 54. vbi enumerat indicia, quibus credit in causa damni dati posse deueniri ad torturam, sed labitur Plotus, quia indicia per eum data bene procedunt in alijs delictis, ¶ non aut in causa damni dati, cum sit leue delictū, prout inter leuia delicta numerauit. Brun. de indic. & tort. 2. p. q. 3. sub nu. 3. & Corrad. in pract. tit. de iniur. post nu. 8. latè Bertaz. conf. 116. & ibi Claud. in lit. A, qui dixerunt non posse procedi criminaliter contra eum, qui duos occiderat equos, cum fuerit causa mera damni dati; Si vero in equo adesset Clericus, tunc pœna aueretur per excommunicationem, vt est latè videre per eundem Claud. Bertazz. in addit. ad Patrem d. conf. 116. in lit. B, nec dissentit, quod in causa damni dati, & in occisione equi non possit adhiberi tortura. Modern. Roman. d. q. 42. nu. 28.

Sed opinio contraria, quod in pœna pecuniaria possit adhiberi tortura, tam de iure communi, quam de consuetudine, posset forsan sustineri, quando pœna esset magna, vt post Mars. firmat Pet. Cab. in casu 170. n. 8.



170.n.8. vbi subdit, quia pecunia dicitur secundus sanguis hominis, quæ poena diceretur magna, & modica, non solum respectu quantitatis, sed etiam respectu qualitatis imputati: & ob id in personis viliibus, qui pluris faciunt pecuniam, quam poenam corporalem, pecuniaria poena diceretur magna, secus in honestis, nobilibus, vel positis in aliqua dignitate, vt latè declarat Pet. Cabal. d. casu 170. num. 8. & seq. post Paulus Grillan d. in tract. de quæst. q. 5. sub num. 4. & q. 7. sub num. 6. & alios, quos allegat Baiar. ad Jul. Clar. q. 64. nu. 7. in fi. & nu. 15. in fin. & quod talis consuetudo procedat solum in viliibus, & vbi iudex haberet facultatem brachij regij Caualc. d. p. 3. nu. 166. in fine.

7 Ac etiam poterit torqueri, quando civilis causa habet crimen annexum pro veritate habenda, vt post alios, quos allegat, de communi testatur Moder. Roman. d. q. 42. nu. 33. Baiar. q. 94. n. 10. 13. in fi. & multa exempla ponit Cost. in tract. de subsid. remed. remed. 26. nu. 5. & præcipuè in cedente bonis, in suspecto de occultatione bonorum, idem post Franch. dec. 277. nu. 12. Baiard. q. 64. n. 10. Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 165. & 267. Et in muliere se opponente executoribus creditorum contra maritum, & occultante bona mariti etiam prætextu dotis Guttier. de contract. iur. p. 1. c. 15. n. 33. Idem in tutore suspecto etiam de occultatione bonorum pupillarum. Idem in matre tutrice suorum filiorum, & nubente, nõ reddita ratione administrationis. Et in hærede suspecto de expilata hæreditate, vt post alios, quos allegat tradit Cost. d. remed. 26. n. 5. Caualc. d. p. 3. n. 267. & seq. Item in negante depositum, Farin. q. 42. nu. 33. Bonifac. de furt. §. 1. nu. 45. Caualc. vbi supra.

Sed intelligat Aduocatus, vt præfata possint procedere, quando ageretur non civiliter, sed criminaliter, & quod crimen annexum sit tale, vt in eo de sui natura possit reus torqueri, vt bene colligitur ex c. 1. de deposit. vbi negas depositum, ideo torquetur, quia negando committit furtum, & sic delictum graue, vt post Franc. Becce. conf. 65. nu. 31. lib. 1. declarat Farin. d. q. 42. nu. 34. & dummodo iudex habeat auctoritatè torquendi. Caualc. d. p. 3. nu. 175. in fi.

Nec non poterit torqueri reus, quando alias gratiam obtinuit a Principe, vel Præside, vel compositionem fecit super delicto, pro interesse civili actore, de quo latè dicam infra cap. 6.

8 Idemque erit in istis mercatoribus decoctis, quia licet eorum obligatio habeat originem a contractibus, tamè omnis sinistra suspicio crescit contra istos decoctores infamissimos, & faciles ad mentiendum, dummodo criminaliter agatur. Moder. Rom. d. q. 42. nu. 35. qui alios allegat, & magis procedit in Statu Ecclesiastico per Bullam Pij V. constit. 111. per quam eis imponitur poena ultimi supplicij.

Idemque erit in crimine vsurarum, dummodo agatur contra vsurarium manifestum, vt latè declarat idem Moder. Rom. d. q. 42. nu. 39. & nu. seq. dicit idem esse in causa pecuniaria, in qua de reb. ad fiseu spectantibus agitur, & præcipuè in causa thesauri ad illu propalandum, & vide Card. Tulcan. lit. T. concl. 330. num. 4.

Quid autem in poena conuentionali, an pro eruenda veritate possit inferri tortura dixi in meo tractat. de pac. treg. verb. & caut. p. 2. §. 3. q. 3. n. 27. & seq.

Et caueat iudex, quod in istis, & alijs similibus causis pro penis pecuniarijs, tortura debeat esse mode-

rata, & leuis; non aut grauis & plena. Grill. d. q. 5. n. 3. & nu. 4. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. nu. 45. vers. licet leuis. Pet. Cabal. d. casu 170. nu. 12. & seq. vbi respondet ad illud, quod dicitur, vt tortura sit grauior poena, quam vtriusque manus abscissio, non procedere in leui tortura, quæ non venit appellatione torturæ; & quod moderatè torqueri reus debeat. Baiar. q. 64. n. 10. in fi. Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 166. in princ. & 260. circa fi. Et in proposito dicitur leuis, ac moderata tortura, quando non excedit secundu gradum. Grillan. d. q. 5. sub n. 4. vers. solutio dic. quod plena; qui quidem secundus gradus est, cum reus ligatus eleuatus supra terram, & paruo momèto detinetur eleuatus arbitrio iudicis, iuxta qualitatem facti, & conditionem personarum; & deinde deponitur, absque aliquo impulsu, quassatione, vel tractu funis, vt post Grill. bene declarat Pet. Cab. d. casu 170. nu. 13. cent. 2.

Quæ requirantur, vt reus torturæ subijci possit.

S V M M A R I V M.

- 1 Tortura non infertur, nisi in subsidium, & quando aliter veritas haberi non posset; & ob id iudex decreto torturæ debet apponere illa verba, quia aliter veritas haberi non potest.
- 2 Tortura non infertur vbi non constat de corpore delicti.
- 3 Tortura non infertur vbi non præcedunt legitima iudicia, & iudicia qualia esse debeat, declaratur hic per Authore.
- 4 Tortura non infertur sine iudicij vigore cuiuscunque arbitrij, nec Princeps potest mandare, vt reus torqueatur sine iudicij.
- 5 Terreri nec etiam potest reus sine iudicij.
- 6 Tortura non infertur, quando accusator dicit, non habeo iudicia, sed volo stare cum reo in tortura.
- 7 Iudicia non solum debent esse sufficientia ad torturam, sed etiam legitime recepta.
- 8 Tortura sine iudicij non infertur, nec in crimine grauiissimo.
- 9 Tortura nec infertur in delicto difficilis probationis, sine iudicij.
- 10 Iudicia, quæ sufficiant ad torturam, non possunt omnia recenseri, neque potest dari certa doctrina, sed remittitur arbitrio iudicis, qui debet regulare, secundum qualitates, & circumstantias delicti, & a regulis iuris communis.
- 11 Iudicium facti dicitur arbitrarium iudicis, sed non iudicium iuris.
- 12 Iudicia remota a delicto plura requiruntur, sed vnu iudicij proximum delicto, sufficit ad torturam, licet alij teneant, quod vnum iudicium, siue proximum, siue remotum sufficiat.
- 13 Iudicia plura remota probata per testes singulares sufficiunt, secundum aliquos, ad torturam, dummodo testes sint plures numero duobus.
- 14 Tortura non infertur, nisi lite contestata.
- 15 Tortura non infertur nisi precedente interlocutoria.
- 16 Tortura non infertur, nisi detur copia iudiciorum.
- 17 Priuilegiatus non potest torqueri, etiam si præcedant legitima iudicia.
- 18 Iuramentum calumnie, si requiratur per reum, operatur, vt non inferatur tortura, nisi præstito prius dicto iuramento per accusatorem.



## Defens. XXX. Circa Torturam pro hab. verit. 81

- 19 Tortura non inferatur, nisi instetur per actorem, quod tortura inferatur, nisi procedatur per inquisitionem.
- 20 Tortura non inferatur reo, si comederit de recenti.
- 21 Minor XXV. annis, non potest torqueri sine curatore; quod non servatur de consuetudine.
- 22 Tortura non inferatur per iudicem, qui non habeat merum Imperium.
- 24 Rei plures si torquendi sint pro eodem crimine, non omnes eodem modo torquentur, sed aliqui gravius, aliqui vero lenius, secundum qualitatem personarum, & indiciorum.
- 25 Reus, si esset membro aliquo debilitatus, non posset torqueri, vel si haberet exudationem venae, aut aliquod vulnus in pectore, aut morbum Gallicum pateretur, vel morbo Ernie laboraret.
- 26 Tortura non inferatur ad propalandum corpus delicti, sed delinquentes, & non inferatur, nisi in casibus, vbi Rei confessio sonaret in delictum.
- 27 Tortura non inferatur, nisi prius requirantur Aduocati in defensionem Rei; quod declara vt hic per Authorem.
- 28 Clericus non torquetur, nisi procedente diffamatione, licet aliter in practica seruetur.
- 29 Tortura in leuibus non inferatur in diebus feriatis, licet aliqui in practica contrarium seruent.

### C A P. IV.

**Q**uoniam multa a Doctoribus assignantur requisita, vt iudex deuenire possit ad torturam, quos recenset Caball. in Constit. March. lib. 4. c. 36. littera, A, n. 3. & seq. tamen resolutiue, ac breuius quam fieri possit procedendo, pro vtilitate inquisiti, & instructione iudicis, & Aduocati, referam magis substantia- lia, & principalia, inter quae primum est, vt veritas facti aliunde quam per torturam haberi non possit, cum tortura sit remedium subsidiarium, Boer. decis. 163. num. 1. vbi testatur ita seruari de consuetudine, Boss. de ind. n. 29. Marf. de quest. in princ. num. 10. vbi subdit, quod iudex in decreto declaret esse deueniendum ad torturam, cum aliter veritatem habere non possit, Iul. Clar. q. 64. n. 5. vbi de communi, Vulpel. respons. 4. n. 13. vbi de communi praxi Franc. Personal. in tract. de indic. & tortur. nu. 1. vbi dicit, quod sine d. interlocutoria iudex teneretur in Syndicatu si reum torqueret. Io. Ant. de Nigr. super c. Reg. cap. 146. nu. 56. late Maur. Burg. de mod. procedend. ex abrupto quaest. 4. num. 27. Card. Tusch. in littera T, conf. 326. num. 8. Costa de subsidiar. remed. remed. 26. numer. 3. & si adessent testes de visu, non debet inferri tortura, Grammat. conf. 12. num. 22. Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 13. in princ. quia sequerentur duo absurda, primum, quod reus bis puniretur, vel reus conuictus absolueretur; & quod conuictus non debeat torqueri Farinac. quaest. 38. nu. 4. vbi alios allegat, Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 13. num. 59. 60. vbi de communi, & practicata opinione, Hier. Hispan. in tractat. commun. contra commun. q. 375. vbi alios allegat Cauale. de Brach. reg. p. 3. numero 116. vbi dicit hoc procedere etiam praesupposito quouis arbitrio circa modum procedendi, Burg. d. q. 4. num. 28. & seq. Decian. respons. 115. numer. 1. volum. 3. vbi subdit, quod nec minus debeat torqueri, si fuerit confessus, & illa cautella, vt reus conuictus torqueatur, ne possit appellare, recessit ab Aula, Clar. quaest. 64. & ibi latissime Ba-  
Tomus Secundus.

iard. Ioseph. Ludouic. d. decis. 13. num. 61. sed poterit solum torqueri pro habendis complicitibus, Ioseph. d. decis. 13. num. 61. Franc. Personal. vbi supra nu. 8. cum cesset ratio praedicta, quia hodie per statuta vbique sit sublata facultas in criminalibus appellandi, Cepol. conf. 32. num. 20. Gramm. vot. 2. numer. 7. & seq. & si aliter faciat teneatur in Syndicatu. Cauale. de Brach. reg. p. 3. num. 11. & seq.

2. Secundum principale requisitum est, vt prius constet de corpore delicti commisso, antequam deueniatur ad torturam, vt late dixi supra in defens. circa corpus delicti, & late qui alios allegat Franc. Personal. in tract. de iudic. & tortur. num. 11. Mar. Anton. Maccerat. var. resolut. lib. 3. resolut. 44. num. 4. Ant. Gabr. conclus. 17. nu. 1. Farin. q. 38. nu. 1. Cauale. de Brach. Reg. p. 3. nu. 10. & sub num. 10. & seqq. docet quando quis dicatur conuictus, Io. Ant. de Nigr. super constit. Regni, cap. 146. num. 50.

3. Tertium est, vt praecedant legitima indicia ad torquendum, l. 1. in princ. de quaest. Marfil. sing. 17. Guid. de Suzar. in tract. de indic. & tortur. num. 28. vbi Bolognaet. testatur, quod de hoc nemo dubitat, Clar. q. 64. nu. 9. & 13. Bursat. conf. 144. nu. 6. vol. 2. Moderu. Rom. q. 38. num. 1. Menoch. de arb. q. 84. nu. 1. lib. 1. cas. 270. n. 3. lib. 2. Rim. iun. conf. 88. n. 51. vol. 1. Ho. d. conf. 102. num. 7. & conf. 107. nu. 23. lib. 1. & conf. 88 nu. 83. vol. 2. & conf. 98. nu. 9. eod. vol. vbi de communi, & firmat procedere in quocumque crimine, Card. Tusch. in lit. T, concl. 326. nu. 1. & conclus. 329. num. 1. vbi de communi, & magis communi. Petr. Pella in tract. de Tortur. q. 3. num. 5. Io. Anton. de Nigr. d. cap. 146. nu. 58. vbi dicit etiam in crimine laesae Maiestat. & cap. 147. numer. 15. Cauale. de Brach. reg. p. 3. num. 74. & 117. Menoch. q. 84. lib. 1. & cas. 270. num. 1. lib. 2. de arbitr.

Et hoc inductum est, ne iudices sint faciles circa torturam inferendam, cum iura canonica, & ciuilia abhorreant, vt ab ea incipiatur, l. 1. in princ. de quaest. Menoch. d. q. 84. num. 2. Clar. d. q. 64. num. 9. Farin. d. q. 37. nu. 2. vbi de communi, Rim. iun. conf. 88. nu. 58. vol. 1. vbi etiam de communi, Rol. conf. 12. numer. 31. 35. lib. 3. Card. Tusch. in lit. T, concl. 329. n. 2. vbi de communi. Imo iudex dicitur carere iurisdictione, qui torquet sine indicijs, Put. de syndicat. in verb. tortura, 3. c. 13. sub n. 3. col. 4. Villagut. in pract. crim. lib. 7. c. 2. concl. 1. & in concl. 3. ponit aliquos casus, in quibus non requiritur ita exacta informatio.

Quae indicia animaduertat iudex, vt sint talia, quod sola confessio delinquentis deesse videatur, l. 1. ver. vt sola confessio, ff. de q. Bal. conf. 263. nu. 6. vol. 1. vbi dixit, quod indicia debeant esse luce clariora in sua specie indiciorum, Crau. conf. 6. nu. 12. Menoch. de praesumpt. q. 89. num. 3. lib. 1. & de arb. cas. 270. num. 5. & seqq. vbi docet, quod debeant esse probabilis, & verisimilia, & ibi refert plures species indiciorum, Farin. quaest. 37. num. 3. 6. 7. & 8. vbi dicit, quod non debeant esse aequiuoca, & quae multipliciter interpretari possint, Brun. conf. 62. nu. 20. Nouell. in tract. ad defens. in princ. nu. 40. & seq. Rim. iun. conf. 88. nu. 40. vol. 1. late Hond. conf. 102. nu. 10. conf. 107. nu. 26. lib. 1. & conf. 98. nu. 9. lib. 2. Scapp. de iur. non script. lib. 5. c. 97. num. 12. & seq. Ambrosi. de process. informat. lib. 4. cap. 1. nu. 15. & seq. Eugen. conf. 27. nu. 67. & seqq. & latissime, conf. 63. nu. 76. & seqq. & conf. 76. n. 17. & sequen-  
F



sequentibus. Sed debent esse concludentia, & ad delictum inferentia; quia ex his, quæ ex accidenti contingere possunt, non oritur iudicium ad torturam; prout multo minus ex actu bono, & licito, quia sicut bonum non præsumitur de malo, ita nec est contra malum de bono, nec ex verbis dubijs, & obscuris, quæ possunt inferri ad malum, & ad delictum, ac etiam ad non delictum, ut post Menoch. & alios, quos allegat, firmat Tob. Non. conf. 101. n. 1. & 5. vers. tamen etiã Mazzol. conf. 87. nu. 89. vers. ad appositionem, & nu. 85. Farin. conf. 37. nu. 20. & seq. conf. 56. nu. 14.

Et hoc inductum est, ut iudices in ipsa tortura inferenda, in qua de salute hominis agitur, cautè se habeant, Farin. d. q. 37. n. 4. Rim. lun. consil. 361. nu. 67. vol. 4. Bertaz. conf. 3. n. 1. vol. 1. nec iudex credat, quod ex similibus ita claris indicijs possit deueniri ad condemnationem, prout quidam iudex se decipiebat, quia ad condemnationem requiruntur probationes luce meridiana clariore, & ad torturam requiruntur etiam in genere suo indicia luce meridiana clariora, ut sint apta ad plene persuadendum, licet non ad plene probandum, ut considerauit Brunor. à Sol. in suo vnico consil. crim. num. 136. Franc. Personal. in tract. de indic. num. 53. vers. sic. hoc tamen intelligas, Moder. Roman. d. quæst. 37. num. 5.

4 Et caueant iudices, ne vigore cuiuscunq. arbitrii a lege, vel ab homine sibi concessi inferant torturam, non præcedentibus legitimis indicijs, cum tale arbitrium regulari debeat a regulis Iuris cõmunis, Guid. de Suzar. de indic. & tortur. n. 41. Farin. d. q. 37. n. 71. & seq. vbi de communi, Bursat. conf. 201. n. 41. & 93. vol. 2. Clar. q. 64. num. 9. Bertaz. conf. 145. nu. 8. lib. 1. Ofach. decis. 79. vbi latè Grat. conf. 45. num. 19. vol. 3. Rim. iun. conf. 88. nu. 30. vol. 1. conf. 361. n. 46. & seq. vol. 4. vbi latè, & expressè dicit, quod arbitrium non supplet defectum indiciorum. Hond. conf. 100. nu. 5. conf. 102. num. 8. & seq. volum. 1. Baiard. quæst. 64. n. 29. in fine. Scacc. de iudic. vbi cap. 97. sub num. 88. & Bursat. in d. conf. 201. num. 93. mentionem facit de quodam chirographo Sixti V. in causa Ducis Gallæsi, & alias ego superior retuli alium chirographum eiusdem Sixti V. in illa causa ardua subtractionis annuli, Card. Tusch. in litt. T. conclus. 329. nu. 58. & seq. Cauale. de Brach. reg. p. 3. num. 113. dicit, quod licet iudex, qui habet facultatem procedendi cum Brachio regio possit deuenire ad torturam contra reum stante difficultate probationis, & mala qualitate personæ, vel atrocitate delicti, vel diffamatione, vel alio indicio verisimili, seu probabili, si verò tamen non præcederet indicium de auditu, nec fuga, nec aliud adminiculum verisimilitudinis non poterit deuenire ad torturam etiam præsupposita d. facultate procedendi cū brachio regio, sed quod omnino præcedat aliquod indicium siue proximum, siue remotum, licet nõ proficeretur a personis fide dignis, si ageretur contra latrones, seu assassinos, & sub nu. 116. & seq. firmat, quod vbi possunt haberi indicia non erit adhibenda tortura, & solis adminiculis, nisi forsam sero possent haberi indicia, & periculum esset in mora, & ibi ponit exempla, & sub num. 119. concludit, quod in istis casibus iudex habens talem facultatem moderatè, & temperatè se gerere debeat.

Immo, nec etiam Princeps potest mandare, ut aliquis torqueatur sine indicijs legitimis, nec iudex te-

netur ei obedire, alias si obediret, teneretur in syndicato. Gram. conf. 45. nu. 35. vot. trigesimo secundo, nu. 2. & super Constitution. Regn. tit. de pugnis sublati, nu. 19. vbi testatur, quod ita respondit Cardinali columnæ Proregi Neapolis, & quod ita fuit seruatum, & Affl. ita respondit Regi Federico, ut testatur Clar. q. 64. num. 13. Farinac. d. q. 37. nu. 74. & seq. Bursat. d. conf. 201. nu. 94. vbi reddit rationem, Rim. iun. d. cõf. 88. nu. 21. vol. 1. Sim. de Pret. conf. 171. n. 5. vers. Princeps, Cardin. Tusch. in litt. T. conclus. 329. nu. 8. & seq. vbi subdit, quod multo minus potest mandare Cardinalis legatus, & n. 50. Baiard. d. q. 64. n. 29. licet ibi subdat, quod aliter iudices seruent cum obediant Principi ita iubenti, sed & Princeps, & iudex in perniciem animarum suarum, hoc faciant, cum iure princeps non possit tuta conscientia hoc mandare, Modern. Roman. dict. q. 37. nu. 77. in princ. latè Scacc. de iud. lib. 1. c. 97. n. 88. vers. iuxta hæc, & latè Imol. Laderch. conf. 184. Peregr. conf. 2. nu. 143. vol. 2. vbi quærit an iudex exequens tale mandatum iniustum excusetur in Syndicatu.

5 Nec minus iudex, non præcedentibus legitimis indicijs, potest reum terrere, Mascard. de probat. concl. 352. nu. 14. lib. 1. & de magis communi, Farinac. d. q. 37. n. 56. & seq. & sub nu. 106. & seq. dicit procedere etiam in seruo. Immo reus non potest torqueri, non præcedentibus legitimis indicijs, etiam de ipsius consensu, Clar. q. 63. vers. sed quæro, Farinac. d. q. 37. num. 119. vbi alios allegat, & reddit rationem, Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1129. nu. 18. & seq.

6 Nec minus si accusator diceret, nõ habeo indicia, & probationes contra reum, sed volo stare secum in tortura, & hoc modo probare delictum ei imputatum, quia nec reus poterit hoc modo torqueri, nec instigator erit audiendus, Marf. in pract. S. expedita n. 57. vers. nam aliquis, vbi firmat, quod stulti sunt, qui aliter dicunt, Clar. q. 63. n. 6. vbi firmat idem esse, si reus instaret, ut accusator torqueretur, & ibi Baiard. Rimin. Iun. conf. 549. n. 21. vol. 5. Quod nota, quia sæpè similes instatiões fiunt, & per accusatores, & per reos, & aliqui iudices Iuris ignari in hoc decipiuntur. Nisi tamè iudex haberet facultatem Brachii Regi, quia si aliqua indicia vtrumque premerent in crimine atroci, & vbi adesset difficultas probationis poterit contra ambos ad torturam deuenire, quod ego credo esse verum, dummodo temperatè ac moderatè eos torqueat.

7 Et etiam iudex sciat, quod non solum indicia debeant esse sufficientia ad torturam, sed etiam legitime recepta, Bursat. d. conf. 201. num. 43. & 95. vol. 2. Clar. q. 64. n. 12. Farin. conf. 83. nu. 2. vbi subdit maxime procedere hic in Curia per Bullam Pauli Tertii, Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupto. q. 100. nu. 1. & seq. vbi dicit procedere etiam præsupposita facultate procedendi ex abrupto, & si agatur contra clericum non possit torqueri, nisi præcedat diffamatio, & sola indicia non sufficiant, latè Marf. sing. 55. vbi testatur alias ex ista doctrina consecutum fuisse in facti contingentia maximum honorem.

8 Nec iudex credat, quod, ex grauitate criminis, possit procedere ad torturam, non præcedentibus indicijs legitimis, latè Hond. conf. 102. sub num. 7. vol. 1. post alios firmat, quod regula illa, ut in atrocissimus liceat iura transgredi, procedat postquam reus est detectus delinquens, & non circa modum procedendi, & la-



& latè ante eum tenet Modern. Rom. in d. q. 37. nu. 79. vbi de communi, & n. 83. vbi respondet post Rim. iun. Claro contrarium attestanti seruari de consuetudine, vt eius attestatio restringatur ad Civitatem Mediolani, vbi erat versatus, Bursatt. consil. 166. nu. 33. vol. 2. vbi de communi, Mazzol. consil. 47. nu. 64. Rim. iun. consil. 78. nu. 53. vol. 1. Honded. consil. 88. num. 23. vol. 2. Et in crimine assassini, idem seruari testantur Doctores relati per Farinac. in d. q. 37. nu. 80. & seq. Hond. consil. 93. nu. 78. & seq. volum. 2. In Patriæ proditore August. ad Ang. in verb. ( che hai tradito la tua patria ) nu. 1. In crimine læsæ maiestatis etiam ita tenent communiter Doctores relati per Farin. in d. q. 37. numer. 92. & seq. Io. Ant. de Nigr. super cap. Reg. cap. 147. numer. 14. qui etiam loquitur in omnibus crim. exceptis Rim. iun. d. consil. 88. num. 53. vbi de communi, & consil. 361. num. 35. vol. 4. Bursatt. consil. 166. nu. 33. vol. 2. vbi de communi, & loquitur etiam in quocunq; crimine gravissimo, Mazzol. consil. 47. num. 63. Farin. consil. 16. nu. 23. Hond. consil. 102. numer. 7. & 55. vol. 1. Card. Tusch. in litt. T, conclus. 329. num. 48. & seq. vbi alios allegat, & testatur de communi, Peregr. consil. 2. num. 20. 21. lib. 2. Immo quod quanto crimen est gravius, tanto indicia vehementiora esse debeant, testatur Rim. iun. consil. 361. n. 32. & seqq. vol. 4. Sed solū in istis delictis atrocissimis, postquam præcesserint legitima indicia ad torquendum, grauiora tormenta possint inferri, licet delictum non esset occultum, quæ nõ inferrentur in alijs delictis non atrocissimis, vt firmant Doct. relati per Modern. Roman. in d. q. 37. nu. 89. Cardinal. Tusch. in lit. T, conclus. 329. n. 45. & seq. Peregr. in suo consil. decisio lib. 2. consil. 2. n. 112. & 115. licet sub nu. 114. & dicat, quod iudices præptiores esse debeant in istis criminibus atrocibus, quàm in alijs ad torturam, & sub n. 101. & seq. etiam firmat sufficere leuiora indicia, & quæ autem indicia sufficiant non possit dari certa doctrina, & sub num. 109. dicit, quod licet in dubio non sit procedendum ad torturam, secus tamen fit in grauibus delictis.

9 Et caueat etiam iudex, ne sub prætextu, quod delictum esset difficilis probationis, deueniat ad torturam sine legitimis indicijs, Bursatt. consil. 166. num. 33. vol. 2. Moder. Rom. d. q. 37. num. 30. 153. vbi alios allegat, Clar. q. 64. num. 6. qui omnes tamen concedunt etiam, quod leuiora indicia sufficiant, sed bene tenent, vt minime sine indicijs ad torturam deueniri possit, quicquid nonnulli alij aliter dixerint. Et si iudex vult alias videre declarationes, adeat Carrer. in prac. crim. in l. obseruare sub n. 184. Menoch. q. 84. de arb. l. 1. Boer. decis. 163. n. 4. & seq. Moder. Rom. in d. q. 38. n. 154. & seq. Baiard. in d. q. 64. ferè per totam.

Nec minus sub prætextu, quod ob torturam sine legitimis indicijs illatam, pro aliquo delicto, se daretur scandalum in populo, iudex potest illam adhibere pro eruenda veritate, vt, post alios, quos allegat, testatur Farin. q. 47. n. 1. in fin.

10 Sed quæ indicia sufficiant ad torturam inferendâ, non possunt omnia recenseri, neq; dari potest certa, & determinata doctrina, sed totum arbitrio prudentis iudicis committitur, Bal. consilio 98. numero 6. & consil. 185. num. 3. vol. 1. Corn. consil. 101. nu. 20. vol. 1. Iul. Clar. q. 64. vers. hoc autem: Claud. Battandier. in prac. crim. reg. 29. numer. 9. Caualc. de Brach. reg. p.

Tortus Secundus.

3. num. 73. Caballin. super Confit. March. lib. 4. c. 19. in litt. A, num. 28. & seqq. vbi recenset multa indicia, & in crimine furti latè Bonifat. in tractat. de furt. §. 2. per totum, qui etiam recenset multa indicia in crimine furti, quæ possunt etiam adaptari alijs criminibus qui iudex attendit qualitate facti, delicti, personæ, & alijs circumstantijs, & qualitatibus in processu deductis, arbitratu reum esse, vel non esse torquendum, Paris. consil. 151. num. 14. vol. 4. Iul. Clar. q. 20. versic. & ad torturam, & latius, q. 64. versic. dixi quoq; Menoch. de arb. cas. 370. num. 3. & seq. lib. 2. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. num. 13. Rim. iun. consil. 88. n. 22. & seq. vol. 1. Eugen. consilio 27. n. 13. & consil. 69. nu. 14. Sim. de Pret. consil. 15. n. 18. Et tale arbitrium non debet esse a iure dissonum, Menoch. cas. 270. nu. 5. Bursatt. consil. 201. numer. 42. vol. 2. Casson. in pract. tit. de tort. c. 6. sed æquitate consentire, Franc. Personal. de ind. n. 15. & 79. Ambros. de pcess. inform. l. 4. c. 1. n. 15.

Non tamen potest arbitrari ex quolibet indicio reum esse torquendum, sed concurrentibus qualitatibus, & circumstantijs de quibus supra, vt animaduertit, Nouell. in tract. ad defens. n. 36. Boss. tit. de indic. nu. 35. Rim. iun. consil. 88. nu. 24. & 29. vol. 1. vbi alios allegat, latè Eug. consil. 27. nu. 67. & seqq. consilio 63. nu. 76. & seqq. latè Add. ad Iul. Clar. q. 20. in litt. C. & debet esse regulatum dictum arbitrium a regulis iuris communis, & non ex sola ceruice Iudicis, latè Paris. consil. 151. nu. 15. vol. 4. Honded. consilio 102. num. 9. vol. 1. Et quando Doct. in ista materia dicunt sufficere talia indicia ad torturam, intelligi debeant de indicijs idoneis, Rim. iun. consilio 361. n. 39. vol. 4. vel à iure approbatis, Hier. Giach. ad Iulium Clarum in dict. q. 20. in littera C. Et ob id Moder. Rom. q. 37. num. 200. dixit posse constitui regulam hodie in contrarium, vt non sit arbitrium iudicis, cum sit ita restricta, & limitata ad terminos iuris ista facultas torquendi reos, quod omnino verum arbitror, ne latruncutores credant Deum creasse corpora humana, vt eorum libero arbitrio possint ea per tormenta cruciare, & lacerare, sed bene verum est quod si iudex habeat brachium regium, sufficit, vt habeat indicia, quibus iure naturali, diuino, vel canonico procedere possit Caualc. d. p. 3. nu. 73. vbi subdit, & ob id poterit torquere reum etiam non sufficientibus indicijs a iure ciuili requisitis, & ibi ponit exempla, vbi tamen sub numer. 77. dicit, quod iudex vigore dictæ facultatis, & arbitrij non potest sanare defectus circa dicta testium, sed tantum circa personas, nec poterit sanare defectus circa dictum ob magnam ceteruâ vel numerum testium ad quod dictum Aduocatus, & causæ defensor animaduertat, quia poterit multos inquisitos à manibus latrunculatorum liberare, & consequi honorem, & lucrum.

11 Ac etiam sciat iudex in hac materia vt indicia ad torturam sint arbitraria iudicis, quado agitur de indicijs facti, nêpè si ex deductis in processu resultet indicium, vel indicia ad torturam, secus de indicijs iuris, & postq; fuerit aliquod indicium probatum, vt confessio extrajudicialis, vel quia adesset vnus testis de veritate, vel qd simile, quia tunc nõ erit in arbitrio iudicis iudicare, an illud indicium sit sufficiens ad torturam, vel non, sed tenebitur omnino iudex reum torquere, Rim. iun. consil. 361. n. 53. vol. 3. vbi alios allegat. Et, si aliquis curiosus velit videre aliqua indicia particularia sufficiencia ad torturam



adeat Campeg, de testib. reg. 395. Menoch. de præsumpt. lib. 9. q. 89. vbi cumulat 43. indicia ad torturam, & de arb. cas. 270. lib. 2. & latissime post alios, quos allegat Moder. Rom. in tract. de indic. & tortur. Peregr. consilio 2. per tot. volum. 2. Blanch. in sua solemni repetitione l. fin. ff. de q. nu. 43. & seqq. Brun. in tract. de indic. & tortur. Nouell. in tra. ad defens. fol. 40. Iul. Clar. q. 21. vbi Baiard. Bal. in tract. de q. Card. Tusc. in lit. T. concl. 329. n. 65. cum plur. seq. Cauale. de Brach. reg. p. 3. n. 73. & seq. & ibi loquitur de indicijs coram iudice ordinario, ac de indicijs coram iudice Brachij Regij.

- 12 Dubitari autem cōtingit in proposito, an plura indicia requirantur, vel sufficiat vnum indicium ad torturam. Et distinctio est, quod vnum indicium proximum delicto sufficiat, secus vero in remoto indicio, quia vnum non sufficit, sed plura requiruntur, Bar. in l. fin. n. 6. ff. de q. quem communiter Doctores sequuntur, vt afferit Bosl. tit. de indic. n. 7. Blanch. in d. l. fin. n. 151. Aret. in verb. quod fama publica n. 50. Marfil. in pract. §. diligenter, n. 117. Corn. conf. 101. num. 13. vol. 1. Et quod indicia remota debeant esse plura, saltem dub. Moder. Rom. q. 37. nu. 43. vbi alios allegat, Rim. iun. conf. 87. nu. 5. vol. 1. vbi de communi, Natt. conf. 42. nu. 6. vol. 1. vbi etiam de communi, & conf. 407. n. 12. vol. 2. de veriori Granut. Theorem. 23. nu. 7. vbi de communi in vtroq; iure, vt saltem duo indicia requirantur, Eugen. conf. 17. nu. 20. conf. 76. n. 28. vbi de cōmuni, & post Alex. afferit ita seruari in practica, & est magis communis opinio vt vnum indicium remotū nō sufficiat ad torturā Bursat. cōf. 336. n. 20. Bertaz. cōf. 145. n. 4. seq. vbi et Claud. in add. in lit. B.

Licet aliqui velint, quod vnum indicium, siue proximum, siue remotum sufficiat ad torturam, vt post alios firmat Iul. Clar. q. 64. verficu. sed quæro quot indicia Natt. d. conf. 407. nu. 12. qui loquitur in indicio resultatē ex fuga, Petr. Caball. in q. crim. cas. 193. nu. 5. vbi testatur ita seruari in practica ex consuetudine Curiarum, Peregr. conf. 2. n. 104. vol. 2. Dummodo tamē aliqua alia adminicula cum dicto indicio remoto cōcurrant, alias secus, vt declara idem Iul. Clar. d. q. 64. verficu. sed quæro quot indicia, Moder. Rom. q. 37. nu. 45. & Granut. Theorem. 23. nu. 8. vel saltem vnum, sufficiat indicium remotum, non ad plenam torturā, sed ad leuem tantum, vt declarat Peregr. d. consil. 2. nu. 104. Sed in aliquibus indicijs remotis est sancitum per Doctores, sufficere vnum indicium, absq; alijs adminiculis, vt in confessione extrajudiciali, & in re furata inuenta pœnes aliquem, in eo, qui visus fuit in rixa admenare, licet non percutere, quia si finita rixa, reperitur aduersarius vulneratus, præsuntur vulneratus ab admenante, & ex isto solo poterit torqueri, Ac et in vno indicio indubitato, vt de singulis tradit Moder. Rom. d. q. 38. n. 48. 50. vbi cōcordates allegat.

- 13 Si vero fuerint plura indicia remota, & probata per testes singulares, poterit reus torqueri, Granut. Theorem. 23. n. 14. vbi ponit exempla, & latē Petr. Caball. in q. crim. cas. 163. ferē per totum, & præcipuē sub n. 4. dicit, si fuerint saltem tria indicia probata per testes singulares, quamuis non multum vrgentia, sufficerent, ad torturam, & sub numero 9. dicit procedere sine difficultate, quando isti testes essent notatē fidei, & magnæ auctoritatis, immo sub num. 6. dicit procedere, & si isti testes plures essent repulsati, vt sufficiat

ad torturam, & ibi concordantes allegat, & post Vulpell. respons. 39. num. 12. verficu. nec ex leuis declaratur, dummodo tamen testes sint plures numero duobus, & rectē subdit, quod tantum resideat in arbitrio iudicis, cum sit arbitrium iudicis sequi, vel non sequi dicta testium, Castren. in l. Lucius, num. 4. ff. de infamibus. Gram. decis. 33. n. 47. vbi alios allegat, Brun. de indic. q. 2. sub n. 6. verficu. ego puto tanto fortius, p. 1. Moder. Rom. q. 37. n. 8. & Peregr. in consil. decisio 2. nu. 53. cum plurib. seqq. vol. 2. latē tradit de ista materia, & sub nu. 62. concludit quid si isti testes singulares deponant de diuersis indicijs proximis facto, & non multum remotis, & sint testes integræ opinionis, & tunc sufficiant ad torturam, & testes sint integræ fieri etiam in atrocissimis, per rationem per eū ibi allegatam, secus erit dicendum quādo deponerēt de pluribus indicijs valde remotis ab ipso facto, vel delicto, quia tunc non possunt insimul iuncta constituere indicium ad torturā, quæ distinctio mihi placet.

- 14 Quartum requisitum est, vt sit lis contestata cum ipso inquisito, secundum Bart. in l. is, qui reus, ff. de public. iudic. Marfil. in pract. crim. §. nunc videndum. n. 28. Corn. conf. 141. num. 6. vol. 1. Blanch. in repet. l. fin. n. 33. ff. de q. Bald. in consil. 246. num. 6. vol. 4. & prius in consil. 248. n. 9. vol. 2. Cuman. conf. 34. nu. 15. Cępoll. conf. 31. nu. 16. vbi de communi, Ant. Trigin. in repet. l. 1. num. 71. ff. de q. Petr. Pella in tract. de tortur. q. 3. n. 12. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupto. q. 100. n. 104. in fin. vbi subdit non requiri litem contestari quādo proceditur ex abrupto. Io. Ant. de Nigr. d. c. 146. nu. 51. Quando autem dicatur fieri litem contestata dixi supra in Defens. 21. cap. 18. Nec non requiritur, quod nomen rei receptū sit inter reos, Bar. in consilio 41. nu. 8. Marfil. in pract. §. nunc videndum nu. 28. conf. 136. n. 18. & in tit. de q. nu. 14. Alex. conf. 241. n. 9. vol. 2. Corn. conf. 60. n. 4. vol. 3. Cępoll. conf. 53. n. 6. Gram. conf. 36. n. 4. Ant. Trigin. in d. l. 1. n. 65. vbi de communi, Petr. Pella d. q. 3. nu. 14. Et quando dicatur reus receptus inter reos, dixi supra suo loco.

- 15 Quintum requisitum est, vt iudex interloquatur, reum esse torquendum, postquam processus fuit publicatus, & causa fuit discussa cum Aduocatis, quam practicam, & Theoricam ponunt Doct. relati per Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 13. num. 21. in fine, & latius nu. 23. Rim. iun. consil. 289. n. 6. vol. 3. Card. Tusch. in lit. T. concl. 326. n. 2. & alij relati per Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupto. q. 100. n. 102. vbi tamen subdit non requiri tale decretum quando iudex habet facultatem procedēdi ex abrupto, & ibi ponit formam procedēdi ad torturam in illo casu, & ibi recenset octo specialia, quæ habet iudex vigore facultatis procedēdi ex abrupto. Io. Ant. de Nigr. d. c. 146. nu. 57. Et si fuerit illata tortura, nullo iudicis decreto præcedente, diceretur indebitē, & nulliter illata, vt post alios firmat Parin. consil. 24. nu. 19. vbi subdit: Et multo magis diceretur indebitē, & nulliter illata quando esset data contra formā decreti ipsius iudicis. Et in ipso decreto iudex debet in vno recolligere, & quasi in epilogum repetere indicia in processu diuersi in locis dispersa, succintē tamen, ac hortando reum ad fatendam veritatem, cum ob tot indicia amplius illam negare non valeat; Ideoque rei se in clementia Principis ponant, & inseruiant pro Aduocatis, qui benē percipient in quo consistat difficultas



cultas causæ, & ita etiam vidi semper obseruari a bonis, & eruditis iudicibus, prout etiam admonet obseruari Ambros. de process. inform. lib. 4. cap. 1. numero 23. & Modern. Rom. q. 38. num. 8. & ita ego semper obseruaui.

- 16 Sextum requisitum est, vt detur copia indiciorum, ac totius processus, nec non ipse processus publicetur, & testes repetantur, vel cum reo confrontentur, siue pro repetitis habeantur, Io. Ant. de Nigr. super cap. Regn. cap. 146. n. 49. & 52. & seq. latissime Farinacc. conf. 103. per totum vbi etiam docet, quod Gub. Urbis nec vigore Bullæ Leon. X. nec alicuius consuetudinis potest reos torquere non data copia indiciorum cum d. Bulla sit correctæ per Bullâ Paul. III. constit. 58. & Pij IV. constit. 85. ad quod in consilium in proposito Aduocatus sepe recurrat, quia in proposito scribendo bene dixit, & Caualc. de Brach. reg. p. 3. n. 4. Nisi reus fuerit repertus in flagranti, cui non datur copia processus, nec indiciorum, Bal. in l. vt vim, num. 2. ff. de iust. & iur. Gram. decis. 36. vbi testatur ita fuisse seruatum contra illos nobiles repertos cum scalis ad fenestras cuiusdam nobilis mulieris; quia in isto crimine ordo est ordinem non seruare, Bal. conf. 31. n. 6. vol. 2. Cæphal. conf. 47. nu. 17. Caualc. de test. p. 4. n. 124. in fi. declarando tamē put docui supra alias.
- 17 Septimum requisitum est, vt inspiciatur persona rei, an sit priuilegiata, vel ne, quia priuilegiatus etiam præcedentibus legitimis iudicijs non torquetur, Doct. relati per Moder. Rom. q. 38. n. 5. Card. Tusch. in lit. T. concl. 329. n. 12.
- 18 Octauum requisitum est, vt si per reum fuerit petitum, accusatorem iurare de calumnia, non inferatur tortura, nisi prius præstito dicto iuramento, Bonifac. Vital. de malef. rubr. quid sit accusatio num. 9. secus si non fuerit petitum, quia tacite remitti potest, Corn. conf. 142. n. 9. vol. 3. Bal. conf. 102. n. 20. vol. 4. & de communi Burfatt. conf. 106. nu. 15.
- 19 Nonum est requisitum, vt accusator instet penes iudicem, vt reus torqueatur, Marfil. in d. §. nunc videndum n. 2. ac tenetur iurare, non habere alias probationes, ibi n. 25. vbi tamen dicit procedere, quando agitur per viam accusationis, secus si per viam inquisitionis: contrarium tamen tuetur Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 13. nu. 22. & ita vbi que in practica seruatur Io. Ant. de Nigr. d. cap. 146. n. 55. Clar. q. 64. n. 25. Card. Tusch. d. concl. 326. nu. 13. sed de consuetudine totius Italiæ ista qualitas, vt actor instet reum esse torquendum, est omnino sublata, vt testatur post alios, quos allegat, Maur. Burg. Siculus in tra. de mod. proced. ex abrupt. q. 42. n. 24. & seqq. Card. Tusch. d. conclus. 326. n. 13.
- 20 Decimum requisitum est, vt reus non comederit per nouem, vel decem horas ante torturam, Marfil. in l. 1. in princ. numer. 81. de quæst. vbi reddit rationem, Clar. q. 64. n. 29. Cartar. de interrog. Reis, cap. 1. num. 74. & seqq. Card. Tusch. in litt. T. conclus. 326. nu. 17. Intrinagl. sing. 180. in fin. lib. 2. Lud. a Peguer. in pract. crim. c. 12. §. 11. n. 1. Maur. Burg. de mod. procedend. ex abrupt. q. 100. nu. 152. Moder. Rom. q. 39. num. 32. qui putat sufficere horas octo, cum eo tempore sit perfecta digestio, & stomachus requirat alium pastum; & refert, quod Nouell. in tract. ad defens. capit. 3. n. 20. affirmat sufficere quinque, vel sex horas, & quod ita vidit seruari, & Ambr. de process. inform. lib. 5. c.

Tomus Secundus.

1. nu. 30. dicit sufficere horas septem, & quod ita vidit obseruari; Alias si euenirent accidentia, & passiones reo in tormentis, tenebitur iudex in Syndicatu, Bal. conf. 241. n. 8. vol. 2.

- 21 Undecimum, requiritur, vt, si reus fuerit minor 25. annis, iudex constituat minori curatorem, alias ipsum torquere non poterit, Ang. de malefic. in verb. comparent dicti inquisiti, ver. nec non sis bene cautus, Io. Ant. de Nigr. super cap. Regni, cap. 146. num. 54. vbi subdit nisi iurasset non venire contra processum, Marfil. in Pract. §. nunc videndum, n. 31. & in conf. 31. n. 19. & in tit. de q. in princ. n. 17. & sub n. 19. dicit procedere etiam in muliere minore, Anton. Tigrin. in repet. l. 1. n. 49. ff. de q. vbi subdit, de hoc neminem dubitare, Battandier. in pract. crim. reg. 51. in princ. Et, si fateretur absque curatore, eius confessio erit nulla, Aug. de Ang. in verb. confitetur totum num. 13. vbi refert, ita Albericum semel obtinuisse, Gram. confil. 52. n. 16. & tex. apertus in l. clarum. C. de author. præstan. vbi Doctores vno ore hoc affirmant, Iul. Clar. q. 50. num. 1. vbi de communi, quod processus sit ipso iure nullus, & post Blach. Epit. delict. lib. 1. cap. 32. nu. 12. in fin. dicit ita seruari in praxi in Regnis Hispaniarum. Quæ opinio communis est vera, quando agitur contra minorem præsentem, secus si contra absentem contumacem, & maxime quando viget in loco Statutum, quod contumax habeatur pro confessio, vt declarat Hier. Giachar. ad Clar. in d. q. in 1. Addit. in princ.

Licet hodie de consuetudine generali aliter obseruetur. Bald. in l. 1. num. 59. C. de confess. pract. Papien. in form. Inquisit. in verb. contra, & aduersus num. 2. & Iul. Clar. in q. 50. in princ. etiam testatur, quod huiusmodi exceptio nullitatis non admittatur, dummodo reus sit maior 14. annis, quia tunc habetur in omnibus, & per omnia pro maiore, maxime quando confitetur delictum, & refert ibi, quod Boss. in tit. de confess. num. 69. testatur, quod ita semper vidit obseruari contra illam l. clarum: & tam in confessione, quam in alijs actis factis per minorem, nullo dato curatore.

Sed Aduocatus poterit deducere, quod stylus contra ius commune non valeat. Dec. confil. 677. nu. fin. Et solus stylus vnius Curie non possit inducere derogationem legis contra ius commune, sed solum derogationem eius, quod esse arbitrio iudicis commissum, vt post Rol. in conf. 3. numer. 36. lib. 3. in nostris terminis tenet Hier. Giachar. ad Clar. in d. q. 50. in litt. B. in princ.

Vel Aduocatus poterit minorem sine curatore examinatum, & confessum defendere, vt non puniri valeat poena ordinaria, sed alia mitiori, Clar. d. q. 50. nu. 1. in fin. de quo latè dicam inferius suo loco.

- 22 Duodecimum, requiritur, vt iudex habeat merum imperium, alias si aliquem torqueat, tenetur actione iniuriarum, & potest puniri de priuato carcere, Brun. de indic. 2. par. q. 7. nu. 3. Foller. in verb. & si confitebuntur n. 79. vbi infert, quod Locumtenens Potestatis, & simplex Assessor non habent torquendi potestatem. Marfil. in l. penul. n. 9. ff. de q. cum tortura dicatur esse de mero Imperio, Moder. Rom. q. 38. nu. 100. Io. Ant. de Nigr. super cap. Regn. cap. 156. nu. 30. vbi admonet Aduocatum, vt ad hoc animaduertat, Caualc. de Brach. reg. p. 2. n. 1. & seq. p. 3. n. 137.

- 23 Decimum tertium requiritur, vt indicia fisci, quauis



sufficientia ad torturam, non fuerint elisa per indicia inquisiti, ad latè tradita per Modern. Rom. in d. q. 38. n. 110. & seqq. Imò deducatus Aduocatus, quod vnū quodque pro reo existat tollat indicia fisci, vt inquisitus non possit torqueri, Gram. vot. 3. n. 20. Roland. conf. 7. nu. 38. & seqq. lib. 1. Rim. iun. conf. 704. nume. 37. & seqq. lib. 6. Hond. conf. 93. n. 83. lib. 2. Ac etiam procuret habere assertionem vulnerati, in fauorem inquisiti non fuisse vulneratum ab eo, quia non poterit torqueri, etiam si indicia legitima contra illum extarent, vt latè firmat in terminis post alios quos allegat Marf. sing. 22. versic. teneas tamen menti.

24 Decimumquartum requiritur, vt iudex, quando plures rei essent torquendi, vt non omnes eodē modo torqueat quamuis præcedant legitima indicia, sed aliquos grauius, aliquos verò leuius, secundum qualitatem personarum, & indiciorum, latè Io. Anton. de Nigr. super cap. Regn. cap. frequens tit. de test. public. nu. 38. circa fin. & latè Menoch. cas. 271. per tot. lib. 2. de arb. Clar. q. 64. nu. 30. Moder. Rom. q. 38. nu. 23. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. cap. 1. num. 122. in fin. Decian. respons. 93. nu. 136. lib. 3. Qui omnes firmant, vt iudex consideret, an vnus sit robustus, & fortis, an debilis, vel delicatus, an minor, an maior, an senex, an iuuenis, an sanus, an infirmus, an timidus, vel versutus, an nobilis, vel plebeius, an Doctor, vel constitutus in dignitate, vel potius sit persona priuata, & alia similia diligenter perpendere, & considerare debeat.

Ideo post Iacob. de Beluis. Io. Anton. de Nigr. in d. cap. frequens, num. 39. ponit vnā cautelam, vt, si Aduocatus timeat, ne Reus immediatè torqueatur, maximè si fuerit debilis, ante torturam petat Reum exhiberi, vt ipso exhibitō, a Peritis habere possit fidē de eius debilitate, & complexione, & minime posse dictum Reum graue torturā sustinere; quæ cautela ī calu cōtingēti nō erit mala, si Aduocatus ea vtatur.

25 Decimumquintum requiritur, vt Reus non sit mēbro debilitatus, quia tunc non posset torqueri, & si torqueretur, & confiteretur, eius confessio nihil sibi nocēbit, Laderch. Imol. consil. 183. nu. 1. vel si exudationem venæ, & aliquod vulnus in pectore passus fuerit, si difficultatem anhelitus aut Morbum Gallicum, aut quid simile habuerit, Cart. de interrogat. reis, lib. 4. cap. 1. nu. 112. in fin. Modern. Rom. q. 38. nu. 33. in fine, vel patiatur rupturam, seu morbum Erniæ: & in hoc causæ defensor sit cautus, vt deducat in actis dictum reum laborare tali morbo, vt poterit iudicari per peritos, ac etiam percipi per ocularem inspectionē, latè Cauale. de Brach. Reg. p. 3. n. 141. vbi admonet iudicē qd facere debeat in similibus casibus.

26 Decimumtextum requiritur, vt tortura non inferatur ad propalandum corpus delicti, cum de eo aliumde cōstare debeat, sed ad sciendum auctores, & reos delicti, vt dixi supra defenf. 5. Et etiam debet inferri in casibus, in quibus confessio possit, & debeat sonare in delictum, cum tortura inaniter non sit inferenda, latè Riminal. iun. consil. 683. n. 52. vol. 6. Simon. de Pret. consil. 50. n. 8. & seq.

27 Decimumseptimum requiritur, vt antequam reus torqueatur sint requirendi aduocati rei, & bene audiendi, an reus sit torquendus, vel ne, Iul. Clar. q. 64. n. 34. vers. bene dicit, & ibi Baiard. nu. 104. vbi subdit maximè procedere in Regno Neapolitano, licet hoc

male seruetur in practica, vt requiratur aduocati, sed bene audiantur, si velint audiri, & ita Mediolani seruari, testatur Iul. Clar. d. q. 64. n. 34. in fin. Card. Tusc. in litt. T. concl. 326. n. 18. & in statu ecclesiastico Baiard. vbi nn. 105. & quod in vrbe ita seruetur, testatur Cauale. de Brach. reg. in fragmentis, fragm. 66. quando agitur contra aliquam personam insignē, sed caueat Cauale. quod iste stylus curiæ obseruatur indifferenter in quacumque causa, & siue agatur contra personam nobilem, siue plebeiam, & hic etiam in curia ita obseruatur, vt non requirantur, sed bene audiantur aduocati pro reo, sed postquam aduocati fuerunt auditi, non interueniunt, de consuetudine, actui torturæ, licet de iure aliter sit dicendum, vt est videre p Iul. Clar. d. q. 64. n. 34. Cauale. de Brach. reg. in fragmentis fragm. 66. in princ. Prout nec de iure procurator fiscalis deberet interuenire eidem torturæ reo inferendæ, vt post Foller. tradit Iul. Clar. d. q. 64. num. 34. & ibi Baiard. n. 101. vbi adducit Afflict. & Bart. licet de consuetudine aliter obseruetur, vt post Foller. dicit Iul. Clar. dict. q. 64. n. 34. & Baiard. n. 101. vbi plus subdit, quod ipse, ad tollendas vanas exclamationes fisci, semper volebat præsentiam fiscalis, vel alicuius substituti fiscalis, prout ego etiam semper ita obseruavi, ad effugiendas illius Procuratoris fiscalis vanas acclamationes, sed Baiard. d. q. 64. nu. 103. dicit, quod si aduocati reorum non fuerint adhibiti in disputatione indiciorum, non per hoc vitiabitur processus, vel sententia.

28 Decimumoctauum requiritur etiam, quod in tortura inferenda clerico, præcedat infamia, alias non poterit torqueri, Doct. adducti per Farin. consilio 38. nu. 16. in princ. vbi tamen subdit, quod malè de consuetudine obseruatur, vide latissimè Granut. Thorem. 15. per totum.

29 Decimumnonum requiritur, vt reus non torqueatur in diebus feriatis in honore Dei, nisi in grauibus, non autem in leuibus, Iul. Clar. q. 64. nu. 33. in princip. vbi subdit, quod iudices Deum timentes ita obseruat, licet aliter malè de cōsuetudine obseruetur. Modern. Rom. q. 38. n. 107. & seq. Villagut. in pract. crim. l. 8. c. 6. concl. 1. in princip. vbi latè & reddit bonā rationē.

#### Iudex quando possit reum terrere.

##### S V M M A R I V M.

- 1 Terrere reum iudex potest pluribus modis per verba, per conductionem ad locum tormentorum, reum spoliando, ac in tortura per aliquod spacium temporis eleuando, & eleuatum leuiter torquendo.
- 2 Terrere reum iudex non potest, quando non præcedant legitima indicia, cum non sit inchoandum a terrore, licet aliqui contrarium teneant.
- 3 Auctor conciliat istas contrarias opiniones, et constituit differentiam inter verbalem territionem, et alios modos supra adductos.
- 4 Indicia qua esse debeant, vt deueniri possit ad modum terrendi per iudicem.

##### C A P. V.

1 **P**RO declaratione istius quæstionis sciat iudex, quod terrere reum pluribus modis potest, & primo per verbalem territionem, cum minis, & quando iudex vultu, vel verbis se terribilem ostendit. Boff.



Boss. de indic. numer. 124. Secundo, quando reus ducitur ad locum tormentorum, & ibi spoliatur, aut ligatur. Tertio modo quando spoliatus, & ligatus eleuatur in tortura. Quarto modo, quando leuiter torquetur, vt post alios, quos allegat, ponit Moder. Rom. q. 37. num. 96. 97. 102. & seqq. & ante eum, Marf. in l. 1. in princ. num. 55. & seqq. ff. de q. conf. 8. num. 15. & seq. & in pract. §. expedita num. 2. & seqq. & Cauale. de Brach. reg. p. 3. numer. 51. & in tract. de testib. p. 4. n. 155. & seqq. refert doctores tenentes, & distinguentes plures gradus torture, sed amplectitur distinct. facta a Iul. Clar. in q. 64. versic. Nunc de gradibus in fin.

2 Ac etiam firmant Doct. quod, si non præcedant legitima indicia, sicut iudex non potest reum torquere, nec etiam possit eundem terrere Io. de Arnol. cōmen. 117. Gram. conf. 15. n. 6. & seqq. Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 13. sub num. 4. Modern. Rom. q. 37. n. 96. & seq. vbi de magis communi, licet sub nu. 98. & seqq. adducat alios contrarium tenentes, Franc. Personal. de indic. & tortur. vbi in princ. firmat, quod nō est inchoandum a tortura, ita nec a terrore, & minis, & sub nu. 73. testatur de communi, Mascard. de probat. lib. 1. concl. 352. nu. 14. Marfil. in l. 1. in princip. num. 52. in ff. de q. Matth. Griball. inter com. opin. rom. 1. vers. confessio metu tormentorum, qui omnes alios allegant, & firmant, confessionem deinde emanatam ex minis, & terrore non valere. Sed quia, vt dixi, Modern. Rom. refert Doct. contrarium tenentes in d. q. 37. num. 98. & seqq. Ideo pro conciliatione erit firmiter tenendum.

3 Quod, si iudex habeat vehementem opinionem ex multis circumstantijs etiam extra processum, possit reum terrere, ei minando torturam, si non dicat veritatem, text. in l. item apud Labeonem, §. quæst. ff. de quæst. Boss. de indic. ante num. 24. & n. 122. in fine, vbi loquitur in solo terrore vultus, & verborum, Anto. Gomez. d. cap. 13. nu. 4. Franc. Personal. de indic. nu. 77. vbi dicit, quod ad incutiendā hanc verbalem territionē, requiratur qualis qualis præsumptio contra reū; Quod tamen verū erit in homine sagaci, & solito carcerari, & examinari, secus in homine vili, timido, & non solito carcerari, neque examinari, cui iudex sine indicijs non debet minas de torquendo inferre, quia in feminis, & alijs timidis personis possunt tantum minas de torquendo, quantum in homine sagaci ipsa tortura potest, Boss. de tortur. nu. 23. Marfil. in pract. §. expedita nu. 9. Franc. Personal. de indic. num. 74. vers. hinc est, Modern. Roman. d. q. 37. num. 103. Et ita omnino ego moneo, vt iudices obseruent, nam si sequeretur confessio ex dictis minis, non posset sequi condemnatio, cum iudex non possit esse certus, quod dicta confessio fuerit emanata propter veritatem sed propter metum dictarum minarum, & confessio, vt exequi possit, requiritur inuulnerabilis, vt inferius suo loco dicam.

Si vero loquimur de alijs territionibus per conductionem ad locum tormentorum, vel si ibi reus fuerit spoliatus, vel funi alligatus, vel in altum eleuatus, tunc vera est resolutio, vt, licet non requiratur indicia sufficientia ad plene torquendum, requiratur tamen indicia ad terrendum, vel leuiter torquendum, Grilland. de quæst. cap. 4. num. 4. & seq. Corrad. in pract. tit. de negat. crim. num. 41. Foller. in pract. in ver. rei indurati torqueantur num. 8. versic. hoc tamen verum intel-

*Tomus Secundus.*

4 ligas, Franc. Personal. de indic. num. 78. † vbi exemplificat, quando iudex haberet vnicum testem non integrum contra reum, vel duos singulares testes deponentes de indicijs remotis, vt possit iudex committere, reum ad locum torture conduci, spoliari, & a terra aliquantulum eleuari, eoque eleuato, suspensoque interrogare, & per aliquod notabile temporis spacium in tortura retinere. Idem firmat Card. Tuschul. in litt. T. conclus. 325. n. 9. post Clar. q. 64. n. 33.

Gratiatus de delicto quando possit torqueri ad propalandum socios, vel res furatas, vel pro interesse partis.

*S V M M A R I V M.*

- 1 Gratiatus, quando agitur de interesse partis, potest ad instantiam partis torqueri.
- 2 Item potest torqueri ad sciendum qualitatem, & quantitatem rerum ablatarum.
- 3 Item, quando fuit gratiatus sub spe impunitatis, cum sit torquendus ad tollendam maculam delicti iam commissi, contra socios, & complices.
- 4 Gratiatus per compositionem, parte non concordata, sine altercatione, potest torqueri, maxime si compositio fuerit facta a iudice.
- 5 Gratiatus contra complices leuiter debet torqueri.
- 6 Gratiatus a Principe non potest contra complices, & socios torqueri.
- 7 Cautela aliqua assignantur, vt eo minus gratiatus possit torqueri pro habenda veritate contra complices.

*C A P. VI.*

1 **I**N ista quæstione resolutiue procedendo sciat iudex, quod circa interesse partis non est dubium, quod gratiatus possit torqueri, si pars agat ad diuinum interesse, cum remaneat nescio quid criminale impunitum, vt tradit Boss. de indic. num. 101. in princ. Rip. in rubr. extra de iudic. nu. 97. & seqq. Anton. Scapp. de iur. non script. lib. 5. cap. 119. n. 9. & seqq. vbi dicit, quia Princeps non videtur remittere ius partis, licet remiserit pœnam. Nec obstat, si dicatur, quod tortura sit pœna, quia isto casu non consideratur vti pœna, sed vti inquisitio, & probatio veritatis; quia Princeps remittendo pœnam, non videtur remittere probationem per tormenta principalis, quæ fit ad releuandam partem ab onere probandi, vt latè etiam dixit Paris de Put. de syndicat. in verb. tortura, cap. 2. per tot. Boss. de indic. ante numero 101. latè Modern. Rom. q. 5. num. 12. vers. limita sublimitationem, vbi respondet Ruyn. in consilio 60. per totum vol. 5. qui dicebat, quod tunc secuta gratia, vel compositione cum reo, actor solum agere possit ciuilitè contra reum, quia non per hoc est extinctum ius actori pro veritate habenda, vt non possit ipse reus carcerari, & torqueri, cum etiam in ciuibus habentibus delictum annexum tortura inferatur pro habenda veritate, & ipse Modern. Roman. loquitur, quando gratia fuit facta mediante pecunia per compositionem, & post Scapp. in loco supra relato, idem tenet, & sequitur Baiard. q. 21. num. 27. Franc. decif. 459. par. 3. Farin. consil. 46. num. 18.

2 Idemque erit, si torqueri velit ad sciendam quantitatem, & qualitatem rerum ablatarum, quia non



obstante gratia sibi facta de furto, vel rapina, poterit torqueri, latè Decian. in tract. crim. lib. 3. cap. 35. nu. 63. tom. 1.

3 Ac idem erit, quando habuit gratiam ad sciendum alios complices, & curia velit gratiatum torquere ad tollendam maculam complicitatis, vt afficiat alios socios, complices, & nominatos, Franch. d. decis. 459. vol. 3. latè Petr. Caball. in q. crim. cas. 29. per totum Cent. 1. Cost. de subsid. remed. remed. 26. n. 9. & 10. & Capoblanc. de auct. Baron. prag. n. 70. vbi subdit, quia isto casu non datur gratia pro pœna, sed ad sciendam delicti veritatem.

4 Si vero gratia fuerit habita, mediante cõpositione, & tunc inter Doctores controuertitur, an possit pro interesse ciuili torqueri, ac amplius criminaliter molestari, & vera resolutio mihi videtur, quod si cõpositio fuerit secuta, parte non concordata, & cum in quolibet delicto duplex actio oriatur, vna ad publicam vindictam pro interesse Principis, & fisci, altera pro particulari interesse partis, l. fin. ff. de priuat. delict. l. sed si nomine, ff. de fals. Boff. tit. quomod. proced. per act. in delict. nu. 1. latè Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. numero 37. tunc non est dubium, quod pars non concordata possit agere, & prosequi iudicium etiam criminale pro suo interesse, Boff. tit. de indic. nu. 101. circa med. & etiam voluit Grilland. tit. de pœn. compet. q. 3. nu. 4. vbi concordantes allegat. q. 5. nu. 2. in fin. & q. 6. nu. 7. Farin. consil. 46. nu. 15. in fin. cum transactio, vel cõpositio facta cū fisco, parte non concordata, non valeat, Gram. vot. 35. nu. 6. & seq. vsque ad fin. vbi refert vltimo supplicio fuisse affectum quemdam Eliseum, qui pro homicidijs se composuerat, sine partis remissione, & super consil. Reg. fol. 153. De concordia partis post numer. 4. quem sequitur Iul. Clar. q. 59. sub vers. adde quod, vbi etiam testatur fuisse reuocatam per consiliu Neapolitanum quamdam cõpositionem factam per quemdam Moysem, parte non concordata, & ego latè dicam in defens. 35. circa cõpositionem cap. 3. nu. 1. & seqq. Ideo, si non nocet cõpositio facta cū fisco parti, quoad eius interesse, necessario sequitur, quod nec noceat in iure agendi criminaliter pro dicto interesse, vt considerat Grilland. d. tit. de pœn. compos. q. 5. nu. 7. & sequitur Moder. Rom. consil. 46. nu. 14. & seqq. vbi sub nu. 25. testatur ita fuisse executum, per Locumtenentem Criminalem Gubernatoris Vrbs illius temporis, Cauale. de Brach. reg. p. 4. nu. 207. vbi etiam alios allegat.

Quæ omnia procedunt in cõpositione facta per iudicem, parte non concordata, cum illa sit prorsus inualida, nedū quoad interesse partis, sed etiā quoad pœnam, ratione publicæ vindictæ, imponendam, & ideo sic gratiatus, vel absolutus poterit, non solum ciuilitate, sed etiam criminaliter conueniri, Luc. de Pen. in l. 1. col. antepenult. vers. hoc autem circa hanc materiā, C. defertor. lib. 2. post Innoc. in cap. Odoardus, Paris de Put. de syndic. in verb. cõpositio. cap. 1. n. 6. circa fin. & n. 7. & cap. 4. n. 1. versic. & quia Reipubl. vindicta, vers. vbi autem læsus, & cap. 5. nu. 5. in fin. & cap. 9. nu. 3. & seq. Carauit. rit. 273. nu. 1. & seqq. Moder. Rom. consil. 46. nu. 12. & sub numer. 20. & seqq. dicit procedere, etiam si in gratia adisset illa clausula (mandamus casari, & aboleri processus) per rationes per eum ibi adductas, & latius idem

soluit in q. 5. nu. 12. versic. sublimita iterum, & in d. consil. 46. nu. 24. etiam dicit, quod gratiatus non debet conueniri, cum nullum verbum fecerit in gratia, vel cõpositione de interesse partis, nec minus potest dicere, decipi sub fide publica, cum iudex processerit nulliter ad dictam cõpositionem, parte non concordata, & Boff. tit. de indic. nu. 101. in fine etiam dicit, quod si gratia loquatur de remissione pœnæ tantum, ergo remaneat ius saluum parti in cõteris.

Sed aduertat iudex, quod isto casu reus debet leuiter, non autem grauius torqueri. Boff. tit. de indic. n. 99. Farin. d. q. 5. nu. 12. in fine.

6 Circa verò gratiam concessam a Principe aliter est dicendum, quia ipse non solum, absque consensu partis, potest remittere omnes pœnas pecuniarias, & corporales a iure, vel ab homine inflictas, Ruyn. cõf. 60. vol. 5. Paris. consil. 1. vol. 4. Boff. tit. de remed. ex fol. Clemen. Princip. n. 23. Suarez. comm. opin. versic. Princeps, nu. 257. verum etiam potest iuri priuatorum, & singularium personarum pro damnis, & interesse in parte, vel in totum eius arbitrio derogare, secundum communem opinionem attestatam per Dec. consil. 250. n. 5. Petr. Bell. de re milit. fol. 130. nu. 20. Hieron. Gabr. consil. 172. nu. 49. Bonac. comm. opin. par. 1. vers. Gratia, seu remissio, propè finem, & Paris. d. consil. 1. nu. 65.

Quæ opinio reuocatur in dubium per Farin. in d. consil. 46. nu. 17. & seq. qui videtur velle illam restringere, quando reus, qui gratiam obtinuit, parte non concordata, falsus fuit delictum, quia tunc nil aliud remaneat, nisi, quod ipsa pars ciuilitate cogat reum pro suo interesse; secus vero, quando reus negat delictum, & in processu non erit probatum quia tunc, nisi parti detur ius agendi criminaliter pro suo interesse, non posset ius suum consequi, iuxta l. finalem, ff. de furt. & §. ex maleficio instit. de action. & ob id, stantibus indicijs, poterit deueniri ad torturam pro liquidando interesse ciuili partis Rip. in rubr. extra. de iudic. n. 97. & seq. Paris de Put. de Syndicat. verbo tortura il. 3. cap. 2. per totum, & alij in principio relati. Quæ Farin. restrictio videtur posse procedere in gratia iudicis, vt superius dixi, ac etiam in gratia Principis, quando fuit parti ius agendi pro suo interesse reseruatam, vel aliter de mente Principis ita constaret. Secus verò in gratia eiusdem Principis simpliciter concessa: quia, cum ipse Princeps possit omnes pœnas pecuniarias, & corporales tollere, & iuri priuatorum eius arbitrio derogare, nō video quomodo remaneat ius agendi parti pro suo interesse, cū illud fuerit per gratiam Principis extinctum, quo ad modum criminaliter procedendi.

Et ex ista ratione potest etiam decidi alia quæstio, quod gratiatus simpliciter a Principe non possit amplius examinari: nec torqueri pro interesse Reipublicæ, vel ad publicam vindictam pro habendis complices, fautoribus, & auxiliatoribus cum per dictam gratiam iam fuerit sublatus, & extinctum omne ius criminalitatis cõcernens interesse Principis post Dec. consilio 137. nu. 14. Baiard. quæst. 24. numero 140. Grilland. de pœn. compos. quæst. 3. numer. 4. quæst. 5. per totam, & quæstione 6. nu. 1. & seq. Farinacc. quæstione 5. numero 12. Et habere complices, & fautores, magis respiciat vtilitatem Reipublicæ, ad purgandam Ciuitatem, vel Prouinciam malis



malis hominibus, quam interesse particulare partis, l. congruit, l. illicitas, §. potentiores, ff. de offic. prefid. cum alijs per me adductis in tract. de pace treuga, p. 2. §. de caut. q. 6. nu. 2.

Nec obstat, quod aliqui dicant, quod tortura, isto casu non sit pena, cum inferatur gratiatio tanquam testi pro habenda veritate contra alios, quia hoc potest esse verum de iure. Secus de facto considerata tortura, tanquam illata in persona gratiati, & bene huic objectioni sic respondet Mar. in l. Diuus, in prin. nu. 4. ff. de quaest. & ibi subdit, quod ita torti bene sciunt, & fatentur, & quod dispensatus, & restitutus in pristinum non possit torqueri; nec interrogari de cōfocijs. Dec. in tract. crim. lib. 5. c. 36. nu. 19. vers. fallit, tit. de quaest. Ideo omnino est concludendum, ut iste gratiatus a Principe non sit amplius per corporis cruciatum vexandus, cum tortura quoque modo inferatur, si non de iure desumpta, tamen de facto considerata inferat penam, quae est prorsus sublata per ipsam gratiam Principis, & ita diebus praeteritis fuit resolutum per sacra consultam in vna Perusina ad fauorem vnus de gratianis ob amplas clausulas appositas a Summo Pontifice in eius gratia denotantes omnem remissionem a poena criminalitatis, & in specie pro ista opinione, quod gratiatus non possit amplius torqueri pro habendis complicibus fuit in voto Illustr. D. Card. Bandin summæ doctrinae, sapientiae, experientiae, vigilantiae, & integritatis, qui hodie merito potest alta voce exclamari, ut sit splendor non solum dicti supremi tribunalis Sacrae Consultae, sed etiam totius Collegij Illustr. DD. S. R. E. Cardinalium.

7 Sed ad tollendas omnes, & quascunque difficultates, cautum erit gratiatio, ut ante gratiam, vel compositionem praefigatur terminus instigatoris, vel accusatori ad probandum, vel probatum habendum quicquid vult & potest, ut per Lucam de Pen. in l. 1. col. antep. ver. hoc autem circa hanc materiam, C. de fectorib. lib. 2. Paris de Puto, de syndic. in verb. compositio. c. 4. n. 3. in fi. licet Caraut. rit. 272. n. 20. voluerit, quod sola termini praefixio consensum non inducat, nec sufficiat tacitus, sed expressus, vel eiusdem requiratur per tex. in l. fi. & ibi gl. in verb. nisi euidens, ff. ad Turpell. & Boss. tit. de indic. nu. 101. etiam praebet aliam cautelam gratiatio, ut gratia sit concipienda, ut non solum respiciat poenae remissionem, sed et processum, prout fuit dictum in quadam gratia concessa quibusdam militibus, licet hanc cautelam etiam impugnet Farin. in q. 5. n. 12. sub vers. sublimita iterum, vbi plus loquitur, etiam si compositio emanauerit a Principe, Quod nullo modo admitto in compositione facta a Principe, & maxime, quando mandauit amplius criminaliter non molestari, cum ut superius dixi, Principes possint omnes poena criminales auferre, & iuri priuatorum derogare, ne criminaliter amplius agatur, & maxime pro interesse reipubl. ad habendum alios complices.

Et super ista quaestione volui consilium eruditissimi viri D. Petrij Caballi, qui in omnibus eam approbavit per suas epistolas mihi transmissas.

Confitens fecisse delictum ad necessariam defensionem an possit torqueri, ut delictum sine dicta qualitate fateatur.

S V M M A R I V M.

1 Confessio quando sit acceptanda cum sua qualitate remiss.

2 Confitens delictum cum qualitate, si incipiat a negatiua, dicens, non feci homicidium, sed quatenus reperitur me fecisse, illud feci ad meam necessariam defensionem, non potest torqueri pro habenda veritate, licet alij contrariam opinionem teneant. Author autem ponit conciliationem ad istas contrarias opiniones.

3 Confitens delictum, si incipiat ab affirmatiua, quia dicat occidisse hominem, sed ad suam necessariam defensionem, alij tenent, quod index non debeat admittere talem responsum, alij autem tenent, quod non debeat torqueri, sed scissa confessione sit condemnandus.

4 Cautella assignatur Aduocato hoc casu, quomodo talis confessio non sit scienda.

5 Confitens cum qualitate, an ordinariè, vel extraordinariè, sit condemnandus.

C A P. VII.

1 Quidam in ista quaestione scribatur per Doct. de confessione qualificata, an sit acceptanda cum sua qualitate exclusiua delicti, vel potius sit scienda, de qua per Bar. in l. Aurelius, in §. item quaest. nu. 2. de liber. leg. Menoch. de arb. cal. 279. num. 6. lib. 2. Clar. q. 55. nu. 14. vbi ad tentes late Moder. Roman. q. 81. c. 8. per totum, nu. 110. cum plur. seq. Ant. Gabr. concl. 19. per totam lib. 7. Masc. de prob. concl. 868. per totam, vol. 1. Thom. Triuis. dec. 46. per totam, lib. 2. late vbi alios infinitos cumulauit Pet. Cab. in q. crimin. casu 17. nu. 6. cent. 1. & latissimè Claud. Seyl. in l. vt vim in 2. lect. ff. de iust. & iur.

Ego autem strictè accedendo ad articulum, an sit Reus torquendus pro eius veritate, distinguendum esse puto, quod si reus inceperit a negatiua, nempe si dixerit homicidium non fecisse, sed si apparebit ab eo fuisse commissum, ad sui necessariam defensionem fecisse, & tunc isto casu non erit torquendus, cum ista confessio pro mera, & simplici negatiua habenda sit. Bal. in l. si quidem, num. 4. de except. dicen. esse totum modum respondendi. Boss. in tit. de confess. nu. 25. & tit. de respon. a Reo facien. nu. 2. vbi dat hoc pro cautela. Ang. de malef. in verb. comparent inquisiti, nu. 1. vers. vnde ad euitandum. Iacob. Nouell. in tract. ad defens. in verb. responsiones Reorum, num. 26. & seq. Carrer. in pract. crim. §. 6. circa 4. sub nu. 163. Clar. q. 55. nu. 17. vers. cauticis igitur. Gram. in constit. Regni, lib. 1. Rubr. de homic. punien. sub nu. 9. Cartar. de interrog. reis, lib. 3. c. 2. nu. 62. & nu. 64. & nu. 66. in fi. qui omnes alios allegant Pet. Cabal. in quaest. crimin. casu 17. nu. 2. Sed cautius erit si protestetur, & dicat confiteor me fecisse ad mei defensionem nec aliter, ut docet Gaspar. Caball. in constit. March. lib. 4. c. 1. gl. 1. in lit. L. num. 2. vers. cautius.

Licet nonnulli alij contrarium tenuerunt Gram. vot. 24. nu. 2. vbi inquit, quod ita in specie dixit Bald. in l. vnica, col. 10. vers. si tamen iudex, C. de confess. & Gramm. ibi etiam tradit hoc pro cautela iudici, ut ponat reum ad torturam, idem voluit Lanfr. in c. quonia contra in verb. confessiones, nu. 22. extra de probat. & eandem opinionem tenuit idem Gram. super constit. Regni, lib. 1. rubr. de homic. punien. nu. 9. Iul. Clar. §. fin. q. 55. nu. 16. vbi de communi, & testatur, quod ita euenit in quodam Cosmo, qui ita falsus fuerat, qui fuit grauiter tortus. Laurent. Tenn. caut. 28. vbi reddit rationem in Baiard. q. 55. nu. 4. Bertazz. cons. 27. nu. 7. vol. 1. Immo Farin. q. 81. nu. 131. dicit hoc casu reum



reum non esset torquendum, sed condemnandum in poenam extraordinariam.

Pro declaratione autem istarum opinionum, & pro illarum concordia, mihi multum placet opinio Petr. Caball. in d. casu 7. nu. 12. vbi postquam retulit in isto articulo plures Doctores diuersimodè loquentes, firmat, quod si cum dicta responsione ab initio negativa, concurrerent alia indicia, vel coniecturæ, seu presumptiones per se non sufficientes ad torturam, possit reus ita confitens torqueri ad declarandam suam confessionem ambiguum, & totam seriem facti, vbi sub n. 13. in specie firmat, quod ita tenuit Claud. Seyfel. in l. vt vim, nu. 92. ff. de iust. & iur. & sub num. 14. etiam dicit, quod idem tenuit Roman. in l. 1. §. si quis simpliciter, n. 7. vers. poterit tamen, ff. de verb. oblig. & idem voluit Nouell. in tract. ad defens. in rubr. defensiones reorum in constitutis, nu. 29. vbi alios allegat Cartar. de interrog. reis, lib. 3. c. 2. n. 62. post vers. solet quandoque. Et certè dici non potest, quin responsio suspecta sit, & iudici præbeat materiam inquirendi veritatem, & maximè circa defensionem allegatam, quæ pluribus modis contingere posset, licet Farinac. vbi supra teneat, quod sit condemnandus in poenam extraordinariam, vbi subdit, quod si fuerit plenè conuictus debeat in poenam ordinariam puniri. Sed ego quidem non recedo ab opinione Petri Caballi.

Sed caueat iudex, quod non potest reum sic confitentem torquere, nisi datis prius defensionibus. Gram. constit. Regni, lib. 1. in rubr. de pæn. percutien. & occid. nu. 30. vers. sed redeundo nunc, fol. 16. nisi iudex haberet facultatem procedendi ex abrupto. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupto. q. 100. nu. 145. Sed cautela erit pro reo, vt ipse vel eius defensor petat sibi dari terminum, vt in iuribus suis audiatur, offerens se velle demonstrare occidisse ad eius necessariam defensionem, quia erit audiendus, & non poterit torqueri per doct. Bal. in c. Dudù, el. 2. n. 61. vers. Item scias, de elect. cum quo transit Gram. vot. 2. nu. 12. 13. vers. sed quia ad tollendam, & sequitur Pet. Caball. d. casu 17. nu. 4.

3 Si verò reus incipiat, non a negativa, sed ab affirmatiua, quia factus fuit occidisse hominè, sed ad suam necessariam defensionem, aliqui tenent, quod iudex non debeat admittere talem responsionem, & in specie Bal. in l. vnica sub nu. 21. vers. in præmissis tamen articulo, inquit, quod si interrogatio est simplex, nõ debet admitti responsio duplex, & implicita, & Add. ad Lanfranc. in c. quoniam contra in verb. confessiones, nu. 22. extra de prob. dicit, quod talis responsio feriret reo tantum coram iudicibus imperitis, quia periti illam non admitterent, & sequitur Pet. Caball. d. casu 17. nu. 2. vers. nec Bal. allegatus.

Si verò fuerit admissa, dubitatur inter Doctores, an sit torquendus reus ad habendam confessionem sine dicta qualitate, & an commiserit homicidium animo deliberato, vel appèsatè, & aliqui tenent, quod debeat torqueri, vt per Lanfr. in c. quoniam contra in verb. confessiones, nu. 19. extra de probat. Gram. vot. 2. & vot. 24. nu. 2. Alciat. in l. 1. §. si quis simpliciter, nu. 77. ff. de verb. oblig. & fuit originalis doctrina Bal. in l. 1. C. de confess. & Carrer. in pract. crim. §. 6. sub nu. 165. & seq. vbi concludit, quod possit torqueri, vt simpliciter fateatur delictum dato tamen ei competenti termino, si petat, ad defensionem allegatam probandam,

& refert Pet. Cabal. d. casu 17. nu. 5. quod possit torqueri super d. qualitate animi appensati. Baiar. §. homicidium, nu. 16. concurrentibus tamen tribus requisitis traditis per Burs. conf. 271. num. 36. & seq. Cartar. de execut. sent. capt. bannit. c. fi. n. 244. Maur. Burg. de mod. proceden. ex abrupto. q. 23. nu. 42. & seq. sed iniq. 100. n. 144. post alios quos allegat, dicit quod debeat leuiter torqueri, & si substineat debeat absolui, & appensamētum, seu animus deliberatus, quomodo probetur. Menoch. casu 261. de arbit. lib. 2. Masc. de prob. concl. 98. Farin. conf. 61. & 55. Ball. de quæst. q. 2. nu. 26. Intrigl. casu conscientia 16. Et defensio erit ei danda, etiam si illam peteret in ipsa tortura, vt refert Gram. super const. Regni, rubr. de pæn. percutien. & occiden. nu. 30. vbi refert, quod ita fuit per Curiam Neapolitanam obseruatum, quia fuit suspensa in tortura, & reus deinde factis defensionibus fuit absolutus, & etiam si prius negauerit occidisse post alios, quos allegat Horat. Carpan. super nou. constit. Mediol. c. homicida, nu. 483.

Alij autem tenent, quod iste reus sic confitens, incipiendo ab affirmatiua, nempe occidisse, sed ad meam necessariam defensionem, non debeat torqueri, sed eius confessio scindatur, vt acceptetur per fiscum confessio delicti, reiecta dicta qualitate ad necessariam defensionem, & sic sit reus cõdemnandus, si illam qualitatem non probet, quia si torqueretur, reus deberet absolui, & ob id opinio, vt torqueatur, non seruatur. Bossit. tit. de confess. nu. 28. Boer. dec. 164. nu. 15. vbi refert, qd ita alias fuit decisum, & in dec. 237. in fin. Alc. d. §. si quis simpliciter, nu. 77. Bertazz. conf. 27. n. 3. vol. 1. Clar. q. 55. nu. 16. non laudat illam practicam torquendi, nec videt illam vnquam apud Mediolanenses obseruari. Gaspar. Caball. in constit. March. lib. 4. c. 1. glo. 1. in litt. L. nu. 2. vers. si autem. Cartar. de interrog. reis, li. 3. c. 2. n. 67. & seq. Ferrar. caut. 3. & seq. vbi latè, & adducit rationes, cuius opinionem, & verba refert ad litteram Gram. d. vot. 2. nu. 6. & seq. vbi recedit ab opinione Bald. in d. l. 1. C. de confess. & licet ille, de quo in dicto vot. 2. fuerit postea tortus, non euenit propter dictum Bald. sed quia admissus ad defensionem, per testes suspectos, qui inter se erant diuersi, & contrarij probauerat suam defensionem, & ideo fuit tortus, vt explicitè fateretur veritatem, & etiam dixit in constit. Regni, rubr. de pæn. percut. & occiden. sub nu. 30. quod etiam ille fuit leuiter tortus aut factas defensiones, & quod perseuerans in responsione instet admitti ad docendum de necessaria defensione, & fuit superfluum in tortura, & factis defensionibus fuit absolutus, sed Farin. q. 81. nu. 136. & seq. relatis contrarijs dicit, quod tutius erit ipsum in poenam extraordinariam condemnare, & Pet. Cabal. in d. casu 17. n. 9. & seq. & sub nu. 10. in fi. idè dicit, quod tutius erit deuenire ad condemnationem, ne si tortura inferatur, & reus in ea perseneret, absoluator, & quatenus iudex vellet deuenire ad torturam sciat, quod non potest reum torquere, nisi moderatè, & leuiter, vt post alios, quos allegat, firmat Maur. Burg. de mod. proceden. ex abrupto. q. 100. nu. 144. vbi subdit post Bertaz. conf. 27. nu. 17. quod si substineat debeat absolui, quando contra reum adfunt solæ coniecturæ, secus si plenè constaret etiam de dicta mala qualitate, quia torquebitur super dicta qualitate, ac si torqueretur super delicto principali. Caualean.



Caualean. de Brach. regul. parte 3. numero 235.

Imò si extaret statutum, quod accusationi, vel inquisitioni simpliciter sit respondendum, si respòdeat isto modo occidisse, sed ad necessariam defensionem, ista responsio admittitur tanquam pura, simplex, & sufficiens ad condemnandū, nisi qualitas a iectā confessioni probetur. Bal. in l. 1. n. 2. C. de edit. edict. Roman. in l. 1. §. si quis simpliciter, nu. 7. ff. de verb. oblig. dicens hanc esse veritatem, & idē firmat ibi Alex. n. 7. Boff. tit. de respons. a reo facien. nu. 2. & clarius in tit. de confess. nu. 30. & Cartar. de interrog. reis, li. 3. c. 2. nu. 62. & seq. Cabal. d. casu 17. nu. 7.

4 Sed Aduoc. sciat in hoc articulo deducere ad fauorem sic confitentis, quod talis confessio non sit scindenda ab illa qualitate defensionis, quia ex processu resultant plures præsumptiones, & indicia in fauorē defensionis, prout latē consuluit Bertazz. d. conf. 27. vbi retulit plures præsumptiones, & ibi Claud. in addit. in lit. A, versif. Hæc multo magis procedunt, & in conf. 31. nu. 12. versif. namque huiusmodi obiectum, & latē in conf. 449. nu. 14. & seq. & in conf. seq. Hon. ded. conf. 96. nu. 25. in fi. lib. 1. Surd. conf. 173. nu. 66. & seq. lib. 2. Farin. q. 81. nu. 133. & in specie, quod non possit torqueri super qualitate animi deliberati, quando ex argumentis, vel præsumptionibus apparet, vel iudici constaret de iudicijs, & coniecturis defensionis, ita in specie declarat Andr. Fachin. lib. 3. conf. 82. nu. 12. vbi post Bursi. in conf. 271. nu. 40. & seq. firmat procedere etiam si fiscus haberet alias coniecturas leuiore contra defensionem, vel contra confessionis qualitatem exclusiuam delicti.

5 Nec non deducat in omnem casum, quod nō possit iste confitens condemnari in pœnam ordinariam, sed in aliam extraordinariā, de quo vide latissimè Farin. q. 81. num. 157. vbi per duas columnas cumulauit Doct. vt tantum puniatur pœna extraordinaria, & ibi pluries testatur de communi. Horat. Carpan. super constit. Mediol. in cap. homicida, num. 480. circa finem, vbi alios etiam allegat.

Confessus vnum delictum, quando possit interrogari, & torqueri super alijs.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessus delictum non potest interrogari, nec torqueri super alijs delictis, non extantibus indicijs, non obstante contraria consuetudine, & si confessio super alijs emanaret, non noceret.
- 2 Contrariam opinionem de generali consuetudine totius Italia tenent alij Doctores, quod confessus vnum delictū, absque alijs indicijs, super alijs similibus, & dissimilibus delictis interrogari, et torqueri possit, etiam non constituto de eorum corpore.
- 3 Tortura autem in proposito debet moderatè inferri.
- 4 Clericus super vno delicto tortus, nō potest in tortura super alijs occultis delictis interrogari.
- 5 Consuetudo prefata tantūmodo procedit in reo diffamato.
- 6 Item consuetudo huiusmodi in statu ecclesiastico non viget per Bullam Pauli Papæ Tertij.

C A P. VIII.

1 **R**eus in ista quæstione habet regulam pro se, vt quamuis confessus fuerit delictum, non possit

interrogari super alijs delictis. Vitallin. in tractat. de malef. rubr. quæ indicia, nu. 6. Cason. in pract. crim. p. 85. nu. 8. Clar. q. 64. versif. successiuè quaro. Menoch. cent. 6. casu 532. n. 4. li. 2. de arb. ea ratione, vt quis sit conuinctus, & infamatus de vno delicto tamen bonā famam habeat respectu alterius, sed ibi Menoch. recenset quatuor casus, in quibus de iure confessus vnū delictum possit interrogari de alijs, atque torqueri super alijs delictis, quorum non extant indicia, quia, vt supra latē diximus, de iure non potest inferri tortura, nisi præcedant indicia, l. 1. in prin. ff. de quæst. l. milites, §. oportet, C. eod. Ac etiam quia prius quoque de delicto constaret debet, l. 1. §. item illud, ff. ad Syllan. Franc. Personal. in tract. de indic. n. 99. Iul. Clar. q. 64. nu. 44. vbi refert, quod ita tenent omnes, Monticel. in reg. crim. 16. Boff. de indic. n. 137. Guid. de Suzzar. de tortur. n. 86. Moder. Rom. q. 37. nu. 169. vbi testatur, qd de iure communi huiusmodi opinio non habet contradictorem, latē Diaz in pract. canon. crim. c. 117. n. 3. versif. ex quibus enim. Et hodie in hac vrbe est resolutum per nouam reformationem sub rubr. de iudicib. cri. fol. 19. versif. captum pro vno crimine, vt nullo modo captus pro vno crimine, super alijs, de quibus indicia non adsunt, possit interrogari.

Et in tantum est vera huiusmodi opinio, vt nec est consuetudo, quæ huic effet opinioni contraria, tãquã irrationabilis, iurique communi aduersatiua non valeret August. ad Ang. tit. quod fama publica nu. 120. Marf. in §. constante, n. 13. & seq. in pract. Franc. Personal. de indic. nu. 99. & alij relati per Mod. Rom. q. 37. nu. 165. Imò nec Doctores audentibus testari de contraria generali consuetudine totius Italia, erit credendum, cum verisimiliter non possint esse versati in tota Italia, Hercul. in tract. de negat. n. 302. versif. quinto restringerem. Rim. iun. conf. 245. n. 41. & seq. lib. 3. Rol. conf. 94. nu. 22. vol. 4. Scacc. in tract. de mercatur. tit. de decoct. p. 5. nu. 6. Et cum sit talis consuetudo contraria iuri communi, debet probari etiam aliter quã per assertionem Doctorum. Marf. vbi supra, n. 14. & seq. Brun. de iud. p. 2. q. 5. nu. 64. Corrad. in pract. crimin. tit. de negat. crim. & tormen. n. 22.

Et si confessio super alijs emanaret, confitenti nō noceret. Marf. conf. 120. n. 36. Franc. Personal. de iudic. nu. 99. in prin. Boff. tit. de indic. nu. 136. post Alex. sed tantum erit inchoandus nouus processus super dicto delicto confessato, post Paris de Puteo. Marf. in l. repeti, n. 46. ff. de quæst. Monticel. in reg. 16. n. 4. Foller. in pract. crim. in verb. rei indurati, n. 33. in fi. Boff. tit. de indic. ante nu. 139. & seq. sed bene verum est, quod contra socios, & complices, vt quis torqueatur sufficiat leuia indicia, & specialiter interrogetur super delicto, & persona cum nō dicatur, tunc suggestio ob dicta indicia quamuis leuia, vt post Carrer. in l. obseruare, nu. 198. in pract. & Boff. tit. de indic. ant. n. 136. & seq. Caualean. de Brach. reg. p. 3. n. 39. vbi firmat, qd ista est mera veritas, latē Villagut. in pract. crim. li. 7. tit. de confess. c. 1. concl. 13. & c. 2. concl. 1.

2 Contrariam opinionem, quod de communi, & generali consuetudine totius Italia possit reus, qui confessus fuit vnū furtum absque alijs indicijs super alijs furtis interrogari, & torqueri, testantur Guid. de Suzzar. de indic. & tortur. sub n. 56. Gandin. de quæst. sub nu. 19. Gram. dec. 48. n. 1. & seq. vbi loquitur, siue spontè, siue in tortura fateatur furtū, & dec. 34. n. 34. vbi



vbi testatur, quod ita seruat Magna Curia Vicariæ: Clar. q. 64. sub nu. 44. Cart. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. n. 84. vers. quod maximè seruatur in furtis. Fran. Person. de indic. n. 101. in prin. Cauale. de Brach. Reg. p. 3. nu. 38. Pet. Pella in tract. de tortur. q. 9. n. 1. & 2. vbi alios allegat testantes de ead. obseruantia per totam Italiam, & quod ab omnibus ita obseruatur nemine discrepante, pro qua communi obseruatiã facit, quia reus confitendo vnum delictũ propter quod fuit positus ad torturam, præsumitur et criminofus in alijs Villagut. in præct. crim. lib. 7. tit. de confes. c. 1. concl. 13. vbi testatur de generali consuetudine totius Italiæ & de ead. generali consuetudine testatur Menoch. de arb. cent. 6. lib. 2. casu 523. num. 5. vbi etiam recollegit decem, & septem doctores attestantes, vt cõfessus de vno crimine possit interrogari etiam de alijs, quorum non extant indicia.

Quam consuetudinem affirmant procedere etiam in alijs delictis. Ang. de malef. in verb. quod fama sub nu. 120. Gandin. vbi supra sub nu. 19. Bologn. ad Suzzar. vbi supra nu. 56. Gram. dec. 34. n. 34. & vot. 13. in princ. vbi testatur, quod ita seruauit, & seruat magna curia. Foller. in præct. in verb. rei indurati, n. 6. in ver. & si confitebuntur, nu. 33. Monticel. in reg. 16. nu. 2. Iul. Clar. q. 64. nu. 44. Boff. tit. de indin. ante num. 137. testatur ita seruari in Dominio Mediolani, latè Frac. Person. de indic. n. 100. vbi alios infinitos cumulauit, & ibi reddit rationes, cur dicta consuetudo substineri posset, & præcipuè, quia tortura fuit inuenta ad indagandam veritatem, vt malis hominib. Prouincia expurgetur, & quia verisimile est, quod alia delicta commiserit per regulam, semel malus, &c. & ob id talis consuetudo sit fauorabilis, iuridica, & obseruanda. Cartar. de interrog. reis lib. 4. cap. 1. nu. 84. Baiard. q. 64. n. 147. vbi dicit procedere, etiam si confessus fuerit in tortura cum indicijs, vt possit interrogari, & torqueri de alijs, quorum non extant indicia.

Indò vt procedat etiam non solum in delictis similibus, sed etiam dissimilibus, & siue constet de eorum corpore, siue etiam non firmat Boff. tit. de indic. nu. 137. Iul. Clar. q. 64. sub d. n. 44. Bertazz. conf. 341. n. 8. vol. 2. vbi dicit, quod ista opinio tanquam communis sit amplectenda, quicquid alij aliter dicant, & sequitur Baiard. q. 64. n. 147. & Moder. Rom. q. 37. n. 164. in fine. Qui Baiard. vbi supra dicit procedere, etiam si cõfessio fuerit habita per torturã, vt possit interrogari de alijs etiam dissimilibus delictis, dummodo tamen in genere interrogetur, ac alia delicta commiserit, & quæ vt docet iuriconsult. in l. 1. §. qui quæstionem, ff. de quæst. Franc. Person. de indic. & tort. n. 100. vers. tamen ego dico, Card. Tusch. in lit. T, concl. 334. nu. 6. Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 38. vbi subdit, quod si aliqua præcederent indicia, quamuis leuia poterit etiam de alijs in specie interrogari, vbi adducit Carrer. in l. obseruare, n. 198. Boff. de indic. ante nu. 136. & seq. Salyc. in l. fi. q. 2. C. de accus. Sed si a iudice interrogaretur non quoad se, sed quoad alios, quia esset confessus, vel conuictus cum solita protestatione, & ipse reus in tortura negaret delictum, seu propriã confessionem reuocaret talis negatio non admitteretur, sed potest condemnari in penam ordinariã conuicti, & confessi criminis, vt declarat Cauale. in d. p. 3 nu. 42. vbi testatur hanc esse puram veritatem.

3 Primò limita, & intellige istam consuetudinẽ, qua-

tenus illam admittere velimus, vt reus confessus pro alijs criminibus possit torqueri, moderatè tamen, & non per tormentum vigiliæ, seu tanquã cadauer, prout solent facere multi iudices, & malè. Franc. Person. de indic. nu. 10. vers. sed leuiter, vbi alios allegat Cartar. de execut. sent. c. 2. nu. 68. & 90. in fine, vbi declarat istud moderamem per mediam horam, & sequitur Moder. Rom. q. 37. nu. 173. & seq. Iul. Clar. q. 64. n. 8. in fi. post Ign. dicit, quod debeat moderatè torqueri, Intrigl. sing. 180. num. 18. & seq. lib. 2. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupto, q. 42. nu. 17.

4 Secundo limita in clerico, qui tortus pro vno delicto, vt nullo modo possit in tortura interrogari de alijs delictis occultis. Foller. in præct. Canon. crim. in verb. tormentis non subijciantur, num. 16. que m sequitur Baiard. q. 64. nu. 148.

5 Tertio limita, & intellige, vt talis consuetudo procedat solummodo in reo malæ famæ, & diffamato, quod alia commiserit delicta, vt puta, quod sit insignis fur, vel insignis latro, vel viarum crassator, vel alias sit magnus facinorosus, secus si nulla contra eũ vigeat diffamatio. Bru. de indic. 2. p. q. 5. n. 66. Gram. vot. 13. n. 14. Monticel. reg. 10. n. 35. vbi etiam declarat quis dicatur famosus latro, & reg. 16. nu. 3. & 4. & in contrarijs Menoch. q. 84. nu. 8. qui loquitur in reo malæ famæ, & in fure insigni. Diaz præct. can. c. 117. nu. 3. qui loquitur in magno latrone, & idem Corrad. in præct. tit. de neg. crim. num. 22. Carrer. in præct. in 2. tract. de indic. §. circa quartum, nu. 74. qui loquitur in publicis diffamatis, & in publicis disrobatoribus stratarum, & sequitur Masc. de probat. concl. 253. nu. 30. lib. 1. Bertaz. conf. 556. nu. 10. in fi. & seq. lib. 2. & Modern. Rom. q. 37. nu. 167. & nu. 171. Clar. d. q. 64. vers. successeuè, & ibi ego tamen, vbi testatur se nunquam vidisse in dominio Mediolani confesum de aliquo crimine interrogari super alijs de quib. non adient indicia, nisi in criminibus assassinijs, furti, fraudatæ annonæ, & falsis, & sequitur Menoch. de arb. cent. 6. lib. 2. casu 523. nu. 6. Et verè in curia ita seruatur, vt nunquam deueniatur ad talem torturam contra simplicem furem, nec contra simplicem assassinũ, nec contra alium simplicem delinquentem, super alijs, quorũ non extabant indicia, & ita facere omnino arbitror laudabilius, & æquius esse, prout nec dissentit Farin. vbi supra, & expressè sequitur Cardin. Tusc. in lit. T, concl. 334. nu. 9. & latè Io. Baptista Bonif. in tract. de furt. §. est, nu. 79. vers. quod tamen, qui loquitur in fure, secus si præcesserit infamia, vel alia indicia, latè Villagut. in præct. crim. lib. 7. c. 2. concl. 1.

6 Quarto limita talem consuetudinem non vigere in statu ecclesiastico per Bullam Pauli Tertij, const. 58. vers. iisdem iudices, per quam derogatur d. consuetudini interrogandi, & torquendi reos ad habendũ alia delicta in genere nõ existentibus indicijs, vt bene aduertit Cartar. de interrog. reis lib. 4. c. 1. n. 95. Moder. Rom. d. q. 37. n. 172. vbi subdit, quod præcedente diffamatione, dicitur præcedere indicium, & ob id satis esse ex sola diffamatione satisfactum dictæ Bullæ. Baiard. q. 67. nu. 149. vbi dicit, quod Bulla præfata debeat obseruari in vrbe, vbi nunquam practicauit, sed minime obseruatur in statu ecclesiastico, & præsertim in furtis, assassinijs, & similibus delictis, & quod ita ipse sæper practitari vidit, cuius attestationsi minime erit standum, cum sit vnicus, & saltem in locis, vbi non fuerit,

fue  
dix  
rata

Co

1 Reu  
super  
fama  
tene

2 Conu  
fuit  
cum

3 Tort  
exce

4 Reus  
bend  
quea  
natu

5 Tort  
bus,  
gabi

7 Reus  
bend  
dicta  
li, &

8 Resp  
gati  
eo, d  
est ac

9 Reus  
nexis  
moda

10 Reus  
hoc m  
nem,  
super  
moue

11 Reus  
non p  
nueri  
trien  
nibus  
nus r

12 Tort  
rum,  
proba

13 Reus  
demn  
dicta  
& ta

1 An  
I c



fuerit verus, ut pluries in discursu totius operis dixi, qui Bulla Pauli Tertij hodie in vrbe est corroborata a noua reformatione Pauli Quinti, ut sup. dixi.

Conuictus, & bannitus an possit torqueri super alijs, & pro complicitibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Reus condemnatus pro vno delicto non potest torqueri super alijs, quorum non extant indicia, nisi fuerit diffamatus, vel delinquens insignis, licet alij contrarium teneant.
- 2 Conuictus potest torqueri ad sciendum complices, & fautores, quando fuit conuictus per plenam probationem, cum protestatione tamen per iudicem facienda, quod non torquetur super his, de quibus est conuictus, & nu. 6.
- 3 Tortura isto casu moderatè est inferenda, quia si esset excessiua diceretur purgare indicia negocij principalis.
- 4 Reus conuictus, si torqueatur super alijs, vel pro habendis complicitibus absque protestatione, quod non torqueatur super confessis, & conuictis, vel si esset condemnatus absque præiudicio condemnationis, & substineat, tortura huiusmodi ei suffragabitur super delicto principali.
- 5 Tortura illata super qualitatibus delictum aggravantibus, si de eis in processu, vel aliunde non constet, suffragabitur reo super negocio principali.
- 7 Reus confessus, conuictus, vel condemnatus tortus pro habendis complicitibus, & super alijs, si præmissa etiam dicta protestatione, interrogetur de delicto principali, & substineat, diceretur expurgare omnes probationes.
- 8 Responso rei conuicti, confessi, vel condemnati, interrogati de complicitibus, super delicto principali, vel super eo, de quo prætenditur conuictus, emanata a iudice non est admittenda.
- 9 Reus interrogatus de qualitatibus delicto principali annexis, dicitur interrogatus super delicto principali, dummodo qualitates non sint aggravantes.
- 10 Reus respondens interrogatorio non extenso, sed scripto hoc modo, videlicet, & ad opportunam D. interrogacionem, si percutiat delictum principale in sua responsione, super illo præsumitur interrogatus, & idem est, quando mouetur ad dicendam veritatem.
- 11 Reus conuictus per plenas probationes, si præmissa, vel non præmissa dicta protestatione fuerit tortus, & substinerit, quando agitur de pœna capitali, punitur pœna triennium; si vero non fuerit conuictus plenis probationibus, punitur pœna exilij, licet alij diuersimodè, & minus verè teneant.
- 12 Tortus cum protestatione, citra præiudicium conuictorum, & probatorum, non purgat indicia, neque plenam probationem.
- 13 Reus si plenè non fuerit conuictus, vel confessus, vel condemnatus, & torqueatur pro complicitibus, præmissa etiam dicta protestatione, purgabit indicia negocij principalis, & talis protestatio seruetur de vento.

C A P. IX.

**I**am dixi in præcedenti capite, quod simpliciter condemnatus pro aliquo delicto non possit tor-

queri super alijs, quorum non extant indicia, vel nisi fuerit diffamatus, vel fuerit insignis latro, vel magnus facinorosus, & quod ita seruatur hic in curia, & ita etiam sit ab alijs obseruandum, ut per Farin. d. q. 37. nu. 171. licet Baiard. q. 64. num. 150. dicat simpliciter condemnatum esse torquendum contra alios, per tex. in l. qui ultimo, in ff. de pœn. vbi etiam subdit, quod, si ante, vel post condemnationem exculpet inculpatum, possit iterum torqueri ex traditis per Andr. Ifern. in constit. Damna clandestina, & Iul. Clar. d. q. 62. n. 44. in fin. etiam dicat, quod antequam exequatur sententia contra condemnatum, debeat, vel solcat torqueri etiam super alijs, quorum non extant indicia. Menoch. de arb. cent. 6. li. 2. ca. 523. nu. 6. in fine.

2 Idèque est in cōuictis, qui poterit torqueri ad sciendum complices, & fautores. Gram. conf. 1. n. 2. in fine, vbi loquitur, quando fuerit cōuictus per plenam probationem, & sub nu. 7. post alios per eum relatos, loquitur in homicidio. Franc. Person. in tract. de indic. & tortur. nu. 9. Flam. Cartar. de interrog. reis, li. 4. c. 1. nu. 96. & de execut. sent. c. 2. nu. 59. Ball. latè q. 15. nu. 2. de quæst. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupto, q. 100. n. 41. Qui omnes dicunt, quod de generali cōsuetudine hodie in omni casu potest de mādatoribus, & socijs delicti interrogari, & torqueri. Et latè Ioseph. Ludou. dec. Lucen. 13. n. 61. & seq. vbi subdit, qd debet torqueri cū illa protestatione, quod iudex non intendit reum torquere super his, de quibus est cōuictus, & latius dicit Clar. in q. 64. nu. 8. vt mox inferius dicam, & quod conuictus tantum possit torqueri, & interrogari de socijs Cabal. ca. 203. nu. 126. Sed ista opinio reuocatur in dubiū a Caualean. de Brach. reg. in fragmentis fragm. 59. per rationem per eum ibi allegatam, vbi tandem concludit residere in arbitrio iudicis, vt confessus de se torqueri possit de complicitibus, latè Villagut. in pract. crim. lib. 7. tit. de confes. c. 2. concl. 1. cum plur. seq.

3 Et ista tortura super complicitibus non debet esse grauis, sed moderata, & non debet excedere mediam horam. Intrigl. sing. 80. n. 18. & seq. li. 4. Cartar. de execut. sent. c. 1. n. 68. Clar. q. 64. ver. veritas est, Moder. Rom. q. 37. n. 174. & q. 40. nu. 27. conf. 10. n. 21. conf. 11. nu. 47. conf. 60. nu. 34. & sub nu. 35. in fi. & ibi add. plus firmat, quod si fuerit tortura excessiua dicitur purgare indicia negocij principalis. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. cent. 1. q. 42. n. 17. & seq. & q. 100. nu. 56. de quo latè dicam infra c. 44. latè Franc. Person. in tract. de indic. & tort. nu. 9. in fi. & nu. 10. & nu. 101. vbi dicit, quod isto casu tutius erit minus torquere, quam plus; & ideò erit cautela pro iudice, vt Notarius in actis particulariter describat qualitatem, & quantitatem torturæ, ad hoc, vt de ea cōstare possit, ne in Syndicatu deinde teneatur. Ang. de malef. in verb. quod fama publica, n. 120. Marf. in pract. §. quoniam, nu. 47. & seq. Iul. Clar. q. 64. ver. illata reo. Aret. conf. 80. nu. 4. Franc. Person. d. tract. de indic. nu. 10. ver. & iudex.

4 Sed animaduertat Aduocatus, si iudex torqueret reum pro vteriori veritate super alijs, vel pro habendis complicitibus, mādatoribus, & auxiliatoribus delicti, iuxta qualitatem facti, tanquam conuictum sine protestatione; quod nō intendit illum torquere super confessis, & conuictis, vel si esset condemnatus, citra præiudicium condemnationis, prout est cōmunis obseruantia,



seruantia, de qua testatur Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. nu. 96. Iul. Clar. q. 64. n. 8. Polid. Rip. obseru. 237. nu. 2. vbi dicit maximè procedere, quando fuerit pluries repetita, sed tantum pro dictis complicibus, vel pro alijs etiam delictis habēdis, quia, si sublineat, ista tortura suffragabitur reo super delicto, cum tortura, non solum expurget indicia, verum etiam probationes Io. Ant. in c. Regni Neapol. 272. nu. 31. Farin. q. 40. nu. 16. & seq. & n. 28. Intrigl. singl. 181. n. 5. & seq. lib. 2. & sing. 103. lib. 1. Franc. Person. in tract. de indic. & tort. nu. 9. Lud. a Peguer. q. 12. §. 5. num. 25. in 1. p. Ball. de indic. q. 6. nu. 2. & seq. & q. 7. nu. 7. Ioann. Franch. a Leo. in pract. offic. c. 5. nu. 40. Card. Tusc. conclu. 326. n. 11. in littera T, Maur. Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupt. quæst. 100. n. 38. vers. aut vero. Farin. conf. 4. nu. 5. conf. 10. num. 10. & conf. 43. in fine. Cost. de subsid. remed. remed. 26. num. 27. Flamin. Cart. de execut. sent. c. 1. num. 58. vbi ponit formam dictæ protestationis, & de interrog. reis, lib. 4. c. 1. nu. 92. & Caualean. latè de Brach. reg. p. 3. nu. 13. & seq. vbi sub nu. 18. & seq. docet, quando reus dicatur conuictus, & latius num. 38. 40. & 41. vbi docet, quomodo sit interrogandus, & si esset interrogatus super delicto, protestatio seruaret de vento, quoad confessionem & quod erit opus adhibere nouam torturam, & si substituerit non poterit pœna confessi criminis puniri; si verò non fuerit interrogatus super delicto, & facta fuerit dicta protestatio, quamuis reus ex se reuocaret confessionem, vel negaret delictum, debet tamen pœna ordinaria puniri, nisi probasset innocentiam suam, imò si fuerit tortus sine dicta protestatione, & substituerit, quamuis esset plenè conuictus de delicto, deberet absolui a pœna ordinaria. Iul. Clar. q. 64. vers. successuè in fi. Ambros. de mod. forman. process. lib. 6. c. 4. nu. 1. & seq. vbi Porrus in Schol. num. 13. vers. quinta. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæst. 100. nu. 8 17. Cardin. Tuscul. littera T, conclus. 332. nu. 8.

5 Ac etiam Aduocatus inspiciat, an reus fuerit tortus, præmissa dicta protestatione super complicibus auxiliatoribus, mandatoribus, ac super alijs, vel super qualitatibus delictum aggravantibus, in casibus, in quibus potest de socijs interrogari, & torqueri, ac etiam super alijs quorum extabant indicia, & si de dictis qualitatibus aggravantibus ex processu, vel alium de appareat, alias, si de eis non appareat, dicta tortura principali illata suffragabitur super negocio principali, & index aliter faciens diceretur, vel ignarus vel iniquus. Iul. Clar. q. 64. vers. scias etiam, propè finem. Ioseph. Ludou. decis. Lucenf. 13. nu. 63. Bertazz. conf. 119. nu. 26. vol. 2. Cartar. de execut. sent. c. 2. nu. 69. 73. & seq. & de interrog. reis, lib. 4. c. 1. num. 91. & ob id, nõ obstante dicta protestatione, diceretur reus purgasse indicia, si in negatiua persisteret. Modern. Roman. quæst. 40. nu. 26. Caualean. Maur. Burg. & Card. Tusch. in locis supra adductis.

6 Nec non videat, an dicta tortura fuerit moderatè illata, nempe per mediam horam, prout de iure torqueri potest reus, pro habendis complicibus, vel super alijs, vel super qualitatibus aggravantibus. Clar. d. q. 64. vers. veritas est in fi. Vulpell. respons. 4. nu. 14. vers. veritas est, Cartar. de execut. sent. c. 2. num. 68. & num. 90. qui loquitur in capitaliter bannito, Franc. Personal. de indic. nu. 9. 10. & nu. 101. vbi dicit, quod

tutius erit, minus reum torquere, quam plus Cardin. Tusch. in littera T, concl. 234. num. 2. alias si tortura esset grauis, & immoderata, & reus persisteret in negatiua, suffragabitur ei super delicto principali, vt testatur Moder. Rom. in q. 40. nu. 27. in fi. vbi plus firmat, quod vidit quendam Iulium piscium venditorem condemnatum ad triremes liberari a dicta pœna triremium, & in pœnam pecuniariam componi, quia per binas vices cum compedibus ferreis, ad habendum complices, tortus fuerit, etiam si procedatur contra condemnatum tanquam cadauer. Moder. Rom. q. 37. nu. 174. & seq. & d. q. 40. nu. 27. Ambros. de mod. for. process. lib. 6. c. 4. num. 5. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. nu. 89. & seq. si vero reus non fuerit confessus conuictus, vel condemnatus quamuis fuerit tortus cum dicta protestatione, nihilominus tortura ei suffragabitur super delicto, & negocio principali. Boss. de sent. n. 70. Iul. Clar. q. 64. nu. 8. Modern. Rom. q. 40. nu. 28. post Ludou. a Peguer. dec. 5. nu. 29. vers. scias tamen. Polid. Rip. obseru. 237. nu. 3.

7 Nec non debet videre, an fuerit iste reus confessus, conuictus, vel condemnatus pro habendis complicibus, mandatoribus, vel pro vltiori veritate super alijs, vel qualitatibus aggravantibus interrogatus de delicto principali, quia non obstante dicta protestatione tanquam contraria facta, suffragabitur ipsi reo principali torto, & diceretur expurgatæ omnes probationes. Gram. decis. 60. nu. 1. Boss. tit. de indic. ante nu. 130. in fi. & tit. de confess. nu. 24. Vulpell. respons. 4. nu. 13. & seq. Bertazz. conf. 35. nu. 25. & conf. 119. n. 26. lib. 1. & conf. 266. nu. 2. lib. 2. Cartar. de execut. sent. c. 2. nu. 70. & seq. Franc. Person. de indic. & tort. num. 5. & seq. vbi alios allegat Modern. Roman. quæst. 40. nu. 20. vbi firmat hanc opinionem esse verissimam, & communem. Mar. Ant. Macerat. var. resolut. lib. 3. resolu. 22. num. 9. & seq. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 110. num. 40. & num. 50. vbi post alios, quos allegat, dicit, hoc esse verum, etiam si indicia fuerint indubitata, & sub num. 59. dicit, quia tunc præsumitur, quod recesserit a dicta protestatione. Cartar. d. c. 2. nu. 71. Caualean. de Brach. reg. par. 3. nu. 16. 38. 40. & seq. & solet fieri in hac quæstione illa distinctio, si reus fuerit interrogatus, per nomen distributiuum de socijs, vt protestatio fito suffragetur, aut per nomen collectiuum, quia denominatur, quod ipse est vnus ex socijs, & tunc substinens reus omnia indicia expurget. Polid. Rip. obseru. 237. nu. 4. & seq.

8 Et, si reus interrogatus de complicibus, & de alijs, vt supra, respondet super delicto principali, index non debet admittere dictam responsonem, sed solum instare, quod ipse respondeat super quibus est interrogatus. Cartar. dicto cap. 2. num. 76. & seq. Baiard. quæst. 64. num. 26. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæst. 100. num. 59. & non obstante dicta responsonem negatiua facta per reum, debet pœna ordinaria delicti condemnari, nisi aliunde Innocentiam suam probauerit. Caualean. dicta parte 3. num. 42.

9 Protestatio autem contraria facta, non solum dicitur, quando reus interrogatur super delicto principali, vel super eo, de quo prætenditur conuictus, vel confessus, sed etiam quando interrogatur de illius qualitatibus, quæ cū dicantur annexæ delicto principali, videtur interrogatus super delicto principali, vt sentit



sentit Burf. conf. 346. nu. 4. lib. 4. Modern. Rom. q. 40. n. 33. in fin. Ac etiam dicitur interrogatus super delicto, quando oretenus iudex illum interrogat, & notarius non scribit interrogationem, quia tunc protestatio non iuvat iudicem. Rot. Luc. dec. 13. n. 64. Burfat. conf. 345. nu. 3. & seq. lib. 4. Mod. Rom. d. q. 40. nu. 22.

10 Ac etiam quando iudex utitur illo modo interrogandi, & ad opportunam D. interrogationem respondit, quia si responsio rei tangat principale delictum, praesumitur fuisse super eo a iudice interrogatum, ut latè post alios, quos allegat tradit Cartar. de execut. sent. c. 2. n. 76. & seq. Farin. d. q. 40. n. 23. & seq. Ac idè erit, quando iudex reum in tortura monet ad dicendā veritatem, quia si reus respondeat, & neget principale delictum, pariter interrogatio praesumitur facta super eodem principali delicto, ut consideravit Burfat. d. conf. 346. nu. 4. vers. respondetur, lib. 4. Moder. Rom. d. q. 40. num. 25.

11 Et, si non praemissa dicta protestatione, vel ea praemissa, vel facta, reus nihilominus fuerit interrogatus super delicto, dubitatur, an debeat absolui, vel potius condemnari ipse reus, qui fuerit conuictus, vel condemnatus, & aliqui voluit, quod reus conuictus de delicto possit condemnari in poenam ordinariam delicti, licet ore proprio illud non fateatur, Boff. tit. de conuict. n. 3. & seq. dicens esse notandum contra vulgi opin. & in tit. de confess. nu. 24. circa si. Iul. Clar. q. 66. nu. 1. Marf. sing. 108. Cart. de execut. sent. c. 2. n. 67. & seq. cum alijs adductis per Petr. Caball. in quest. crim. casu 39. per totum.

Alij autem tenent, quod debeat relaxari, vel absolui cum tortura, ut nō solū expuret indicia, sed etiam veras probationes. Flamin. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. num. 97.

Alij autem tenent, quod debeat condemnari nō in poenam ordinariam, sed in aliam poenam extraordinariam, Intrigl. fin. 180. nu. 4. lib. 2. Farin. q. 40. nu. 11. & seq. cōf. 25. nu. 50. & 69. Cart. de execut. sent. c. 2. nu. 97. Card. Tusch. in lit. T, concl. 236. n. 23. Thes. decis. 45. n. 10. vbi testatur ita seruari per Senatum. Sim. de Pret. cōf. 102. n. 9. Porrus in Schol. ad Ambr. de mod. form. process. inform. lib. 4. c. 3. num. 8. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. num. 52.

Vera autem est resolutio in hac materia, q̄ si reus fuerit plenis probation. conuictus, & fuerit tortus, & substinuerit, si agatur de poena capitali, poterit puniri aliqua poena corporali triremium perpetuarum, vel ad tempus; si verò non fuerit cōuictus plenis probationibus, sed alijs indicijs vrgētibus, & etiam indubitatis, & tunc si substineat, non debeat puniri poena corporali, quia quando non fuisset tortus, non puniretur, nisi dicta poena corporali, quando ageretur de delicto capitali, idè tortura debet plus operari, ut poena minuatur, & sic puniatur poena exilij, ut latè profectitur Farin. q. 40. nu. 13. & seq. vbi refert ita fuisse in Tribunali Gubernatoris Urbis in facti contingentia executum in illo insigni fure, qui substinuit in tormento vigiliae, quāuis esset valdè grauatus, & socij criminis fuerint omnes suspēs, quia falsi fuerant delicta, q̄ euenit in primo anno Pontificatus Sixti V. & pro ista sua opinione substinenda, allegat in specie sub nu. 15. in fi. Cepol. conf. 3. 2. nu. 18. & seq. Gram. decis. 8. n. 10. Boff. tit. de sent. nu. 70. Vulpel. respons. 4. n. 15. Franc. Person. de indic. & tortur. num. 5. in fi.

12 Si vero tortus fuerit cum dicta protestatione citra praesudicium conuictorum, & probatorū cum Fisco, & parti sit saluum ius ei quaesitum, tunc indicia non purgantur, neque plena probatio. Mod. Rom. d. q. 21. n. 151. q. 40. n. 18. & seq. Cart. de execut. sent. c. 2. nu. 62. Intrigl. sing. 181. n. 5. lib. 2. Baiar. q. 64. n. 122. & q. 68. n. 116. vsque ad n. 126. Nisi tamen tortura fuerit excessiua, & immoderata, quia tunc non poterit puniri, nisi poena extraordinaria. Farin. d. q. 40. n. 27. q. 37. n. 174. Intrigl. sing. 80. n. 18. lib. 2. vbi ait non posse torqueri, ultra mediam horam. Gabr. conf. 178. nu. 8. & 13. vol. 2. Nec isto casu tortura erit repetenda, prout si torqueretur in caput suum. Maur. Burg. d. q. 100. n. 57. Ad quod igitur Aduocatus diligenter perspiciat, ut sciāt clientem suum a poena ordinaria delicti saluare.

13 Ac etiam videat, quando reus torquetur pro complicibus, & pro vltiori veritate, ut supra dicitur, an fuerit conuictus plenè, vel confessus, vel condemnatus, quia alios nō poterit cum dicta protestatione torqueri, & quantenus torqueatur, & protestatio nihil fisco opitulabitur, sed purgantur indicia principali delicti, Farin. d. q. 40. num. 28. Polid. Rip. obseru. 237. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 18. nu. 36. & seq. Iul. Clar. q. 64. n. 45. Card. Tusch. in littera F. concl. 334. n. 1. & 3. quod est notandum, quia vidi, aliquos iudices inducere in istum errorem.

Clericus an possit torqueti pro habenda veritate.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus in sacris constitutus, secundum aliquos torqueti non potest. Alij autem tenent contrariam opinionem, & maximè in crimine lesa maiestatis, alijs criminalibus exceptis. Alij verò conantur istas opiniones contrarias concordare.
- 2 Clericus, secundum aliquos, licet possit torqueti, non potest tamen torqueti ita acriter, sicut laicus. Alij autem tenent contrarium, ut in hoc clericus non sit privilegiatus.
- 3 Clericus licet possit torqueti, tamen contra eum requiruntur grauiora, & vrgentiora indicia, quam requirantur contra laicos.
- 4 Clericus non potest à iudice laico, nec a ministris laicis etiam de mandato Episcopi torqueti.
- 5 Contrarium seruetur de consuetudine.
- 6 Purgatio canonica an admittatur, quando contra reū ad sunt indicia ad torturam.

C A P. X.

**D**octores certant inter se in resolutione praesentis quaestionis, cum aliqui teneant, quod clerici & maximè in sacris constituti non possint torqueti, Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. circa tertium, n. 26. vbi dicit, ut non torqueantur, nec in se, nec in alios Doct. adducti per Gabr. Seray. in addit. ad Matf. sing. 60. & ad sing. 91. & per Duen. reg. 190. in 3. fallent. vers. contrariam tamen, vbi testatur de magis communi opinione. Alij autem tenent, ut possit torqueti. Alc. in c. 1. n. 43. vers. aduertat tamè, de offic. ord. vbi latè tuetur hanc opinionem Abb. in c. cum in completionem, nu. 6. vbi de cōmuni, de reg. iur. Iul. Clar. q. 64. vers. sed an clerici, vbi testatur ita seruari, & maximè in crimine lesa maiestatis, in crimine veneni, & sepulchri violati, & alijs adducti per Modern.



Moder. Rom. q. 41. nu. 2. & seq. Idē que sit in alijs criminibus exceptis, firmat Hier. Giachar. ad Iul. Clar. q. 64. in litt. F, Card. Tusc. in lit. F, concl. 328. nu. 26.

Alij autem volentes istas contrarias opiniones ad fœdera reducere, videntur distinctionem adhibere, vt torqueri valeant, dummodo contra ipsos clericos præcedat diffamatio, alias secus, & non sufficiant alia indicia quamuis fuerint legitima ad torquendum Simanc. de hæret. c. 63. n. 77. Duen. reg. 190. in 3. fallent. vers. contrarium tamen, vbi de magis communi Villalob. com. opin. vers. clericus, num. 87. Viu. commun. opin. vers. clericus nō possunt torqueri, vbi de communi Modern. Rom. q. 41. nu. 6. qui retuli Doctores cummulatos per Masc. de prob. concl. 350. nu. 14. concl. 352. nu. 5. & concl. 497. nu. 8. vol. 1. Caball. super conf. March. lib. 4. c. 29. in lit. A, nu. 13. cap. de iure non script. lib. 1. c. 8. num. 1. vbi de communi post Viui. & Marf. & quod ita in ciuitate Cumarū Marf. obtinui, Card. Tusc. in lit. T, concl. 328. nu. 22. vbi de communi Sim. de Pret. conf. 36. n. 7. Decia. respons. 124. n. 38. vol. 4. Eug. conf. 76. n. 103. vbi in fine plus subdit, quod Iul. Clar. & alijs attestantibus de contraria consuetudine non sit credendum, nisi in partibus, in quibus erant versati. Sed contra istam distinctionem insurgunt idē Simanc. de hæret. tit. 65. nu. 48. Boss. tit. de indic. num. 103. Iul. Clar. d. q. 64. nu. 24. Moder. Rom. d. q. 41. n. 7. latē Hieron. Hispan. in tract. contra com. q. 619. nu. 2. vbi de communi, & concordantes allegat Paul. Granut. Theor. 28. n. 3 in fine. Card. Tusc. d. conclus. 328. num. 23. vbi de communi, & omnes attestantur, quicquid de iure dici posset, & de consuetudine tamen nō seruatur, & post alios, quos allegat Pet. Caball. in questione crimin. casu 84. nu. 19. & 20. sed Andr. Fachin. conf. 63. num. 10. de communi, & contrariam consuetudinem non tenere.

2 Alij autem tradunt, quod licet clerici possint torqueri sicut laici absque alia diffamatione, dummodo præcedant legitima indicia, vt de communi, & prædicata opinione tradit Hier. Hispan. in d. q. 619. n. 5. & seq. vbi testatur etiam ita bis vidisse practicari Praxi Archiepisc. Neapol. c. 56. nu. 12. in fin. tamen non possint, nec debeant torqueri ita seuerè, & acriter, sicut laici sed leuiter, ac moderatè, propter periculum excommunicationis, si modus excedatur; & propter dignitatem sacerdotij, cui semper reuerētia debetur. Simanc. de hæret. tit. 65. num. 49. Gabr. Sau. in add. ad Metthes. singul. 60. vers. tortura in clerico, in Viui. Corn. opin. vers. clericus non possunt, vbi de communi Iul. Clar. q. 64. vers. sed an clerici in fine. Petr. Caball. d. casu 84. nu. 18. vbi de communi Praxi Arch. Neapol. d. c. 56. n. 13. Villagut. in pract. crimin. lib. 7. c. 4. conclus. 6. Scap. de iur. non script. c. 8. nu. 3.

Tamen alij sentiunt, quod clerici in hoc non sint privilegiati, sed ea tortura, & eo tormentorum genere, quo torquentur laici, torqueantur clerici. Franc. Cason. in tract. de torment. c. 11. rubr. de non torquen. cler. num. 5. Et quod in enormibus ista contraria opinio sit vera, tenet Paul. Granut. Theorem. 18. nu. 7. & generaliter, quia delicta clericorum sunt grauiora, & punibilia, quam delicta laicorum. Crau. conf. 9. n. 2. Foller. in pract. crim. can. 16. num. 10. & idē clericus sunt acrius torquendi, quam laici, tuetur Mod. Rom. q. 41. nu. 12. & 13. Petr. Caball. d. casu 84. n. 18. in fine dicit, quod in practica non seruatur, vt clericus leuiter

torqueantur. Ego autem puto istam opinionem esse veram in delictis grauibus, & enormibus, prout considerauit Granut. d. Theor. 19. nu. 7. secus in alijs delictis ordinarijs, & quando clericus non esset solitus delinquere, neque esset deploratæ vitæ, vt tunc mitius sit cum eo agendum, quam cum laicis, ob dictam dignitatem sacerdotalem, per tex. in c. illi, qui 5. q. 5. in illis verbis, religiosus tortus.

3 Sed in omnē casū, vt non sufficiant ad torquendū religiosum, vel clericum, maximè in sacris constitutū, illa indicia ordinaria, quæ sufficiunt contra laicum, sed requirantur grauiora, & vrgentiora indicia, propter illam præsumptionem bonitatis, quam habent religiosi, ac clerici, tenet Boss. tit. de tort. test. n. 6. Granut. de Theor. 18. n. 6. in fine. Moder. Rom. d. q. 41. n. 9. vers. idcirco Frac. Casson. de tort. c. 2. n. 7. Simon. de Pret. cōf. 36. n. 4. Eugen. 76. n. 103. & nec etiam debent torqueri, neque supponi aculei, vel funiculis, sed virgis, seu corrigiatis. Bologn. ad Suzar. in tract. de tort. nu. 18. Andr. Fachin. conf. 63. nu. 12. vol. 3.

4 Et de iure clericus non debet a iudice laico, vel ministris laicis torqueri, etiā de mandato, & ordine episcopi. Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tortur. §. circa tertium, nu. 29. vbi firmat, quod laicus torquendo clericum est excommunicatus, præterquam in duobus casibus; in assassinio, & quando tantum clericum ligaret, & postea traderet illum torquendum clericis, & ita de communi firmat Ripa in c. decernimus, n. 39. de iudic. † Sed de consuetudine non seruatur, quia torquentur a satellitibus laicis de mandato episcopi, vt testatur Foller. in pract. crim. canon. c. 31. rubr. tormentis mox. nu. 11. Iul. Clar. q. 64. nu. 24. vbi alios allegat, & ibi Hieron. Grach. in add. in lit. G, Card. Tusch. in lit. T, concl. 328. nu. 27. in fine. Villagut. d. conclus. 7.

6 Clericus non debet admitti ad canonicam purgationem, quando est grauatus indicijs ad torturam, sed debet torqueri ne delictum remaneat impunitum, vt de tutiori opinione, licet contraria opinio sit verior, firmat Praxi Archiepisc. Neapol. c. 33. per totum, vbi testatur ita fuisse resolutum, si Aduocatus ad plenum velit scire materiam istius canonicæ purgationis, adeat Villagut. in sua pract. crimin. lib. 5. cap. vnico per totum.

#### Minor quattuordecim annorum an possit torqueri.

##### S V M M A R I V M.

- 1 Minor 14. annorum non potest torqueri nec in se, nec in alium.
- 2 Infans non potest nec terri, nec ferula cædi, sed requiritur, quod sit proximus pubertati.
- 3 Minor 14. annorum nec potest ligari; Contrariam autem hic tenet Author.
- 4 Minor si fateatur delicto metu tormentorum, confessio sibi non nocet.
- 5 Infans dicitur vsque ad septem annos.
- 6 Pubertati proximus masculus dicitur ab anno decimo, & dimidio vsque ad decimum quartum, femina vero ab anno nouo, & dimidio vsque ad duodecimam.
- 7 Aetas minor, quando probari possit.
- 8 Minor proximus pubertati potest in crimine læsæ maiestatis torqueri, ac in omnibus casibus, in quibus minores admittuntur ad testificandum.



- 10 *Adultus, etiam, licet possit torqueri, debet leuiter secundum qualitatem personæ, & ætatis torqueri.*
- 11 *Minor 14. annorum debet terreri, vel ferula cædi, quando aliunde veritas haberi non possit; & in actu examinis, pupillis, & alijs minoribus debet deferri iuramentum.*
- 12 *Minoris depositio extorta per torturam in casu de iure non permissa facit solummodo quale quale indicium.*
- 13 *Minoris 14. annorum depositio facit solummodo instructionem respectu iudicis: licet aliqui voluerint, quod in delictis difficilis probationis faciat indicium ad torturam: quod omnino reprobatur hic per Authorem.*

C A P. XI.

**A**duocatus habet regulam pro se, vt minor 14. annorum non possit torqueri, tex. in l. de minore ff. de q. l. 1. §. impuberi, ff. ad Syllan. l. ex libero §. ff. de quæst. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. numer. 3. Iul. Clar. quæst. 64. nu. 20. Moder. Rom. q. 41. n. 16. Franc. Personal. de indic. & tort. nu. 15. Flam. Cart. de interrog. reis lib. 4. c. 1. n. 49. Hier. Giach. ad Iul. Clar. d. q. 64. in lit. B. Ioann. Anastas. in cap. 1. num. 10. de delict. Pueror. Plac. lib. 1. delict. cap. 31. nu. 12. vbi de recepta opinione, Card. Tusch. in lit. T. conclus. 327. nu. 16. Et neq; in se, neq; in alium, Brun. de indic. q. 4. n. 16. in 2. p. Farinac. consil. 22. num. 18. Io. Ant. de Nigr. super cap. Regn. cap. 146. nu. 59. Villagut. in pract. crim. lib. 7. cap. 3. conclus. 3.

2 *Eoq; magis procedit quâdo minor esset infans, quia tunc non potest nec terreri, nec ferula cædi, nec leuiter quidem torqueri, Bolog. in add. ad Guid. de Suzar. in tract. de indic. & tortur. nu. 13. in fin. Cartar. de interrog. reis d. c. 1. num. 149. Moder. Rom. q. 41. num. 20. Brun. de ind. q. 4. 2. par. num. 18. vbi subdit, quod omnis lex de habili loquitur, Baiard. q. 64. num. 68. sed requiritur, quod sit proximus pubertati, & tunc etiam leuiter torquetur, Baiard. d. q. 64. n. 67. in fi. Nec poterit ligari, quia ista ligatura, ad effectum torquendi, æquiparatur torturæ, cum soleat consistere, & dolorem, & concussionem afferre, Moder. Rom. q. 41. nu. 19. vbi respondet Decisioni Senatus Mediolani, quam refert Iul. Clar. q. 64. vers. quæro numquid minores, per quam fuit ordinatum quædam minorem 14. annorum eleuari in eculo, vt illa decisio, vel resolutio potius admiratione produxerit, quâ iustitiam, Bertaz. consil. 116. nu. 31. lib. 1. Qui tenent, quod non possit ligari; quod forsitan non est verum; quia si potest tormento sibilorum cruciari, quod est maius, poterit etiam ligari, vt etiâ considerauit Mod. Rom. q. 41. n. 107.*

4 *Et si de facto minor fuerit tortus, & fassus fuerit delictum, ac confessionem ratificauerit, talis confessio sibi non nocebit, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 13. n. 25. vers. 2. inferitur, latè Moder. Rom. q. 81. num. 342. cum plurib. seqq. vbi latè scribit de confessione minoris quando noceat, & quando nõ cū suis ampliatur, & limitatur. De quo dicâ intra in defens. contra confess.*

5 *Infans autem dicitur vsq; ad septem annos, l. infanti. C. de iur. delib. vbi Bart. & communiter Doct. vt testatur Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 1. nu. 57. gloss. in l. 1. §. pueritiam, de postul. Bolog. ad Suz. in d. tract. & ind. & tort. nu. 15.*

Tomus Secundus.

6 *Proximus autem pubertati masculus dicitur ab anno decimo, & dimidio vsque ad decimum quartum, femina verò ab anno nono, & dimidio vsq; ad duodecimum, Gloss. in l. pupillum, ff. de reg. iur. Ant. Gom. tit. de delict. cap. 1. num. 58. circa med.*

7 *Minor autem ætas potest probari per testes consanguineos, & affines, & vicinos, ac per librum baptismi scriptum a Præsbytero, vel per librum Patris, Gerar. Mazol. conf. 11. n. 19. & seq. Maicard. de probat. conclus. 673. nu. 1. vol. 1. Sforz. Odd. de restit. in integr. quæst. 37. lib. 1. Menoc. de præsump. præsumpt. 51. lib. 2. Pacian. de prob. lib. 2. c. 24. nu. 71. Qui Gerard. d. conf. 11. nu. 22. post alios, quos allegat firmat posse probari per testes, etiam post aperturam testium, & etiam ex aspectu, per assertionem minoris, vt est latè videre per Claud. Bertaz. consil. 102. in lit. A, vbi plenè.*

8 *Primo limita, & intellige, vt minor quatuordecim annorū proximus pubertati possit terreri, ferula cædi, vel alio tormentorum leuiori genere torqueri, vt de communi practica, & obseruantia testatur Cart. de interrog. reis, lib. 4. cap. 1. num. 49. & cap. 2. n. 10. vbi ponit formulam cædendi pueros ferula, & etiam ponit Ambros. de mod. forman. process. inform. lib. 5. cap. 13. per tot. & est tex. in l. 1. §. impuberi, ff. Syllan. Iul. Clar. q. 64. num. 20. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 1. num. 67. vbi reddit rationem, & cap. 13. numer. 3. Bologn. ad Guid. de Suzar. de indic. & tortur. num. 10. Cardin. Tusch. in litt. T, conclus. 327. num. 17. Alex. Trentacinq. consil. 120. num. 15. lib. 2. In Curia autem minores non torquentur tormento fanis, sed tormento sibilorum, quod est leuius, vt etiam testatur Moder. Rom. q. 38. num. 68. & quæst. 41. num. 28. & minor potest ferula cædi quando est maior infante: alias non, Bolog. in add. ad Guid. de Suzar. in tract. de ind. & tortur. num. 13. & sequitur Foller. in verb. rei indurati torqueantur, numer. 20. in fin. & potest ferula cædi, vt deponat contra delinquentem, & eius testimonium induceret solum quale quale indicium contra ipsum Inquisitum. Aufred. in decis. Tholof. 238. numer. 2.*

9 *Secundo limita in crimine læsæ Maiestatis, quia minor 14. annis torquetur, Capic. decis. 130. nu. 55. Foller. In verb. Rei indurati torqueantur, num. 20. vers. istud non habet locum. Brun. de indic. quæst. 4. par. 2. num. 16. 17. vbi subdit, quod in omnibus casibus, in quibus minores, & alij inhabiles admittuntur ad testificandum, in illis minores possunt torqueri, sequitur Carrer. in pract. crim. in l. obseruare sub nu. 180. vers. item excipitur minor, Marfil. de quæst. 1. de minore num. 11. Baiard. q. 64. num. 67. & Moder. Rom. q. 41. numer. 22. dicit procedere, quando Statutum habilitat minorem ad testificandum, vt tunc possit torqueri. Sed Baiard. in d. q. 64. numer. 67. in fine declarat, dummodo sit proximus pubertati, & leuiter torqueatur; & post Brun. de indic. in 4. quæst. 2. par. nu. 6. & seq. voluit in q. 24. n. 110. Idem tenet Moder. Rom. d. quæst. 41. num. 23.*

10 *Adultus etiam, qui est maior 14. annorum minor 20. licet possit non solum terreri, sed etiam torqueri, tamen leuiter, & secundum qualitatem personæ, ac ætatis torquendus erit, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 1. numer. 67. circa fin. Farinac. quæst. 41. numero 21. sed nunquam torquebitur pro præcisa respon-*

G

sione,



fione, vt latè tueretur Alex. conf. 38. num. 8. p. 1. & licet doct. in l. clerum. C. de auctorit. præstand. diuersimode loquatur si in tortura adulto inferenda debeat interuenire curator, tamen Salyc. ibi tenet partem negatiuam quam receptam dicit Afflic. decif. 208. & Praxis Archiepisc. cap. 42.

11 Et etiam licet iudex, quod minor quatuordecim annorum debet terreri, vel leuiter torqueri, seu tormento sibilorum subijci, quando aliter, & per alios testes veritas haberi non possit, & sic in subsidiū, Alex. conf. 119. nu. 8. vo. 7. Cost. de subsid. remed. remed. 70. nu. 7. Marfil. in l. Diuus, vers. pro quo dicto facit. nu. 7. in fin. ff. de quæst.

Et istis pupillis, quando examinantur, si sint doli capaces, est deferendū iuramentū de veritate dicēda, Frac. Marc. decif. 792. p. 2. Baiard. q. 24. n. 108. in fine.

12 Si verò minor torqueri non debeat, & tamē fuerit tortus, non facit indicium contra eum, contra quem deponit, ad torturam, sed solū facit quale quale indicium, Marfil. de quæst. in l. Diuus Antonius nu. 2. vers. An propter ætatem, Baiard. q. 24. nu. 111.

13 Si verò vnus solus pupillus deponat contra inquisitum, facit solummodo instructionem respectu iudicis ad inquirendum contra nominatum ab eo, Ign. in l. 1. §. impuberes, num. 38. ff. ad Syllan. Brun. de indic. §. 2. q. 4. nu. 18. Blanch. de indic. n. 347. & seq. Marfil. in l. de minore sub num. 42. ff. de quæst. & in pract. §. diligenter, num. 8. Iul. Clar. q. 24. num. 16. Bos. tit. de indic. num. 62. Bertaz. consil. 3. num. 5. in fin. Farin. consil. 32. num. 6.

Aliqui autem volunt, quod in delictis difficilis probationis, & vbi aliter veritas haberi non possit, sufficiat etiam ad torquendum, secundum Marfil. in d. §. diligenter n. 80. & Alber. in l. testimonium, ff. de testib. dicit, quod in delictis difficilis probationis, & quando non potest delictum aliter, quam per minores probari, & tunc duo impuberes probēt delictum, quem refert Marfil. in d. §. diligenter n. 81. & l. infans, col. pen. veri. etiam illud dictum C. de sicar. quod dicit esse singulare verbum, & Gramm. conf. 45. num. 21. & idem Marfil. in l. 1. C. de sicar. & in d. l. infans col. 3. dicit, quod ipse conuicti quemdam maritum, qui vxorem haurientem aquam in puteum proiecit, per duos infantes, quem refert, & sequitur Boer. decif. 261. vbi ponit aliu casum de alio marito, qui fuit tortus, quia duo sui infantes deponebant contra ipsum, & sequitur Baiard. ad Iul. Clar. quæst. 24. num. 107. & seq.

Quod ego nullo modo admitto, vt vnus impubes faciat indicium ad torturam per se ipsum, cum vnus testis, vt faciat indicium ad torturam debeat esse omni exceptione maior, Plot. consil. 31. nu. 9. Crauett. conf. 6. nu. 2. Marfil. sing. 342. Honded. consil. 100. nu. 13. vol. 1. vbi de communi, & debet esse indubitatus, & inuulnerabilis, Rim. iun. consil. 391. num. 24. vol. 4. & consil. 723. nu. 19. & seq. vol. 6. Mascard. concl. 895. nu. 6. vol. 2. Decian. respons. 93. num. 34. vol. 2. latè Paris. consil. 151. nu. 3. vol. 4. Clar. q. 21. num. 2. Sforz. Odd. conf. 15. num. 30. lib. 1.

Et in tantum hoc est verum, vt procedat etiam in crimine læsæ maiestatis, simoniæ, & similibus, Marfil. in pract. §. diligenter num. 6. Menoch. de præsumpt. q. 89. nu. 19. lib. 1. Moder. Rom. q. 37. nu. 60. Rim. iun. consil. 361. nu. 36. vol. 4. Dec. respons. 93. sub n. 34. vol. 2. Baiard. q. 21. num. 16.

Imò affirmant Doctores, quod in teste vnico debeat probari, & articulari ista qualitas idoneitatis, neque præsumatur, Rim. iun. conf. 723. nu. 24. & seq. vol. 6. Hier. Giachar. ad Clar. q. 21. in lit. F. in fine, licet Baiard. in d. q. 21. num. 13. post Blanch. in l. final. num. 316. & seq. de quæst. dicat sufficere, testem esse integrum, & idoneū nempe a iure nō repelli, & quod nō requiratur, vt sit omni exceptione maior, & esto, quod requiratur, non procedat, quando aliter veritas haberi non possit.

Et omni exceptione maior testis in proposito dicitur, cui nulla opponi potest exceptio, & de cuius fide dubitari non potest, Rol. consil. 7. nu. 13. vol. 1. Clar. q. 20. vers. vnus testis, & quæst. seq. in princ. vbi reprehendit iudices aliter facientes, & idem facit Rim. iun. conf. 361. nu. 28. & sequen. lib. 4. Hond. consil. 100. num. 14. volum. 1. Decian. respons. 93. numer. 34. vol. 2. Et non dicitur testis omni exceptione maior, quando in loco verisimiliter plures testes haberi potuissent, vt post Bar. declarat Rim. iun. consil. 449. nu. 4. vol. 5.

Ideo nō video, quomodo vnus testis pupillus possit grauare aliquem ad torturam, & possit dici omni exceptione maior, & inuulnerabilis, ob imbecillitatē ætatis, sed solum, quod faciat aliquam præsumptionem ad instructionem iudicis, Ign. in l. 1. §. impuberes sub num. 38. ff. ad Syllan. Blanc. de indic. nu. 347. & seq. Marfil. in l. de minore sub num. 42. ff. de quæst. & in pract. §. diligenter num. 8. Bos. de indic. num. 62. Clar. q. 24. vers. vidi quandoq. Bertaz. conf. 3. num. 5. in fine, Farin. consil. 22. nu. 16. & quando, & in quibus casibus pupillus possit testificari, Mascard. de probat. concl. 1246. vol. 3. Et quid, si deinde effectus pubes an possit etiam testificari de his, quæ vidit in pupillari ætate, Clar. q. 21. vers. vidi quandoque.

### Senes quando possint torqueri.

#### S V M M A R I M.

- 1 Senex non potest torqueri, licet aliqui restringant hanc conclusionem in senes decrepito.
- 2 Senes decrepiti aliqui dicunt, vt dicatur per 70. annos, alij autem tenent per 60. alij vero tenent, vt resideat in arbitrio iudicis.
- 3 Senes decrepiti, aliqui tenent, quod possit terreri, seu leuiter torqueri; quod omnino reprobatur hic Author, & quid in crimine læsæ maiestatis & similibus.
- 4 Actus quomodo probetur.

#### C A P. XII.

**I**N hac quæstione Aduocatus habet Regulam pro se, vt teares torqueri non possint, tex. in l. si quis in graui. §. ignoscitur, ff. ad Syllan. Gomez. de delict. cap. 13. rubr. de tort. reor. sub num. 13. Franc. Personal. de indic. sub num. 15. Clar. quæst. 64. vers. non enim debet, vbi de communi Moder. Rom. q. 41. nu. 24. vbi de magis communi, & practicata opinione, Bertaz. conf. 79. numer. 31. & numer. 40. vol. 2. Viu. com. opin. vers. senes ætatis decrepitæ vbi de communi, Bertaz. conf. 102. per tot. vol. 2. & in tantum est verum, quod si senex fuerit tortus, & falsus fuerit delictum,



delictum, & confessionem ratificauerit, adhuc confessio sibi non praedudicaret, Viu.com.opin.698. Baiard. q. 67. numero 71. licet ibi subdat, quod senex caueant, ne fateantur, quia in practica dubitat, quod non obtinerent de sene, multa scribit Io. Bot. consilio 15. num. 8. & seq.

2 Sed aliqui videntur restringere huiusmodi conclusionem in sene decrepito, secus in non decrepito, Gram. decis. 34. num. 5. quem sequitur Clar. q. 64. nu. 21. qui refert, quod senatus iussit torqueri quemdam Aloysium sexagenarium, & alium Michaellem annorum 65. eo tamen modo, quo torqueri poterant, & aetas decrepita incipiat tempore annorum 70. & non prius, Duen. reg. 859. in 6. ampliatur. Viu. commu. opin. d. vers. senex in fin. Modern. Rom. q. 41. numero 26. in fin. vbi de communi, Caballin. in constit. Marc. lib. 4. capit. 29. in litt. A, num. 11. Bologn. consilio 48. num. 9. vbi pariter de communi, Fachin. consilio 96. num. 9. volum. 2. vbi subdit senes esse immunes a tortura, qui laborant vitijs memorie, per Iod. pract. cri. capit. 41. num. 6.

Alij autem tenent, quod senex dicatur sexagenarius, vt in nostris terminis firmat, Cyrill. in Summ. crim. rubr. 29. de quaest. 2. sub num. 1. ver. siculo senex autem, Nouell. in pract. ad defensione tit. homicid. ex quib. caus. a poen. mort. excus. numero 45. & si sit robustus possit torqueri alias non, Villagut. in pract. crim. lib. 7. capit. 4. conclus. 4.

Alij vero tenent, quod in iure cautum non sit, quae aetas excuset a tortura, sed arbitrio iudicis remittatur, Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 13. num. 53. & seq. vbi alios allegat, attenda valetudine, robustitate, & qualitate delinquentis, & delicti, Brun. de indic. 4. p. num. 18. Paris de Put. de Syndicat. §. officialis posuit ad cordam num. 11. Menoch. de arbitr. casu 59. num. 3. Baiard. q. 64. num. 69. Claud. Bertazz. ad Patrem, cons. 102. in lit. B; cuius opinioni ego quidem libenter adhæreo, & arbitror, quod ita ab omnibus iudicibus in practica sit obseruandum, a qua opinione nec etiam dissentit Moder. Rom. d. q. 41. num. 26. & seqq. & Villagut. vbi supra.

3 Alij autem tenent, quod licet senex non possit torqueri, & maximè decrepitis, poterit tamen terreri, ac leuiter torqueri, tali tamen tormento, quod in sene cadere possit, Grillan. de quaest. & tormen. capit. 6. num. 8. & seq. Ant. Gomez. lib. 3. cap. 13. numero 3. & seq. Clar. d. q. 64. vers. non etiam debet, Franc. Personal. de indic. & tortur. sub num. 15. qui dicit, quod poterit aliquantulum eleuari a terra, & per spacium vnus Miserere in tortura retineri.

Quod tamen ego nullo modo admitto in sene decrepito, qui nullo tormenti genere torqueri potest, nec ferula cordi, vt post alios, quos allegat, etiam late firmat Bertazz. in cons. 102. nu. 4. & 5. vbi etiam testatur de communi, atque etiam subdit, quod, si fateretur delictum, sibi non noceret, & de communi etiam testatur Suarez. in Thesaur. sent. in verb. senex, & Claud. Bertazz. ad Patrem in d. consilio 102. in litt. B, vbi etiam alios allegat, & testatur de communi, nec videtur dissentire Moder. Rom. d. quaest. 41. nu. 19. in fin. licet supra adductos non alleget, & dicat, senem decrepitem tormento subiicere nil aliud esse, quam mortis periculum in eo experiri, prout mihi in Gubernio Terræ Cassiæ contingit, quia volui torque-

Tomus Secundus.

re leuiter quandam mulierem de Castro Mucciae forae vetulam septuagennariam participem in homicidio filij commissio per eius filiam in nocte Natiuitatis D. N. Iesu Christi, quae postquam filium edidit, illum proiecit in quandam Cisternam, & deinde post baptismum susceptum obiit, & quia volebam habere veritatem contra dictam vetulam super participatione dicti homicidij, cum esset valde grauata, postquam fuit funi ligata, & in altum eleuata aliquantulum, statim defecit, cum aperto periculo suae vitae: Ideo caueant omnes iudices, ne incidat in huiusmodi periculum. Sed forsam possent senes terreri ducendo eos sub eculeo tantum absque tamen ligatura, vt dicit Caualean. de Brach. reg. p. 3. num. 126. versic. est tamen.

Et quamuis aliqui voluerint, quod in crimine laesae maiestatis, haeresis, & similibus, senex decrepiti possint torqueri, Bolog. ad Suzar. in tract. de indic. & tort. n. 15. Simanch. de Cathol. instit. cap. 65. num. 45. Pegn. in 3. par. Direct. Schol. 54. vers. de illis, Claud. Bertazz. ad patrem d. consil. 102. in lit. B, in fin. erit semper intelligendum dummodo dicti senex sint robusti, & non habeant corpus morbidum, & languidum, & per leuissimam torturam, vel per territionem, seu leuem deuerberationem, vt per Simanch. & Claud. Bertazz. vbi supra, & post Iul. Clar. et firmat Card. Tusch. in lit. T, conclus. 327. num. 19. vt Senex decrepiti rebus leuiter torqueatur, & Gram. d. decis. 34. in princ. dicit, quod vique ad 50. annos dicitur homo iuuenis, vsque ad 70. senex, & potest torqueri, & a 70. supra dicitur decrepitis, & non potest torqueri, & sequitur Cardin. Tusch. in lit. T, conclus. 327. num. 20.

4 Aetas autem quomodo probetur, late posuit Claud. Bertazz. d. consil. 102. in lit. A, vbi refert probari coniecturis, ex libro baptismatis, ex libro, vel scriptura patris, ex assertionem matris, ex aspectu, & habitu corporis, ac si testes deponerent per dictionem circa, & ibi quolibet modum auctoritatibus exornat, & corroborat, & late vide Mascar. de probat. conclus. 666. & seq. vol. 1.

Surdus & mutus an possint torqueri.

S V M M A R I V M.

1 Surdus mutus a Natiuitate non potest torqueri.

C A P. XIII.

1 S I reus fuerit surdus, & mutus a natura, cum non possit damuari, nisi fuerit conuictus per testes, ideo non potest torqueri ad emendandam veritatem ab eo, vt post Bal. firmat Brun. de indic. p. 2. q. 4. n. 27. Frac. Casson. de torm. c. 10. n. 5. Grilland. de q. in 6. q. nu. 7. Baiard. q. 64. n. 74. & per eadem rationem idem firmat Ant. Gomez. tit. de delict. c. 1. n. 69. in fine: Moder. Rom. q. 41. nu. 88. & n. 91. vide Sebast. Med. in tract. de fortuit. casib. p. 2. q. 6. n. 58. Cartar. de exec. sent. c. 2. n. 44. Ambros. de mod. for. process. lib. 6. c. 6. vbi in Schol. Franc. Bernard. Mediol. qui tamen refert se vidisse coram Vicario Iustitiae torqueri quandam mutum in causa homicidij, vide et Dec. tract. crim. p. 1. lib. 3. c. 11. n. 17. & Farin. q. 88. n. 159. & seq. Quia tortura non est inferenda frustratorie, & in casu, in quo eius effectus nihil operetur, Dec. resp. 18. n. 155. li. 1. Si vero fateatur delictum per signa mutus, an possit puniri, vide Ias. in l. discretis nu. 10. C. qui testam. facer. Petr. a Plac. Epitom. delict. c. 32. num. 17. vers. proximè, Franc. Bernard. in Schol. Traq. Ambro. d. c. 6. vers. An possit criminaliter puniri

G 2 Cauale.



Caualean. de Brach. reg. part. 3. numero 127. etiam tenet vt non possit torqueri, licet extra torturam per signa possit deponere, & idem dicit esse in cœcis, & furiosis, Bald. in l. vnica n. 12. C. de confel. Hier. Giach. q. 55. in litt. F. in fin.

Mulier prægnans an possit torqueri.

S V M M A R I V M.

- 1 *Mulier prægnans, licet possit examinari tanquam testis, & tanquam principalis, tamen non potest torqueri, etiam si esset prægnans ex alio, quam marito, & in carcere concepisset fraudolenter, ad euitandam torturam, nec potest terri, etiamsi fuerit grauida per decem dies.*
- 2 *Mulier post partum editum non potest torqueri, nisi elapsis 40. diebus, & si infra dictum tempus torqueretur, & fateretur delictum, confessio huiusmodi sibi non noceret, & iudex puniretur.*
- 3 *Prægnantia quomodo probetur, & mulieri asserenti, se esse prægnantem, creditur.*

C A P. XIV.

**L**icet cum muliere prægnante possit agitari processus, & ipsa examinari, tanquam principalis, & tanquam testis, Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. 37. in fine. Marf. in tit. de quæst. in princ. numer. 20. in fine, ac etiam cogi ad iurandum, licet soleant dicere mulieres prægnantes, quod ipsæ non possint compelli ad iurandum, & testificandum, Capell. Tolosan. q. 3. num. 1. & seq. latè Baiard. q. 64. nu. 75. in fin. & q. 95. nu. 5. & latissimè, Petr. Caball. in quæst. crim. casu 79. per tot. cent. 1. qui ambo alios allegant; Tamen sine dubio non potest mulier prægnans torqueri, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 13. nu. 3. & 37. Iul. Clar. q. 64. numero 22. Carrer. in pract. crim. in l. obseruare num. 180. vers. item excipitur. Modern. Rom. quæst. 41. num. 78. Baiard. q. 64. numero 76. Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 4. num. 1. Villagut. in pract. crimin. lib. 7. cap. 4. conclus. 5. Card. Tusch. in lit. T. conclus. 328. numer. 21. Caualean. de Brach. reg. p. 3. numero 126. vbi subdit, vt nec possit terri, ne metus causa abortum faciat.

Quæ conclusio est vera, etiamsi mulier esset prægnans ex alio, quam marito, & in carcere fraudolenter ac dolosè concepisset, causa euitandæ torturæ, Brun. de ind. q. 4. 2. part. n. 3. Ant. Gomez. d. cap. 13. n. 37. Baiard. q. 64. n. 76. Moder. Rom. q. 41. n. 82. Iodoch. in pract. crim. c. 41. Rub. q. a tortur. sint excusan. n. 6.

Et procedit etiam si esset grauida decem, vel viginti dierum tantum, & licet foetus non sit animatus, Brun. d. q. 4. num. 4. Marf. in l. Edictum, nu. 27. ff. de quæst. Mod. Rom. d. q. 41. n. 83. Baiard. q. 64. n. 76.

Nec etiam potest terri, ob timorem futuri abortus, Ant. Gomez. d. cap. 13. n. 4. Moder. Rom. d. q. 41. nu. 84. Caualean. d. p. 3. nu. 126. Villagut. in pract. crim. lib. 7. cap. 4. conclus. 5.

- 2 *Minutiq; poterit torqueri post partum, nisi elapsis 40. diebus, Paul. Grilland. de q. lib. 4. q. 6. num. 7. vbi alios allegat, Brun. de indic. q. 4. 2. par. nu. 2. vbi reddit rationem, Marf. de q. in princ. n. 19. Iul. Clar. q. 64. num. 22. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 13. n. 3. vbi de communi, qui omnes ita seruari de consuetudine testantur, prout ita seruari in Curia testatur Moder. Rom.*

d. q. 41. n. 79. Petr. Pela in tract. de tortur. q. 4. num. 2. Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 4. n. 1. Card. Tusch. in lit. T. conclus. 328. nu. 21. Caualean. de Brach. reg. p. 3. nu. 126. vbi subdit, quod si non adesset periculum vitæ iudex procedens ex brachio regio poterit tali consuetudini derogare, & edito partu curare, vt per aliâ alatur, & lactetur ne iustitia remaneat impedita, & donec pareat, erit retinenda in carceribus suis expensis, si modum habeat sin minus expensis publicis, Caball. in Constit. March. lib. 4. cap. 29. in litt. A. numer. 9. Et ita etiam ego in facto obseruavi quia passus fui labi 40. dies; licet Ant. Gomez. d. cap. 13. nu. 3. in fine dixerit, esse relinquendum arbitrio iudicis, quando mulier, post editum partum, possit torqueri.

Et, si mulier prægnans, etiam post editum partum, infra quadraginta dies torqueretur, & fateretur delictum, talis confessio non valeret, Marf. de quæst. in princ. num. 19. in fin. Brun. d. q. 4. 2. p. n. 3. vbi etiam plus dicit, quod iudex isto casu puniretur, & quod talis confessio mulieri prægnanti nõ noceat, post alios, quos allegat Baiard. q. 64. nu. 77. Fulv. Pacian. d. cap. 4. nu. 1. vbi concordantes allegat.

- 3 *Ideo sit cæcus causæ defensor, vt alleget in actis mulierem carceratam esse prægnantem; cum prægnantia non præsumatur, quia non est insita a natura, & instet adhiberi obstetrices, & peritos ad inspiciendum, & indicandum super illius prægnantia; & satis erit, quod isti periti deponant de eorum credulitate super prægnantia diæ mulieris, Calson. in tract. de torment. cap. 10. Rubric. Quæ person. torq. poss. & quæ non, num. 6. & 7. Moder. Rom. d. q. 41. num. 85. latè Baiard. q. 64. num. 78. & de modo probandi prægnantiam, latè docet Mascard. de probation. conclus. 1125. per tot. lib. 3. & Fulv. Pacian. de probat. part. 2. cap. 4. numer. 25. & seq. Et si dixerint, non esse prægnantem, & fuerit torta, & secutus fuerit abortus, & iudex excusabitur, Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de ind. & tort. §. circa tertium, num. 34. Paris de Par. de Syndicat. in verb. tortura, vers. officialis posuit ad cordam, Baiard. q. 64. num. 79. Et si mulier dixerit, se esse prægnantem, iudex debet super sedere in executione torturæ, cum Bertach. in repert. in verb. foemina, n. 13. dixerit, quod ipsi mulieri creditur super prægnantia, per tres menses; & quia agitur de facto proprio, ideo sibi credi debeat, secundum Ang. in l. illud, num. 2. ff. si pars hæredit. petat. Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 4. nu. 17. vbi loquitur in terminis de tortura euadenda ex ipsa prægnantia; & ideo faciat deinde illam inspicere per ipsos peritos, & in actis deducere eorum depositiones super illius prægnantia, & secundum eorum relationem se habebit circa inferendam, vel non inferendam torturam.*

Mulier lactans an possit torqueri.

S V M M A R I V M.

- 1 *Mulier lactans non potest torqueri; quod magis procedit, quando nulla alia nutrix reperiretur, quæ alere posset puerum.*

C A P. XV.

- 1 *Est etiam regula pro parte negatiua, vt mulier lactans non possit torqueri, prout Senatus Mediolani in contingencia facti seruari mandauit, teste Iul. Clar. quæst. 64. num. 22. Marf. in l. Edictum, num. 24. ff. de*



24. ff. de quæst. Moder. Rom. q. 4. n. 80. Card. Tusch. in litt. T. conclus. 328. num. 21. Et ita ego in quadam causa Perusina homicidij Commissario in partibus transmissio mandavi obseruari, vt non torqueretur mulier lactans tanquã testis in caput alterius. Cauale. de Brach. reg. p. 3. n. 126. vbi plus subdit, vt nec etiam possit terri, ne lac amittat.

Quod magis procedit, quando nulla alia nutrix reperiretur, quæ posset alere puerum, Marfil. in tit. de quæst. in princ. num. 20. mihi fol. 3. & sequuntur Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tortur. §. circa tertium, quæ per son. torqueri poss. nu. 34. in fine, Corrad. in pract. tit. de negat. crim. & torm. num. 34. & iudex non debet curare, vt alia nutrix reperiat ad effectum torquendi ipsam mulierem lactantem, nisi in casibus atrocibus, & vbi aliter veritas haberi non posset, quam per ipsam mulierem lactantem.

Infirmus, valetudinarius, ac aliquo morbo laborans an possit torqueri.

S U M M A R I V M.

- 1 Infirmus, valetudinarius, vel aliquo morbo laborans non potest torqueri, & hic ponuntur plura exempla de diuersis morborum generibus, & quid facere debeat in proposito Aduocatus.
- 2 Febri quartana laborans potest torqueri post diem febris.
- 3 Notarius debet scribere omnia quæ sunt per reum in tortura, & si deficiat, & modum deficientis.
- 4 Tortus patiens Syncopem in tortura an amplius sit torquendus.

C A P. XVI.

1 **E**st regula firmissima, quod infirmus, valetudinarius, ac aliquo morbo laborans non possit torqueri, Casson. de torment. cap. 10. rubric. quæ per son. torq. poss. & quæ non, num. 8 quia tortura non debet inferri, quando esset periculum, vt tortus remaneat læsus in corpore, ne periculum vitæ incurrere valeat. l. quæstionis modum, ff. de quæst. Ioseph. Ludou. decif. Lucen. 13. nu. 52. Laderchi. Imolen. consilio 184. numer. 1. qui loquitur in eo, qui erat brachio debilitatus, Decian. respons. 93. nu. 138. vol. 2. post Gram. conf. 40. num. 37. qui loquuntur in eo, qui patitur exudationem venæ in pectore, vel difficultatem anhelitus, & idẽ Gram. decif. 56. n. 6. & Decian. d. respons. 93. num. 118. vers. Item deponunt, loquuntur in eo, qui morbo Gallico laborat: nec potest torqueri ille, qui in tortura syncopem patitur, Decian. respons. 93. num. 139. volum. 2. vbi etiam Syncopem, ex auctoritate Galeni, dicit procedere ex passione cordis ferè suffocati proueniente ex dolore, vel corporis cruciati. Sed erit consultum Aduocato, vel defensori, vt in actis alleget, & deducat, ac etiam se offerat velle probare carceratum esse impeditum, vel morbo laborare, propter quem torqueri non possit, sine euidenti periculo vitæ, cum infirmitas, & debilitatio, ac impeditũ sit deducendum, ac probandum per allegantem, quia infirmitas corporis non præsumitur, cum sit ferè contra naturalem cursum, Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 54. num. 8. Nisi tamen ex signis apparentibus de ea constaret, vel quia esset reus aliquo brachio debilitatus, morbo euidenti Erniæ laboraret, aliquam euidenter postemã haberet, vel quid

Tomus Secundus.

simile; & tunc debet iudex recurrere ad iudicium Medicorum, & peritorum, & secundum eorum relationem in actis redactam torquebit, & non torquebit ipsum inquisitum Casson. de torm. c. 10. rubr. quæ per son. torqu. poss. & quæ non, num. 8. quem sequitur Ioseph. Ludou. decif. Lucen. 13. num. 5. Modern. Rom. q. 41. num. 93. latè Cardin. Tusch. in litt. T. conclus. 326. num. 22. latè Cauale. de Brach. reg. p. 3. numero 141. & Io. Anton. de Nigr. super cap. Regn. cap. frequens, num. 39. dicit quod Aduocatus rei debeat insistere, vt ipse reus exhibeatur peritis, qui deinde faciant attestationem de eius infirmitate debilitate, & complexione, ad hoc vt possit apparere, si valeat tormenta sustinere, & quanta.

2 Sunt tamen aliqui, qui volũt, quod iudex possit torqueri illum, qui febre quartana laborat, dummodo torqueatur leuiter sine squassata, seu strappata, & nõ in die febris, sed post diem febris, vt post Franc. Marc. decif. 790. per tot. firmat Baja. q. 64. nu. 73. Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 117. Ego autem arbitror, quod tutius iudex faciat, si in hoc etiam adhibeat iudicium peritorum: Et quomodo isti periti deponere debeant, & quot esse debeant, latè dixi supra in defens. Circa corpus delicti.

3 Si vero dum est reus in tormentis deficiat, notarius debet diligenter adnotare, & describere modum deficientis, quomodo ab ipsis tormentis deponatur, ac etiam describat aspersionem aquæ, vel aceti in faciem torti, vel alia remedia adhibita, vt post Iul. Clar. quæst. 64. versiculo iudex autem, firmat Ambros. de mod. form. process. inform. libro 4. c. 12. numero 1. & seqq. vbi ponit signa, veræ, & non dissimulatæ deficientiæ, vt si reus spumas ex ore emittat, si nimis pallescat, si nimium in sudorẽ vertatur, si loqui nequeat, & similia; sed, ibi, dicit, quod iudex non debet esse nimis promptus, & credulus in dimittendo reum a tormentis, sed faciat funem squassari, nares torti sulphure, vel charta, vel petijs lineis, aut alijs similibus accensis suffumicare: sed melius subiungit, ne iudex sit adeo incredulus, vt retineat reum in tormentis, & deinde sequatur eius mors; ideo tutius erit, quod statim, quod reus incidat in Syncopem, dimittatur a tortura, & ostendatur peritis, & habita eorum relatione, deinde iudex secundum eam circa ipsam reum se habeat.

4 Et detecta vera Syncope, adiuncta corporis rei valetudine, diceretur sufficiens tortus, ita quod amplius non erit torquendus. Intrigl. decif. 12. numero seqq. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupto quæst. 42. numero 15. qui subdunt magis procedere quando fuit dimissus a tormento per iudicem, absque illa protestatione animo repetendi torturam; super quo Aduocati inuigilent; quia vt plurimum iudices terri ex Syncope Inquisiti, non animaduertunt apponere dictam clausulam, & ego, vt verum fatear in tali negligentia incidi, alias, cum casus in torto mihi contigerit, qui per Syncopem in tormento defecit, dum in primis annis officia exercere incepi. (?)



Episcopi, & alij in dignitate magna positi non possunt torqueri.

## S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus non potest torqueri, etiam quod laborent contra eum indicia.
- 2 Positi in magna dignitate, vt Illustriss. & Clarissimi non possunt torqueri.
- 3 Existentes in aliquo magno Magistratu non possunt torqueri.
- 4 Nobiles torqueri non possunt, licet de consuetudine aliter seruetur.
- 5 Decuriones, & eorum filij, & nepotes non possunt torqueri, & qui dicantur Decuriones.
- 6 Doctores, & Aduocati non possunt torqueri.
- 7 Milites non possunt torqueri. Et quid in omnibus seruetur de consuetudine.
- 8 Vtilis Reipublice non potest torqueri.

## C A P. XVII.

**Q**uoniam vidi multos Episcopos in Curia vexari, & carcerari, ac super delictis eis impietis indicijs grauari. Ideo non semel in Curia dubitatum fuit, an pro habenda veritate possint torqueri. Et in Aduocatus sciat, quod post Paul. de Eleazar. Brunor. tradit in suo tractat. de indic. & tort. 2. par. q. 4. num. 19. in fin. cum Episcopi sint in culmine dignitatum, cap. venerabili de præben. & ob id non possint torqueri, & sequitur Moder. Rom. q. 41. num. 92. qui tamen subdit, quod ipse meminit fuisse quemdam Episcopum tortum, & deinde absolutum, cum in tortura substinuerit; de cuius dicto ego diligenter informationem assumpsi a veteribus versatis in Curia, & a nemine potui notitiam habere de dicto Episcopo ita torto, iuxta assertionem d. Farinac. Sed nec ego in facto habui, nec ab alijs audiui, vnquam Episcopos fuisse tortos, quamuis essent de delictis grauibus imputati, sed alio modo per viam iuris fuisse punitos nempè ex eisdem indicijs laborantibus contra eos ad torturam fuisse condemnatos ad penam extraordinariam, nempè in pecuniariam, in suspensionem, & in aliquam honestam relegationem: & possem plura exempla recensere, quæ honestatis causa omitto: Et quod possint ex eisdem indicijs, in aliquam penam condemnari, cum ob dignitatem personæ non possint torqueri, facit doctrina Bal. in l. fina. C. de probation. in l. milites, num. 6. C. de quæst. Brun. de indic. & tort. 4. q. 1. p. veri. notandum tamen, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 12. num. 26. in fine, Sed pro declaratione istius dicti, Ant. Gomez, vide infra in hac Defens. cap. 41. in fin.

- 2 Idemque erit observandum in omnibus alijs positus in magna dignitate, qui ob eam possint vocari Illustrissimi, seu Clarissimi, qui minime possunt tormentis subijci, l. nullus, C. ad l. Iul. Maies. l. sit verum C. de dignit. lib. 12. Marfil. in l. Edictum numero 7. ff. de q. Brunor. de indic. 2. q. 4. numero 23. Ludoch. in pract. crim. cap. 61. Rubr. Quia tortur. sint excusandi num. 2. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 13. sub n. 3. vers. item reperitur, Moder. Rom. q. 41. num. 70. Guid. de Suz. de indic. num. 9. & 16. Boss. tit. de indic. ante nu. 110. & de tort. test. num. 17. vbi de communi, vt non possint torqueri nec in se, nec in alios, Iul. Clar. q. 64.

vers. Item quæro numquid, vbi testatur etiam ita fuisse seruatum in causa cuiusdam Hieronymi Pecorarij Feudatarij, licet ego viderim hic in Curia, cum maxima admiratione omnium; condemnari quemdam non paruum feudatarium in penam trium ictuū funis publicè sibi irrogandorum, licet deinde talis sententia non fuerit executata, forsan ex recta Iustitia Sūmi Pontificis Clementis Octau.

- 3 Idemque volunt Doctores procedere in existente in aliquo magno Magistratu, durante dicto Magistratu, per text. in l. Diuo Marco. C. de quæst. qui loquitur in eminentissimis viris, Iodoch. in pract. crim. capitulo 41. Rubr. quia tort. sint excus. nu. 3. qui loquitur in officialibus Principum, & in Rectoribus Ciuitatum, Marfil. in l. Edictum numero 19. ff. de quæst. Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. circa tertium, Quæ person. torq. poss. n. 40.

4 Ac idem affirmant in personis nobilibus, d. l. nullus, vers. vel generis. C. ad sol. Iul. Maies. Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 13. sub num. 3. vbi testatur ita apud eum communiter prædicari vigore legum illius Regni in nobili vulgo nuncupato Hydalgo; idem dicit obseruari in Hispania, Couar. var. resol. lib. 2. capitulo 9. num. 4. Tiraquell. de nobilit. cap. 20. num. 133. Bertazz. conf. 251. n. 44. in fin. lib. 2. licet de consuetudine in multis locis contrarium seruetur, vt nobiles torqueantur, vt in Francia seruari testatur, Tiraquell. d. capit. 20. numer. 134. Mediolani testatur, Iul. Clar. quæstione 64. versicul. vterius quæro. Et in Statu Ecclesiastico, ac in Vrbe, Modern. Rom. q. 21. num. 75. & seqq. Quauis, ibi, subdat, quod in hoc nobiles apud nos habeant prærogatiuam, vt grauiora indicia contra eos requirantur ad torturam inferendam, quam requirantur in alijs, qui non sint nobiles.

5 Nec etiam Decuriones, & eorum filij, ac nepotes possunt torqueri, l. fin. C. de Decurion. lib. 10. l. Diuo Marco. C. de quæst. l. Decuriones. C. eodem, Anton. Gomez. de delict. cap. 13. n. 3. vbi de cōmuni, Duenn. reg. 190. in princ. Corrad. in pra. rubr. de negot. crim. n. 34. & nu. 38. & in tit. de Decur. nu. 106. Rom. sing. 494. Guid. de Suzar. de indic. & tort. nu. 16. Et nostra tempestate etiam Decuriones nō torqueantur, Duenn. d. reg. 190. in 9. ampliat. cum alijs adductis per Modern. Rom. in q. 41. num. 58. qui Doctores exemplificant in Consiliarijs, Prioribus, Antianis, seu Conseruatoribus ciuitatis, Baiard. q. 64. n. 66. Qui Modern. Rom. ibi, ponit duas alias ampliationes cum sex limitationibus: & illa præcipua est, vt de consuetudine non seruetur, sed indistinctè torqueantur, tam durante officio, quam illo finito, & maxime durante officio, quando verum præiudicium Fisco, vel causæ inferretur, vel timeretur oriri scandalum, vel tumultum in populo: Sed si talis consuetudo in aliquibus locis non vigeret, non est recedendum à supradicta communi opinione.

6 Idemque affirmant procedere in Doctore, vel Aduocato, l. milites, C. de q. Iul. Clar. q. 64. vers. sic. quæro an Doctores, Petr. Leonard. in tra. de priuileg. Doct. 2. part. in princ. Brun. a Sol. conf. vnic. crim. num. 180. Rim. iun. in conf. 250. num. 17. & seqq. lib. 3. Cartar. de interrog. reis lib. 4. capit. 1. n. 49. Cephal. conf. 164. num. 8. lib. 2. vbi ampliat. vt non possit torqueri, si vt testis vacillauerit, Eug. n. conf. 63. num. 87. Baiard. quæst. 64. num. 65. Fab. Turret. consilio 15. nu. 46. vbi concor.



concordantes allegat, & testatur de communi. Quæ opinio maximè procedit in Doctõribus actu legentibus, seu Aduocatis certi Collegij, seu ordinis, cum dignitate, prout in Vrbe sunt Aduocati Consistoriales, Moder. Rom. q.41. nu.40. & seq. vbi post alios, quos allegat, firmat veriorè esse opinionem, vt omnes Doctores, & Aduocati etiam actu non legentes, & qui non fuerint Collegati, etiam si fuerint imperiti, & munus Aduocationis amplius non exercent, non debeant torqueri, ne Doctõratus dignitas dehonoretur, cõterisque eiusdem ordinis iniuria inferatur, Iacob. Ben. de priuil. Doct. priuil. 39. num.7. Et si de facto fuissent torti, & facti fuissent delictam, talis confessio eis non præiudicaret, Fab. Turret. conf. 15. nu. 37. etiam quod esset ratificata, Doct. adducti, per Baiard. d. q. 64. num. 61. vbi subdit: tamen Doctores caueant, ne fateatur, quia talis exceptio sibi parum proficet.

Licet de consuetudine in multis locis non seruetur, vt de consuetudine totius Italiae testatur Franc. Casson. in tract. de torm. cap. 10. rubr. quæ person. torq. poss. & quæ non, nu. 14. & totius Status Ecclesiastici, ac Vrbe testatur Modern. Rom. in q. 41. nu. 56. vbi plus subdit, quod aliter seruare esset male facere, præsertim in enormibus, vt in crimine læsæ maiestatis, priuati carceris, & falsi, in quibus, etiam circumscripta dicta consuetudine de iure communi possunt torqueri, Decian. respons. 93. nu. 135. lib. 3. Cephal. conf. 164. num. 8. Cartar. de interrog. reis lib. 4. cap. 1. num. 49. Eugen. consil. 63. num. 89. Baiard. d. q. 64. num. 61. vbi alios allegat, & testatur ita vidisse seruari, vt in istis grauibus delictis Doctores torqueantur, sed quod indicia requirantur, quod sint probabilia, ita vt sola eorum confessio deficiat, & idè firmat Vulpell. respons. 141. in princ. Sed licet Doct. teneant, quod Doctores antequam torqueantur, debeant degradari, quos refert Farinac. d. quæst. 41. numer. 44. tamen ibi sub numer. 45. dicit de consuetudine non seruari, prout verè hic in Curia non seruatur.

Sed si in alijs criminibus non vigeret talis consuetudo, non debent Doctores torqueri, cum non desint Doct. qui teneant etiam dictam consuetudinem non esse seruandam, Iul. Clar. q. 64. vers. quæro an Doctores, Vulpell. respons. 141. nu. 10. Brun. in suo vniuerso consil. crim. n. 181. Eug. consil. 63. num. 88. Cartar. de interrog. reis lib. 4. c. 1. num. 49. Ben. in tract. de priuil. Doct. priuil. 39. num. 3. vers. extenditur primo Fab. Turret. conf. 15. num. 46. vbi alios allegat, & testatur de communi. Et in omnem casum Doctores non debeant torqueri, nisi contra eos laborent vrgentiora, & grauiora indicia, quam requirantur contra alios non Doctores, Eugen. consil. 63. nu. 89. Ben. in tract. de priuil. Doct. priuil. 40. nu. 2. a qua in pract. non est recedendum, quia esset contra omnem iuris, & æquitatis rationem: testatur Modern. Rom. quæst. 41. num. 48.

7 Ac milites etiã minimè torqueri possunt. I. milites. C. de quæst. Iul. Clar. q. 64. vers. quæro etiam, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 13. num. 3. vbi de communi, Marf. in l. edictum, nu. 17. & nu. 23. ff. de quæst. Rom. sing. 494. Guid. Suz. in tract. de indic. n. 17. Brun. de indic. 2. p. 4. num. 19. Hier. Hispan. comm. contr. comm. q. 109. n. 1. Et procedit etiam in militibus notiti temporis, secundum magis cõmunem opinionem,

Tomus Secundus.

Paul. Gril. de quæst. & tortura, q. 6. num. 3. Boff. tit. de indic. num. 104. Rom. d. sing. 494. cum alijs adductis per Moder. Rom. q. 41. numer. 32. & seqq. quæ magis communis opinio non intelligitur de militibus priuatis, qui modo sub vno Præfecto, modo sub alio militant, & stipendia accipiunt, sed in Equitibus, & Capitaneis, Boff. vbi supra, Iul. Clar. d. q. 64. vers. quæro etiam, in fine, Iodoch. in pract. crim. cap. 41. nu. 2. qui loquitur in Equite Laureato, Ben. de priuil. Doct. priuil. 38. nu. 3. & seq.

Sed quicquid sit de iure; de facto, & de consuetudine Equites, & Capitanei Militiæ torquentur, vt testatur vidisse seruari Veronæ, non solum in criminibus exceptis, sed etiam in non exceptis, Nicol. Pegn. in add. ad Rom. d. sing. 494. & per Venetos, & per totam Italiam, testatur Casson. in tract. de torm. cap. 10. rubr. quæ person. torqu. poss. & quæ non numer. 4. Et in Vrbe, ac in toto Stato Ecclesiastico, Moder. Rom. q. 41. num. 34. & 36. in fine. Sed mihi non displicet opinio, Hier. Giach. ad Clar. in q. 64. in verb. torqueri, relata etiam per Card. Tusc. in lit. T. concl. 328. num. 12. vt istæ personæ priuilegiatæ non torqueantur, saltem erit admittenda in criminibus non exceptis.

8 Ac etiam utilis Reipublicæ non potest torqueri, cū illi vita seruanda sit, etiam si crimen morte dignum commiserit. l. ad bestias. ff. de pœn. Marf. in §. expedita, num. 24. in pract. Battand. reg. 32. nu. 3. Petr. Pell. de tortur. q. 3. num. 21.

Tortura adhibita in personis priuilegiatis quid operetur.

S V M M A R I M.

- 1 Tortura adhibita in priuilegiatis, qui de iure non possunt torqueri, nil operatur.
- 2 Persona priuilegiata possunt de facto iudici resistere, si illas index torquere vellet.
- 3 Persona priuilegiata nec terri possunt: distingue tamen vt hic per Authorem.
- 4 Persona priuilegiata in crimine læsæ maiestatis possunt torqueri, si sint priuilegiata ratione dignitatis, vt Decuriones, Milites, & similes, secus si sit priuilegiata ratione personæ, propter minorem ætatem, pregnantiam, vel valetudinem.
- 5 Persona priuilegiatæ non possunt torqueri, nisi consulto Principe.
- 6 Persona priuilegiata, cum non possint torqueri, tamen si essent grauata indicijs ad torquendum, debent damnari aliqua pœna extraordinaria.

C A P. VIII.

1 I N ista Quæstione Aduocatus habet intentionem fundatam, vt si fuerit tortus qui de iure torqueri non poterat, & factus fuerit delictum, non possit ex dicta confessione puniri, etiam si fuerit ratificata, cum tortura sit illa contra ordinem, & dispositionem iuris, Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. num. 4. vers. in tantum est verum. Marf. in l. Edictum num. 25. & numer. 30. ff. de quæst. Brun. de indic. 2. part. 4. numero tertio, vbi loquitur in confessione mulie-



ris prægnantis, Caffon. de torm. c. 10. rubric. quæ per-  
son. torq. poss. & quæ non, nu. 6. & num. 13. qui loqui-  
tur de confessione scænis torti, Carer. in pract. crim. in  
2. tract. de indic. & tortur. & circa 3. num. 20. qui lo-  
quitur de confessione nobilis, & idem firmat post alios,  
quos allegat Hier. Hisp. com. m. contra com. q. 619,  
na. 1. Et generaliter loquuntur Doct. adducti per Viu.  
com. opin. vers. iænis. ætatis decrepiti, vbi de com-  
muni, Bertazz. com. 70. nu. 31. in fia. tom. 2. crim. di-  
uers. Moder. Rom. q. 41. num. 95. Boss. de indic. num.  
120. Petr. Pell. in tract. de tort. q. 3. num. 21. vers. &  
notandum est, Barard. q. 64. numer. 61. vbi loquitur  
in confessione Doctoris torti, sed ibi subdit, quod ca-  
ueant Doctores ab ista exceptione; quia sibi parum  
proderet Alex. Trentacinq. consil. 20. nu. 16. p. 2.

2 Et istæ personæ priuilegiatæ, si de facto iudex vel-  
let illas torquere, possunt etiam de facto iudici resi-  
stere, cum agatur de actu irreparabili, tex. in l. omnes  
iudices in fia. C. de Decurion. lib. 10. Marf. in l. edictū  
nu. 7. ff. de q. Gram. vot. 1. num. 15. vot. 3. 2. num. 24.  
cum alijs adductis per Modern. Rom. q. 41. nu. 99. vbi  
de communi, & sub nu. 96. dicit etiam posse iudicem  
puniri de quo latè dicam infra capitulo....

3 Quæ personæ priuilegiatæ, nec minus possunt ter-  
reri, nec leniter torqueri, latè Ant. Gomez. tit. de de-  
lict. cap. 13. numer. 14. vers. sed in contrarium, & quia  
aliter alij tenent, vt istæ personæ possunt terreri, vel  
leniter torqueri, vt est videre per Anton. Gomez.  
d. num. 4. Cartar. in pract. crim. tit. de negat. crim. &  
tor. ment. num. 37. & nu. 41. versic. 2. est gradus. Ideo  
vera declaratione istius necessarii articuli, ad ex. sciat,  
& benè notet, ac obseruet, vt si agatur de illa terri-  
tione verbalis, leui, & remota ab ipsa tortura, & tunc  
Doctores faciunt regulam, vt omnes personæ, quam-  
uis priuilegiatæ possunt ita verbaliter terreri, text. in  
litem apud labeonem, §. q. ff. de iur. Anto. Gomez.  
tit. de delict. cap. 13. num. 4. in princip. vbi loquitur de  
illustribus, & clarissimis, & sequitur Ben. de priuileg.  
iurisconsul. priuileg. 39. n. 4. si vero agatur de illa terri-  
tione reali, & proxima torturæ, quæ fit per ductio-  
nem ad locum torturæ, per spoliationem, legatio-  
nem, ac funi applicationem, & tunc si simus in per-  
sonis prohibitis torqueri, ratione personæ, & digni-  
tatis, vt sunt Doctores, Milites, Decuriones, & alij  
similes, & isti sicut non possunt actu torqueri, nec  
etiam possunt per talem realem territionem concu-  
ti, vel terreri, Ant. Gomez. d. cap. 13. num. 4. vers. Ali-  
quando quis, & sequitur Ben. de priuileg. iurisconsul.  
priuileg. 30. n. 4. vbi loquitur in Doctoribus, & adducit  
etiam Rip. in l. Centurio, num. 14. ff. de vulg. & pupill.  
Idemque erit in priuilegiato ratione, & beneficio al-  
terius, vt in muliere prægnante, propter periculum  
partus, Ant. Gomez. d. cap. 13. nu. 4. vers. & ita debet  
procedere; si vero simus in personis priuilegiatis, pro-  
pter corporis debilitatem, vt in minore, tunc possunt  
adualiter terreri, Ant. Gomez. d. c. 13. n. 4. vers. ego ta-  
men, & sequitur Moder. Rom. q. 41. n. 105. & seq.

4 Sed videtur inter Doctores cōtrouerti, si istæ per-  
sonæ priuilegiatæ possunt torqueri, quando agitur de  
crimina lætæ maiestatis, hæresis, proditiōis, falsi,  
priuati carceris, symoniæ, & de alijs similibus crimi-  
nibus grauibus, & exceptis, & videntur omnes con-  
cludere communiter, vt in istis casibus nullū habeat  
priuilegium, sed omnino torqueri valeant, vt testan-

tur Anton. Gomez. d. cap. 13. num. 3. circa fin. Part.  
Imol. consil. 96. num. 44. Franc. Perlon. de ind. & tort.  
nu. 15. Vulpell. respons. 141. num. 11. Modern. Rom.  
q. 41. nu. 100. Ben. de priuileg. iurisconsul. priuileg. 39.  
num. 10. & sequen. Cartar. de interrog. reis lib. 4. cap.  
1. nu. 94. Eugen. consil. 23. num. 89. Petr. Pell. in tract.  
de tortu. q. 3. nu. 20. vbi concordantes allegat Peregr.  
conf. 2. num. 110. lib. 2. dicit possunt torqueri in cri-  
mine Magiæ & in alijs criminibus exceptis, & sub  
nu. 111. dicit in alijs criminibus dignitatem excusare a  
tortura, nisi deliquerit in officio, Clar. q. 64. num. 16.  
quæ declaratio non placet Vulpell. respons. 141. &  
Farin. q. 4. nu. 49. vt priuilegium dignitatis amittatur  
antequam constet de delicto, & eamd. dubitationem  
facit idem Peregr. d. conf. 2. num. 111.

Quæ communis opinio declaratur, vt procedat  
in priuilegiatis ratione dignitatis, vt sunt Decurio-  
nes, Magistratus, Doctores, & similes, secus vero est  
in illis, qui habent priuilegium ratione personæ, pro-  
pter ætatem minorem, & senilem, & propter præ-  
gnantiam, vel propter valetudinem, morbum, vel  
debilitationem membri, quia isti non possunt torque-  
ri, etiam in supradictis criminibus exceptis, cum sem-  
per militet eadem ratio impediendi, vt declarat An-  
ton. Gomez. d. cap. 13. num. 3. in fine, & sequitur Ben.  
d. priuileg. 39. nu. 12. licet alij videantur indistinctè te-  
nere, vt etiam minores, & senes in istis criminibus, tor-  
queri possunt, propter immunitatem criminis, vt tes-  
tatur Brun. de indic. 2. par. q. 4. nu. 16. de torm. cap.  
10. rubr. quæ person. torqueri poss. num. 10. Guid. de  
Soz. de indic. num. 15. vbi Bologna. in addit. num. 16.  
Duen. reg. 259. Franc. Perlon. de indic. num. 15. vers.  
ex quo senes, Cart. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. num. 47.  
circa fin. & de magis cōmuni testatur Modern. Rom.  
q. 41. n. 103. quam opinionem in practica nullo modo  
dicit esse obseruandam, neq; sequendam, quando  
ex ipsa tortura posset imminere periculum mortis, su-  
per quo erit adhibendum iudicium Medicorum, &  
Peritorum, quod magis erit dicendum in muliere præ-  
gnante, quæ in quocumque casu nullo modo potest  
torqueri, nec terreri, cum semper vigeat periculum  
vitæ, & abortus; In alijs vero valetudinarijs, & in-  
firmis idem modo posse dici, dummodo infirmitas  
non sit de febre quartana, & in minoribus, & seni-  
bus, quod posset deueniri ad moderatam torturam,  
quando minores essent xv. annorum, si vero essent  
proximi pubertati, & non excederent xiv. annum, tunc  
debeant solummodo terreri, vel ferula cædi, & se-  
nes, & maiores xiv. annorum non sint torquendi, sicut  
torquentur alij maiores, & ita erit in practica obser-  
uandū, prout semper obseruari vidi a bonis iudicibus.

5 Et in omnem casum istæ personæ priuilegiatæ non  
debent torqueri, inconstituito Principe, per text. in l.  
nullus, C. ad leg. Jul. Maiest. Brun. de indic. d. 4. p. nu.  
25. Duen. reg. 90. Moder. Rom. d. q. 41. nu. 110. Ben.  
d. priuileg. 39. num. 14. vers. octauo fallit, Gero. Giach.  
ad Jul. Clar. q. 64. in verb. torqueri Card. Tusc. in  
litt. T. conclus. 328. nu. 12. Nisi effemus in iure ha-  
bente vices Principis, vel brachium regium. Cauale.  
de Brach. reg. p. 3. nu. 125. & 129.

6 Ne autem delictum in istis personis eualet impuni-  
tum, ex eisdem iudicijs ex quibus possunt torqueri,  
si non essent priuilegiati, debent condemnari in ali-  
quam pœnam extraordinariam, pecuniariam, vel exi-  
lij, Ant.



ljj, Ant. Gomez. de delict. cap. 13. num. 28. in princ. & versic. non obstantibus.

Tortura a quibus personis inchoanda sit.

S Y M M A R I U M.

- 1 Tortura, quando plures sunt torquendi, incipi debet ab illo, a quo facilius possit haberi veritas.
- 2 Item est incipienda a timidiore, viliore, debiliore, & iuniori.
- 3 Item est incipienda a vicino, & proximiori delicto, item a femina, item ab eo, qui habet turpe nomen, & hic ponuntur plura exempla turpis nominis.
- 4 Item ab eo, qui est solitus delinquere, & est male famæ, & est magis suspectus, item a filio in presentia patris, item ab eo, contra quem laborant plura, vel fortiora indicia, item ab eo, qui primo reperit cadaver occisi, & tandem referat in arbitrio iudicis, a quo sit incipiendum.

C A P. XIX.

1 **Q**uando pro eodem delicto essent plures imputati, & laborarent indicia contra omnes ad torturam, iudex incipiat ab illo, a quo facilius possit veritas haberi. Guid. de Suz. in tract. de indic. & tort. nu. 22. vbi Bologn. in add. se ipsum multum commendat sub nu. 24. & allegat Bart. in l. quoties, C. de naufrag. lib. 10. Marfil. in tract. de quæst. in princ. nu. 1. Iul. Clar. q. 64. nu. 28. Marfil. in pract. crim. §. expedita, n. 25. & adducitur tex. in l. 1. §. l. t. d. ius, & in l. vnus in prin. ff. de quæst. Franc. Person. in tract. de indic. nu. 4. vers. secundo quando plures sunt. Laurent. Tenn. cautel. 283. Card. Tusch. in lit. T, concl. 327. n. 3. Pet. Pella in suo paruo tract. de tort. q. 5. n. 1. Ambros. de mod. form. process. in form. lib. 4. c. 6. n. 1. Caball. super constit. March. lib. 4. c. 29. in lit. A, nu. 18. glo. 1. Villagut. in pract. crim. cap. 9. lib. 7.

2 Hinc inferitur primo, quod debeat iudex incipere ab illo, qui sint timidiore, viliore, ac debiliore, cum ab eo potius veritatem sperare debeat, quam a fortiori, & digniori. Ang. in l. si nu. 4. vers. Secundo, quando plures, ff. de quæst. Guid. de Suz. in tract. de in. oc. num. 22. vbi Bologn. in addit. Iul. Clar. q. 64. num. 28. Dec. respons. 115. n. 5. vol. 3. Card. Tusch. in lit. T, concl. 317. n. 2. & seq. vbi sub num. 1. dixit, quod si esset in eadem causa torquendus testis, & Notarius, erit incipiendum a teste, tanquam viliore cum Notarius dicatur persona authentica, & allegat Bal. in cõs. 55. li. 1. Villag. d. c. 9.

Ac etiam sit incipiendum a iuniori, & non seniore, cum iuuenis sit minus stabilis, l. 1. in prin. & l. ex libero, §. 1. ff. de quæst. Guid. de Suz. d. tract. de indic. num. 24. Hier. Giach. ad Iul. Clar. q. 64. in lit. k, Ambros. d. c. 6. num. 2. Villagut. d. cap. 9.

3 Ac etiam, si essent torquendi vicini, sit incipiendum a proximiori vicino, cum magis ipse præsumatur scire veritatem, vt post Bart. & Bal. Bologn. ad Guid. de Suz. in tract. de indic. nu. 23. in fine.

Nec non erit incipiendum a femina, & non a masculo. Guid. de Suz. in tract. de indic. & tort. nu. 22. & ibi Bologn. nu. 23. vbi reddit rationem. Iul. Clar. q. 64. nu. 20. Fulu. Pacian. de probat. li. 2. c. 8. n. 12. Card. Tusch. in lit. T, concl. 317. n. 2. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 42. nu. 9. vbi alios modernos allegat Ambros. de mod. form. process. in form. lib. 4. c. 6. n.

2. Sed alij tradunt, quod femine minus timent torturam, quam mares, & durius in negatiua perstant, & ob id esset in arbitrio iudicis, a quibus sit inchoandum, vt tradit Cauale. de Brach. reg. p. 3. n. 133. Villag. d. c. 9.

Ac etiam sit incipiendum ab eo, qui habet turpe nomen, ob quod præsumitur delinquens. Gerar. sing. 75. Adde. ad Dyn. in reg. in penis, de reg. iur. Franc. Person. de indic. & tort. n. 39. Marfil. in pract. §. expedita n. 52. & sing. 84. Claud. Battand. in pract. crim. reg. 36. Scac. in tract. de in iud. li. 1. c. 86. sub n. 29. Fulu. Pacian. de probat. li. 2. c. 15. nu. 17. Baiar. q. 64. n. 93. Et Carolus dicitur pulchrum nomen. Add. Dyn. vbi supra Jacob. de S. Georg. in prælud. feud. in verb. Carolus pulcherrimum nomen. Pet. Pella in tract. de tort. q. 5. n. 5. in fine, & turpe nomen dicitur, Forabosco, Sgaramelia, Salsamacchia, Mardolino, Spezzacroce, Pizzaguerra, Falamischia, Mazzafette, & similia, vt recenset post alios, quos allegat Pacian. d. c. 15. n. 17. Petr. Pella d. q. 5. nu. 5. Maur. Burg. d. q. 42. nu. 9. Ambros. de mod. form. process. in form. lib. 4. c. 6. nu. 3. Villagut. in d. c. 9. qui etiam ponit exempla de turpi nomine, latè Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 83. vbi ponit alia exempla turpis nominis, vbi tamen dicit, hoc indicium non esse tutum per rationes per eum ibi allegatas, & sub n. 84. etiam loquitur in illo, qui habet malâ fisonomiâ, idem firmat Caball. in d. lib. 4. c. 29. in lit. A, nu. 21. dummodo alia indicia contra eum laborent.

4 Eritque incipiendum ab eo, qui sit solitus delinquere, & sit male famæ. Pacian. d. c. 15. n. 68. Hier. Giach. ad Iul. Clar. q. 64. in lit. N, qui alios allegat, sic a magis suspecto Iul. Clar. d. q. 64. in littera N, qui alios allegat 28. Decian. respons. 115. nu. 5. in si. vol. 3. Guid. de Suzar. de indic. nu. 22. Ambr. de mod. form. process. lib. 4. c. 6. num. 3. Intrigl. sing. 85. lib. 1. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 42. num. 9. Caball. in d. c. 29. lit. A, nu. 22. Villagut. d. c. 9.

Ac etiam si in eodem delicto sit torquendus pater, & filius, inchoatur a filio in presentia patris, quia pater magis diceretur torqueri in persona filij, quam si torqueretur in persona propria, & ob id præsumitur, quod pater deberet fateri delictum. Guid. de Suz. in d. tract. de indic. & tort. num. 7. & 22. vbi Bologn. in add. qui adducunt tex. in §. sed veteres, instit. de noxalibus Frâ. Person. de indic. & tort. n. 39. Baiard. ad Iul. Clar. q. 64. nu. 91. & seq. vbi alios adducit, & ibi etiam Hier. Giach. in add. in lit. N, Pacian. de probat. p. 2. c. 13. nu. 45. Intrigl. d. sing. 85. Cauale. de Brach. reg. p. 3. n. 23. & seq. Maur. Burg. d. q. 42. n. 9. in fine. Caball. d. lib. 4. c. 29. lit. A, nu. 19.

Quam opinionem nunquam vidi in practica obseruari, prout ego in vna causa Perusina minimè obseruari, tamen si per iudices obseruaretur, non essent reprehedendi, propter auctoritatem tot Doctorum, & in tantum, quod si pater confiteatur ob torturam filij, vel è contra requiratur ratificatio, Bal. in l. si. in si. C. si Rector. Prouinc. in 2. lectur. sequitur Tiraquind. si vnquam in præfat. nu. 8. de reuoc. don. vbi multa exempla cumulauit similis confessionis parentum, & filiorum, Baiar. quæst. 64. num. 92. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 83. sub n. 3. Cauale. d. p. 3. nu. 132. Boff. tit. de examina. reorum, num. 4. qui loquitur de illo patre innocente, qui factus fuit delictum ob metum, & dolorè filij, & propter hoc iudex ille induit habitum fratrum Capucinatorum, qui deinde euenit sanctus.

Eritque



Eritque incipiendum ab eo, contra quem laborant fortiora indicia. Decia. respons. 115. nu. 2. vers. sed primo vol. 3. & sub nu. 5. dicit etiam esse incipiendum ab eo, contra quem laborant plura indicia.

Ac etiam erit incipiendum ab eo, qui primo reperit: cadaver interfecti. Hier. Giach. ad Iul. Clar. q. 64. in lit. N. ubi alios allegat Ambros. de mod. for. m. process. lib. 4. c. 6. nu. 3.

Alij autem tradunt, ut resideat in arbitrio iudicis, a quo sit inchoandum, ut post Affl. in constit. si damna clandestina, n. 75. firmat Baiar. q. 64. n. 94. Et quod dictum est in principalibus, idem sit dicendum in ipsis testibus, quando plures sunt torquendi. Marf. in pract. crim. §. expedita, nu. 49. Baiar. d. q. 64. nu. 93. Sed caueat iudex, quod prædicta omnia procedunt, quando inter plures torquendos vigerent æqualia indicia, secus si contra vnum vigerent maiora, & plura indicia, quia ab illo erit inchoandum; & ita Doctores præsupponunt in exemplis supra positis, ut est videre penes Iul. Clar. q. 64. num. 28. Decian. d. respons. 115. nu. 5. Baiar. d. q. 64. num. 93. Hieron. Giach. ad Clar. d. q. 64. in lit. N.

#### Iudex quomodo se gerere debeat in tortura inferenda.

##### S V M M A R I V M.

- 1 Tortura est per iudicem moderatè inferenda, & per legitimos tramites.
- 2 Iudex in tortura inferenda debet considerare complexionem, ac qualitatem inquisiti, an sit debilis, delicatus, robustus, ferox, nobilis, plebeus, ciuis, rusticus, infirmus, minor, senex, timidus, vel versutus, ac etiam debet considerare qualitatem, & grauitatem criminis.

##### C A P. XX.

- 1 Iudex caueat ne vanam gloriam affectet in ipsa tortura inferenda, sed procuret solum veritatem habere per legitimos tramites, & ob id moderatè se habeat, ut exclamat Iurisconsult. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæst. & inde in rem reum conferuet, ut legitur in lege quæstionis modum, ff. eod. & trad. Ang. de malef. in verb. quod fama publica, q. 7. & ibi latius August. Gand. de malef. rubr. de quæst. vers. quinto nota. Cæpol. conf. crim. 39. nu. 9. Marf. in pract. §. expedita, nu. 85. Iul. Clar. q. 64. num. 32. Clau. Battand. reg. crimin. 36. nu. 6. Bossut. de tort. nu. 36. ubi ponit memoranda verba Sancti Augusti. & eadem resumat Couar. pract. q. c. 23. col. 22. Crau. conf. 207. nu. 6. Menoch. de arb. cau. 271. h. 2. Hier. Giach. ad Clar. in quæst. 64. in littera O, qui omnes bene concludunt
- 2 Iudicem debere considerare complexionem, & qualitatem inquisiti an sit debilis, robustus, ferox, nobilis, plebeus, ciuis, vel rusticus, & delictum an sit graue, atrox, vel leue; & semper iudex vti debeat potius benignitate, & moderatione, quam atrocitate, & seueritate, & ob id Marf. in d. §. expedita, nu. 83. valde exclamat contra iudices, qui aliter faciunt, & illos appellat iudices imperitos; idem firmant Ant. Tigrin. in repet. l. 1. nu. 53. de quæst. Pet. Pella in tract. de tortur. q. 7. nu. 1. & 2. Card. Tusc. in lit. T. concl. 326. nu. 23. Franc. Person. de ind. & tort. nu. 15. Moder. Rom. q. 38. nu. 33. ubi refert, quod debet considerare, an reus sit iuuenis, vel senex, an timidus, an versutus, vel infir-

mus, an debilis, delicatus, vel robustus, & similia. Gui. de Suz. de ind. nu. 19. ubi Bologn. in add. Decian. resp. 9. n. 135. lib. 2. Cartar. de interrog. reis, li. 4. c. 1. n. 112. in fine, ubi propterea admonet iudices, ut minus torqueant nobiles, & doctores, quam plebeius, & minus debiles, quam robustos, latè Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 230. & Gaspar. Caballin. super constit. Marc. lib. 4. c. 1. gl. 1. nu. 16. & seq. dicit, quod tale moderamen versatur circa tria, & primo circa qualitatem causæ; secundo circa qualitatem personæ; tertio circa qualitatem tormentorum, & ibi in quolibet modo ponit exempla, & auctoritates, latè Burf. conf. 201. num. 86. vol. 2. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. 1. Io. Ant. de Nigr. super c. Regni, c. frequens, num. 38. Pet. Pella in tract. de tortur. q. 7. per totam latè Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 53. seq. Baiar. q. 64. n. 103. Peregr. conf. 2. n. 188. lib. 2. Villagut. in pract. crim. lib. 7. c. 3. concl. 1. & 2. quomodo debeat interrogare reos in tormentis dicam infra in cap. 33.

#### Iudex quibus tormentis vti debeant contra reum.

##### S V M M A R I V M.

- 1 Tormentis solitis, & consuetis iudex vti debeat pro eruenda veritate, non autem noua tormenta inuenire.
- 2 Iudex non debet proprijs manibus reum torquere.
- 3 Tormenta noua nec etiam in atrocissimis delictis inuenienda sunt.
- 4 Iudex de tormentis solitis potest adhibere ea tormenta, qua sibi magis expedit adhibere.
- 5 Tormentorum plura sunt genera.
- 6 Tormentorum funis est magis in vsu quam sit aliud tormentum, & datur ambabus manibus post terga reuinctis.
- 7 Tortura potest etiam dari per vnum brachium, quando reus sit in altero brachio impeditus.
- 8 Corda subtilis maiorem præbet dolorè, quam corda grossa.
- 9 Hircum viuum ad pedes torti minime iudex appendere faciat, nec compedes ferreos, nec aliud pondus, nec alia similia tormenta adhibeat.
- 10 Quasationes etiam licet in aliquibus casibus, adhibeantur, tamen iudex ab eis se abstinere debet, cum per illas reus extra mentem sanam ponatur: & ideo posset deinde dari de errore confessionis.
- 11 Tormentum sibilorum quomodo adhibeatur, & in quibus casibus, & per quantum temporis spacium.
- 12 Tormentum ignis in multis locis non adhibetur, & præcipuè in statu ecclesiastico.
- 13 Tormentum vigilia quomodo, & quando, & in quibus casibus, adhibeatur, & vocatur etiam capra, caballetus, vel cippus, & per quantum spacium temporis reus in d. tormento torqueri possit.

##### C A P. XXI.

- 1 Omnes in hac quæstione concludunt, iudices pro eruenda veritate debere tormentis solitis, & consuetis vti, cum iudices nouorum tormentorum auctores irati, & peruersi nuncupentur. Brun. de indic. 2. p. q. 2. nu. 7. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. n. 5. & maxime contra auctores nouorum tormentorum inuenit Flam. Cartar. de interrog. reis. li. 4. c. 1. n. 7. & seq. Clar. q. 64. nu. 35. Moder. Rom. q. 38. nu. 56. Burf. conf. 201. nu.



201. nu. 11. & seq. vol. 2. vbi omnes concludunt, iudicem debere vti solitis, & consuetis tormentis, ne carnes reorum scindantur; nam si reus decederet in tormentis, deberet iudex decapitari. Bal. in l. 1. in fi. nu. 4. C. de emend. seru. & iuxta consuetudinem illius tribunalis, vbi reus torqueri debet. Villagut. in pract. crim. lib. 7. c. 12. concl. vnica, & quod ad noua genera tormentorum iudex deuenire non possit, latè Ball. de quæst. q. 5. Intrigl. sing. 188. lib. 2. Io. Franc. de Ser. in pract. offic. c. 5. nu. 41. Mur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 48. nu. 8. vbi subdit, quicquid dicat Cauale. de Brach. reg. p. 3. Peregr. in suo conf. 2. decisiuo, nu. 128. lib. 2. & semper reus est tormentis subiiciendus, vt reus saluus sit, vel pro innocentia, vel pro supplicio, ita tradit iurisc. in l. quæstionis modū, ff. de quæst. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 6. casu 476. nu. 2. Et quid euenerit Peryllo, qui a fallaci Tyrano fuit requisitus, de nouo tormento inferendo reis, refert Ouid. lib. 5. Tristium,

*Ipsè Peryllo Phalaris permisit in are,  
Edere mugitus, & bonis ore queri.*

2 Et etiam omnino se abstinere debent iudices, ne torqueant reos proprijs manibus cum hoc nec iudici, nec eius dignitati conueniat, cum sit officium Sattelitum, & birruariorum. Paris de Puteo de syndic. in verbo tortura, el. 3. c. 4. nu. 9. vers. an potestas, vbi refert vidisse quendam potestatem, qui capiebat reum per capillos, vel per aures fortiter ipsius caput ad columnam incutiendo, dicendo, confitearis, & dicas veritatem. Et hic in curia hisce nostris temporibus fuit quidam penitus ignarus, & imprudens officialis, qui manibus pauperes carceratos percutiebat, & quod officialibus non liceat proprijs manibus reos torquere, tenet etiam Moder. Rom. q. 38. n. 57. quicquid aliter post glo. dixerit, Io. And. in c. non licet, 85. dist. relatus per Paris. de Put. vbi supra, & per Villagut. in pract. crim. lib. 7. c. 12. concl. vnica, & non recedas a prima opinione.

3 Et caueant etiam iudices, ne decipiantur, quod in atrocissimis aliqui annuerint, posse iudices adhibere noua tormenta, prout scripserunt Put. & Bal. allegat per Foller. in pract. crim. in verb. rei indurati torqueatur, nu. 11. & in verb. & si confitebuntur, nu. 7. vbi loquitur in tormento nuncupato, Polledro, per quod carnes rei scinduntur, contra tex. expressum in d. l. 1. C. de emend. seru. quia eorum opinio de iure minimè vera est, nec Put. nec Bal. hoc affirmant, solum bene dicunt, quod in grauibus, & atrocibus delictis, grauius, & atrocia tormenta adhibeantur, non autem quod noua tormenta inueniantur, vt bene firmat Moder. Rom. d. q. 38. nu. 58. vbi subdit, vt eo minus sint adhibenda tormenta, per quæ rei carnes scindantur, iuxta tex. in d. l. 1. Et in Curia Romana, licet aliquando nonnulli ausi fuerint vti seueritate in tormentis adhibendis, non tamen summi Pontifices passi fuerunt inueniri noua tormenta, & Brun. de indic. 2. p. q. 2. nu. 6. refert nonnullas tormentorum species, quibus iudices Deum timentes non vtuntur. Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 56. etiam refert plures tormentorum species, & Marf. in l. 1. ff. de quæst. Farin. q. 38. & Peregr. in suo conf. 2. decisiuo, nu. 7. lib. 2.

4 Bene verum est, quod circa solita tormenta, erit in arbitrio iudicis vti, quibus voluerit. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. nu. 5. in prin. Cartar. in pract. de inter-

rog. reis, li. 4. c. 1. n. 8. Ambros. de mod. proced. form. process. inform. lib. 4. c. 1. num. 5. Sed debeat semper magis vstratis, & illis, quibus vtuntur iudices in illa Prouincia, in qua contingit reum torqueri. Iul. Clar. q. 64. nu. 36. Franc. Bernard. in schol. ad Ambros. li. 4. c. 1. nu. 2. Sed Doctores aliquando admittunt, quod in crimine læsæ maiestatis, parricidio, assassino, & in publicis latronibus, & alijs similibus delictis qualificatis, iudex vtatur tormentis etiam insolitis, vt post Carrer. in pract. crimin. fol. 163. tradit Hier. Giach. in addit. ad Iul. Clar. q. 64. in lit. T.

5 Tormentorum autem plura sunt genera, quibus rei torqueri solent, secundum casuum contingentiam, de quibus per Marf. in l. 1. in prin. n. 76. ff. de quæst. Brun. d. q. 2. n. 6. p. 2. Iodoch. in pract. crim. c. 37. nu. 17. & seq. Modern. Rom. q. 38. n. 69. & seq. Foller. in pract. in verb. rei indurati torqueantur. Menoc. de arbitr. q. 39. per totum. Put. de synd. in verb. tortura 1. cap. 6. Cauale. de Brach. reg. par. 4. nu. 56. & sequent. Peregr. d. conf. 2. num. 127.

6 Nullum tormentum est magis in vfu, quàm tormentum funis, & est tortura funis, siue cordæ Regina tormentorum, & tanquam magis tritu ab omnibus frequentiori practica approbata, & etiam a iure communi, l. nullus, vers. ficularum tormenta, C. ad l. Iul. Maiest. Bru. de iudic. 2. p. q. 2. nu. 6. Marf. in d. l. 1. in prin. nu. 76. Foller. in pract. crim. in verb. rei indurati torqueantur, nu. 9. Moder. Rom. q. 38. nu. 61. Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 57. Ambr. de mod. forinan. process. lib. 4. c. 1. nu. 1. in fine, & ibi Franc. Bern. in schol. nu. 2. dicit ita Mediolani seruari. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. n. 4. & seq. Peregr. in d. suo confil. 2. decisiuo, nu. 125. lib. 2.

7 Et tortura debet inferri ambabus manibus post terga ligatis. Clar. q. 64. nu. 35. Cartar. d. lib. 4. c. 1. nu. 4. & seq. Moder. Rom. d. q. 38. nu. 63. Ambr. d. lib. 4. c. 1. nu. 2. † Nisi torquendus haberet vnum brachium impeditum, quia tunc poterit torqueri, vna tantum manu ligata. Corrad. in pract. tit. de negat. crim. & tormenta. Bru. d. q. 2. n. 6. Moder. Rom. d. q. 38. n. 63. Quod vidi obseruari in tortura pro pœna inferenda publice, vt per alterum brachium tantum tortus fuerit ille, qui alterum brachium impeditum habebat; sed quando inferitur pro erunda veritate, tunc ob impedimentum vnicus brachij, vel manus, iuxta qualitatem personæ, ac criminis mutatur tormentum, vel adhibetur tormentum ignis, taxillorum, stanghetæ, & aliquando vidi in atrocissimis adhiberi tormentum vigilæ. Cartar. d. lib. 4. c. 1. n. 6. Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 59. vbi etiam firmat, fieri huiusmodi commutationem torturæ funis in aliud tormentum, quando reus esset in genitalibus apertus, vel mancus, aut debilitatus in brachijs.

8 Et caueat iudex, ne reum torqueat in delictis ordinarijs cum corda subtili, quia dicitur maius tormentum, cum inferat maiorem dolorè, quàm corda grossa. Paris de Put. de syndic. in verb. tortura, il. 3. c. 4. nu. 5. in fi. Moder. Ro. q. 38. n. 62. Hier. Giach. ad Clar. q. 64. in litt. A, Et cum Notarius debeat describere omnes qualitates, & circumstantias, quæ adhibentur in examine, vel tormentis, vt pluries dixi: idè debet etiam describere, & adnotare qualitatem cordæ, qua reus erit cruciandus, si ultra solitam cordam iudex velle adhibere tale tormentum funis.



9 Ac etiam caueat, ne hircum viuum ad pedes torti appendere faciat iudex, quia est tormentum insolitū, vt exclamat Cau. de Brach. reg. p. 3. num. 60. in fin. vbi damnat tale tormentum.

Nec minus iudex, dum reus pendet in tortura, faciat vt apponatur ad torti pedes compedes ferrei, vel aliud pondus, seu in dorso aqua frigida aspergatur, nisi quando reus esset valde grauatus ex indicijs, & ageretur de crimine læsæ maiestatis, parricidio, latrocinijs, stratarum disrobationibus, & homicidijs. Put. de syndic. in verbo tortura, il. 3. nu. 5. propè finem Foller. in pract. crim. in verb. rei indurati torqueantur nu. 10. & in verb. & si confitebantur, nu. 64. Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. circa sextum, nu. 3. vers. & maximè si aquam frigidam. Moder. Ro. q. 38. nu. 64. latè Peregr. in suo conf. 2. decisio lib. 2. num. 119. Sed apud nos istud de aqua frigida non seruatur, licet alijs in locis seruetur, teste Peregr. d. conf. 2. nu. 124. sed solum quando sumus in atrocissimis, & quod reus sit valde grauatus, & paruipendat tormēta, solent iudices baculum intra pedes apponere, vt non possit pedes infimul iungere, quod maximum affert dolorem, & ita passim hic in curia obseruatur in casibus supradictis, & aliquando mādatur apponi compedes ferreas, quādo reus esset robustus, & valde grauatus, & ageretur de prædictis casibus grauissim. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. nu. 105. & seq. Ambros. de mod. form. process. li. 4. c. 2. n. 11. & seq. Peregr. in d. conf. 2. decisio. nu. 129. licet hoc raro iudices boni vtantur, sed bene faciunt reos ex tortura deponere, & in sede lignea accommodare, & postea refrigeratos mandant iterum in altum eleuari, quo casu maximum dolorem patiuntur. Paris de Put. vbi supra nu. 5. in fine, & Cartar. vbi supra nu. 3. vers. alij finunt. Moder. Rom. d. q. 38. num. 64. circa finem. Nec minus hic in curia vidi adhiberi per iudices aliud remedium, vt patiat reos proferri in terra ligatos, & postmodum eleuari ita ex abrupto, de quo mentionem facit Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 61. vbi refert, quod ipse aliquando vsus fuit tali modo torquendi, & eruisse confessionem a reis ob pondus corporis dum eleuantur, & tormentum effusionis aquæ frigide in tergis appensi rei, hoc legibus scriptis cognitum non fuerit, tamen non dicitur nouum tormentū, sed a iudicibus esse cognitum, vt post alios, quos allegat, firmat Peregr. in d. conf. 2. decisio. n. 124. li. 2.

10 Et licet iudices seueri faciant squassari reos, vel funem percuti, quod præcipuè seruatur in aliquib. Provincijs, & in specie in Regno Neapolitano. Intrigl. sing. 101. lib. 1. vbi conuertat in annot. Cuma. in pract. syndic. c. 21. nu. 10. Ball. de quæst. q. 17. num. 7. Maur. Brug. de mod. proced. ex abrupt. q. 42. n. 12. & seq. ac in vrbe, vt testatur Ambr. de mod. form. process. lib. 4. c. 8. nu. 3. & seq. vbi ponit formam decreti circa quassationes, appositiones baculi vel aliud pondus ad pedes, qui adinonet omnia esse adnotanda & scribēda in actis per Notarium, tamen Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 61. bene dicit, quod rei ita conuassati solent remanere tanquam mortui, loquelam amittere, ac rēs sēsū perdere, & demissi, & interrogati nesciunt, quid dicant, tanquam veniente de alio mundo, & confessio sit habenda per tormenta a sensu sano, & ob id non sit curandum, quicquid sic fateantur & ideo sit abstinendum a dictis quassationibus, sed alia via cu-

randum, vt veritas habeatur, nempe retinendo ipsos reus maiori tempore in tortura, vel ipsam torturam repetendo; cuius opinio in practica verè ab omnib. erit obseruanda, licet post Carrer. referat Barf. quod reus sentiat maiorem dolorem, dum sic suspensus, & eleuatus detinetur in tortura, quàm dum iētibus funis torquetur, prout etiam refert Modern. Ro. q. 38. n. 54. circa finem, & quod squassationes sint minus periculose, quam iētus, & in curia ita apud nos verè obseruatur, reos, squassari, & non plecti iētibus funis.

11 Tormentorum autem taxillorum, stridè colligatorum inter vtriusque manus nodos, vel inter pedū clauicam, aut iuncturā, de quo mentionem facit Cauale. de Brach. reg. p. 3. n. 57. solet adhiberi in pueris, vel in mulieribus, & in leuibus delictis. Moder. Rom. q. 38. nu. 68. & formam ponit Ambros. de mod. form. process. in form. lib. 5. cap. 12. & solent etiam iudices sæpè vt tormento stranghetæ. Cauale. d. part. 3. num. 57. vbi firmat in illo Regno iudices sæpè dicto tormento vt, ad quod remedium iudices solent deuenire, quando reus ob aliquod impedimentum torqueri nō possit, cum paucissimi sint inuenti, qui illius vigore fateantur. Moder. Rom. d. q. 38. n. 67. & formulam ponit Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 2. n. 9. Ambros. lib. 5. c. 11. Quibus tormentis iudices vtuntur non per tantum spaciū, donec rei fateantur, vt quidam iudex impius, & iuris ignarus dicere audebat, sed per breue temporis spaciū duorum Miserere, vel trium, seu quatuor Pater noster, vt etiam ponit Ambros. in locis supra allegatis, & solent cruciari in pede sinistro, vel in manu sinistra, si illum, vel illam non habeant impeditum, vel impeditam, seu debilitatam.

12 Ignis autem tormentum, cum ex eo rei reddantur vt plurimum inutiles, & inhabiles, ad vium pedū, ideo in multis locis recessit ab aula, & præcipuè hic in curia, vt testatur Moder. Rom. d. q. 38. num. 63. Ambr. de mod. form. process. lib. 4. c. 9. & seq. vbi refert, semel tantum in vrbe vidisse cruciari quendam tormento ignis, cum non potuisset torqueri, & Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 38. in fine dicit, ipsam vsum fuisse tormento funis, ignis, & taxilloru semel, & pluries ferula contra pueros, & senes, & nu. 59. etiam dicit, quod iudices vtuntur isto tormento, quando reus esset apertus in genitalibus, vel alias non posset torqueri, & ibi posuit formam & modum d. tormenti Peregrin. in suo conf. 2. decisio num. 126. lib. 1. & Franc. Bernard. in Schol. ad Ambr. d. c. 9. refert casus, in quibus iudices in ciuitate Mediolani vsi fuerint dicto tormento, & dicit fuisse reus ita cruciatus, redditos inhabiles, & malè contigisse quidā iudici, qui dicto tormento vltus fuit contra quendam reum, & alias sacra consulti reprehendit quendam iudicem, qui in ciuitate Anconæ reum dicto tormento ignis supposuit, quia non potuit torqueri, cum esset in genitalibus apertus. Et formā decreti in isto tormento ignis ponit Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. n. 4. & c. 2. nu. 6. & Ambr. d. lib. 4. c. 9. vbi in fine refert debere retineri reum in dicto tormento per spaciū duorum Miserere, & Cauale. vbi supra etiam ponit formam dicti tormenti, & quod amotio tabellæ, quæ ponitur intermedia, habet vim vnus iētus torturæ, & ob id iudex non debet milles facere amouere tabellam, sed regulari se debet ab ipsis iētibus funis.

13 Tormentum autem vigilia, quod alio modo appellatur



latur tormentum Caballeti, vel carpa, & alibi cippus vt refert Cauale, de brach. reg. p. 3. nu. 57. incepit habere originem, nō ita feuerē, prout hodie vtuntur iudices, a Marf. vt ipse testatur in l. 1. in prin. n. 76. ff. de quaest. Cartar, de reis interrog. lib. 4. c. 2. nu. 7. & seq. vbi ponit formulam constituendi reos in hoc vigilie tormento, & Ambr. de mod. foran. process. lib. 4. c. 10. apponit etiam Moder. Rom. in q. 38. n. 70. Sed caueant iudices, ne manibus, vel brachijs eleuatis reum retineant, ac si extitisset in tortura, cum totus dolor illius tormento ferē consistat circa eleuationem brachiorum, quia tortura non potest irrogari qualibet vice vltra horam, & sic non poterit detineri reus ita eleuatus in altū, ad instar torturæ, per tot horas quibus reus detineatur in dicto tormento vigilie: prout quidem vide malè obseruari, per quendam iniquū iudicem contra vnum Sacerdotem, vel Canonicum; & ex ista immoderata eleuatione brachiorum, plures rei in dicto tormento, vel paulo post vitam cum morte commutarunt, & non debet a dberi tale tormentum, nisi in crimine læsæ maiestatis, assassinio, disrobatoribus famosis, latrocinijs, & his similibus casibus, vt bene admonet Moder. Rom. d. q. 38. nu. 71. Et tormentum caballeti non dicitur nouum tormentum: sed eo antiquitus iudices utebantur, vt post Cassan. testatur Baiar. q. 64. n. 105. in dictis delictis atrocibus. Et notarius debet diligenter scribere, quæ singula quaque hora reus in dicto tormento positus dicit, & facit, & quando iudices mandant brachia magis in altum eleuari, & per quantum tempus ita eleuatam reū retinuerint, vt possit discerni, an adsit excessus iudicis in dicto tormento. Et hic in curia nouissimè emanauit reformatio Sanctissimi D. N. Pauli Quinti, vt dicto tormento iudices non vtantur, nisi quando reus esset vrgentiſſimis iudicijs grauatus, & solum in delictis atrocissimis, & habito voto cōgregationis illius Tribunalis, in quo iudices existunt, nec vnquā reus subiiciatur dicto tormēto eadem die, qua alio genere tormentorum fuit tortus.

Circa tempus, quo reus detineri debeat in tormento præfato, iudex se regulare debet a grauitate criminis, a qualitate personæ eiusdem rei & ab iudicijs, & in omnem casum non debet detineri vltra decem, vel duodecim horas, vt annuit Moder. Rom. d. q. 38. sub num. 71. cum si vltius detineatur incidat reus in apertum periculum mortis, & tormenta sint adhibenda, vt reus incolumes seruetur, vt superius pluries dixi; Et ego certè nunquam retinui vltra decem horas reos in dicto tormento, licet per quendam iudicē, nō tempore S. D. N. Pauli V. sed alijs temporibus, sciam detentum fuisse quēdam imputatum pro cappeggiatore in vrbe noctis tempore per 24. horas, qui iudex post multos varios casus miserimè obiit. Et si forsā nō esset reus torquendus per tormentum funis in aliquo graui delicto, & esset valde iudicijs grauatus, sed esset in genitalibus ruptus, prout mihi in quodam de Camerino contingit, si supponatur dicto tormento vigilie; quia adhibere tormentum stanghetæ esset modicum tormentum, propter qualitatem criminis, & iudiciorum, & si tormentum ignis in loco non esset in vsu, iudex non debet vltra quinque, vel sex horas retinere dictum reum in dicto tormento, prout ego cum dicto reo seruauī, quem deinde, quia substiuit absolui, & liberaui. Nec credo, quod reperiatur iudex, qui

fit tam inhonestus, qui audeat adhibere tale tormentum in muliere, cum sit seruanda in ipso modo torquendi, & administrandi iustitiam honestas, & per d. tormentum vigilie omnia membra, & præcipue partes pudende ab omnibus astantibus inspiciantur, & si quis ita iudex imprudens, & inhonestus reperiretur, deberet puniri, prout fuit punitus quidam carnifex, qui denudauit (auferendo vestes) duo cadauera mulierum in ipso patibulo, vt dicam infra in 39. defensione cap. 9. nu. 2. vbi retuli ipsum carnificem viuum combustum fuisse.

Iudex per quantum temporis spacium tormenta adhibere possit, & quot sint gradus torturæ.

S V M M A R I V M.

- 1 Torturæ gradus, quot sint, hic enumerantur.
- 2 Torturæ est tam circa tempus, quàm circa modum moderatè adhibenda, vt reus saluus, & illæsus in corpore remaneat, & iudex debet torquere potius minus, quàm plus.
- 3 Torturæ primus gradus qualis sit.
- 4 Ligatura multum stricta equiparatur torturæ.
- 5 Torturæ secundus gradus, & tertius gradus quales sint, et per quantum temporis spacium adhibeantur.
- 6 Torturæ quartus gradus qualis sit.
- 7 Squassationes in quarto gradu quomodo, et quanta adhibendæ sint.
- 8 Torturæ quintus gradus qualis sit, et quomodo adhibeatur.
- 9 Torturæ sextus gradus qualis sit.

C A P. XXII.

**D**Octores circa gradus torturæ vario modo loquuntur: aliqui dixerunt esse quinque, & primum versari circa minas verbales de torquendo. 2. circa conductionem ad locum torturæ. 3. circa spoliationem, & ligationem 4. circa eleuationem in eculeo, 5. circa squassationē, vt refert Iul. Clar. q. 64. vers. num. de gradibus, & Franc. Person. de indic. & tort. n. 76. addit sextum, videlicet, torturæ repetitionem, & Scap. de iur. non script. lib. 5. c. 110. ponit septem gradus torturæ, vt etiam refert Baiar. q. 64. nu. 95. & plenè scripsit Menoch. de arbit. casu 271. & etiam septē gradus ponit Cauale, de Brach. reg. p. 3. n. 51. in prin. vbi etiam refert, quod Paul. Grillan. in tract. de quaest. & tort. posuit quatuor gradus. Alij autem ponunt tres gradus, & primus sit, quādo reus spoliatur, & ligatur; secundus sit, quādo alligatur torturæ, & eleuatur, & ibidem retinetur per aliquod notabile tēpus; tertius, quādo non solum torquetur, sed etiam squassatur vno, vel pluribus ictibus funis, vsque ad tres vices, vt facit Senatus Mediolani, prout refert Iul. Cla. d. q. 64. vers. num. de gradibus, in fine, quos gradus amplectitur Cauale. d. p. 3. nu. 51. vbi etiam testatur ita vidisse obseruari per magnos practicos. Alij autem tenent, vt sint quinque gradus torturæ, & magis cōmuniter Doct. ita obseruant, vt testatur post Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. n. 132. Modern. Rom. q. 38. nu. 34. & seq. & quod ita seruetur hic in curia apud nos. Et primus sit, quod iudex mandat reum spoliari, ligari, & funi applicari, & in ordine poni, vt non deficiat, nisi sola eleuatio. Secundus, quādo reus in altum eleuatur,



uatur, & ibi retinetur per vnum Miserere ad plus, vel minus, sine vlla squassatione: tertius, quando detinetur per spatium duorum Miserere, vel paulo plus, sine squassatione. Quartus, quando detinetur per aliquod notabile tempus, per tertiam partem horæ, per mediam horam, vel per duas tertias horæ partes, vel etiam per horam, cum vna, vel duabus, siue tribus squassationibus, Villagut in pract. crim. lib. 7. c. 3. concl. 2. in fi. Verum puto esse omnino addendum textum gradum torturæ, qui consistit in ipsa torturæ repetitione, vt per Franc. Personal. in d. tract. de indic. & tortur. num. 76.

2 Modo videamus pro vtilitate inquisiti, pro schola iudicis, ac pro instructione aduocati, quomodo iudex se habere debeat in quolibet gradu torturæ. Et regula est generalis, vt iudex circa tempus, & modum torquendi moderatè se habeat, adeo quod reus torquendus remaneat saluus, & illæsus, l. quæstionis modum, vers. itaque quæstionem, vbi Doct. & præcipuè Marfil. ff. de quæstio. text. in l. de minore, §. tormenta, vers. sed vt moderatè, ff. eodem Caualean. de Brach. reg. p. 3. nu. 53. Et quod moderatè se habere debeat Anton. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. 5. vbi valde insurgit contra iudices seueros, & crudeles vanam gloriam affectantes, qui moderatum excedunt modum. Rim. iun. conf. 395. nu. 53. Moder. Rom. q. 48. nu. 52. & seq. Franc. Personal. de indic. & tort. nu. 15. vbi docet, quod iudex potius debeat minus, quam plus torquere reū. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. n. 132. & latè exclamat Caualean. de Brach. reg. d. p. 3. nu. 52. vbi damnat quandam delegatū, qui vti canis rabidus contra reos torquendos se haberet, & post Grilland. de quæst. & tort. c. 4. n. 7. & seq. Burf. conf. 201. num. 121. vol. 2. dicit, quod iudex debeat inferre torturā leuiter, mediocriter, acriter cum fune, sine ictu, & sine compedibus, & cum ictu, & cum compedibus, secundum vim indiciorum, & aliter sunt torquendi iuuenes robusti, aliter debiles, & delicati, vel senes: aliter rustici, vel milites; aliter nobiles, & aliter ignobiles, & plebei, vt inquit Paul. Grillan. de quæst. & tort. q. 3. n. 13. quem refert, & sequitur Caualean. de Brach. reg. p. 3. n. 230. vbi appellat, d. Grilland. magnum practicum Card. Tusc. in lit. T, concl. 327. nu. 23. & concl. 329. nu. 31. Villag. in pract. crim. lib. 7. c. 3. concl. 1. & 2.

3 Et in primo gradu torturæ, quando iudex mandat reum conduci ad locum torturæ, spoliari, & funi applicari, & ibi detineri, debet habere in processu saltè aliqua leuia indicia, vel quod reus sit debilis, timidus, pusillanimus, & delicatus, qui etiam vigore dicti primi gradus torturæ, solet aliquando fateri delictum, & licet non incutiat dolorē in corpore, bene torquet animū, ideo aliquo modo dicitur tortura. Paul. Grill. de tort. q. 4. nu. 1. Foller. in pract. crim. in verb. rei indurati torqueantur. Modern. Rom. 38. nu. 41. & seq. Rim. iun. conf. 395. nu. 44. vol. 4. & successiuè non potest deuenire ad illum primum gradum torturæ, nisi præcedant indicia, & licet Farin. in quæst. 37. n. 105. & q. 38. n. 41. & seq. & Intrigl. sing. 180. n. 1. lib. 2. dixerint sufficere indicia leuia, vt iudex ex auctoritate ordinaria possit deuenire ad dictum primum gradum torturæ: Siculi hanc opinionem non sequuntur, vt testatur Ball. in tract. de indic. & quæst. q. 2. num. 3. & Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 101. n. 149. & seq. vbi subdit, & ob id, si reus fateretur isto casu,

sine legitimis indicijs, esset confessio ipso iure nulla, etiam si emanauerit coram iudice habente liberam arbitrium in procedendo, vt ex multorum auctoritatibus firmat idem Farin. q. 83. nu. 3. cum nec possit sine indicijs legitimis reus terri terrore reali propinquo actui, vt si detineatur ligatus propè tormenta. Hond. conf. 98. nu. 45. vol. 2. Maur. Burg. d. q. 100. nu. 150. & seq. Villagut. in pract. crim. lib. 7. c. 3. concl. 2. dicit iudicem posse deuenire ad primum gradum torturæ, vel ad alios, non tamen ad plenam torturam, quando haberet vnum testem de visu non integrum, vel duos testes singulares de indicijs remotis.

4 Et caueat iudex, ne custos carceris, vel birruarius faciat ligaturam multum strictam, vel cum tallis, vel alio modo; quia talis ligatura æquiparatur secundo gradui torturæ, & sic quando in tortura eleuatur, vt firmat Iul. Clar. q. 64. vers. debet igitur, vbi testatur, se vidisse quendam medicum magis pati ex tali ligatura, quam alij ex ipsa reali tortura: prout mihi contigit in quodam rustico de comitatu Spoleti, qui minimè pati poterat ligaturam, quamuis ordinariam, & exclamabat tanquam fatuus, & se proiebat per terram sicut animal brutum, & ob id iudices non debent pati, nec curare, quod rei ligentur cum stringa reuoluta, seu torta, quæ infert extremum dolorem, & minus in actu exa minis diu reos retinere ligatos, absque quod Notarius describat in actis talem ligaturam, & retentionē, vt exclamat Mod. Rom. q. 68. n. 36. & seq.

5 In secundo autem gradu torturæ, quis detineri debet per vnam Aue Maria, vel per vnum Pater noster, vel per vnum Miserere ad plus, sine aliqua squassatione, & hoc, quando iudex habet reum magis suspectum, quam in primo gradu, & indicia sūt plenè probata, sed tamen non sunt propinqua delicto. Grill. de quæst. & torm. q. 4. nu. 4. & seq. Foller. in pract. crim. in verb. rei indurati torqueantur, nu. 27. cum alijs allegatis per Mod. Rom. q. 36. n. 44. & seq. Idemque erit in tertio gradu, in quo non potest iudex excedere tempus duorum Miserere, quando indicia sunt plena, ac plenè probata, sed delictum non est atrox, vel si delictum est atrox, tamen reus est honeste conditionis, & famæ, vel Nobilis. Rim. iun. conf. 395. n. 46. Foller. & Grillan. & Modern. Rom. vbi supra.

6 In quarto gradu torturæ iudex potest deuenire ad spacium vnus tertie partis, vel medie horæ, vel ad horam integram cum vno, vel pluribus ictibus funis, vel squassationibus, quando indicia sunt vrgentia, & plenè probata in grauibus delictis, vel atrocibus, vt in furto rei sacræ, sacrilegio, homicidio, falsitate litterarum Apostolicarum, & similibus. Rim. iun. d. conf. 395. nu. 47. vol. 4. Foller. Grilland. Mod. Rom. in locis supradictis Cartar. de interr. reis, lib. 4. c. 1. n. 98. & seq. Sed sciat iudex, quod non erit torquendus reus vltra vnam horam, alias diceretur immoderatè tortus. Cum. in pract. syndic. c. 21. n. 23. & in pract. ritus, fol. 57. col. 2. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 42. nu. 20. Ambr. de mod. form. process. lib. 4. c. 3. nu. 3. & ibi Franc. Bern. in Schol. n. 4. vbi etiam testatur, quod nunquam vidit iudices egredi horam. Grill. de quæst. & tort. q. 5. nu. 9. in prin. Moder. Rom. q. 38. n. 54. Sed caueat iudex, ne pro quolibet indicio laborante contra reum, afficiat reū tribus squassationibus, vel ictibus funis, sed singula hora, vel vice pro omnibus indicijs, tribus ictibus funis, vel tribus squassationibus ad summum



## Defens. XXX. Circa Torturam pro hab. verit. 311

summum afficiat. Cum de syndic. c. 21. rubr. de tort. nu. 20. Cartar. de interrog. reis. lib. 4. c. 1. nu. 99. Cauale. de testib. p. 4. n. 260. 164. Moder. Rom. d. q. 38. nu. 54. sub vers. vnum tamen, vbi subdit, quod apud nos non regulatur tortura ab ictibus funis, sed a tempore, & quod vt plurimum in curia in casibus prædictis mandatur potius squassari funem, quam cum ictibus tormentari, & Burl. conf. 201. nu. 9. lib. 2. post Carrer. & alios, quos allegat dicit, quod reus sentit maiorem dolorem sic eleuatus, & suspensus, quam si ictibus funis torqueatur, sed Maur. Burg. Sicul. de mod. proced. ex abrupto q. 42. n. 12. & seq. dicit, quid obseruatur in illo Regno circa squassationes pro qualibet vice, vel hora, qua reus torqueatur, & Cauale. de testib. p. 4. nu. 160. etiam firmat, quod talis temperantia non seruatur per iudicem brachij Regij in assassinis, & similibus delinquentibus, sed istæ squassationes reiteratæ non possunt dari, nisi vbi indicia proxima, & maxima fuerint, quamuis fuerit vnum, secus si fuerint remota. Cauale. de Brach. reg. p. 3. num. 137. & in iure non est determinare, quibus ictibus cordæ torqueatur. Io. Anton. de Nig. super Capit. regn. cap. frequens, nu. 34.

¶ Sed de consuetudine totius Italiae, vt reus in quarto, vel quinto gradu afficiatur trib. ictibus funis, quando reus erat robustus, & esset valde grauatus, & ageretur de delicto grauissimo. Io. Ant. de Nigr. vbi sup. Moder. Rom. d. q. 38. n. 54. vers. vnum tamen, latè Balar. q. 94. nu. 98. & si torqueretur ultra tres vices, dicitur reus immoderate tortus. Gram. conf. 44. nu. 14. conf. 45. n. 37. vot. 6. nu. 17. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. nu. 27. Io. Ant. de Nigr. vbi supra nu. 35. latè Maur. Burg. q. 42. n. 10. vbi alios allegat, de mod. proced. ex abrupto.

¶ In quinto vero gradu torturæ, quando reus pertinaciter negat, & ipsam torturam participare videtur, tunc aliqui volunt, quod iudex possit ultra ictus, & squassationes etiam mandare apponi compedes ferreos, vel aliud simile pondus, vel aquam frigidam in dorso pendentis in tortura adhibere: sed hoc iudex non faciat, nisi in delictis atrocissimis, & grauissimis, vt puta in hæresi, in crimine læsæ maiestatis, euerfionis status, prodicionis patriæ, assassinis, vel enormissimi homicidij, alicuius sacræ personæ, videlicet Cardinalis, seu alterius magni Principis, in crimine maleficij, & similibus. Grill. de quæst. & tort. q. 4. nu. 10. & seq. Foller. in verb. rei indurati torqueantur, n. 17. & in verb. si confitebuntur, n. 69. Burl. conf. 201. nu. 9. & seq. & nu. 82. lib. 2. Cartar. de interrog. reis. lib. 4. c. 1. nu. 132. & nu. 133. & num. 105. & seq. Ac etiam caueat, ne pondera sint ita magna, vt membra torti dilanientur, vt admonet post Paris de Puteo. Foller. in d. verb. & si confitebuntur, n. 89. Cum rei sint ita torqueandi, vt incolumes reddantur, l. 1. C. de emen. seru. vbi Bald. Perreg. in suo conf. 2. decisiuo, nu. 128. lib. 2. & caueat iudex, ne appendere faciat ad pedes rei torti hircum viuum, vt bene contra hoc exclamat Cauale. de Brach. reg. par. 3. nu. 60. Nec minus dicit esse adhibendum aliud tormentum, cum facibus accensis sub pedibus suspensi in tortura, & in toto etiã quinto gradu torturæ non debet, nisi per horam reum detinere in tortura. Grillan. in tract. de quæst. & tort. q. 4. nu. 45. & seq. vel paulo plus. Foller. in verb. rei indurati torqueantur, nu. 6. Flam. Cartar. de interrog. reis. li. 4. c. 1. n. 113. & seq. vbi declarat, ita procedere Bullam Pauli Tertij in 1. p. Bullarij cõ. ff. 38. Captu vero,

& Moder. Rom. d. q. 38. nu. 54. dicit ita apud nos seruari, præterquam in tormento vigiliæ, quod solet longiori tempore inferri, sed tempus ultra horam in tortura non solet esse, nisi per vnum Miserere, & ita videtur a bonis iudicibus, & Deum timentibus semper obseruari, prout ego semper obseruaui.

¶ In sexto gradu torturæ, quando agitur de repetitione, quomodo iudex se habere debeat, dicam in sequen. c. & vt percipiatur quanto tempore reum iudex retinuerit in tormentis, debet, vt supra dixi, retinere horologium pulueris, alias, si dederit torturam in confuso, præsumeretur dolus in iudice, quod dictum horologium non adhibuerit, ne eius iniusticia detegeretur. Farin. conf. 55. num. 14.

### Torturæ repetitio quando, & in quibus casibus admittatur.

- S T I M M A R I V M.**
- 1 Tortura non est repetenda, et iudices aliter facientes non habent Deum præ oculis, et procedit etiam in enormissimis delictis, et ita etiam praticatur.
  - 2 Indicia, quando per torturam dicantur purgata, ponitur in arbitrio iudicis.
  - 4 Iudex in repetitione torturæ debet potius habere considerationem ad qualitatem personæ, an sit robustus, vel fortis, seu delicatus, quoad qualitatem causæ, et quantitatem indiciorum.
  - 4 Tortura repeti non potest ex indicio remoto, sed tantum ex indicio propinquo.
  - 5 Confessio extorta per indebitam repetitionem torturæ non nocet consentienti.
  - 6 Tortura, licet non possit repeti, potest tamen per iudicem diuidi, declarari tamen vt hic per Authorem.
  - 7 Tortura semper est incipienda a leuiori in casibus, in quibus de iure repeti potest.
  - 8 Tortura potest repeti, si nona indicia supervenerint primis grauiora, et diuersa speciei, siue profiscantur ex ore torti, sine aliunde.
  - 9 Tortura potest repeti, quando reus prima vice non fuit sufficienter tortus.
  - 10 Iudex quando intendit repetere torturam, debet in decreto apponere illam clausulam, animo continuandi torturam, et quid si non fuerit apposita.
  - 11 Tortura repetitio est facienda, non eadem die, sed separatis, et interpellatis diebus.

### C A P. XXIII.

¶ In hac quæstione Aduocatus habet conclusionem pro se, vt tortura repeti non debeat. Guid. de Suz. in tract. de indic. & tort. num. 3. & 75. vbi de communi Burl. conf. 216. nu. 115. vol. 2. de magis communi Moder. Rom. q. 38. nu. 72. & seq. & iudices, qui aliter faciunt, non habent Deum præ oculis. Gram. conf. 21. nu. 14. in fi. vbi de communi Magon. dec. Lucen. 89. nu. 9. & seq. vbi de communi Decian. respons. 93. nu. 135. vol. 2. Eugen. conf. 76. nu. 124. vbi de communi, & in dubio non est deueniendum ad torturæ repetitionem Clar. q. 64. in fi. Eugen. d. conf. 76. n. 124. in fi. Quod verum est, etiam si iudex haberet arbitrium. Cardin. Tusc. in lit. 1. concl. 331. nu. 7. Rim. iun. cõ. 704. num. 77. vol. 2. Et de vteriori opinione, ac æquiori, vt tortura repeti non possit, testatur Foller. in verb. & si confitebuntur, n. 78. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. n. 26. vbi



vbi testatur de magis communi Hier. Magon. decis. Lucen. 89. nu. 9. vbi de communi Burf. conf. 216. nu. 115. lib. 2. de magis communi; & in conf. 326. nu. 8. li. 5. de communi Sarmient. select. interpret. li. 1. c. 1. nu. 2. de vera, & communi opinione Flam. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. nu. 123. decis. Auenion. 15. nu. 4. Hier. Hisp. in tract. comm. contra communem q. 618. nu. 13. vbi de communi, & veriori.

Et hoc est verum etiam in delictis atrocissimis. Clauet. conf. 287. nu. 6. & seq. Brun. de indic. 2. p. q. 5. nu. 38. 59. 60. & 62. Foller. in d. verb. & si confitebuntur nu. 78. vbi alijs relatis, testatur de veriori, & magis iuri consona.

Et quod ita practicetur, testatur Marfil. in l. repeti, n. 6. & seq. & n. 10. in fi. Villalob. com. opin. vers. Tortura, n. 119. Fran. Person. in tract. de indic. & tort. nu. 79. & 80. dicit ita seruari quotidie a bonis iudicibus ante oculos Deum habentibus, & maxime si ex prima tortura purgavit indicia contra reum laborantia, vt nullo modo possit repeti tortura, si fuit reus sufficienter tortus. Iul. Clar. q. 64. n. 46. vers. si vero reus, vbi de communi, & ita seruari de consuetudine Card. Tusc. in lit. T. concl. 331. n. 9. & 14. vbi de communi Alber. in rubr. ff. de quaest. num. 8. vbi de communi Soc. iua. conf. 164. nu. 41. vol. 2. Marfil. in pract. crim. §. quonia, nu. 4. conf. 71. nu. 7. Battand. in pract. reg. 4. in princ. Pet. Pella in tract. de tort. q. 12. nu. 1. Moder. Rom. q. 38. n. 72. & 79. in prin. Peregr. conf. 2. n. 130. vol. 2.

Quando autem reus dicatur purgasse, vel non purgasse indicia, non potest dari certa doctrina, sed totum iudicis arbitrio remittitur, iuxta tex. in l. quaestionis modum, & in l. de minore, §. tormenta, ff. de quaest. habito tamen respectu ad fortitudinem rei, ad qualitatem delicti, ac ad indicia, si fuerint vrgentia, grauiora, vel minus grauiora, vel minus vrgentia, vt egregie dixit Bal. in conf. 253. n. 6. vol. 1. Ang. de malef. in verb. quod fama publica in 7. quef. vbi Aug. in add. Paris de Put. de syndic. in verb. tortura, il. 3. c. 4. de repetitio. n. 1. vers. & quae sint plena, & nu. 5. Modern. Rom. q. 38. n. 86. & sub nu. 88. & seq. dixit debere arbitrari, non ex ceruice sua, sed secundum regulas boni viri, & in dubio, pro non repetitione, & ibi concordantes allegat Eugen. conf. 76. nu. 129. Menoch. casu 273. lib. 2. de arb. Decian. respons. 93. nu. 13. vol. 2. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. nu. 119. & seq. Pet. Pella in tract. de tort. q. 12. n. 3. Ambr. de mod. formand. process. informat. lib. 4. c. 4. nu. 2. & 4. Peregr. conf. 2. num. 134. vol. 2. vbi subdit, quod in dubio debet inclinare pro non repetitione; bene verum est, quod si fuerit tortus per horam, diceretur plene tortus. Eugen. conf. 76. nu. 125. & si indicia fuerint vrgentissima, & grauissima, poterit repeti tortura ex eisdem indicijs, quae tamen debent esse multum vrgentia, & non sufficienter si essent tantum vrgentia, late Modern. Rom. q. 38. n. 79. Peregr. d. conf. 2. nu. 132. in fi. vbi alios allegat, & testatur de communi Hiero. Hisp. in tract. com. contra com. q. 618. nu. 4. & 6. vbi alios allegat, & testatur etiam de communi, & non erit reus torquendus, nisi per secundam vicem, & non vltimam. Rim. iun. conf. 395. n. 42. vol. 2. qui loquitur in crimine haereticis. Simach. in Enchirid. violat. relig. tit. 52. nu. 42. consuluit Burf. conf. 201. nu. 87. vol. 2. conf. 326. nu. 7. vol. 3. Moder. Rom. q. 38. n. 106. vbi testatur ita seruari apud nos, & certe ego nunquam audiui hic in curia ex iisdem indicijs,

quamuis grauissimis torturam repeti ultra secundam vicem. Cartar. de interrog. reis lib. 4. c. 1. num. 132. in fine, Peregr. in conf. decisiuo 2. nu. 136. vol. 2. vbi etiam post alios, quos allegat, firmat, quod ex eisdem indicijs non possit torqueri ultra tres vices. Cauale. d. par. 3. num. 137. dicit, quod poterit prima vice terreri, secunda die vno ictu plecti, tertia die simplici tortura cum duobus ictibus.

Et sciat iudex, quod debet habere potius considerationem ad qualitatem personae circa repetitionem torturae, an sit reus robustus, vel fortis, seu delicatus, vel debilis, quam ad qualitatem causae, & quantitatem indiciorum, text. in l. vnus, §. 1. vers. maxime si tormento animus, corpusque durauerit, ff. de quaest. Guid. de tormen. num. 4. & num. 20. in fi. Guid. de Suz. in tract. de indic. & tort. nu. 3. & num. 57. Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebuntur, nu. 78. Carrer. in pract. in 2. tract. de indic. & tor. §. circa sextum, de repetit. nu. 7. Burf. conf. 201. nu. 86. vol. 2. vbi de frequentiori opinione, & robustus quis dicatur, & durationes in tormento, iudex videat. Carrer. vbi supra Peregr. conf. 2. nu. 113. vol. 2.

Et si indicia non fuerint proxima, vel propinqua, sed remota, sine altercatione reus non poterit iterum torqueri, vt post Afflic. in constit. si damna clandestina. Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. circa sextum de repet. tort. num. 4. cum regulariter indicia remota non sufficiant ad torturam inferendam. Boff. tit. de indic. nu. 5. & 71. Burf. conf. 316. nu. 23. lib. 3. vbi de communi Bonac. lib. 1. commun. opin. crim. in verb. tortura, quos refert Rim. iun. conf. 704. n. 57. & seq. vol. 6. licet aliter de consuetudine attestentur obseruari. Natt. conf. 407. nu. 12. vol. 2. sed quod non possit repeti tortura ex indicijs remotis. Pet. Caball. casu 193. nu. 5. cent. 2. Peregr. in suo conf. decisiuo 2. nu. 104. vol. 2. qui tamen subdit sufficere, etiam plura essent indicia remota, ad leuam torturam tantum, & ex leuibus indicijs torturam non repeti, de communi testatur Eugen. conf. 36. nu. 126.

Et confessio extorta per repetitionem torturae, quae repeti non debeat, nihil valet, nec contenti nocet. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. n. 25. Gig. de crim. lesae maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. lesae maiest. prob. q. 1. nu. 32. Carrer. in pract. crim. in d. §. circa tertium, de repet. tort. nu. 5. Burf. conf. 201. n. 87. lib. 2. Franc. Personal. de indic. & tort. num. 8. & late dicam infra in defens. quando confessio non afficiat contentem. Card. Tusc. in lit. T. concl. 331. nu. 10.

1. Aliqui videntur declarare, vt iudex possit istam vnicam torturam ex eisdem indicijs diuidere, nempe si habeat reum grauatum indicijs, ex quibus possit illum per mediam horam torquere, vt prima vice eum torqueat per vnum Pater noster, deinde repetat torturam per totam mediam horam, computato tempore dictae primae torturae, nullis alijs superuenientibus indicijs. Bar. in l. vnus, §. 1. in prima oppos. ff. de quaest. Boff. tit. de tort. nu. 42. vbi dicit hanc opinionem esse veram, secundum practicam iuris dispositionem. Modern. Rom. q. 38. nu. 83. vbi alios allegat Iul. Clar. q. 64. vers. hac autem omnia in fine. & Ant. de Canar. in tract. de quaest. in 6. memb. num. 1. dicit, quod boni assessores incipiunt a leui tortura, & si ex ea non habeant veritatem, repetunt torturam. Menoc. de arb. casu 272. nu. 6. lib. 2. Bertaz. conf. 474. num. 19. lib. 2. Rim..



Rimin. Iun. conf. 395. numero 32. & numer. 38. lib. 4. Franc. Personal. de indic. & tortur. num. 80. Cartar. de interrog. Reis lib. 4. cap. 1. num. 86. & seq. vbi de communi, & seruata opinione, Ambros. de mod. formand. proces. informat. lib. 4. cap. 3. numero 6. qui etiam dicit, quod practici criminalistæ, qui volunt torturam repetere incipiunt a leui tortura, & postea ad duriorē torturam deueniunt, & qui nesciunt iustitiam administrare contrarium aliquando faciunt ex imperitia, quia tormentum graue prima vice inferūt, & postea ad leuē deueniunt, & Caualean. de Brach. Reg. p. 3. nu. 137. & n. 138. in fine dicit, vt resideat in arbitrio iudicis diuidere torturam, & quod ita quotidie obseruetur, & hinc oriatur illud dictum, si vis scire, diuide. Et quod hoc multo magis possit fieri per iudicem habentem liberum arbitrium, & brachium regium, & quod sit in arbitrio iudicis diuidere torturā, post alios, quos allegat testatur decis. Auenion. 60. nu. 4. in princ. etiam præsupposito statuto, quod Reus semel tantum torqueatur, vt iudex possit diuidere torturam si sibi videbitur, Caualean. d. par. 3. nu. 138. vbi subdit hoc fieri per iudices, quando Reus parum, aut nihil pati videtur in tortura.

Et, quod sit incipiendum a leui, duplici ratione ostenditur, & primo, quia per repetitionem torturæ magis Reus cruciatur. Secundo, ne fisco inferatur damnum, vel præiudicium, quia si prima vice fuerit sufficienter tortus, non poterit amplius torqueri, si substituerit, vt bene cōsiderat Caualean. de Brach. Reg. par. 3. num. 139. vbi tamen subdit, quod iudex habens potestatem procedendi cum brachio regio, poterit excedere modum, & tempus in torquendo, Card. Tusch. in lit. T, conclus. 331. num. 4. vt incipere debeat a leui tortura, Peregrin. consil. 2. nu. 132. volu. 2. Quod ego quidem existimo esse verū, quando Reus esset grauatus indicij, vt contra ipsum possit deueniri ad quartum, vel quintum gradum torturæ, & tunc sit in arbitrio iudicis torturam diuidere, cum ex ipsa tortura magis corpus crucietur, secus si non adessent talia indicia, sed tantum possit deueniri ad secundum, vel tertium gradum torturæ, quia tunc non erit tortura diuidenda nisi in casu Caualean. quando reus esset robustus, & nihil pari in tormento appareat.

6 Secundo limita, quando superuenerint indicia post primam torturam, quia tunc potest repeti, si sint primis vrgentiora, & grauiora, & diuersæ speciei secus si essent eiusdem speciei, & tantum prima indicia corroborarent Mar. in §. quoniam nu. 9. in pract. crimin. Menoch. de Arbitr. cas. 272. numer. 7. lib. 2. Gui d. de Suz. in tract. de ind. & tor. nu. 58. vbi ponit exemplum noui indicij, & testatur de communi opinione, Ang. de Malef. in verb. & fama publica n. 98. vbi dicit noua indicia in hoc proposito esse, quæ a præcedentibus indicij differunt specie, & substantia, Mod. Rom. q. 38. nu. 90. vbi alios allegat, Iul. Clar. q. 64. nu. 45. vbi ponit exempla, Rim. Iun. cōf. 704. nu. 72. & seq. lib. 2. vbi reprobatur fatuitatem cuiusdā iudicis, qui post primam torturā, si superuenerint alia indicia, seu testes corroborantes prima indicia, repetit torturam, latè Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 93. num. 43. & seq. vbi alios in puncto adducit, & refert exempla, Ambros. de mod. form. process. lib. 4. cap. 4. num. 3. & sequent. Card. Tusch. in lit. T, conclus. 231. num. 15. & seqq. Peregr. consil. 2. nu. 130. vol. 2. Caualean. de testib. part.

Tomus Secundus.

4. n. 160. vers. sed non omitto, latissimè Franc. Personal. in tract. de indic. & tortur. nu. 80. & seqq. & sub num. 82. post alios quos allegat dicit procedere etiam in delicto atrocissimo.

Et hoc est verum, vt ex nouis indicij diuersis, & primis fortioribus tortura repetatur, siue indicia proueniant ex ore torti, siue aliunde, vt post Iacob. de Areo. & alios firmat, Modern. Rom. in d. q. 38. nu. 90. vers. vbi ampliat hoc procedere, sed Aduocatus exclamet, quod iudex non potest habere considerationem de primis quorum vigore reus fuit tortus, cum iam illa prima indicia effectum suum præbuerint, & per torturam fuerint elisa, & expurgata, & sic non possint cumulari cum alijs deinceps superuenientibus, vt bene explicat Vinc. de Franch. decis. 576. in fin. p. 4. ex qua decisione resultat, quod si alia indicia superuenientia non fuerint multum grauiora non possint corroborari ex primis indicij expurgatis ad grauiora tormenta, vel ad condemnationem ordinariam, & sic erit concludendum, quod indicia superuenientia debeant esse talia per se vt sufficiant ad torturam.

Sed reus poterit iterum torqueri, ac tortura repeti, quando vigore primorum indiciorum non fuerit sufficienter tortus, sed tantum leuiter, latè Moder. Rom. d. q. 38. nu. 79. 83. & 94. vbi alios infinitos cumulauit Ambros. de mod. formand. process. lib. 4. cap. 4. numer. 5. Carrer. in pract. crim. §. circa 6. num. 1. latissimè Peregr. in suo consil. 2. decisio, n. 130. lib. 2.

10 Et quando iudex vellet repetere torturam, debet in decreto apponere, quod Dominus mandauit reum leuiter a tortura deponi, animo continuandi torturam, quatenus de iure repeti, & continuari possit, Iul. Clar. q. 64. vers. 2. vero dic, latè Peregr. consil. 2. num. 132. vol. 2. Hieronim. Hispan. in tract. com. contra com. q. 618. nu. 9. vbi testatur ita vidisse practitari a grauissimo viro, Caualean. de testib. p. 4. nu. 160. in fin. Villagut. in pract. crim. cap. 7. conclus. 2. lib. 7. & conclus. 7. eod. cap. 7. lib. 7. Ambros. de mod. formand. process. lib. 4. cap. 3. num. 4. & seq. vbi dicit idem esse, si iudex dixerit solummodo, animo tamen, &c. Quæ clausula idem importat, latè Moder. Rom. q. 38. num. 104. Cū de syndic. cap. 21. rubr. de tortur. num. 18. Flam. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. cap. 1. num. 117. & seqq. vbi tamen ex Boss. in tit. de tortur. nu. 48. dixit, talem protestationem esse vtilē, sed non necessariam, Card. Tusch. in lit. T, conclus. 331. num. 4. Franc. Bernard. in Schol. ad Ambros. d. cap. 4. n. 6. vt dicta clausula sit superflua, tamen soleat apponi ex consuetudine Notariorum: & ob id, si non fuerit apposta, habeatur pro apposta.

11 Ac etiam talis repetitio non est eadem die facienda, sed separatis, & interpellatis diebus, Blanch. in l. fin. num. 14. C. de quæst. Carrer. in pract. §. circa sextum. de repetit. tort. num. 3. & 15. Moder. Rom. q. 38. num. 103. vbi dicit, quod ita obseruatur, & quod malum est aliter facere, Franc. Personal. de indic. numero 83. & quod fieri debeat interpellatis diebus, et docet Caualean. de brach. reg. par. 3. numero 137. in fine, & num. 139. Card. Tusch. in lit. T, conclus. 331. n. 2. & 13.

Pro complemento autem Aduocatus sciat, quod si reus fuerit suppositus tormento vigilæ, & ibi fuerit detentus per notabile tempus, vt per decē vel per

H

plures



plures horas, minime d. tormentum fit repetendum, cum dicatur omnia indicia expurgasse ob qualitatē tormenti, nec poterit iudex se tueri si deueniat ad ipsam repetitionē, quod voluerit d. tormentum diuidere, quia in ipsa diuisione non est incipiendum à longiori, & maiori tormento, sed à minori, & breuiori, vt supradixi, imò in Curia non fuit auditum, quod iudex aliquis deuenit ad repetitionem d. tormenti vigiliæ, quando prima vice per diem antea fuit retētus in tortura, sed solum, quando aliquo impedimento non poterat torqueri, & tunc, vnica vice fuit seruatum in Curia, vt primo breuiori tempore reus detineatur in d. tormento, & postea iterum ob grauitatem delicti, & indiciorum fuerit ei repetitum, & si aliter aliquis iudex obseruare curauerit nō erit trahendum in exemplum, quia contingere potuerit ex crassa ignorantia, & ex ignauia illius iudicis.

### Tortura per quot vices repeti possit.

#### S Y M M A R I M.

- 1 Tortura non potest repeti ultra tres vices, computata prima vice, alias diceretur immoderata, & confessio inde secuta non afficeret confitentem, etiamsi præcessissent vrgentissima indicia.
- 2 Tortura ultra tres vices non est repetenda, etiamsi iudex haberet facultatem procedendi ad torturam, semel, bis, ter, vel quantum erit necessarium.
- 3 Tortura potest repeti, quando reus prima vice tortus fassus fuit delictum, & in confirmatione, vel ratificatione negauerit deinde delictum: sed non poterit reus ex ista variatione nisi alia vice torqueri, & sic per duas vices; nisi in prima tortura fuisset leuiter, & tortus extarent indicia, quia tunc poterit vsque ad tertiam vicem ex dicta prima variatione torqueri.
- 4 Tortura potest adhiberi vsq. ad tertiam vicem, quando bis tortus in secunda tortura fassus fuerit delictum, & in ratificatione illud negauerit.
- 5 Tortura vsque ad quartam vicem, secundum aliquos, potest repeti: declarata tamen, vt hic per Authorem.
- 6 Tortura non potest repeti vsque ad tertiam vicem, quando reus in prima tortura fassus fuit delictum, & in ratificatione illud negauit; quia ex illa negatione potest repeti tortura semel tantum, & non pluries.
- 7 Cautela pro reo, & Aduocato, vt iudex non deueniat ad repetitionem torturae, nisi prius data copia indiciorum, qua superuenerint.

#### C A P. XXIV.

- 1 **I**am dixi supra, quod ex iisdem indicijs tortura repeti non debeat, nisi per vnicam vicem tantum, & in omnes casum non potest repeti ultra tres vices computata prima vice; alias tortura diceretur immoderata, & confessio inde emanata sibi non noceret, Franc. Casson. in pract. crim. tit. de torment. c. 14. numer. 6. Io. Ant. de Nigr. in capit. Regn. cap. 272. n. 50. in fin. Purp. conf. 571. numer. 7. Aldobrand. inter conf. Farin. 19. numer. 17. Ambros. de mod. form. process. lib. 4. capit. 4. numer. 7. vbi Porrus in Schol. numer. 7. vbi ampliat procedere, etiamsi quæcunq. indicia præcederent vrgentissima, Intrigl. sing. 101. lib. 1. & ibi Conuersari, in annot. Card. Tutch. in lit. T. conclus. 331. numero 17. & sequen. vbi dicit, quod

iudices sunt fatui, qui ultra duas, vel tres vices torquent reos, donec fateantur, Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 42. num. 10. & seqq. Caualean. de brach. reg. par. 3. nu. 26. Peregr. in conf. decisio 2. num. 136. in fin. & sub nu. 138. lib. 2. dicit idem esse in teste, vt non possit torqueri ultra tres vices, & quod stetur eius tertio dicto, Cauale. de test. p. 4. nu. 155. in fin.

- 1 Et quamuis per litteras dispensatiuas circa modum procedendi cū ampla facultate procedendi ultra trinam vicem per verba semel, bis, & ter, & quantum erit necessarium, vt contingit in facultatibus datis circa modum procedendi ex abrupto, de quo loquitur Maur. Burg. q. 42. num. 12. tamen ratione infinitatis euitandæ eadem verba restringi debent ad tres vices, vt et declarat, Ball. de quæst. 16. num. 8. & seq. licet Caualean. de brach. reg. p. 3. num. 26. dicat, quod attendita facultate Brachij regij, præcedentibus aliquibus indicijs, infamia delinquentis, possit torqueri vsque ad quartam vicem, & vigore dicti brachij regij possit semper excedere modum, vt si iudex ordinarius deberet torquere reum vsque ad primum gradum, iudex brachij Regij possit vsque ad secundum gradum, & sic de alijs gradibus vltioribus, regulando semper istud brachium, ne excedat nimis modum, nec tempus ordinario iure consuetum, & quod si iste iudex debeat vti dicta facultate, non ex abrupto, sed semper cum grano salis.

- 3 Si vero reus prima vice confessus fuerit delictum, in actu autem ratificationis illud negauerit, vigore dictæ varietatis, & negatiuæ, poterit iterum torqueri ad perseverandum in prima confessione, & satis dicitur nouum indicium superuenisse, latè Villagut. in pract. crim. lib. 7. capit. 7. conclus. 3. & si persistat in secunda tortura non erit vltius torquendus, cum per eam dicatur expurgasse dictum indicium considerata ex dicta varietate, Iodoc. in pract. capit. 38. rubr. de reper. quæst. num. 12. vers. in quo tamen, ex traditis, per Marsil. in pract. crim. §. nunc videndum numer. 26. & colligitur ex Clar. in q. 21. vers. vltius quæro, & expressè voluit Mil. in pract. crim. mihi fol. 108. numer. 35. Moder. Rom. q. 38. numer. 92. Cartar. de interrog. reis lib. 4. cap. 1. num. 158. & num. 163. Baiard. q. 21. nu. 138. Nisi tamen in prima tortura fuisset leuiter tortus, & contra reum extarent magna, vel graua indicia, vel multum manifesta; quod si ex eis poterit bis torqueri non erit inconueniens, quod ex dicta variatione, si persistat secunda vice tortus in negatiua, possit repeti tortura vsque ad tertiam vicem, vt etiam tenet Moder. Rom. in d. q. 38. numer. 94. vbi sub num. 95. etiam firmat contra Afflict. Const. si claudesina, num. 44. vers. & si perseverat in negatiua, vigore dictæ confessionis nec possit condemnari in aliquam poenam extraordinariam, sed iterum torqueri, quamuis indicia, ex quibus fuit tortus, fuerint multum vrgentia; quia si iudex ex dictis indicijs arbitratus fuit esse deueniendum ad torturam, ex confessione deinde secuta non ratificata, non est dicendum Fisco aliquod ius vltæ primum fuisse acquisitum, sed Cauale. in pract. de testib. par. 4. num. 157. in fin. dicit posse deueniri ad quartam vicem quando post tertiam vicem noua superueniant indicia, & quod ita Mediolani fuit obseruatum in causa cuiusdam nobilis de Lunatis. Benè verum est, quod reus iterum tortus, postquam recusauit



cusavit ratificare confessionem, ob istam nouam negationem poterit solum alia vice torqueri, Marf. in pract. §. quoniam num. 4. in fine, & numer. 5. 8. 9. & 10. & in l. repeti num. 13. 14. & seq. de quæstion. Boff. tit. de tort. num. 44. Franc. Person. de indic. & tort. num. 85. Rim. iun. conf. 395. numer. 42. Cartar. de interrog. reis, lib. 5. cap. 1. n. 159. 160. 163. Maur. Burg. d. quæst. 42. num. 10. & seq. & q. 100. num. 19. Card. Tusc. in lit. T, conclus. 331. nu. 17. & seq. Farin. q. 38. nu. 105. vbi de communi, Magon. decif. Lucen. 89. n. 9. Rim. iun. consil. 295. nu. 40. & seq. Bertazzol. consil. 345. nu. 1. consil. 528. num. 2. vol. 2. vbi de communi, practicata opinione, Cartar. de interrog. reis, libro 4. cap. 1. num. 131. & seq. Sed scias tu regnicule, quod licet sit dispositum in regno Siciliae quod iste, ita confitens, & postea negans vsque ad tertiam vicem possit condemnari in pœnam mortis cum habeatur pro confessio, vt illa prouiso restringatur ad principales delinquentes, & non extendatur ad fautores, auxiliares, & similes, vt declarat Maur. Burg. d. q. 100. n. 20. & seq.

5 Et quamuis dixerimus supra, quod ex valde, & multum vrgentibus indicijs possit iudex reum torquere vsque ad trinam vicem: & successiuè ex isto nouo indicio superuenienti ex confessione, & deinde ex negatione aliqui velint posse vsque ad quartam vicem eundem reum torquere, si confessio superuenerit in tertia tortura; prout in specie dixerunt Blanch. in repet. l. fin. numer. 222. vers. si habet indicia, ff. de q. Carrer. in §. circa 6. de repet. tortur. num. 13. iuncto num. 18. Franc. Person. de indic. num. 86. idem voluit Ambros. de mod. forman. process. informat. lib. 4. cap. 5. num. 15. & sequent. tamen, ibi, suadet, quod iudex non deueniat ad quartam vicem, nisi quando reus esset grauatus magnis indicijs, ageretur de grauissimo delicto; & esset ipse reus quidam magnus Ribaldus; de quo magno ribaldo mentionem facit Marfil. in l. repeti. num. 17. & sequent. ff. de quæstion. Baiard. q. 21. num. 140. vers. sed ego, & Caualc. de testib. p. 4. nu. 158. dicit Mediolani fuisse seruatum, quod post tertiam torturam, quia noua indicia superuenerunt fuit deuentum ad quartam vicem. Tamen apud bonos iudices nunquam fuit in vfu, vt deueniatur ad tertiam vicem, sed solum ad secundam, vt superius dixi; ideo non poterit contingere iste casus, nisi in iudicibus carnificibus, vt ex cōfessione secuta in tertia tortura, & deinde ex negatione in ratificatione deueniatur ad quartam vicem, vt etiam considerat Modern. Rom. d. q. 38. num. 93. & sub num. 98. & etiam plus dicit, quod si in prima, vel secunda tortura factus fuerit, & deinde noluerit ratificare, nunquam deueniatur ad quartam vicem, ex Blanch. Carrer. Cartar. in locis supra adductis Laderch, Imol. consil. 184. num. 4. Peregr. in conf. decif. 2. n. 137. vol. 2. qui tandem concludit in modo torquendi esse attendendam consuetudinem Curiarum, & latius sub num. 139. & seq. post alios quos allegat.

6 Ideo sciat iudex, quod si prima indicia non fuerint multum vrgentia, sed solum ordinaria, ex quibus non poterat nisi semel torqueri reus, si fateatur delictum, & deinde in ratificatione neget, possit iterum torqueri: si in secunda tortura iterum fateatur, & postea in ratificatione neget, non potest denuò, & sic tertia vice torqueri: quia secunda non ratificatio non indu-

Tomus Secundus.

cit indicium diuersum a primo resultante etiã ex prima negatione in prima ratificatione: ideo subintrat, vt tortura repeti non possit tertia vice per ea, quæ superius dixi: & in terminis ita declarat Blanch. in d. l. fin. num. 222. in princ. Carrer. in dict. §. circa 6. num. 13. Mil. in Pract. crim. fol. 108. num. 35. Moder. Rom. d. quæstione 38. num. 99. Cartar. de interrog. Reis, lib. 4. cap. 1. num. 161. & num. 163. vbi alios concordantes allegat, & quod ex sola negatiua, & non perseverantia torqueri non possit reus, Mascard. de probat. conclus. 353. numer. 21. vol. 1. vbi de communi, & Baiard. quæst. 21. numer. 139. dicit esse in arbitrio iudicis, an cōfessio reuocata faciat indicium ad torturam.

7 Sed Aduocatus caueat, quod illata prima, vel secunda tortura, si dubitet, quod reus factus fuerit delictum, statim faciat protestationem in actis, quod si quid dictus reus factus fuerit, non dolore tormentorum illud factus fuerit: quia talis excusatio tanquam friuola non impediret nouam torturam, si in ratificatione negaret commisisse delictum; sed quod illud factus fuerit per errorem, & intēdit dictum errorem probare, & aliqua adminicula, indicia, seu causas dicti erroris adducat; ideo ipsum esse ponendum ad largam, & susperfedendum in continuatione; & isto modo euitabit, ne reus iterum torqueatur, sed ponatur ad largam cum termino competenti ad docendum de errore, Foller. in pract. in verb. & si confitebuntur, num. 84. post Marfil. Gramm. & alios, quos allegat Franc. Person. in in lit. & tortur. num. 97. in fin. Modern. Rom. d. q. 38. nu. 100 & seq. & sic ex prædictis potest colligi cautella ad euadendum supplicium delicti, vt reus statim parum detentus in tortura fateatur delictum deinde in actu ratificationis d. confessionem reuocet, & licet iterum torqueatur etiam parum detentus in tortura iterum fateatur, sed in ratificationis actu iterum reuocet d. confessionem, quia licet tertia vice eleuaretur in tortura, vbi etiam parum detentus fateatur delictum, sed in actu ratificationis etiam reuocet d. confessionem quia vterius non poterit torqueri, maxime si in qualibet confessione ad lat aliquam qualitatem falsam, quia facta diligentia, & non reperia vera, sed falsa iudex teneatur iterum illum torquere vsque ad tertiam vicem non potest eum condemnare vt etiam dicit in terminis, Caualc. de Brach. reg. p. 3. num. 229. sed per istam cautelam non euitabit pœnam treemium in capitalibus, vel aliam extraordinariam si fuisset grauatus per indicia vrgentia, vt per Petr. Caball. cas. 288. numero 38. cent. 3. vbi concordantes.

Tortura an pro quolibet indicio contra reum laborante sit adhibenda, vel super omnibus indicijs in simul.

S M M A R I V M.

1 Tortura non potest inferri, tam de iure, quam de consuetudine, super quolibet indicio, sed est inferenda super omnibus indicijs, iuxta qualitatem delicti, personarum & indiciorum: nec valeret protestatio facta per iudicem, quod intendebat reum torquere super vno indicio tantum.



## C A P. XXV.

**R**eviter in ista quaestione dicitur, quod quamvis aliqui voluerint esse in arbitrio iudicis, quod super quolibet indicio reus sit torquendus, inspecta conditione personae, an sit debilis, ut robustus, ut per Io. Ant. de Nigr. super capit. Regn. cap. frequens numero 34. verum quid enim si essent, & Baiard. q. 64. num. 98. Tamen tam de iure, quam de consuetudine, reus non poterit pro quolibet indicio torqueri, sed cum talis in simul omnibus indicijs reus torquetur iuxta gravitatem delicti, qualitatem personarum, & indiciorum: quia, si pro omni indicio posset torqueri reus, daretur casus, quod per decem, & ultra vices posset torqueri: & tamen firmissima est conclusio, ut non possit reus torqueri, ultra tres vices quibuscunque gravissimis indicijs fuerit gravatus, Gram. conf. 45. numer. 36. & seq. Paul. de Castr. consil. 299. circa fin. vol. 2. Blanch. in l. fin. nu. 10. ff. de quaest. Marfil. in pract. crim. §. quoniam, nu. 8. Nouell. in sua pract. crim. in cap. an indicia pro reo danda sint nu. 20. Io. Ant. de Nigr. super cap. Regn. cap. frequens, nu. 34. in add. Caualecan. de Brach. reg. part. 3. nu. 134. Cum de syndic. & tortur. cap. 2. numer. 2. late Bertazzol. exclamat contra quemdam iudicem in consil. 145. n. 10. vol. 1. ubi plus subdit esse verum, etiam si iudex in tortura inferenda protestatus fuerit torturam adhibuisse solummodo super unico indicio adhuc diceretur tortus super omnibus tunc ex processu contra reum insultantibus, & sequitur Baiard. q. 64. n. 98. 99. 100.

Et ita etiam observatur de consuetudine, ut reus torqueatur super omnibus indicijs, & non super aliquibus indicijs solummodo, ut post Nouell. in loco citato testatur, Io. Ant. de Nigr. in d. cap. frequens, num. 34. in fin. & Cum. de Syndic. cap. 21. de tortur. num. 10 & Baiard. q. 64. numer. 96. verum sed consuetudo est, & quid sit si indicia fuerint valde gravia an possit pluries torqueri, & pro qualibet vice usque ad tertiam duobus, vel tribus istibus funis affici, de quo dixi supra in praecedentibus capitulis.

Tortura per unum iudicem illata, an computetur cum tortura ab alio iudice irrogata.

## S V M M A R I V M.

- 1 Tortura illata per unum iudicem est commensuranda coram eius successore, etiam si fuerit illata a iudice penitus incompetente.
- 2 Tortura illata in una causa diversa non debet computari in alteram causam, sed in omnem casum secundum iudex debet habere considerationem de dicta tortura illata pro diversa causa.

## C A P. XXVI.

**S**uper ista quaestione Aduocatus sciat bene clientem suum defendere: quia, si reus fuerit tortus per aliquem iudicem competentem, talis tortura est consideranda coram illius iudice successore, vel subrogato, ut computetur in tortura inferenda coram dicto successore. Marfil. in pract. crim. §. occurrit, num. 4. Carrer. in pract. crim. l. observare nu. 199. Baiard. q. 64. numer. 4. Maur. Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. num. 161. Caualecan. de brach. reg. par. 3. num. 316. Quod est verum, etiam si fuerit pri-

ma tortura illata a iudice penitus incompetente, ut iudex competens deinde habeat illam in consideratione, ut non possit eundem reum torquere pro tempore, & quantitate, pro quibus fuit illata a iudice incompetente, ut post Marfil. in d. §. occurrit, numer. 3. verum quo autem; Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 34. num. 12. Maur. Burg. d. q. 100. num. 160. Caualecan. de brach. reg. p. 3. num. 136.

**Q**ui Maur. Burg. in eadem q. 100. n. 162. & seq. videtur velle restringere istam opinionem, quando fuerit illata tortura ex causa denegatae responsionis super interrogatorio, vel qualitate gravante delictum, vel ex causa confessionis criminis qualificatae, vel si fuerit data ad poenam delationis armorum, seu extractionis eorum, ex qua deinde fuit illatum vulnus, & secuta mors, & per consequens ratione homicidij secuti procedi debeat ad torturam, cum illa prima tortura non debeat computari, quia fuit data ob diversam causam, nempe pro finali poena extractionis, vel delationis armorum. Quod ego non admitto, quando fuit illata pro habenda responsione, vel super qualitate delicti, vel super confessione cum qualitate, sed tantummodo quando fuit illata pro vulnere, vel pro armorum extractione, cum tunc dicatur illata non ex eadem causa, sed ex diversa; & in isto ultimo casu, adhuc iudex debet habere considerationem ad ipsam primam torturam, & mitius procedere ad irrogandam secundam, seu veram torturam, saltem de aequitate, ut sentit etiam idem Maur. Burg. in d. quaest. 100. nu. 163. in fine, ubi testatur, quod ipse ita servaret; & certe ita facere iustum, ac aequum erit.

Et iudex secundus debet habere considerationem de prima tortura, quamvis procederet ex abrupto per dispensationem ex processu informativo, per rationem allegatam per d. Maur. Burg. in d. q. 100. num. 184. & prius sub num. 157. & seq. dixit, quid si contra reum fuerint formati plures processus, & fuerit inceptum per Curiam torqueri super vno, an possit deinde torqueri super alio delicto deinde superveniente, & ex ritu illius Regni, per quantum temporis spacium debet se iudex abstinere a torquendo reum super illo novo processu.

Tortura an possit inferri ex solis adminiculis sine indicijs.

## S V M M A R I V M.

- 1 Tortura ex solis adminiculis sine indicijs non potest inferri.
- 2 Adminicula non faciunt speciem probationis, sed tantum alias probationes coadiuvant.
- 3 Tortura ex adminiculis, vigore brachij Regij, maxime in atrocissimis, inferri potest.

## C A P. XXVII.

**N**on est dubium, quod ex solis adminiculis sine indicijs tortura inferri non possit, cum adminicula per se non faciant aliquam speciem probationis, sed tantum aliam imperfectam probationem coadiuvent, & corroborent, Bal. in l. ea quidem post nu. 9. C. de accusat. qui loquitur etiam in adminiculis vehementibus. Nouell. in pract. crim. in princ. in rubr. Indicia, quae procedere debent, post num. 34. verum inter adminiculum, Boer. decil. 164. num. 4. Menoch. de



de præsumpt. lib. 1. q. 7. numero 57. & seq. latè Virg. Bocc. in Constit. Aegid. glos. 8. nu. 294. & seqq. Mascard. de probat. conclus. 55. nu. 1. volum. 1. Moder. Rom. conf. 55. num. 74. in fine, & in terminis, quod ex solis adminiculis non inferatur tortura Caualc. de brach. reg. par. 3. num. 116. & seq.

3 Hoc verò limitatur, quando iudex haberet brachiū regium, & periculum esset in mora, si iudex vellet expectare in assumendo indicia, quia tunc potest inferri ex solis adminiculis, vt si deberet reus torqueri ad propalandum aliquod factum, vel delictum patratū in societate plurium complicitum, quia si dum formiter indicia desumerentur complices aufugerent, vt dixi, ille reus poterit ex solis adminiculis torqueri, eoque magis est verum, si author criminis fuerit in fortijs Curia, & ipse esset torquendus, vt post Marfil. sing. 300. declarat Caualc. de brach. reg. p. 3. num. 113. & ibi etiam ponit alia exempla. Quamuis dicat Doctores, quod duo indicia leuia sufficiant ad torturam, Bertaz. consil. 213. nu. 8. lib. 2. Baiard. quæst. 64. num. 60. & seq.

Tortura inferenda ex processu informatiuo an repeti possit.

S Y M M A R I V M .

1 Tortura, quando inferitur ex processu informatiuo semel tantum inferri potest, secundum communem opinionem. Contrarium autem tenent alij. Author hic istas opiniones contrarias nititur ad concordiam reducere.

C A P. XXVIII.

Q Voniā alias vidimus pluries supra, quod aliquādo tortura inferitur ex processu informatiuo, ex præheminentia alicuius Tribunalis, vt magne Curia Vicaria Neapolis, vel Gubernatoris Urbis; ideo pro defensione inquisiti, & pro instructione Aduocati, ac defensione rei: quia sæpè contingit in facto bene istam quæstionem controuerti: sciat Aduocatus habere regulam pro se, vt vnica tantum vice possit reus torqueri: quia modus ille procedendi ex dicta præheminentia tanquam specialis, & odiosus est restringendus, & intelligendus quoad primam vicem, maximè cum procedatur in auditis reorum defensionibus, vt tradunt Io. Ant. de Nigr. in cap. Regn. cap. 272. n. 10. & consil. 50. vers. 50. Gram. consil. 64. nu. 9. & 11. vol. 3. col. penult. Carrer. in pract. crim. i princ. num. 108. vers. & limita, Bursatt. consil. 201. num. 138. vol. 2. Viui. decis. 143. nu. 5. Fab. a Mont. Leon. in sua pract. arbitr. mihi fol. 512. nu. 21. Franc. de Leon. in prax. offic. cap. 13. numer. 41. Scacc. in tract. de iudic. lib. 1. cap. 97. num. 88. & num. 90. vers. Aduerte etiā, Porr. in Schol. ad Ambros. de mod. forman. process. lib. 4. cap. 5. num. 18. in fine.

Contrariam opinionem, quod vigore dictæ præheminentiæ iudex possit torturam repetere ex processu informatiuo latè tuetur, Sim. de Pret. conf. 104. nu. 4. cum pluribus seq. & latius Cartar. de interrog. reis lib. 4. cap. 1. n. 100. cum plur. sequen. & sequuntur Modern. Roman. Farin. q. 39. nu. 51. in fin. decis. Aueniō. 15. nu. 3. Baiard. q. 49. nu. 54. Conuersat. in annot. ad Intrigl. sing. 181. lib. 2.

Aliqui autem videntur velle dictas contrarias opiniones

Tomus Secundus.

concordare, & ad concordias reducere; ut prima opinio procedat, quando iudex arbitratus fuerit sufficienter reum fuisse tortum, iuxta qualitatem delicti, indiciorum, & personæ, & ob id iudex in decreto non apposuit clausulam illam, animo continuandi torturam, quatenus de iure, sed illum mandauit poni ad largam, quia tunc censetur, quod reus sufficienter fuerit tortus, ex Clar. quæst. 64. vers. ultimo videndum, Farinac. q. 38. num. 104. & isto casu repeti non possit tortura ex dicta præheminentia, sed ex iuris dispositione, per dicta noua indicia, quæ superuenerunt. Si uero iudex arbitratus fuerit, quod non fuisset tortus sufficienter ex prima tortura, quia in decreto apposuit illā clausulam, animo continuandi torturam, &c. etiam, quod non superuenerint noua indicia, poterit ex dicto processu informatiuo repetere dicta tortura, quia licet torqueretur sequenti die, non erit noua tortura, neque diceretur repetita, sed continuata, Cartar. interrog. reis, lib. 4. cap. 1. numer. 119. & seq. Ambros. de forman. process. lib. 4. capit. 3. in fin. vbi Porr. in Schol. & ita ex supradicta declaratione, Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæst. 29. num. 6. & seq. dicit esse istas contrarias opiniones conciliandas, quam distinctionem volui hic referre, cum adhuc ab alio non fuerit facta, quod ego inuenerim; Sed ego puto, quod melius sit dicere, vt teruetur consuetudo Tribunalis circa istum articulum ita controuersum per Doctores, vel quod saltem talis præheminentia non extendatur ultra vnica repetitionem, vt minus lædatur ius commune, quam fieri possit; & ne plura indiuidua, & specialia cōcedatur, vt procedatur ex processu informatiuo contra reum, ac etiam eidem denegatis defensionibus; quod de iure omnino prohibitum est multiplicare specialia, & indiuidua, Menoch. de præsumption. p. 1. lib. 3. præsumpt. 132. num. 81. & sequen. Rim. iun. consil. 31. num. 69. volum. 1. Hond. consil. 87. num. 156. vol. 2.

Tortura an inferri possit ex cōscientia iudicis.

S Y M M A R I V M .

1 Tortura non potest inferri ex sola conscientia iudicis; quod procedit etiam in iudice habente arbitrium in procedendo, & si iudex esset optimæ opinionis.  
2 Alij autem tenent, quod vigore brachij regij possit inferri tortura secundum conscientiam; Declara tamen vt hic per Authorem.

C A P. XXIX.

1 Iudex caueat in ista materia, ne procedat ad torturam ex sola sua conscientia, cum regula sit satis trita, & in ore omnium, quod iudex debeat secundum acta, & allegata iudicare, i. illicitas, s. veritas, ff. de offic. Proconsul. cap. Pastoralis, s. quia vero de offic. delegat. Marfil. sing. 266. Cassan. decis. 12. super reg. Cancell. vbi latè, & de communi, Decian. in tract. crim. lib. 2. capit. 14. numer. 3. vers. contrarium tenuit, vbi de communi, & recepta opinione Canonistarum, & Theologorum, & vers. posterior verò, vbi reddit rationes, & sub vers. Puto ego, Magon. decis. Lucen. 39. numero 9. Baiard. quæst. 8. numer. 14. latissimè, Mascard. de probat. conclus. 498. vol. 1. Et in specie, vt non possit inferri



ferri tortura ex sola iudicis conscientia, Boss. tit. de indic. nu. 141. Specula. in tit. de sent. §. qualiter, vers. item debet ferri, Marfil. d. sing. 266. in fin. Iul. Clar. q. 8. num. 5. vers. & licet, vbi testatur, quod ita teneant Doct. & q. 66. nu. 2. Farin. conf. 83. nu. 3. vbi concludunt, quod, si iudex viderit Seiam committere delictum, & non ad sint alia indicia contra eum, non possit iudex illum torquere, licet Decian. d. c. 14. num. 3. & sub vers. prior opinio, videatur isto casu tenere contrarium, & ibi allegat aliquas rationes.

Quæ opinio negatiua, vt non possit inferri tortura ex conscientia iudicis procedit etiam in iudice habente arbitrium in procedendo, etiam si iudex esset optimæ opinionis, Boss. tit. de indic. nu. 142. vel habente brachium regium, Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 17. circa finem.

- 2 Et licet aliqui voluerint, quod iudex habens amplū arbitrium, vel brachium regium possit iudicare secundum conscientiam, & eum torquere sine indicijs, vt per Boss. tit. de indic. n. 142. Fely. in d. cap. Pastoralis. §. quia vero in 2. fallent. Rolan. consil. 70. numer. 21. vol. 1. Menoch. de arb. cal. 98. nu. 10. lib. 2. Baiard. q. 66. nu. 10. Tamen intellige, vt non procedat, quando isti iudices supremi non haberent aliquod indicium in scriptis redactū, quia tunc nullo modo possunt ex eorum propria conscientia aliquem torquere; secus vero si haberent aliqua indicia leuia, vel minus sufficientia per se ad torturam, quia tunc possunt dicta indicia supplere ex eorum conscientia, & ad torturam deuenire, Boss. tit. de indic. nu. 142. vers. vbi vero, post Alex. & Deci. in locis per eum relatis, latè Caualc. de brach. reg. p. 3. nu. 113. vbi dicit, quod stante maxima facultate procedendi, mala qualitate persone, vel diffamatione, vel atrocitate delicti, concurrente aliquo teste de auditu, vel fuga, vel alio adminiculo, iudex supremus procedat ad torturam, Sed isto casu debent iudices leuiter reos torquere, Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. num. 120.

Si vero solum iudex haberet arbitrium, vel ageretur de materia ex sua natura arbitraria, etiam si iudex esset optimæ opinionis, non potest deuenire ad torturam ex sua solita conscientia, & indicijs legitimis non præcedentibus, vt declarat Boss. tit. de indic. nu. 142. vers. cessante vero. Et ego late dixi supra in Defens. Circa processum informatiuum.

**Tortura an, vnico indicio existente, inferri possit, vel plura requirantur indicia.**

S V M M A R I V M.

- 1 Tortura non potest inferri ex vnico indicio, sed plura requiruntur.
- 2 Tortura ex vnico indicio proximo, & immediato ad delictum, potest inferri, dummodo testis sit omni exceptione maior.
- 3 Testis vnus de veritate facit indicium ad torturam, secundum aliquos, licet non fuerit omni exceptione maior, quoad primum, vel secundum gradum torture.
- 4 Testis vnus si patitur plures defectus, non facit indicium ad torturam.
- 5 Testis vnus cum alio adminiculo facit indicium ad torturam, etiam si non sit omni exceptione maior: licet alij contrarium teneant, vt faciat indicium ad torturam,

etiam si non coadiuaretur alijs adminiculis, Author autem conciliat istas contrarias opiniones.

- 6 Testis vnus, vt faciat indicium ad torturam, requiritur, vt deponat immediatè de delicto.
- 7 Tortura ex vnico indicio remoto non inferitur, sed plura requiruntur, licet de consuetudine aliter seruetur, quæ consuetudo est vera, quando cum dicto indicio remoto concurrerent alla adminicula.
- 8 Indicia remota valde tamen inferentia ad delictum sufficiunt ad torturam, & hic per Authorem ponuntur.

C A P. XXX.

1 **A**duocatus in ista questione habet regulam pro se, vt vnus indicium non sufficiat, sed plura requirantur ad inferendam torturam, Boss. tit. de indic. nu. 71. dicit quod saltem debent esse duo indicia, Iul. Clar. quæst. 64. vers. sed quæro, Granur. Theorem. 23. nu. 7. Moder. Rom. q. 7. num. 43. Rim. iun. conf. 88. num. 8. vol. 1. Franc. Person. d. in tract. de indic. & tort. n. 96. testatur de magis communi, Burfatt. conf. 336. num. 1. volum. 3. etiam de magis communi, Eugè. conf. 27. num. 20. vbi de communi. & quod ita seruantur Villalob. com. opin. lit. I. nu. 17.

2 Et licet soleat etiam dici, quod vnus testis de indicio proximo, vel immediato ipsius delicti, vt puta si testis deponat vidisse Titium vulneratam Seium, vel quod audiuit quando Titius mandauit, vt Caium occideret, faciat indicium ad torturam de per se, etiam alijs non concurrentibus, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. numer. 7. & 18. Viui. com. opin. in verb. testis vnicus de visu num. 7. Mascard. de probat. lib. 1. q. 13. num. 12. & conclus. 894. nu. 5. lib. 2. Menoch. de præsump. lib. 1. q. 89. num. 11. Lud. a Peguer. decis. 17. n. 1. Iul. Clar. q. 21. vers. vnus testis, & q. 22. in princ. vbi de communi, Cepoll. conf. crim. 40. in 4. dub. Boer. decis. 164. nu. 3. vbi de communi, Roland. conf. 711. num. 3. lib. 1. vbi de communi.

Tamen Aduocatus videat, si iste testis patitur aliquam exceptionem, quia eo casu non operatur indicium ad torturam, cum debeat esse inuulnerabilis, & omni exceptione maior, Gramm. vot. 30. nu. 31. vot. 34. nu. 10. Guid. de Suzar. de indic. num. 92. vbi reddit rationem, Mascard. d. concl. 894. nu. 8. Menoch. d. præsumpt. 89. num. 10. Iul. Clar. q. 21. nu. 2. vbi de communi, q. 22. num. 2. Rim. iun. conf. 361. nu. 24. & 27. volum. 4. & consil. 723. num. 19. & seqq. vol. 6. Decian. respons. 93. nu. 34. vol. 2. latè Parit. conf. 151. numer. 3. vol. 4. Honded. conf. 100. num. 13. vbi de communi vol. 1. vel si aliqua coniectura resisteret, quia tunc minus facit indicium ad torturam, Natt. consil. 394. num. 34. vol. 2. Rim. iun. conf. 361. num. 29. vol. 4. Farinac. q. 37. num. 57. conf. 39. num. 14. vbi alios allegat, Baiard. quæst. 21. nu. 16. in fine, & coniectura magna erit, si non deponat verisimilia, Boss. de indic. nu. 16. vbi ponit exemplum, si deponeret de furto contra magnum mercatorem, Roland. conf. 7. num. 1. vol. 1. vel si non fuisset ritè examinatus, Marfil. sing. 342. vel si nõ redderet rationem sui dicti, Marfil. in præct. crim. §. diligenter num. 32.

Et qualibet exceptio, vel macula tollit vt non faciat indicium ad torturam: quia testis debet esse omni exceptione maior, & inuulnerabili, Rol. conf. 7. n. 13. vol. 1. Crauet. conf. 6. n. 2. Iul. Clar. in locis supra addictis, Bertaz. conf. 2. nu. 13. vol. 1. Moder. Rom. q. 37. num. 58.



## Defens. XXX. Circa Torturam pro hab. verit. 119

num. 58. Ludouic. a Peguer. decis. 19. nu. 1. Rim. Iun. conf. 361. num. 57. & seq. lib. 4. vbi repræhendit Iudices, post Iul. Clar. aliter facientes, Decian. d. respõs. 93. & num. 34. vol. 2. Sforz. Odd. conf. 15. num. 5. vol. 1. decis. Auenion. 93. nu. 8. Rim. Iun. conf. 489. num. 2. vol. 4. Farinac. conf. 39. num. 4. in fin.

Etiam in quocunq; crimine, grauiſſimo, & læsæ Maiestatis, simoniæ, & similibus, in quibus solent admitti testes inhabiles, Marſ. in pract. crim. §. diligenter num. 6. Boſſ. tit. de indic. num. 11. Modern. Rom. q. 37. num. 60. vbi dicit procedere, siue procedatur per viam accusationis, siue per viam inquisitionis, vbi restatur hanc opinionem esse verissimam, Menoch. dicta præsumpt. 89. num. 12. Rim. Iun. confil. 361. num. 36. vol. 4. Decian. dicto resp. 93. num. 34. vers. quæquidem. vol. 1. Baiard. q. 21. num. 16. Bertazzol. confil. 372. nu. 5. & 6. vol. 1. Ludou. a Peguer. decis. 17. nu. 1.

Imò non desunt qui tenent, quod ista qualitas debeat articulari, & probari in isto teste vnico, Rim. Iun. conf. 724. numero 24. & seq. vol. 6. Hier. Giach. in add. ad Iul. Clar. q. 21. num. 2. in l. f. in fine licet Baiard. d. q. 21. num. 13. post Blanch. de q. l. fi. num. 316. & seq. dicat sufficere esse idoneum, & non reprobatum a Iure, & nõ requiri, qd sit omni exceptione maior.

3 Et quia etiam aliqui voluerunt, quod vnus testis de veritate faciat indicium ad torturam, quamuis non sit omni exceptione maior, vt per Franc. Cassan. in tract. de indic. cap. 1. rubr. de indic. per visum num. 12. scias quod Doctores huiusmodi opinionem nõ admittunt cum, vt supra vidimus, vnus testis debet esse inuulnerabilis, & vndiq; integer, vt constituat indicium ad torturam, & in terminis dederant Boſſ. de indic. ante nu. 177. vers. non tamen credas, Gomez. de delict. tit. de probat. num. 23. Rim. Iun. confil. 84. num. 9. vol. 2. conf. crim. diuers. tom. 2. in fol. & in omnem casum non sufficiat, nisi ad leuem torturam, vt bene declarat Moder. Rom. q. 37. nu. 65. quo ad primum, vel secundum gradum torturæ, Grilland. de indit. & tort. in 4. quæst. num. 4. Iul. Clar. quæst. 64. nu. 32. in princ. Franc. Personal. de indic. num. 78. vers. si autem.

4 Si vero testis pateretur plures defectus, & exceptiones, sine difficultate non faceret indicium aliquod, cum tunc profus reiiciatur, vt nec minus faciat adminiculum, vel aliquem præsumptionem, Nat. confil. 354. num. 6. vers. eadem ratione vol. 2. vbi dicit procedere, non solum in vnico teste, sed etiam in pluribus, Honded. conf. 93. nu. 82. volum. 2. Mod. Rom. quæst. 37. nu. 64. aded quod non recipiat adminiculum, Baiard. q. 92. nu. 8. Honded. dict. conf. 93. nu. 82. Eugen. conf. 63. num. 72. & sequent. Farin. conf. 39. nu. 18. & hoc fit verum in quocunq; grauiſſimo crimine, Burfatt. conf. 477. numer. 7. vol. 4. vbi de communi, & etiam si deposuerit cum tortura, Honded. conf. 93. num. 52. volum. 2. & etiam si veritas aliunde haberi non posset Decian. respõs. 93. nu. 65. vol. 2. Sim. de Pret. confil. 188. num. 13. in fine, Rim. Iun. confil. 114. num. 16. vol. 2. confil. 664. num. 76. vol. 6. Eugen. conf. 37. num. 66. & confil. 63. num. 72. & seq. Burfatt. conf. 430. nu. 9. in fin. vol. 4. & duo defectus sufficiant. Menoch. de arb. cas. 99. n. 7. lib. 2. Io. Tum. cõf. 81. n. 65. t. 1. Crim. Emmanuel. Suarez recept. sent. in ver. testis, num. 116. vbi de communi Burfatt. conf. 135. num. 2. vol. 2. vbi de communi, & conf. 436. numer. 14. vol. 4. vbi etiam de

Tomus Secundus.

communi cum ob dictos plures defectus habeatur, pro nouo examinato, latè qui alios adducit fab. Turret. conf. 9. n. 33. & in specie allegat Rol. conf. 3. nu. 49. lib. 1. conf. 75. nu. 1. lib. 4. Burfatt. conf. 59. n. 74. lib. 1. Menoch. de Arbitr. cas. 99. n. 7. Rim. Iun. conf. 175. nu. 8. lib. 2. conf. 327. n. fin. lib. 3.

5 Si vero cum teste vnico non maiori omni exceptione concurrerent alia adminicula, tunc faceret indicium ad torturam, Roman. conf. 451. n. 4. Franc. Casson. de indic. tract. 10. cap. 1. rubric. de indic. per visum num. 7. & Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. nu. 11. vers. conciliari forte possunt, & sequitur Moder. Rom. q. 37. nu. 56. vel si reus esset criminofus, vel malæ famæ per rationes alligatas per Moder. Rom. d. q. 37. num. 65. vbi tamen firmat, quod non sufficeret si esset pauper, vel vilis, sed requiratur, vt sit criminofus.

Et quamuis alij voluerint, quod si iudex haberet liberum arbitrium sufficiat vnicus testis, quamuis non sit omni exceptione maior, vt per Doct. adductos per Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. num. 13. & de arbit. lib. 1. q. 89. num. 4. Decian. respõs. 93. num. 18. vol. 2. Gram. decis. 34. num. 31. Baiard. q. 21. numer. 15. & q. 64. num. 59. vbi alios adducit; Tamen non desunt alij, qui tenent contrarium, vt sunt Ioan. Turr. conf. 81. num. 13. iuncto num. 66. tom. 2. in fol. Rim. Iun. conf. 361. num. 46. & seq. vol. 4. vbi hanc opinionem strenue tuetur, & ad contraria respondet Farin. quæst. 37. num. 69. qui dicit, quod ipse magis adhæret huic secundæ opinioni per rationes per eum allegatas.

Quæ opinioniones possunt conciliari, vt prima opinio procedat in iudice habente brachium regium, & amplum arbitrium, quoad torturam leuem; secus in alio iudice habente tantum arbitrium, vt videtur sentire Baiard. in q. 21. num. 13. dum firmat, vt requiratur, quod habeat liberum arbitrium in procedendo, & sententiando, & possit procedere, sola facti veritate inspecta, Moder. Rom. q. 37. num. 71. vbi alios allegat latè Caualc. de Brach. reg. part. 3. num. 113. & seq. & sub nu. 119. dicit, quod isto casu, moderatè, & temperatè iudex se gerere debeat.

6 Ac etiam Aduocatus sciat, quod iste testis omni exceptione maior, vt faciat indicium ad torturam, requiritur etiam, quod immediatè deponat super delicto. cap. 13. nu. 7. vbi de communi, Iul. Clar. q. 22. in princip. Farin. q. 37. num. 70. Ludou. Bologn. in addit. ad Guid. de Suz. de indic. & tort. num. 91. Bell. confil. 85. num. 3. Burfatt. confil. 336. numer. 18. vol. 3. Brun. confil. 62. nu. 22. par. 1. Secus si deponeretur de alijs de aliquo actu, licet proximo, & valdè inferente ad ipsum delictum, Farinac. d. q. 37. num. 70.

7 In alij vero indicijs remotis etiam habet Aduocatus regulam pro se, vt vnum indicium remotum non sufficiat ad torturam, sed plura requirantur, Bartolin l. fin. num. 4. ff. de q. Iul. Clar. quæst. 64. versic. sed quæro, quod indicia, Boſſ. titulo de indic. numer. 71. Moder. Rom. quæst. 37. numer. 43. Franc. Personal. de indic. & tortur. num. 96. vbi de magis de communi, Granut. theorem. 23. num. 7. Rim. Iun. conf. 87. nu. 5. vol. 1. Eugen. conf. 27. num. 20. & conf. 76. num. 28. vbi etiam de communi.

Et licet de consuetudine forsan alij teneant, quod vnum indicium quamuis remotum sufficiat ad torturam, vt



per Iul. Clar. d. q. 64. vers. sed quæro, Natt. conf. 407. num. 12. vol. 2. Peregrin. in suo consil. decisio 2. num. 104. vol. 2. Petr. Caball. in q. crim. cas. 194. nu. 5. Tamen nõ debet ista opinio ita simpliciter intelligi, sed solum quando cum dicto iudicio remoto concurrat alia adminicula, vt bene declarat Modern. Rom. d. q. 37. num. 45. & ponit exemplum in fuga, fama, inimicitia, mimis, & similibus, quæ faciunt indicium ad torturam, si cum quolibet iudicio concurrant aliqua alia, cu adminicula suppleant defectum probationis: post alios idem Farin. consil. 55. num. 74. in fin. Quæ adminicula debent esse plura, Gram. decis. 28. num. 16. & num. 21. Modern. Rom. q. 43. nu. 157. vel saltem debent esse talia, vt iudex ex qualitate personæ, vel facti arbitretur talia sufficere ad corroborandum iudicium principale, Mascard. conclus. 1311. nu. 53. Lu. a Peguer. decis. 5. num. 33. idem Farin. d. quæst. 43. num. 162.

8 Nisi tamen sint indicia remota, valde tamen proxima, vel valde conferentia ad delictum, vt in confessione extrajudiciali, in re furata penes aliquem reperta; quia tunc vnicum iudicium etiam sine adminiculis sufficeret ad torturam, Iul. Clar. d. q. 64. vers. sed quæro quot, ibi, Cæterum quicquid, Marfil. in pract. §. diligenter num. 177. Angel. de malefic. in verb. & fama publica num. 13. & seq. vbi Adden. qui ponunt plura exempla de iudicijs remotis vnicis, que sufficiunt ad torturam, Farinac. d. q. 37. nu. 49. & sub nu. 50. ponit ipse alia plura exempla.

**Indicia quomodo probari debeant, vt sufficiant ad torturam.**

**S V M M A R I V M.**

- 1 *Iudicium in proposito debet probari per duos testes: quod procedat in quolibet iudicio proximo, sed non immediato.*
- 2 *Iudicium remotum, leue, minimum, debile, vel adminiculum debet per duos testes probari; & hoc est etiam verum, etsi ageretur de delicto grauissimo.*
- 3 *Testes duo probantes iudicium remotum debent esse con testes, & omni exceptione maiores, licet aliqui contrariè tulerint, vt sufficiant inhabiles, declara tamen vt hic per Authorem.*
- 4 *Iudicium proximum, & immediatum delicto probatur per vnum testem.*

**C A P. XXXI.**

1 **I**n ista Quæstione Aduocatus bene respiciat, si ex processu resultat iudicium remotum, vel proximum & si fuerit remotum, tunc habet regulam pro se, vt quodlibet iudicium remotum debeat probari per duos testes, Anton. Gomez. t. t. de delict. cap. 13. n. 18. Clar. q. 22. in princ. vbi de communi, Moder. Rom. q. 37. nu. 13. & seqq. Granut. Theorem. 23. num. 10. Menoch. cas. 270. nu. 23. de arb. Mascard. de prob. conclus. 895. num. 2. & 4. Bertazz. conf. 251. numer. 33. vol. 2. Eugen. conf. 63 nu. 54. vbi de communi, Rum. iun. consil. 723. num. 28. vol. 6. vbi ponit exemplum, si ageretur de probando, quod Titius fuerit repertus de nocte in loco commissi homicidij.

Et procedit etiã in quolibet iudicio proximo delicto, sed non immediate ad delictum, vt requirantur ad illud probandum duo testes, Plot. consil. 31. n. 19.

lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 895. num. 10 lib. 1. post Alciat. Moder. Rom. in q. 37. numer. 42. dicit hanc opinionem esse in iudicijs, & Scholis canonizatum, & ibi concordantes cumulatim; & exemplificat in iudicio proximo, sed non immediato, quando testis deponeret de confessione extrajudiciali, vel quod viderit admenare.

2 Et hoc est verum etiam in quolibet iudicio remoto, leue, minimo, debile, vel adminiculo, Clar. d. q. 22. num. 1. in princ. Farinac. consil. 34. nu. 3. vbi de communi, & consil. 56. nu. 4. vbi loquitur in quolibet adminiculo, & consil. 61. num. 18. vbi loquitur in quolibet præsumptione, Mascard. conclus. 406. numer. 1. Bertaz. consil. 251. num. 33. vers. & idem est volum. 2. qui loquuntur in qualibet coniectura, & quod omnes circumstantiæ delicti probari debeant per duos testes, Petr. de Surd. consil. 132. nu. 45. vol. 2. Peregr. conf. 205. num. 17. vol. 2. Brun. consil. 64. nu. 39. p. 1. Add. ad Farin. conf. 10. in lit. G, Bursat. consil. 389. nu. 3. volum. 4. & est verum etiam in probanda assertionem vulnerati, vt probari debeat per duos testes, Brun. conf. 64. num. 45.

Et hoc est verum, etiam si ageretur de crimine asfasinij, Rip. respons. 162. num. 3. & de crimine læsæ Maiestatis, Farin. quæst. 37. num. 14. 17. Add. ad eum in d. consil. 10. in lit. G, Nec sufficeret, si vnus testis esset omni exceptione maior, Marfil. singul. 476. Moder. Rom. d. q. 37. num. 16. Cranut. Theorem. 23. nu. 11. Et etiam si statutum dictaret, quod standum esset iudicijs, quoad plenam probationem, non per hoc tollitur, quod iudicium remotum probari nõ debeat per duos testes.

3 Et sciat Aduocatus, quod isti duo testes debent esse testes de loco, tempore, causa, & alijs circumstantijs, Mascard. de probat. conclus. 865. numer. 3. lib. 1. Granut. d. Theorem. 23. num. 10. Sed an plures testes deponentes de diuersis iudicijs remotis coniungi possint ad inferendam torturam, dicã in sequenti cap.

Et etiam Doct. requiruntur, vt isti duo testes sint omni exceptione maiores, vt latè tuetur, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 13. num. 18. in fin. & num. 19. in principio; & eandem opinionem defendit, Farin. q. 37. num. 18. & sub nu. 28. & 29. dicit ab ea non esse recedendum, Grat. consil. 59. nu. 34. vol. 2. Mascard. conclus. 895. num. 3. vol. 1. Farin. consil. 22. nu. 7. vbi de veriori consil. 37. num. 51. in fine, consil. 87. num. 3. in princ. vbi alios allegat, & dicit procedere etiam in delictis atrocissimis; & idem voluit in d. quæst. 37. num. 19. Et an dicta qualitas sit articulanda, & probanda, vide Granut. d. Theorem. 23. num. 13.

Et licet aliqui voluerint, quod sufficiant testes inhabiles, mulieres, minores, infames, & similes, gloss. in l. inuiti, la 2. de test. quam Doctores singularem dicunt, Marfil. in pract. §. diligenter, numer. 8. sing. 476. Moder. Roman. d. q. 37. num. 20. vbi de communi, Granut. d. Theorem. 23. nu. 13. Brun. consil. 64. nu. 22. consil. 87. nu. 49. & Doct. adducti per Hond. consil. 87. num. 137. vol. 2.

Tamen si aliquis iudex illã sequi vellet, intelligat, nisi dicta istorum testium essent ipso iure nulla, vt si testes essent inimici, Roland. consil. 24. numero 58. vel essent periuri, Honded. conf. 87. n. 139. vol. 2. vel si laici deponerent contra clericos, Rol. d. conf. 24. n. 59. 60. vol. 1. uel si eorum dicta essent elisa per alia indicia



indicia inquisiti, Marf. conf. 56. nu. 4. Rol. d. conf. 24. nu. 58. Et si essent criminosi, & infamia notati, cū debeant deponere cum tortura. Hond. d. conf. 87. n. 139. vol. 2. vel si ageretur ex eorum depositionibus de cōdemnatione; quia, etiam si essent ultra duos, non sufficerent, de quo latè vide Mascar. de prob. concl. 895. nu. 13. & seq. lib. 1. vel si paterentur plures defectus ob quos penitus repelluntur, & habentur, ac si non essent examinati, vt supra in hac defensione latè dixi.

4 Si verò ageretur de indicio proximo, & immediato ad delictum, quia vidit committi delictum, vel audiuit ordinem datum ad occidendum. Doct. omnes cōcurrunt, vt vnus testis sufficiat. Boss. de indic. num. 5. Plot. conf. 31. n. 8. Brun. conf. 64. n. 18. & seq. Farin. q. 37. n. 41. Bec. conf. 67. n. 12. vbi de recepta opin. Mascar. de prob. concl. 895. nu. 4. & seq. vbi de communi li. 1. Menoc. de præsumpt. li. 1. q. 91. n. 2. Tamen hanc opinionem declara, prout dixi in præcedenti cap.

Plura indicia imperfecta, an cumulentur ad inferendam torturam.

S V M M A R I V M.

1 Tortura non potest inferri ex pluribus indicijs imperfecte probatis. Et hic ponuntur exempla per Authorem. Quod magis procedit in indicijs valde remotis.

Alij autem videntur tenere cōtrarium, vt indicia probata a per testes singulares, si tendant ad eundem finem, sufficiant ad torturam.

Alij autem tradunt aliam distinctionem, declara tamen vt hic per Authorem.

C A P. XXXII.

1 Omissa disputatione, an ex pluribus indicijs, & probationibus imperfectis, possit sequi cōdemnatio in aliquam penam, venio strictè ad quæstionem nostram, an possint insimul iungi ad inferendam torturam, in qua Aduocatus habet intentionem suam fundatam pro suo cliente, † vt plura indicia non perfecte probata in sua specie non possint insimul cumulari, & iungi ad faciendum plenum indicium perfectum ad torturam. Gram. conf. 3. n. 18. Mar. conf. 20. nu. 47. conf. 88. n. 32. & in pract. crim. §. diligenter, n. 29. & seq. Anto. Galeat. conf. 110. n. 6. to. 2. crim. Dec. conf. 615. nu. 10. Paris. conf. 153. n. 34. vol. 4. vbi testatur ita feruari, & conf. 169. nu. 43. eo. vol. Iul. Clar. q. 63. vers. Tu scis. Franc. Person. de indic. & tort. nu. 63. Rim. iun. conf. 524. nu. 65. & seq. vol. 5. conf. 647. n. 16. vol. 6. vbi ponit exempla, & conf. 752. num. 39. vol. 7. Eugen. conf. 27. n. 61. conf. 63. nu. 73. vbi latè, & ponit exempla in fama, quæ non habuit ortum a fide dignis in inimicitia capitali, vel nõ vera vel sublata per reconciliationem, in mendatio non plenè probato, in assertione vulnerati probata solum per consanguineos, affines, vel domesticos. Honded. conf. 102. n. 83. & seq. vol. 1. vbi ponit exempla, dec. Auen. 93. nu. 10. Gerar. Mazzol. conf. 47. nu. 84. Mising. cent. 2. obseru. 100. vers. limitatur, & ibi exemplificat, quando fama, fuga, vel aliud simile probaretur per vnum testem. Pet. de Sur. conf. 132. nu. 48. & nu. 58. lib. 1. Honded. conf. 93. nu. 81. vol. 2. Et quod ista indicia faciant solum quandam leuem, & temerariam præsumptionem. Ioan. de Amic. conf. 7. num. 31.

Quæ conclusio magis procedit in indicijs valde

remotis a delicto, cum non iungantur ad vnum indicium perfectum ad torturam. Bols. tit. de indic. nu. 10. & seq. Hond. conf. 102. nu. 85. vol. 1. Pet. de Sur. conf. 132. nu. 48. vol. 1. Qui omnes alios allegant.

Alij autem videntur tenere contrarium, quādo ista indicia imperfectè probata per testes singulares tendunt ad eundem rei finem, & sic ad integrandum vnū totum; & sic vnum indicium perfectum, inferat in aliud; secus si tendant ad diuersum finem, & non sint commissibilia, neque inferat vnum in aliud, quia nec ad torturam iungerentur, vt est videre ita huiusmodi distinctio ponitur post alios, quos allegat per Blanc. de indic. nu. 368. Granut. Theor. 23. n. 14. Hond. d. conf. 102. nu. 85. vol. 1. Eugen. conf. 27. nu. 61. & seq. Farin. conf. 34. nu. 7. & latè Mising. obseru. 100. per totam, cēt. 2. Et ob id, si testis vnus dicat vidisse Titium percutere Seium mortuum cum ense; alius vidisse illum in loco parū distante a loco homicidij, cum ense euaginato, alius vidisse eundem Titium aufugere, cum ista indicia tendant ad eundem rei finem, & sint commissibilia, & vnum inferat in aliud ad homicidium commissum per Titium in personam Seij, quamuis sint probata per testes singulares, & sic imperfecta, coniunguntur ad plenum indicium ad torturam contra Titium. Secus, quando tendunt ad diuersa facta, vt si testis dicat vidisse Titium occidentem Seium, alius vidisse percutere Sempronium; alius quid aliud diuersum diceret, tunc non coniungerentur ad vnum indicium perfectum, vt tradit Eugen. in d. conf. 27. nu. 63. ex traditis per Bal. in c. licet causam, nu. 11. de prob. Blanc. de indic. n. 366. Paris. conf. 15. nu. 37. lib. 2. sub. dens; quia duo, vel plura vincula non stringunt fortius, quam vnum, quando tendunt ad diuersa, ex doctrina Bar. in l. admonendi, nu. 49. & ibi per Modern Bonon. colum. antepen. vers. non obstat, quod duo vincula, ff. de iureiur.

Alij autem tradunt aliam distinctionem, vt si testes singulares deponentes de indicijs sint omni exceptione maiores, ac deponant super indicijs proximis delicto, vel valde, seu verisimiliter inferentibus ad delictum, & testes deponentes super dictis indicijs sint plures, tunc possint inducere animum iudicis ad reum torquendum, cum non sit verisimile, quod tot testes non iuspecti talia dixissent, nisi reus esset culpabilis, vt post Turrecr. in cap. nihilominus 3. q. 9. col. 2. circa med. considerauit Pet. Ant. a Perr. in q. 12. nu. 521. & sequutus fuit Mod. Ro. q. 37. n. 38. subdeas (& in hoc bene) dummodo indicia sint plura, quam duo, & talia, quæ mentem iudicis inclinent ad vehementissimam opinionem delicti contra reum; secus si tantū vnus testis deponeret de vno indicio remoto, & alter de alio indicio remoto, & latè, ac melius reasumit Pet. Caball. in q. crim. casu 193. ferè per tot. cent. 2. & dixi supra in hac defens. 30. c. 4. sub num. 13.

Et isto casu iudex procedens ad torturam ex istis indicijs imperfectè probatis, & sic ex ista probatione priuilegiata, ita a Doctoribus appellata, vt per Bart. conf. 43. n. 3. vol. 4. Simon de Pret. conf. 51. nu. 80. & seq. debet moderatè reum torquere, vt dixi in d. cap. 4. num. 13.

Si vero causa ageretur per supremos iudices, vel habentes brachium regium, facilius deueniretur ad torturam ex istis indicijs imperfectis. Gram. dec. 11. Iul. Clar. q. 63. vers. tu scis, ibi, Bene verum. Cauale. de Brach.





Brach.reg.p.3. n. 513. Nisi tamen dicta indicia essent elisa per contrarias probationes, & per indicia rei, Ant.Galeat.conf.100. nu. 17. to.1.crim. lo.de Amic.conf.7.n.32. Eugen.conf.27.n.62. & conf.76.n.12.

Tortus quomodo debeat interrogari in tormentis.

S Y M M A R I V M.

- 1 Tortura in conuictio, confesso, vel condemnato debet inferri cum protestatione, sine prauidicio probatorum, confessorum, & condemnationis.
- 2 Tortus, cum dicta protestatione, pro complicibus, non potest interrogari in specie de tali, & tali persona, sed in genere, nisi indicia praecedant contra aliquam certam personam.
- 3 Tortus pro complicibus in genere potest interrogari, quando agitur de delicto, pro quo verisimiliter socij illud committi non poterat, vel quando constat, quod non ex causa propria, sed causa alterius commisit delictum.
- 4 Tortura, quando infertur pro complicibus moderatè adhibenda est.
- 5 Tortus in caput suum debet in genere interrogari, vt veritatem dicat super praemissis sibi congestis, & resultantibus ex processu.
- 6 Tortus, qui fassus fuit delictum debet interrogari, qua de causa illud commiserit.
- 7 Testis, quando torquetur pro veritate habenda, quomodo interrogari debeat.

C A P. XXXII.

- 1 **V**ltra, ea, quae dixi de ista materia in Defensione 21. sciat iudex, quod si quis torqueatur tanquam reus conuictus, vel confessus, seu condemnatus pro habendis complicibus, mandatoribus, auxiliatoribus, & recaptatoribus, debet protestari per iudicem, citra prauidicium conuictorum, confessorum, vel sententiae contra eum late, nec aliter, nec alio modo vt per Iul. Clar. q. 21. vers. dictum socij, & quaest. 64. vers. veritas. Farin. q. 34. Gram. dec. 96. vot. 1. Foller. in verb. rei indurati, nu. 3. in pract. crim. Boer. dec. 163 nu. 13. Decian. respons. 93. nu. 74. vol. 2. Bertaz. conf. 333. nu. 6. vol. 2. Nau. in Man. c. 18. sub nu. 59. Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 38. Ambr. de mod. form. process. lib. 4. c. 2. nu. 7. & seq. † Et eundem reum in genere interrogare de ipsis complicibus. Ruin. conf. 17. nu. 14. vol. 5. Blanch. de indic. n. 381. Iul. Clar. q. 21. circa fin. Peguer. decis. 5. nu. 20. Ant. Gom. tit. de delict. c. 12 nu. 17. vers. vnun tamen. Burf. conf. 201. nu. 56. vol. 2. Mascard. de probat. conclus. 819. num. 39. volum. 2. Baiard. q. 64. num. 23. Et debet interrogari per extensum, & non prout solent facere multi iudices, & ad opportunam interrogationem respondit, quia si reus respondeat (non ho fatto questo homicidio, o delitto) & persistat in negatiua, per talem obscuram interrogationem, diceretur recessum a protestatione, nec standum esset iudici, quid in interrogatione comprehenderetur, vt per Baiard. q. 64. nu. 26. cum ex ipsa responsione clara super negatiua delicti, colligatur, qualis fuerit ipsa interrogatio, vt post Cartar. de execut. sent. c. 2. n. 76. & seq. Baiard. d. q. 64. n. 26. in fin. Nisi tamen laborent indicia, Burf. conf. 201. nu. 54. vol. 2. Quamuis essent leuia; posset interrogari in specie

de personis, & complicibus, nec per hoc diceretur facta suggestio. Carrer. in pract. l. obseruare, num. 198. Boff. tit. de indic. ante n. 136. & seq. Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 38. & seq. vbi dicit hanc esse meram veritatem, etiam quando interrogatur, si alia delicta commiserit: & ego dixi supra in d. Defens. 21.

- 3 Et de socijs, & complicibus in genere poterit iudex reum interrogare, si ageretur de delicto, quod verisimiliter absque complicibus, & socijs, committi non solet. Natt. conf. 298. num. 2. vol. 2. Iul. Clar. d. q. 21. vers. dictum socij, Bologn. in add. ad Guid. de Suzar. de indic. nu. 52. Ant. Gom. tit. de delict. c. 12. nu. 16. in fine, latè Pet. Caball. in quaest. crim. casu 200. nu. 126. cent. 2. Et vbi in specie etià non appareret, quod delictum fuerit commissum ab ipso delinquente, ex causa propria, quia potest interrogari, & torqueri super mandate. Boff. tit. de indic. nu. 156. vers. primo considera. Dec. conf. 188. nu. 10. Gram. decis. 28. num. 1. & idem Boff. tit. de indic. nu. 144. & num. 146. vbi facit quandam distinctionem inter vilem, & honestam personam. Iul. Clar. d. q. 21. vbi supra, in fine. Vel si esset ipse tortus persona malae vitae, conditionis, & famae, & solitus delinquere, vt post Iul. Clar. vbi supra. Ambr. de mod. form. process. li. 4. c. 2. nu. 7. in fine.
- 4 Sed isto casu, quando torquetur in caput alterius, semper debet moderatè torqueri per tertiam partem vnus horum, vel per mediam horam. Iul. Clar. q. 64. vers. scias etiam, & vers. veritas est, propè finem. Ioseph. Ludou. decis. Lucens. 13. nu. 64. Moder. Rom. q. 11. nu. 19. in fi. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupto. q. 24. nu. 7. & alias pluries dixi.

- 5 Si verò torqueatur in caput suum ad habendam veritatem, postquam iudex fecit decretum, in quo omnia indicia releuantia reo representauit, ac congestit, iuxta bonam practicam, qua iudices eruditi vtuntur, vt testatur Farinac. q. 83. nu. 96. & Ambr. de mod. form. process. lib. 3. c. 4. debet etiam iudex in genere reum interrogare, vt super praemissis veritatem dicat, absque quod representet reo circumstantias, & qualitates delicti, neque amplius delictum, sed solum, vt dicat veritatem super praemissis liberè, nec debet infestare reum multis interrogatorijs importunis, & continuis, seu minis, prout multi crudeles, & imprudentes iudices faciunt, vt exclamat Iodoch. in pract. c. 37. de quaest. nu. 9. Farin. d. q. 83. nu. 96. Quia ista esset suggestio. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. nu. 23. circa finem, vbi firmat, quod licet Bart. & ceteri Doct. intelligat, l. 1. §. qui quaestionem, ff. de quaest. in testes tamen ipse tenet, quod procedat etiam in reo, latè Moder. Rom. q. 83. n. 88. vbi concordantes allegat, & latè docet Villagut. in pract. crim. hb. 7. c. 13.

Et si reus fateatur delictum, debet interrogari, qua de causa motus fuerit ad dictum delictum committendum. Bald. in conf. 125. lib. 4. quem refert, & sequitur Bernard. de Landrian. in add. ad Ang. de malef. in verb. fallario. Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebuntur, nu. 114. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. n. 83. Ambr. de mod. form. process. lib. 4. c. 2. nu. 5. & non debet interrogari post confessionem, an tale delictum per eum confessum commiserit, quia quod verum est, non debet in dubium reuocari, & ob id, denuò reus sublineat, & neget, diceretur recessum a protestatione facta per iudicem, & suffragaretur negatiua super delicto, vt latè docet Cauale. de Brach. reg. par. 3. nu. 40.



nu. 40. Et quod iste modus interrogandi; Ad opportunas Domini interrogationes respondit, sit reprobatus, post Cartar. de interrog. reis, lib. 2. c. 1. nu. 65. tradit Moder. Rom. q. 83. n. 92. Et suggestiones magis sunt reprobatae, quando reus interrogatur in tortura, vt dixi in dicta defens. circa examina rei.

7 Testis autem, quando torquetur, quomodo sit interrogandus, docet Ant. Gom. d. c. 13. num. 13. in fi. vt iudex illum interroget in genere, quis commisit tale delictum, qua forma, & quo in loco fuerit commissum, & finaliter, vt dicat veritatem in isto casu, vel negotio, vt post gl. Bar. & alios Doct. communiter in d. s. qui quaestionem, de communi firmat Ant. Gom. d. c. 13. n. 23. in fi. Nisi tamen praecedant indicia particularia contra aliquam personam particularem, vt pluries superius dixi in defens. 21. c. 20. per tot.

Iudex an teneatur de omnibus, quae reo in tormentis contingunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex quomodo se habere, & quam diligentiam facere debeat, quando reus ponitur ad tormenta, ne teneatur, si in tormentis aliquid reo contigerit.
- 2 Iudex si non faciat dictam diligentiam, & aliquid reo contingat, an ipse, vel custodes, seu birroarii teneantur.

C A P. XXXIV.

1 Iudex si velit esse tutus in ista materia tormentorum, ne possit a nemine accusari, & si calumniam aliquam patiatur, causam suam strenue defendere valeat in ipso decreto torturae, vel aliorum tormentorum, etiam apponi faciat: qualiter iussit custodibus, vel satellitibus, vt bene inspiciant, si reus torquendus habeat aliquod membrum infirmum, debilitatum, vel inhabile ad tormentum sibi praeparatum, ac inspiciant, si funis, vel corda, vel aliud instrumentum praeparatum ad tormentum, sit putridum, marcidum, vel non aptum ad dicta tormenta, ac etiam faciat per Notarium describere diligentiam adhibitam per ipsos satellites, & eorum relationem, & si referant aliquod impedimentum, & ipsi sint ignari, adhibeat Medicum, vel Chirurgum deputatum ad illum effectum, vel alium adhibeat, & secundum eorum relationem se habeat circa dicta tormenta inferenda, & isto modo iudex erit tutus ab omni calumnia, & molestia, vt late docet Caualc. de Brach. reg. p. 3. n. 141. & dicit, quod iudex talem diligentiam maxime adhibere debet, quando mandat reum a summo usque ad deorsum ictibus funis affici, vel fune percuti.

2 Si vero talis diligentia facta non fuerit, & funis frangatur & reus cadat in terram, vel quia fuit male ligatus, vel fractum fuerit brachium, vel quid aliud simile malum, vel infortunium passus fuerit reus. Paulus de Castr. in l. si vt certo, §. nunc videadum, ff. commo. dicit, quod ipse iudex teneatur de culpa, licet contrarium, scilicet, quod teneatur ille, qui eum ligauit, ad cuius officium pertinet, teneatur Paris de Puteo in verbo an officialis, c. 1. & in verb. tortura 1. cap. 25. nu. 5. Beluis. in pract. crim. de quaest. nu. 75. Burl. conf. 325. nu. 25. vol. 3. Bertazz. conf. 474. nu. 28. vol. 2. Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 141. in fine.

Si vero inciderit reus in aliquam sincopem iudex quid facere debeat, dixi supra in hac Defensione.

Confessio extorta per tormenta, an, & quando requirat ratificationem.

S V M M A R I V M.

- 1 Reus postquam confessus est delictum ante ratificationem debet reponi, & custodiri in loco, vbi non possit per alios carceratos instrui ad reuocandam confessionem, ac ne sibi mortem paret.
- 2 Confessio facta in tormentis consentienti non nocet, nisi fuerit ratificata, & reddunt rationes Doctores, quare requiratur ratificatio, & debet ratificari extra locum tormentorum, dummodo non extet consuetudo in contrarium, & in aliquibus locis est recipienda coram testibus.
- 3 Ratificatio infra quantum temporis spacium recipi debeat post confessionem habitam, referuntur hic per Authorem plures opiniones, & tandem totum remittit consuetudini curiarum.
- 4 Ratificatio secundum aliquos, potest induci expresse, & tacite, quando reus aliqui non deducit contra confessionem.
- 5 Ratificatio non requiritur in spontanea confessione, licet tutius sit etiam isto casu ratificationem habere.
- 6 Ratificatio non requiritur, vbi probatur confessionem rei extraiudicalem praecessisse, declara tamen, vt hic per Authorem.
- 7 Ratificatio non requiritur, si confessio fuerit adminiculata, quod declara vt hic per Authorem.
- 8 Ratificatio non requiritur, quando reus fuit repertus in flagranti crimine.
- 9 Ratificatio non requiritur in teste torto in caput alterius.
- 10 Ratificatio non requiritur in reo robusto, & leuiter torto, licet tutius sit etiam isto casu ratificationem habere.
- 11 Confessione facta in tormentis residet in arbitrio iudicis quanta fides sit adhibenda.

C A P. XXXV.

1 Quoniam in carceribus solent adesse carcerati, qui instruunt reum confessum ad non ratificandum, qui propterea eorum hortatu impulsus, ac etiam vt plurimum minis, ac verberibus incussus solet renuere, confessionem ratificare, ideo Doctores admonent iudices, vt curent reum confessum reponi, & custodiri in carcere, vel loco separato ab alijs carceratis, donec tempus ratificandi adueniat, & in specie Iul. Clar. q. 64. vers. caeterum si reus. Scap. de iur. non script. lib. 5. c. 101. in fine, vbi dicit ita seruari Romae, & Bononiae. Flam. Cartar. de interrog. reis, li. 4. c. 1. n. 38. Moder. Rom. q. 83. nu. 72. Ambr. de mod. form. process. li. 4. c. 5. n. 3. Et si curia timeat reum aliquod malum per se ipsum parere posse, iudex solet facere adhibere diligentiam per custodes carcerum, vt omnia ex dicto loco, in quo reus custoditur, amoueantur, ex quibus reus possit sibi mortem, vel aliud malum praeparare, vel ibi apponere aliquem birroarium, vel alium curiae fidelem, qui persistat in simul cum dicto confesso, donec sequatur ratificatio. Ambr. d. c. 5. nu. 4. Quae quidem est optima practica, & penitus seruanda, vt firmat Caualc. de Brac. reg. p. 3. n. 181. vers. admonet ne tortus.

2 Et in hac quaestione aduocatus habet regulam firmissimam, vt confessio facta in tormentis consentienti non



nó nocet, nisi fuerit per reum cōfessum ratificata, & in eadem cōfessione perseverauerit, gl.in l.2. C. quor. appell. non recipian. Ant. Gom. tit. de delict. c. 12. n. 3. & c. 13. n. 24. Iul. Clar. q. 65. n. 2. in fi. q. 64. n. 34. Guid. de Suz. in trac. de indic. & tort. n. 68. Mod. Ro. q. 83. n. 63. idē Guid. de Suz. de indic. & tort. n. 45. 64. & ibi Bolog. n. 64. Laur. Tenin. cau. 28. nu. 4. Flam. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. n. 139. de communi, & practicata opinione Franc. Person. de indic. & tortur. n. 84. Rol. conf. 17. nu. 2. libro de indubitata iuris conclusione. Bertazz. conf. 95. n. 12. conf. 117. n. 5. lib. 1. Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 181. & in pract. de testib. p. 4. sub nu. 158. Ambros. de mod. form. process. lib. 4. c. 5. n. 1. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. nu. 10. & seq. vbi concordantes allegat Villagut. in pract. crim. c. 1. concl. 2. lib. 7. vbi late.

Et fuit inductum, ut requiratur ratificatio, vel perseverantia, quia remedium torturæ est fallax, fragile, & periculosum, cum aliqui impatiētia doloris potius, velint mentiri, quam pati cruciari. Aliqui autem tanta constantia, duritie, ac patientia sustineant tormenta, ut nullo modo veritas haberi possit, ut colligitur ex l. 1. §. quæst. ff. de quæst. Clar. quæst. 64. vers. ultimo propter tormentorum seuitiam. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. nu. 129. Bertaz. conf. 29. nu. 4. conf. 162. n. 9. Franc. Person. de indic. nu. 81. Villagut. d. concl. prout ego dixi supra cap. 2.

Et debet ratificari, non solum confessio emanata per torturam, sed etiam extra torturam, metu tamen tormentorum facta Guid. de Suz. de indic. & tort. nu. 72. & ibi Bolog. nu. 73. Brun. de ind. p. 2. q. 6. nu. 22. Ang. de malef. in verb. quod fama publica, n. 111. Moder. Rom. q. 83. n. 70. Carrer. in pract. in 2. tract. de indic. §. in tex. ibi formitudine tormentorum nu. 2. & §. circa septimum, nu. 4. Grillan. de quæst. & tort. q. 4. n. 2. Foller. in verb. & si confitebuntur, nu. 81. Caualc. de Brach. reg. p. 3. n. 181. in fi. Baiar. q. 64. n. 129. & quādo dicatur facta metu tormentorum, dicam infra c. 37.

Ac etiam debet ratificari extra locum tormentorum, ad bāchum iuris, & coram testibus de iure, prout in specie Mantuæ seruatur, ut fiat coram testibus, ut dicit Caualc. de Brach. reg. p. 3. sub nu. 181. & alibi Ang. in tract. de malef. in verb. quod fama publica nu. 12 licet dicat hoc esse arbitrium iudicis. Gand. de torment. & quæst. n. 33. Caualc. vbi supra, & quod de consuetudine non fiat coram testibus, sed solū sufficiat quod sequatur extra locum, & aspectū tormentorum. Aug. ad Ang. vbi supra, n. 117. Foller. in verb. & si confitebuntur, num. 87. Iul. Clar. q. 64. vers. debet quoque Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. n. 145. & sequent. vbi etiam dicit, an talis consuetudo valeat. Sed vbi non erit talis consuetudo, erit omnino seruanda iuris communis dispositio. In curia autem seruatur, ut ratificatio recipiatur absque testibus, & quod plus est, ut fiat etiam in eadem camera, seu loco, vbi reus fuit tortus. Quod ego quidem non approbo, neque dictam ratificationem volui recipere in eadem stantia, vel camera, seu loco, vbi tormenta inferuntur, sed hoc erit tantummodo recipiendum in locis angustiis, vbi officiales resident, ut dicit Baiar. q. 64. nu. 142. & sub nu. 146. in fine etiam dicit, in statu ecclesiastico non seruari, ut recipiatur coram testibus, sed reus post factā ratificationem se subscribat, & si nesciat scribere, faciat signum crucis, prout etiam hic in curia seruatur.

3 Ac etiam inter Doct. controuertitur, quando huiusmodi ratificatio recipi debeat, & aliqui volunt per spacium 24. horarum, alij per spacium vnius noctis, alij per spacium trium dierum cum per solam diem, & noctem adhuc reus dicatur esse in dolore, & cruciati, ut est late videre per Cartar. de interrog. reis, li. 4. c. 1. n. 140. & seq. Masc. de prob. concl. 353. n. 11. & seq. concl. 335. n. 1. Moder. Rom. q. 83. n. 73. & seq.

Tamen omnes conueniunt, esse arbitrarium iudici, cum in iure minimè tempus præfixum reperiatur. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. n. 24. Guid. de Suz. de tortur. nu. 79. vbi Bolog. Clar. q. 64. vers. ceterum. Cartar. d. li. 4. c. 1. n. 141. & seq. Moder. Rom. q. 83. nu. 76. Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 187. vbi etiam subdit, quod in hoc erit attendendus stylus locorum, atque erit attendenda atrocitas delicti, & qualitas personarum, & idem prius firmavit Guid. de Suzar. de indic. num. 79. Ball. de quæst. & torm. nu. 1. c. 3. n. 3. vers. sed quantum tempus, & Caualc. d. p. 3. sub num. 18. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. nu. 11. vbi dicit, qd si interponatur diēs festus, superledeatur ad alium diem sequentem, & ibi alios cōcordantes allegat, & etiam dixit, quod stante facultate brachij Regij in delictis atrocibus erit in arbitrio iudicis, quod ratificatio fiat etiam eadem die post quatuor, vel quinque horas, quando confessus esset vir facinorosus, & solitus talia patrare, vel qñ contra eum adessent indicia vrgentia, vel qñ reus esset vir fortis, & vix tortus statim falsus fuit delictum, qd fuerit verisimile illud patrasse.

Sed, ut verum fatear in hac quæstione, arbitror esse seruandam consuetudinem, & stylum locorum, ut per Caualc. de Brach. reg. d. p. 3. n. 185. vers. sed iuxta stylum. At illa consuetudo mihi multū placet, ut non eadē die ratificatio recipiatur, sed post lapsum vnius noctis in sequenti die, licet non interueniat spacium 24. horarum, ut firmat etiam Clar. in d. q. 64. vers. & circa hanc. Et ita hic in curia seruatur. Et, si tortura fuerit grauis, arbitror etiam, ut tutius sit expectare tempus 24. horarum. Rim. iun. conf. 84. nu. 23. Masc. concl. 353. nu. 2. & nu. 13. & concl. 355. nu. 2.

4 Primo aliqui intelligunt hanc conclusionem procedere, tam in ratificatione expressa, quam in tacita, quando reus, post confessionem illam non reuocat, nec minus aliquid contra eam adducit, vel quod saltem talis confessio tacita operetur idem, quod operatur confessio spontanea emanata super processu nullo ut tradit Paris de Puteo, de syndic. in verb. tortura 1. c. 9. n. 3. quam declarationem non recipit. Caualc. de Brach. reg. p. 3. n. 183. nisi duobus concurrētibus, & primo auctoritate Brachij regij, qua proceditur liberius, quam auctoritate ordinaria, secundo, quod confessio fuerit verisimilis, & alijs adminiculis fuerit corroborata, & quod etiam iudex supremæ auctoritatis debeat habere confessionem coadiuuatam alijs indicijs, & adminiculis, ut sit tutus in conscientia.

5 Secundo limitatur in confessione spontanea, quæ nullam requirit ratificationem. Ant. Gom. c. 12. num. 3. Clar. q. 65. vers. sed quæro nunquid, vbi de communi Guid. de Suz. de indic. & tort. nu. 43. & seq. vbi reprobatis contrarijs testatur de communi. Couarr. in pract. in prin. nu. 23. & seq. vbi etiam, relatis contrarijs, testatur de communi Moder. Rom. q. 81. nu. 8. vbi alios allegat, & sub nu. 10. testatur de veriori, communi, & practicata opinione, relatis pariter contrarijs,



rijs, Mascard. de prob. concl. 353. nu. 34. vbi etiam de communi Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 2. num. 18. vbi de communi, & seruata opinione. Franc. Bern. in Schol. ad Ambros. de mod. form. process. lib. 4. c. 15. & ipsemet Ambr. d. lib. 4. c. 5. nu. 11.

Sed non est dubium, quod tutius erit etiam in confessione spontanea habere ratificationem, vt comuniter inter Doctores receptum est. Paris de Puteo, de syndic. in verb. tortura, & c. 1. n. 13. vers. & cautius est, Ang. de malef. in verb. quod fama publica num. 110. vers. sed cautus iudex. Marian. in c. qualiter, & quando el. 2. nu. 187. extra de accus. Brun. de indic. p. 2. q. 6. nu. 22. Monticel. reg. crim. 19. nu. 2. Quae opinio sine difficultate erit seruanda in confessione minoris, praesertim si ageretur de poena capitali, vt post Marsil. in pract. in §. quoniam, nu. 20. & seq. firmat Monticell. d. reg. 19. num. 3.

6 Tertio, si ante confessionem factam in tortura probaretur etiam alia extraiudicialis confessio tenet, vt non requiratur alia ratificatio. Villagut. in pract. cri. lib. 7. c. 14. concl. fi. Diaz reg. 115. n. 5. Claud. Battad. reg. crim. 54. n. 9. Corrad. de confels. crim. sub nu. 10. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 353. nu. 24. & alij adducti per Modern. Rom. in q. 83. nu. 80. & conf. 20. nu. 7. in prin. & multo fortius procederet, quando praecesserit bina extraiudicialis confessio. Cartar. in 2. tractat. de indic. §. in tex. ibi, formidine tormentorum, n. 14. & si fuerit modica tortura, & tortus non erat infirmus nec debilis. Grammat. conf. 40. n. 20. & 22. Baiard. q. 55. nu. 34. qui loquuntur, siue praecedat confessio extraiudicialis torturam, siue sequatur postea.

Quae opinio in practica nullo modo recipienda est, cum illa confessio extraiudicialis praecedens poterit esse facta per lasciuiam, vel gloriose, prout saepe contingit, vt per Boss. tit. de confess. per tort. nu. 5. & tit. de conuict. nu. 33. in fine. Blanc. de indic. nu. 10. vbi reprehendit contrarium tenentes, & primam opin. falsam dicit. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. nu. 8. vers. & in tantum est verum, & quod prima opinio nullo iure nitatur, & quod in practica recipienda non sit, testatur Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. nu. 153. Baiard. q. 64. nu. 136. in fi. & nu. 137. vers. nam prima extraiudicialis. Doct. adducti per Farin. conf. 20. n. 7. vers. nihilominus, & add. ad eundem in conf. 19. in lit. D. tuentur hanc opinionem, & ad contraria respondent, & latissime Per. Caball. casu 81. nu. 6. & seq. vbi testatur, quod ita millies practicauit, & quod ipse nunquam ab hac obseruantia discederet.

Quod magis procedit, quando ageretur de praedicio tertij, vt afficere debeat tertium, quia tunc omnino requiritur ratificatio, non obstante, quod processerit confessio extraiudicialis, vt declarat Farin. d. conf. 20. num. 7. vers. nam in primis, sed solum contraria opinio posset iudici suffragari ad excusandum illum in syndicato, si condemnauerit reum confessum per torturam, absque ratificatione, quando praecesserat confessio extraiudicialis, vt per Boss. de confels. per tort. n. 2. & 4. Et quod requiratur ratificatio, quando quis torquetur tanquam socius criminis in caput alterius, contra socios ab eo nominatos, vt possit socios afficere. Ball. de indic. q. 26. num. 57. in fine. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 2. num. 13. & seq. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. nu. 44. & seq. Scacc. de indic. lib. 1. c. 81. nu. 9. & hoc ibi dicit procedere, tam

quando agitur de indicio ad torturam contra nominatum, quam quando agitur de indicio ad transmittendam inquisitionem; secus quoad indicium generaliter inquirendi.

7 Quarto, quod esset aliquo indicio, vel adminiculo dicta confessio emanata in tortura coadiuuata, vel adminiculata, & tunc etiam aliqui tenent, quod non requiratur ratificatio, quos refert Mascard. de prob. concl. 353. nu. 27. concl. fi. 350. nu. 4. lib. 1. & Modern. Rom. in quaest. 83. nu. 78. Baiard. q. 64. nu. 137. & omnes concurrunt esse opinionem Bald. in l. 1. num. 18. & seq. C. de confess. Contrariam autem opinionem in practica seruari testatur gl. in l. 2. in verb. aliquid, in fi. C. quorum appellat. non recipiant, Salyc. in l. fi. nu. 2. C. de probat. vbi reprobat Bal. Boss. tit. de confel. per tort. num. 3. & 5. & eandem opinionem tuetur Iulius Clar. q. 64. vers. caeterum si reus, vbi de communi, & Modern. Rom. q. 83. n. 7. 9. vbi in fine dicit, ita esse in practica seruandam, & verè non video, quomodo contraria opinio sustineri possit, cum semper confessio extorta per torturam, vt valeat, praesupponatur, quod emanauerit, praecedentibus legitimis non solum adminiculis, sed indicijs, & sic semper, si vera esset illorum opinio, destrueretur ista conclusio ab omnibus recepta, vt requiratur perseuerantia, & ratificatio, prout etiam ad hoc animaduertit Boss. vbi supra, & Baiard. in d. q. 64. n. 137. etiam quod negari non potest, quod semper penes iudicem remaneat aliquid dubij, si confessio facta in tortura praecedentibus indicij, valeat; ideo tu iudex caueas, ne aliter facias. Eoque magis erit vera, tam supradicta tertia, quam quarta limitatio, quando ageretur de infligenda poena ordinaria delicti; secus forsitan, si ageretur de poena extraordinaria, vt sufficiat dicta confessio corroborata per alia indicia, vel per confessionem extraiudicalem, vt firmat Baiard. in d. q. 64. nu. 137. in fine, per ea quae tradit Iul. Clar. q. 20. vers. scias tamen, cum ibi ad lit. Quae opinio Baiard. nullo modo erit admittenda, quando ageretur de poena extraordinaria, vel leui corporali, vel quando praecesserint indicia indubitata. Marsil. in l. repeti, n. 30. ff. de quaest. Carcer. in 2. tract. §. circa septimum, nu. 2. in fine.

8 Quinto limitatio, quando reus fuit repertus in flagranti, quia si fuerit tortus, & passus fuerit delictum, non requiritur alia ratificatio. Gram. decif. 36. nu. 60. Baiard. q. 64. num. 139.

9 Sexto limita in teste torto in caput alterius, vt non exigatur ratificatio de qua limitatione dixi in defensione circa torturam testium.

10 Septimo limita in reo, qui fuerit homo robustus, & fuerit leuiter tortus; quia tunc dicitur, quod potius sponte, quam per torturam passus fuerit, & ideo non requiratur alia perseuerantia, vel ratificatio, Paris de Puteo, de syndic. in verb. tortura, c. 9. n. 1. in fi. Carcer. in pract. in 1. tract. de appellatio. §. tertius casus, num. 18. Foller. in verb. & si confitebuntur, num. 62. Gram. decif. 34. nu. 35. & seq. vot. 6. nu. 8. Masc. concl. 353. nu. 22. & seq. de probat. vol. 1. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. nu. 54. vbi tamen subdit, quod tutius erit etiam isto casu, vt ratificatio desumatur, & quod in leui tortura requiratur etiam ratificatio. Claud. Berzazz. ad conf. Patris 71. lit. I, lib. 1. & ita in curia seruatur, prout etiam testatur Farin. q. 83. num. 83. & quod etiam in leui tortura, & quando reus esset robustus, & sagax tutus.



tutius sit habere ratificationem, & quod aliter face-  
re sit res periculosa, testatur Baiar. q. 64. num. 129. &  
num. 133. & seq.

- 11 Pro complemento autem sciat iudex, quod non suf-  
ficiat, confessionem factam fuisse in tormentis, & de-  
inde fuisse formiter ratificatam, sed requiratur etiam,  
quod confessio fuerit probabilis, possibilis, & verifi-  
cabilis, & ob id relinquitur arbitrio iudicis, quantum sit  
credendum confessioni factæ in tormentis, latè Mar-  
fil. in l. quæstionis modum, nu. 17. ff. de quæst. Menoc.  
de arbitr. casu 269. lib. 2. Baiar. q. 64. nu. 142. vt dicam  
latè infra in defensione circa confessionem.

Ratificatio quomodo facienda sit, & de eius  
forma.

S Y M M A R I V M.

- 1 Ratificatio socij criminis est facienda ad faciem nominati,  
si ille præsens fuerit.
- 2 Ratificatio requirit iuramentum, & vt reus referat sal-  
tem in substantia suam primam confessionem, & monea-  
tur, si velit aliquid addere, & in totum, vel in partem  
minuere, et ponitur hic forma ratificationis per Authorem.
- 3 Notarius in actu ratificationis non requiritur vt scribat  
reum spontè fuisse, et si ita scribat, an puniri possit.
- 4 Reus, si in actu ratificationis reuocet confessionem, erit  
denuò torquendus.

C A P. XXXVI.

1 Si agatur de ratificatione facienda per socium cri-  
minis contra alium socium ab eo nominatum, &  
talis ratificatio est defumenda in faciem eiusdem rei  
nominati, si præsens sit. Vulpell. respons. 30. nu. 7. re-  
spons. 83. n. 8. & alij quos allegat Moder. Rom. q. 43.  
nu. 140. & sequitur Scac. de indic. lib. 1. c. 86. num. 67.  
vers. & cum in tortura.

- 2 Et in ipsa ratificatione reus debet iterum iurare,  
latè post alios, quos allegat Maur. Burg. de mod. pro-  
ced. ex abrupt. q. 100. numer. 11. & postea interrogatur  
per iudicem, si ea, quæ factus fuerat sint vera, & illa  
saltem in substantia referat, quæ dixerat pro verita-  
te, & habita eius responsione iudex mandat eidem reo  
dictam suam confessionem de verbo ad verbum cla-  
ra, & alta voce, & intelligibili per notarium legi, &  
deinde opportunis interrogatorijs dicat, nūquid ea,  
quæ in dicta eius depositione ipse factus fuerit, illaque  
velit modo approbare, & ratificare, & an aliquid in-  
tendat addere, minuere, vel reuocare, & si reus repe-  
tendo contenta in dicta depositione, dixerit, illa con-  
firmare, nihilque se velle prædictis addere, vel detra-  
here, iam perfecta erit ratificatio dictæ confessionis.  
Et formam ratificationis ponunt Poller. in verbo si  
confitebuntur, num. 81. Baiar. q. 64. n. 23. 1. remissiuè.  
Vital. in tract. malefic. tit. de perseuer. post tort. nu. 2.  
Villagut. in pract. crim. lib. 7. c. 6. concl. 1. in fi. Per. Pel-  
la de tort. q. 14. nu. 9. vbi subdit, quod talis ratificatio  
debet scribi in actis, alias iudici non crederetur. Vil-  
lagut. in d. concl. 1. in fi. Marfil. §. quoniam, nu. 1. cir-  
ca finem in pract. crim. latius Cartar. de interrog. reis,  
li. 4. c. 1. n. 145. & seq. Cum in pract. rit. 58. col. 2. Am-  
brof. de mod. formand. process. lib. 4. c. 5. nu. 9. Maur.  
Burg. d. q. 100. n. 12. Et mihi non displicet illud, quod

dicat Ambros. d. c. 5. nu. 7. quod non erit inconueniens  
semel, vel pluries reū etiam monere, vt bene aduer-  
tat quoniam agitur de eius vita, honore, rebus bonis,  
& fortunis, ideò solummodo dicat veritatem, & ca-  
ueat a mendacijs, quod ego aliquando obseruavi, quā-  
do videbam reum esse timidum, & non esse multum  
grauatum indicijs, licet procurator fiscalis egrefferet  
similes monitiones, & solet fieri ratificatio etiā te-  
stibus præsentibus in aliquibus locis, vt Mantuæ, &  
alibi, Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 181. vbi tamē sub-  
dit hoc esse iudici arbitrarium, sed hic in Curia non  
adhibentur testes, sed solum fit coram iudice, & no-  
tario. Villagut. in pract. crim. lib. 6. c. 6. concl. 1.

- 3 Nec est necesse, quod Notarius in actu ratifica-  
tionis dicat neque exprimat, quod confessio fuit fa-  
cta spontè, vel coactè, sed sufficit dicere, quod ita  
constitutus coram iudice, &c. ratificauit confessionem  
alias factam in tortura, vt per Doct. in l. Celsus, ff. de  
acquir. hæred. refert Morder. Rom. q. 83. nu. 69. & ita  
seruatur hic in Curia, & notarius, qui ita scribit, quod  
reus spontè confessus fuit, ponit se in periculo penæ  
falsitatis, si ipse non fuerit certus, ac ignorabat indici-  
a, quæ erant, & præcedebant contra reum, vt est vi-  
dere per Doct. adductos per Farin. in d. q. 83. n. 69. &  
ideo ad hoc animaduertant notarij, & iudices, vt ef-  
fugiant persecutiones, & molestationes, quæ præpa-  
rantur semper per maleuolos, & caniliofos causi-  
dicos, ac per odiosos Aduocatos in syndicato con-  
tra officiales.

- 4 Si autem recuset confessionem ratificare, imò co-  
netur illam reuocare, erit contra eum repetenda tor-  
tura, etiam si alia indicia non superuenerint cum ex  
ista reuocatione nouum indicium dicatur superuen-  
tum. Sed tamen non erit torquendus reus, donec fa-  
teatur delictum, sed tantum vsque ad tertiam vicem,  
computata prima tortura, vt dixi supra in repetitio-  
ne torturæ, si verò ratificauerit, erit ei terminus præ-  
figendus, ad se defendendum, de quo dicam inferius  
in Defens. 31.

Confessio metu tormentorum, quando dicatur  
facta.

S Y M M A R I V M.

- 1 Confessio dicitur extorta metu tormentum ex solis minis  
de reo torquendo. Contrarium tenent alij. Author autem  
contrarias opiniones conciliat.
- 2 Confessio extorta a reo, qui fuit ductus ad locum tormen-  
torum ibi spoliatus cum minis de torquendo, diceretur  
facta metu tormentorum, etiam si in altum non fuerit  
euectus. Author enim ponit in arbitrio iudicis hoc casu  
iudicare an sit extorta metu tormentorum, inspecta qua-  
litate persone.
- 3 Torquendi aliquando audaces se ostendunt, vt nihil ti-  
meant de tortura eis inferenda, & tamen ipsi; iudicio  
Dei statim fini applicati delicta fatentur.
- 4 Reus dicens, non voglio più corda, scenderetemi, dirò  
quel, che volete, & alia similia proferens dicitur fateri  
metu tormentorum.
- 5 Confessio facta sine legitimis indicijs, an dicatur facta me-  
tu tormentorum.
- 6 Confessio facta in carceribus, præcedentibus indicijs,  
spontaneè dicitur facta, si vero sine indicijs, tunc re-  
curratur ad qualitatem indicijs, si fuerit mala fama,  
solutus



*solitus metum inferre, & tunc dicatur extorta metu tormentorum, ac si reus fuerit detentus in carcere atroci, & arcto, & ac patiatur frigus, et si detineretur in cipsis, catenis, vel manicis ferreis.*

- 7 Confessio extorta contra formam statuti dicitur metu tormentorum facta.
- 8 Confessio facta legitimis non precedentibus indicijs, non conuallidatur per deinde subsequutam ratificationem.
- 9 Confessio metu tormentorum dicitur facta, quando illam reus ratificare noluit.
- 10 Reus non audiretur, si allegaret, iudicem inducere aduersu siustum timorem.

C A P. XXVII.

**C**onfessio metu tormētorum dicitur facta, extorta ex solis minis factis a iudice carcerato, de illo torquendo, secundum quorundam opinionem, & præcipuè Bal. in l. 1. nu. 24. C. de confes. Mar. Soc. in c. qualiter, & quando, n. 1017. in fi. extra de accus. vbi propterea subdit isto casu esse necessariam ratificationem. Gab. Soarez. ad Matth. singul. 35. Masc. de prob. concl. 353. n. 14. & 33. lib. 1. Franc. Person. de indic. & tort. n. 73. de communi Moder. Rom. q. 83. nu. 45. vbi alios allegat, & alij adducti per adden. ad eundem Moder. Rom. in conf. 16. in littera N, versiculo contrarium tamen. Contrariam opinionem tenent alij, & præcipuè Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. num. 4. Iul. Clar. q. 64. vers. nunc de gradibus, vbi dicit, ita feruari Mediolani, quicquid de iure aliter dici possit. Guid. de Suz. de indic. & tort. nu. 76. & alij adducti per Moder. Rom. in d. q. 83. n. 46. & post add. ad eundem in d. conf. 16. in lit. N, Cartar. de interrog. reis. lib. 4. cap. 1. num. 61.

Quæ contrariæ opiniones ad concordiam reducuntur, vt si indicia præcesserint ad ita reum terrendum, tunc sine difficultate confessio teneat, non modo in solis minis, sed etiam, quando fuisset formiter tortus, Indicijs autem non præcedentibus saltem talibus, vt non potuerit deueniri ad talem terrorem, tunc Mod. Rom. in d. q. 83. nu. 47. credit, confessionem esse extortam indebitè, metu tormentorum, vt deinde confessio sibi non noceat, & præcipuè in persona timida, debili, & non sagaci, vt in muliere, & tunc per solas minas de torquendo, dicat confessio extorta metu tormentorum. Bologn. in add. ad Guid. de Suz. de indic. nu. 77. Iodoch. in pract. c. 54. nu. 25. Casson. de torment. c. 19. nu. 4. Caualc. de Brach. reg. p. 3. n. 193. & num. 199. dicit, quod pusillanimitas solæ minæ terrorem incutiunt in animo. Eoque magis, si minæ de torquendo non fuerint simplices, & ordinariæ, sed terribiles, atroces, vehementes, & geminatæ, & si essemus cū iudice rigoroso, terribili, & solito suas minas exequi. Bero in c. & si clerici, nu. 51. vers. quinto quādo, extra de iudic. Bologn. vbi supra nu. 77. & sequitur Farin. d. q. 83. num. 47. & seq. & post Mill. in pract. fol. mihi 135. nu. 2. in fi. refert notabile dictum, vt si vltra minas iudex fecit etiam decretum de torquendo, confessio deinde secuta dicatur facta metu tormentorū; Eoque etiam magis procedere, si iudex iurasset, vna cum minis, velle eum torquere, ob vim iuramenti timor diceretur, quod verisimiliter reus erat crediturus, iudicem iuramentum esse seruaturum, vt firmat Caualc. dicta part. 3. num. 197. alias ipse dicit, quod

ex solis minis non admitteret, confessionem esse metu tormentorum extortam.

2 Ac etiam si reus fuerit ductus ad locum tormētorum, & ibi spoliatus, cum minis de torquendo, diceretur extorta confessio metu tormentorum. Marian. in d. c. qualiter, & quando, num. 1017. & Guid. de Suz. de indic. nu. 72. Casson. de torment. c. 19. n. 1. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. 4. Moder. Rom. q. 83. n. 55. Gram. vot. 6. nu. 14. Masc. de prob. concl. 353. n. 16. vol. 1. Burf. conf. 201. n. 14. vol. 2. Bertaz. conf. 341. nu. 39. Franc. Person. de indic. nu. 73. vbi de communi Simon. de Pret. conf. 191. n. 9. vers. volunt confessionem, Iaf. conf. 188. n. 2. in fine, vol. 2. Baiar. q. 64. n. 96. & ibi Iul. Clar. nu. 30. vers. pariter, qui dicit, quod conductio rei ad finē dicitur terror, & Grillan. in tract. de quæst. & tort. q. 4. nu. 1. & seq. generaliter loquitur de confessione facta in præparatorijs ad torturam, prout est, quādo reus spoliatur, ligatur, & in ordinem ponitur, licet non fuerit in sublime euectus, Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 183. Et Gram. conf. 15. nu. 7. & 9. dicit, quod sola ductio ad torturam, & ligatio inducit metum, & nullitatem, & inualiditatem confessionis. Baiar. d. q. 64. nu. 96. etiam si minæ de torquendo non interuenerint, cum plus sit factu, quam verbis minari, & metum inferre. Mod. Rom. d. q. 83. nu. 56. Ac etiam procedit in illo, qui fuit solum spoliatus, licet non fuerit ligatus, aut minis perterritus. Ang. de malefic. in verbo, quod fama publica, nu. 110. Gram. d. conf. 15. n. 8. Ant. Gomez. d. c. 13. n. 4. Burf. d. conf. 201. n. 14. Bertaz. conf. 341. n. 39. lib. 2. Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebuntur, nu. 113. Boss. tit. de tort. n. 22. & multo fortius si fuerit eleuatus in eculeo, quamuis fuisset leuiter tortus; quia consideratur metus asperioris torture, Farin. conf. 16. n. 19. Burf. d. conf. 201. nu. 15. vers. verum etiam, loquens in eo, qui fuit tantum eleuatus in tortura. Caualc. d. par. 3. nu. 197. Imò procedit in eo, qui putabat possit torqueri, si fuerit persona debilis, & non sagax, vt in minore, prout consuluit Farin. conf. 66. nu. 14.

Sed ego puto, quod resideat in arbitrio iudicis iudicare, an fuerit confessio extorta metu tormentorū, vel ne, per solam spoliationem, conductionem ad locum torture, & ligaturam, ac per funi applicationem, inspecta qualitate personæ torquendæ: & si fuerit timida, debilis, vel pusillanimitas, tunc non solum actus supradicti, sed etiam solæ minæ in animo terrorem incutiant; & è contra in delinquentibus ferocibus, vt in asassinis, sceleratis, impostoribus, latronibus famosis, bannitis, vel farinellis pessimis, quælibet indignantis concussio, & territio, vbi corpori dolor non incutitur, non dicatur tortura. Masc. de prob. concl. 353. num. 22. vbi firmat, non requiri ratificationem in istis famosis latronibus; & ob id est sumenda omnis sinistra suspicio, & mala, vt non facti fuerint delictū metu tormentorum. Olasch. dec. 88. nu. 22. Masc. in pract. §. diligenter, n. 99. Caualc. conf. 63. nu. 2. Menoch. de præsumpt. li. 5. præsumpt. 5. latè Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 195. 199. & 200. vbi tamen subdit, quod ipse sæper arbitratus fuerit esse in arbitrio iudicis, an confessio dicatur spontanea, an metu tormentorū facta; & ob id Boss. tit. de confes. per tort. nu. 33. dicit, quod in hoc non potest dari certa doctrina. Foller. in ver. & si confitebuntur, nu. 112. & metus coniecturis probatur Moder. Ro. q. 83. n. 61. vbi subdit; & ob id magis



gis creditur testibus deponentibus, de confessione extorta per metum, quam per spontaneam voluntatē, Menoch. de arb. casu 268. nu. 7. casu 269. nu. 2. & seq. dicit, confessionem esse debere probabilem, possibilem, & verisimilem. Cauale. de Brach. reg. d. p. 3. n. 200. & seq. vbi ponit differentiam inter confessionem spontaneam, & voluntariam, licet regula sit, quod in dubio confessio censeatur facta metu tormentorum. Rolan. conf. 17. nu. 22. lib. 3. & post alios, quos allegat Laderch. Imolen. conf. 184. nu. 4.

3 Sed caueat etiam iudex, quod aliquando sunt quidam rei tam audaces, qui videntur parum de minis & ligatura curare, sed coram iudice intrepidē negāt, & in negatiua persistunt, quasi nihil aestimantes minas iudicis, & extra locum torturæ se offerunt ad subeundam torturam, qui, si ad locum torturæ ducantur, iudicio Dei, confitentur absque alia eleuatione, & in istis Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 198. dicit, attenta qualitate delicti, & rei, ac notitia præcedentium iudiciorum, confessionem esse spontaneam, ac idem esse in illis solitis sublinere tormenta, qui iterum delinquentes capti ob delicta peiora prioribus parum de minis, & territione curant, & nihilominus ducti ad locum torturæ confitentur, vt possit reputari eorū confessio spontanea. Idemque erit dicendum in illo, qui fuit solum ductus ad locum tormentorū, quod si præcesserint minæ de torquendo, confessio dicatur facta metu tormentorum, si vero non præcesserint, sit in arbitrio iudicis considerare qualitatem personæ, an fuerit debilis, timida, vel pusillanimis, vt censeatur extorta metu tormentorum, si fuerit sagax, & talis, qui verisimiliter non ita de facili ex quolibet terrore ad confitendum inducatur, censeatur confessio spontanea. Casson. de tormen. c. 19. nu. 4. Carrer. in pract. in 2. tract. de indic. & tort. §. in tex. ibi, formidine tormentorum, nu. 4. in fine. Foller. in verb. & si confitebuntur. nu. 62. Iodoch. in pract. crim. c. 54. nu. 25. Farin. q. 83. nu. 53. & seq. postquam retulit Doctores tenentes pro vtraque parte opinionem.

4 Bene verum est, quod si reus dixerit, *non voglio più corda, scendet emi*, dicatur confessio extorta metu tormentorum. Decian. respons. 30. n. 35. vol. 3. Laderch. Imol. conf. 184. nu. 4. vers. & in terminis. Idem, quando dixit, *che non può portare tormento, o però dice hauere fatto il tale delitto*, vt in casu Laderch. in d. conf. 184. nu. 4. vbi subdit procedere, etiamsi in ratificatione dixerit non factum fuisse delictum metu torturæ. Idemque est, quando tortus dicit, *vedete quello, che volete, ch'io dica, non lo so, ma me lo fa dire il tormento*, vt in casu Hond. conf. 93. nu. 24. vol. 2.

5 Et si quis fateatur delictum sine iudicijs præcedentibus, cōtrouertitur inter Doctores an dicatur confessio sponte facta, vel metu tormentorum, vt est videre penes. Farin. d. q. 83. n. 33. & seq. vbi refert Doctores tenentes vtramque opinionem, sed ipse sub nu. 36. firmat veriorē opinionem esse, vt non dicatur facta metu tormentorum, & se refert ad ea, quæ dixit in eadem quæstione, num. 29. vbi firmat, quod si iudex esset malæ qualitatis, & solitus reos torquere sine iudicijs; ex hoc actu iniusto & ex natura solita iudicis, erit præsumendum confessionem fuisse extortam per torturam, Quæ declaratio in proposito non bene adaptatur, cum illa procedat, quando dubitatur, an fuerit reo illata tortura, & tunc præsumatur illa, ex

illa conditione mala iudicis, sed casus noster est, si ex eo, quod reus examinatur sine iudicijs, confessio dicatur spontanea, vel coacta, & an confessio facta sine iudicijs teneat, & conualidet processum, vt ex ea sequi possit condemnatio: & arbitror, quod illa sit vera opinio, vt non sufficiat quoad penam ordinariā, vt latè per Hond. conf. 102. n. 19. & seq. vol. 1. quia solet equiparari confessio facta sine legitimis iudicijs confessioni factæ metu tormentorum, vt per Cauale. post alios, quos allegat de Brach. reg. part. 3. nu. 193. in fi. & nu. 194.

6 Si verò fuerit detentus in carceribus præcedentibus iudicijs, absurdum est dicere, quod confessio deinde secuta ex solo carcere, dicatur facta metu tormentorum, vt in terminis firmat Franc. Becc. conf. 70. num. 19. à cuius opinione nemo discrepat; alias difficillimè daretur vnquam confessio spontanea in causis criminalibus, pro quibus poena corporalis imponitur, cum tam de iure, quam vigore Bullarum Summorum Pontificum, & Statutorum in multis Prouincijs non audiantur rei extra carceres, vt dixi supra suo loco. Si verò emanauerit sine iudicijs in carcere, & tunc etiam secundum aliquos recurritur ad qualitatem iudicis, qui si fuerit malæ fame, & qualitatis, & solitus metum, & violentiam inferre, dicatur extorta metu tormentorum, vt per Bartolin. l. de pupillo, §. si quis, num. 14. & seq. ff. de nou. oper. nunci. Boss. tit. de confes. nu. 74. & seq. Hond. conf. 108. num. 30. volum. 1. Modern. Rom. d. quæst. 83. num. 37. & sequen. & latè Adden. ad eundem in conf. 16. in lit. G. vbi infinitos alios adducunt, & testantur de veriori, & præcicata opinione.

Vel si reus detineretur in carcere atroci, subterraneo, vbi valde cruciaretur in corpore, & si carcer cōtineat timorem mortis, vel corporis cruciatum, confessio non valēt, nisi fuerit ratificata. Abb. in cap. fin. nu. 11. de confes. Miles. in pract. fol. 107. num. 10. vbi loquitur in carcere arcto, & stricto: & idem erit in carcerato detento, vt frigus, & famem patiatur. Gäd. de quæst. & torment. num. 31. loquitur in iudice detinente carceratum spoliatum omnibus pannis ad aerem in hyeme. Guid. de Suz. in tract. de indic. nu. 74. Ball. de quæst. c. 3. num. 2. & idem est in eo, qui detinetur in carcere, cui alimenta denegantur. Guid. de Suz. vbi supra, nu. 74. & Bologn. in add. nu. 75. Marf. in l. 1. in prin. n. 60. in fi. ff. de quæst. cum alijs adductis Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 193. in fine.

Et multo magis procederet, si detineretur in carcere, in cipis, catenis, & manicis ferreis. Bero. in c. at si clerici nu. 51. de indic. Foller. in pract. crimin. in verb. & si confitebuntur num. 62. & num. 113. Marf. conf. 48. n. 25. Carrer. in pract. in 2. tract. de indic. §. in tex. ibi, formidine tormentorum num. 6. Si vero in loco ita solitum esset carceratos detineri, Moder. Roman. d. q. 83. nu. 44. in fine, credit in practica minimè recipi potuisse, vt dicatur facta confessio metu tormentorum. Ego autem addo, si qualitas delicti ita suaderet, alias arbitror, quod excessus iudicis iustum timorem induceret per detentionem rei, ita in catenis, cipis, & manicis ferreis, vt confessio inde secuta dicatur facta metu tormentorum, & illum non afficiat.

7 Si verò fuerit extorta confessio cōtra formam traditā à statuto, diceretur etiā extorta metu tormentorum,



8 Ac etiam, si quis fateretur delictum non precedentibus legitimis indicijs, ratificatio deinde subsequuta, non suppleret defectum confessionis, durante metu iterum torquendi, Bursatt. consil. 201. n. 19. vers. eteniam & n. 20. vol. 2. Marfil. conf. 29. n. 47. & seq. decis. Auenion. 20. n. 12. in fine. Si vero emanauerit, precedentibus indicijs, non est curandum de metu, Modern. Rom. q. 83. n. 64. vbi dicit, quod ista est veritas, & in conf. 16. nu. 20. Idemque erit, quando reus fuerit detentus sub fortijs eiuudem iudicis, Gram. consil. 73. nu. 7. consil. 40. num. 14. Marf. in §. expedito nu. 16. Bursatt. d. consil. 201. n. 19. in fin. vol. 2. Honded. conf. 93. num. 27. vol. 2.

9 Ac etiam dicitur, & praesumitur confessio extorta metu tormentorum, quando noluit illam ratificare, vt exinde non possit ex illa reus condemnari, sed tantum torqueri, Boer. decis. 163. nu. 8. Viui. in verb. confessio, Mascard. de probat. conclus. 353. n. 19. & seqq. vol. 1. vbi de communi, Boff. tit. de confess. n. 76. & tit. de confess. per tortur. n. 72. Laderch. Imol. conf. 184. n. 4. vbi refert, quod Petr. de Put. dum tractabat causam cuiusdam rei, qui dum tortus erat fatebatur, dum vero depositus negabat, metumque tormentorum ostendebat, iusserit illum liberari, eoq; magis, si inter confessionem, & ratificationem non interuenerit vna dies, intra quam reus deliberare potuisset, & spiritus a tormentis fractos aliquantulum restaurare, Laderch. d. consil. 184. n. 4. in fin. & nu. 5. Farin. q. 83. num. 58.

Sed non audiretur reus, si diceret iudicem inducere aduersus eum instrumentum, quia vt minister iustitiae, excludit metum, Gram. decis. 40. n. 25. vbi late.

Tortura iniuste illata an conualidetur per indicia deinde superuenientia.

S Y M M A R I U M.

- 1 Confessio extorta sine legitimis indicijs non conualidatur, si deinde superueniant legitima indicia, etiamsi tortura fuerit leuis, et reus fuerit robustus.
- 2 Confessio spontanea facta sine indicijs non conualidatur per legitima indicia superuenientia.
- 3 Confessio facta in tormentis, sine indicijs, non conualidatur, etiamsi postea detegatur, quod reus extrajudicialiter confessus fuerit delictum.
- 4 Confessio extorta sine indicijs, nec etiam conualidatur per ratificationem subsequentam, cum a principio requirantur indicia de substantia confessionis.

C A P. XXXVIII.

1 **I**n hac quaestione Aduocatus intrepide instet, vt confessio indebite extorta, & sine indicijs non conualidetur, si deinde legitima indicia superueniant, Gram. vot. 6. num. 11. Marfil. in l. penul. nu. 28. & seq. ff. de quaest. & in §. 2. quaest. num. 2. in pract. Iul. Clar. q. 55. num. 13. Bertazzol. conf. 8. num. 50. Gram. conf. 21. num. 20. Bursatt. conf. 201. num. 41. vol. 2. vbi alios allegat testantes de communi, Rim. iun. conf. 817. nu. 37. volum. 2. Mascard. de probat. conclus. 353. n. 3. las. conf. 188. n. 2. volum. 2. Baiard. q. 64. num. 30. Farinac. conf. 19. nu. 2. vers. & quod amplius est, & ibi Adden. in lit. D, qui alios allegant, vbi de recepta opinione, decis. Auenion. 138. num. 2. Franc. Personal. de indic.

num. 68. & seq. vbi de communi, Bertazzol. consil. 8. num. 50. & conf. 39. nu. 9. & conf. 162. nu. 6. Honded. conf. 108. nu. 35. vbi de communi, vol. 1. Card. Tusch. in lit. T, concl. 329. num. 43. vbi de communi, & alios allegat, & sub num. 31. post Gram. vot. 6. nu. 8. & seq. dicit id procedere, etiamsi tortura fuerit leuis, si ipse tortus non fuerit robustus, vt non noceat neque sibi, neque alteri, & decis. 34. n. 54. & per totum etiam dicit, quod ille Hispanus fuit liberatus, quamuis esset robustus Modern. Rom. quaest. 83. nu. 4. vbi de communi Hond. consil. 108. n. 55. li. 1. vbi etiam de communi.

2 Quod Doctores admittunt esse verum etiam in confessione spontanea facta sine indicijs, Brun. conf. 61. nu. 15. p. 1. post alios, quos allegat, licet Hier. Giach. in add. ad Iul. Clar. q. 64. in lit. Y, contrarium dicat, vbi subdit maximè procedere, si fuerit non tacite, sed expresse ratificata. Et quidem caueat reus, ne fateatur delictum, quia si deinde vellet se tueri, talem confessionem fecisse, sine precedentibus legitimis indicijs, parum sibi prodesset, saltem quoad poenam extraordinariam, Hond. consil. 102. numero 29. & seqq. volum. 1.

3 Et licet aliqui voluerint, quod confessio in tortura facta, sine indicijs, conualidetur per confessionem extrajudicalem eiuudem rei superuenientem factam ante torturam, vt per Marf. in l. quaest. n. 66. ff. de quaest. & in l. eos, n. 20. ff. de fals. Monticell. in pra. crim. reg. 18. num. 16. & num. 21. nec dissentire videtur Baiard. q. 64. nu. 30. Tamen veritas est in contrarium, vt etiam si detegatur dicta confessio extrajudicialis non conualidet confessionem extortam per torturam sine indicijs, prout non conualidatur, si alia quacunque indicia superuenirent, cum in vtroque casu militent iura, rationes, & auctoritates Doctorum supra allegatorum, qui in distincte, & generaliter tenent, & loquuntur in quibuscumque indicijs superuenientibus; Ideo est etiam idem firmandum in indicio resultantibus ex confessione extrajudiciali, si superueniat, vt in terminis declarat Add. ad Farinac. consil. 19. in lit. D, vers. sed certe, quam declarationem omnino sequor, & veram reputo, prout etiam sequitur idem Modern. Roman. quaest. 83. num. 5.

4 Nec etiam conualidatur per ratificationem subsequentam, Alex. consil. 5. in princ. l. 1. vbi add. in verb. damnari vbi alios allegat, Add. ad Mathel. singul. 55. in princ. & num. 13. vbi plus subdit, esse verum, etiamsi fateretur occidisse illum tribus vulneribus, ac potuisse in aliquo loco, & ibi reperiretur cum dictis vulneribus, Cardin. Tusch. in lit. T, conclus. 329. numero 30. & num. 31. & seq. sed ibi, subdit, quod debeat absolui ab obseruatione indicij, & iterum inquiri. Et licet Felyn. in cap. cum dilectus, num. 2. de accusat. dicat hanc esse materiam boecardicam, tamen eius resolutio est facilis, cum ab initio requiratur, vt praecedant legitima indicia de essentia, & substantia iudicij, & torturae, & ob id non potest talis tortura, vel confessio extorta indebite conualidari per indicia, & probationes superuenientes, Marf. in l. quaest. n. 52. ff. de quaest. & in §. 2. in pract. vbi allegat doctores pro vtraque parte, & tandem concludit esse absoluendum ab obseruatione indicij, & fieri nouum processum, & deinde condemnandum Card. Tusch. d. conclus. 329. num. 36. Bertazzol. consil. 61. lib. 1. Bursatt. consilio 166. num. 32. & consilio 201. num. 41. Becc. consilio



67. nu. 14. Franc. Person. de indic. & tort. n. 14. Hond. conf. 100. n. 5. lib. 1. loquitur in vitio nefando, Carrer. de hæret. n. 17. in crimine hæresis. Carrer. de indic. §. circa quartum n. 7. in crimine assassinii, & in omnibus criminibus atrocibus, Mascard. de prob. cōclus. 1385. nu. 14. Peguer. in conf. decisio n. 98. & seq. vbi reddit rationem, vol. 2. de quo dicam in seq. cap.

**Si confessio fuerit extorta sine iudicijs, quid sit agendum cum ipso reo.**

S M M A R I V M.

- 1 Confessio extorta sine iudicijs operatur, vt coram eodem iudice amplius processus non agitur, sed subrogetur alter iudex.
- 2 Iudex subrogatus in locum primi iudicis, qui extorsit confessionem sine iudicijs, debet monere reum confessum, vt modo dicat libere veritatem, & si fateatur, eum punire pœna ordinaria delicti.
- 3 Reus, qui sine iudicijs fassus fuit delictum in tortura etiam coram alio iudice, non potest amplius interrogari de delicto.
- 4 Reus confessus sine iudicijs in tortura nec etiam ab alio iudice potest iterum molestari ex nouis iudicijs, & probationibus, sed est relaxandus: & potest postquam relaxatus fuit redire ad iudicem, & fateri delictum, & erit puniendus pœna ordinaria, & postquam fuerit relaxatus, potest iudex nouas assumere informationes, & contra illum aduenire ad capturam, & condemnationem.

C A P. XXXIX.

**A**liqui volunt, quod data nullitate confessionis, quia fuerit extorta sine iudicijs, subrogetur alter iudex in locum primi iudicis, qui confessionem extorsit, & deinde moneatur reus confessus, vt modo dicat libere veritatem super ipso delicto, cū non sit amplius coram illo iudice, qui confessionem ab eo extorsit, & si denuo sponte fateatur dictum delictum, puniatur pœna ordinaria, vt post Mathel. sing. 56. tradit Aug. ad Ang. de malefic. in verb. Quod fama publica num. 36. vers. limita tamen, Gramm. conf. 40. n. 22. in fin. & nu. 23. & n. 25. Monticell. in reg. crim. 18. n. 22. late Marf. in pract. §. occurrit num. 1. & seqq. vbi concludit altero de duobus cōcurrentibus, vel quod reus sit persona sagax, & non rudis: vel quod iudex ei dixerit, quod non timeat de tortura iam eidem illata, sed libere fateatur veritatem: secus si hoc non dixerit, & reus fuerit homo rudis, & imbecillis. Io. Ant. de Nigr. super cap. Reg. cap. 146. n. 27.

Alij autem tenent, vt dictus confessus per indebitam torturam amplius non sit examinandus, nec etiam per alium iudicem, sed omnino sit absoluendus, cum semper dicatur durare idē metus, donec in iudice durat eadem facultas torquendi: licet iudices sint diuersi; & ob id confessio extorta metu torturæ coram vno iudice non reconualidatur per spontaneam confessionem, seu per ratificationem factam coram alio iudice, vt firmant Marf. conf. 14. n. 20. in fin. & seqq. & ita alias per Rotam Auenion. fuisse resolutum testatur, Hier. Laurent. in decis. Auenion. 138. n. 1. & nu. 4. vers. itaque cum Ascanius, & n. 5. & seqq. & sequitur, Moder. Rom. in q. 83. n. 21. & Add. ad eundem in conf. 19. in lit. L. & ita ego alias obseruaui de anno 1601. ad fauorem cuiusdam Alculani iam transmissi ad tri-

remes, quem liberaui a dictis trirēibus, cum fassus fuerit delictum per torturam, non præcedentibus iudicijs; sed potest reus puniri, quando esset repositus in pristinam libertatem extra carceres, & sponte denuo adiret iudicem, & dictam primam confessionem ratificaret, vt declarat Ang. de malefic. in verb. quod fama publica, num. 36. vers. limita tamen: vbi subdit, quod fuit originale dictum, Math. in suo notab. 56. Et ob id potest sustineri, vt, postquam reus fuerit repositus in pristinam libertatem, possit denuo contra eum fabricari nouus processus, & iterum capi, vel citari, vt causam expedire possit iudex, iuxta merita illius, dummodo semper agatur coram alio iudice, vt etiam sentit, Moder. Rom. in quæst. 83. n. 13.

Sed in hac quæstione dubium erat, an iudex subrogatus possit denuo assumere informationes cōtra dictum cōfessum, & carceratum, & deinde ex nouis informationibus, vel iudicijs eundem reum examinare, torquere, vel condemnare. Et aliqui videntur tenere, quod non impediatur nouus processus fabricandus super dicto delicto, cum solummodo vitietur ipse actus torturæ indebitæ illatæ, vt post Bal. firmat Brun. de indic. & tort. q. 7. num. 28. in fin. p. 2. vers. ultimo nota, & post Carrer. in pract. in l. obseruare nu. 199. Baiard. q. 64. num. 43. sed solum imputetur illa prima tortura super iudicijs, quæ contra reum laborant tempore illatæ torturæ, vt bene explicat, Marf. in §. occurrit, n. 4. vers. attamen contrarium credo verius, vbi late Carrer. in d. l. obseruare, d. nu. 199. Baiard. q. 94. nu. 4. Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 34. n. 12. Cauale. de Brach. reg. p. 3. n. 536. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. n. 160. Cauale. vbi supra, sub num. 123. in eadem 3. par. dicit non conualidari per ratificationem confessionem non præcedentibus iudicijs extortam, etiã coram iudice supremo habente brachium regium.

Alii autē tenent ipso reo existente carcerato, quod omnino impediatur nouus processus, & omnia facta per iudicem, post illatam indebitam torturam, nō valeant, & sint nulla, vt post Put. de Syndic. Marf. in pract. crim. quoniam, num. 43. & sub n. 47. circa finem & deinde dicit esse regulam satis tritam, vt corruete principali, corruat, & accessorium: & quod omnia inde secuta post indebitam torturam sint nulla, Anto. Gomez. tit. de delict. cap. 13. num. 25. Corrad. in pract. tit. de confess. n. 11. vers. 2. limita Bertazz. conf. 8. nu. 52. vers. & quod non, lib. 1. Bursatt. conf. 201. n. 22. & seq. vol. 2. vbi alios ferè infinitos concordantes cumulat, & ibi testatur de veriori, & communiori opinione. Sim. de Pret. conf. 191. nu. 9. Et ita ego requisitus a Francisco Columna Principe Prænestinæ de voto meo in contingentia facti in scriptis respondi, reum nō posse viterius aliquo modo molestari: & iuxta illud votum meum mandauit liberari tres forenses, qui fassi fuerunt fecisse plura furta in Ciuitate Prænestinæ, & alibi, per torturam, iudicijs contra eos non existentibus, iniuncto eis exilio sub pœna trirēmium: quamuis iam esset præparatus carnifex ad illos suspendendos, cum verè non possit iste confessus sine iudicijs condemnari, nisi in aliquam penam extraordinariam non corporalem, Farin. q. 83. nu. 13. in fin. qui loquitur de pœna exilii.



Tortura illata reo, vel testi quos effectus producat.

S V M M A R I V M.

- 1 Tortura reo illata operatur, vt tortus censeatur dixisse puram veritatem, etiam in fauorem aliorum complicitum, ac etiam in teste; & eo magis si aliqua facta essent defensiones in fauorem torti.
- 2 Tortura tollit etiam presumptiones violentas, vt deinde non possit amplius reus aliqua pena condemnari, si tamen fuerit sufficienter tortus, alias secus, quia posset condemnari pena extraordinaria.
- 3 Tortura quid operetur in fauore torti, Antonius à Gamb. in decis. Lusit. 280. refert quatuor opiniones; Bursatt. refert aliam opinionem.
- 4 Tortus ex processu informatiuo in vim facultatum, si substituerit, non poterit Iudex vti amplius dicta facultate, sed contra eum debet procedere via ordinaria.
- 5 Iudex habens amplam facultatem procedendi contra Reum, si ipse Reus tortus fuerit, & substituerit, et superuenierint noua iudicia, non potest vti amplius dicta facultate, sed procedere debet via ordinaria.
- 6 Tortura illata cum protestatione, sine prauidicio conuictorum, fisco non suffragatur, quia per torturam expurgantur iudicia indubitata.
- 7 Tortura an expurget plenas probationes, adeo quod, si reus substituerit, non possit condemnari in aliquam penam extraordinariam, etiam praemissa dicta protestatione, sine prauidicio conuictorum.
- 8 Tortura operatur, vt non possit iurari in litem contra tortum.
- 9 Tortura habilitat testes inhabiles.
- 10 Tortura immoderata, pro habendis complicitibus, suffragatur torto saltem quoad penam ordinariam.
- 11 Tortus, si substituerit, omnino debet absolui, vel potius relaxari sub fideiussione de se representando.
- 12 Tortus sicut non potest condemnari in penam delicti, ita nec etiam potest condemnari ad interesse partis.
- 13 Tortura in testibus non expurgat plures defectus.
- 14 Tortura non habilitat focum criminis, vt faciat indicium ad torturam contra nominatum.
- 15 Tortura non tollit exceptionem inimicitiae.
- 16 Tortura non tollit defectum citationis.
- 17 Tortura an impediatur Reum, ne agat contra accusatorē ad expensas.
- 18 Tortura in famosis latronibus non impedit, quin ipsi non damnentur aliqua pena extraordinaria.
- 19 Tortura an expurget vitium periurij.

C A P. XXXX.

**Q**Vando aliquis fuit tortus tanquam principalis super aliquo, Aduocatus exclamet, quod ipse sit absoluendus, quia per ipsam torturam dicuntur extincta omnia iudicia contra reum laborantia, Alberic. in rubr. ad quaest. nu. 9. in l. dictum nu. 2. C. eod. lac. de Beluif. in pract. crim. tit. de quaest. nu. 102. verfic. & sic expeditis, vbi dicit, quod beatus est ille, qui se continere potest in tormentis, quoniam absoluetur, & melior quam ante accusationem reputabitur, cum prosperē, ac foeliciter, se expurgauerit a sibi impietis, Boer. decis. 163. nu. 14. Rimin. iun. consil. 84. num. 1. tom. 2. crim. diuersi. Magon. decis. Lucen. 89. num. 12. Decian. respons. 93. nu. 13. 2. vol. 2. Iul. Clar. quaest. 64.

Tomus Secundus.

num. 37. vbi de communi, & quod totus Mundus ita obseruat. Farinac. consil. 10. num. 18. & consil. 25. 45. vbi de communi obseruantia, cum tortura sit species probationis, Crau. consil. 35. num. 20. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 36. num. 1. & succedat loco testimonium, & probationum, Boss. tit. de confess. numer. 56. Farinac. consil. 6. num. 28. consil. 60. numero 26. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. numer. 33. & prius in quaest. 47. num. 21. & seq. vbi alios modernos concordantes allegat, & testatur de recepta opinione, in tantum, vt operetur etiam quo ad qualitates deductas in depositione, vt sit acceptanda depositio facta in tortura cum qualitatibus in ea dictis, & positis. Ferrat. caus. 5. nu. 4. Gram. vot. 2. nu. 6. & 9. Boss. tit. de confess. num. 9. Bertazol. consil. 27. num. 8. lib. 2. & consil. 449. num. 27. & seq. lib. 2.

Quae opinio procedit etiam in fauorem aliorum, qui essent imputati de auxilio, ope, vel fauore praestito, quia si purgata sunt iudicia principalis, intelliguntur etiam purgata iudicia circa accessoria, ad fauorem aliorum, vt per Decian. respons. 93. num. 117. vol. 2. Menoch. de arb. cas. 35. r. nu. 12. & seq. Paul. de Castr. consil. 364. nu. 3. circa finem. li. 2. Sim. de Pret. consil. 64. nu. 13. & seq. consil. 191. num. 2. Baiard. q. 98. num. 6. Ac etiam procedit in teste torto in alium, vt suffragetur tertio, vt latē, post alios quos allegat, tuetur Sim. de Pret. consil. 104. num. 42. & seq. & ideo dictum testis factum in tormentis magis attenditur, quam dictum factum extra tormenta, latē post alios, quos allegat, Pereg. in suo consil. decisiuo 2. nu. 52. & 54. vol. 2.

Quae conclusio Alber. & sequacium eo magis procedit, quando essent factae defensiones in fauorem rei torti, vt censeatur puram veritatem dixisse, vt latē per Bertazol. consil. 258. per tot. vol. 2. qui in specie ponit exemplum si inquisitus tortus probauerit bonam conditionem, & famam.

Et talis tortura est adeo efficax in fauorem torti, vt ex ea dicantur iublatae probationes, & praesumptiones violentiae, & indubitatae, & quae contra eum laborabant, Caepol. consil. 32. num. 2. vbi testatur ita vidisse seruari Veronae Boss. tit. de confess. per tortur. nu. 26. Gram. consil. 64. nu. 10. & latē ita respondet decisiuo inquisitori Santiff. Inquisitionis Rimin. Iunior consil. 772. num. 15. vol. 8. Farin. consil. 25. n. 40. & Vin. de Franch. dec. 577. par. 4. ponit casum valde notabilem, qui est qd vigore pragmatice illius regni in crimine furti tres focii criminis verē confessi plane conuincant alium nominatū ab eis ad penam vltimi supplicij, & si nominatus esset tortus ex depositione vnius focii sine aliis adminiculis, & substituerit, si deinde superueniant alii duo focii criminis non erit ille nominatus puniendus vigore d. pragmatice, quia verē per torturam expurgauit iudiciū resultans ex primo focio criminis, & sic solum remanebunt duo alii focii criminis, & ex quorum depositionibus non poterat esse locum d. pragmatice cum tres requirantur.

Contrariam opinionem, quod possit sequi condemnatio in poenam extraordinariam ex dictis praesumptionibus violentis, & indubitatis, quamuis reus substituerit in tortura, tuetur Cart. Butr. Abb. Imolen. quos refert, & sequitur Gram. decis. 8. num. 7. seqq. vbi testatur, quod ita fuit decisum, Boer. decis. 163. Rim. iun. consil. 84. nu. 17. & seq. tom. 2. crim. diuersi. in fol. quod consilium est, deinde insertum inter eius consil.



vol. 2. consil. 177. & declarando, quo talias dixit in d. consil. 84. firmat esse veram istam opinionem in consil. 705. per tot. vol. 5. Gram. dec. 69. dicit, quod ille fuit tortus ex indicijis indubitatis, & non obstante protestatione, fuit condemnatus. Doct. adducti per Add. ad Magon. dec. Lucen. 89. in lit. A. Farinac. q. 40. nu. 11. seq. & late Sim. de Pret. in d. consil. 104. numer. 34. seq. Franc. Personal. de indic. & tortur. nu. 4. Cartat. de exec. sent. c. 2. nu. 61. & 65. vbi loquitur, etiam si reus fuerit tortus per tres vices, vt adhuc possit condemnari in poenam extraordinariam, Iul. Clar. q. 64. nu. 37. & ibi late Buiard. n. 120. seq. Petr. Cabal. cas. 288. nu. 78. vbi dixit debere esse istam poenam minimam, & tantum poenam pecuniariam, & ibi concordates allegat Vin. de Frac. decif. 577. in fi. p. 4. qui testatur seruari in illa magna curia, vt tortus possit condemnari in poenam tritemium.

Sed Moderni Rom. in q. 40. n. 13. & seqq. pronunc iudicio meo, bene concordat istas contrarias opiniones, quod si reus esset conuictus per plenas, & legitimas probationes, & ex imperitia iudicis fuerit tortus, cum de iure torqueri non debuisset, & quamuis substinuerit etiam per tres vices, adhuc debeat condemnari in poenam extraordinariam corporalem tritemium perpetuum, vel ad tempus, si ageretur de crimine capitali, late Petr. Cab. in q. cri. cas. 288. nu. 38. post alios quos allegat. cent. 3. & late Ant. Thesaur. in qq. form. q. 45. n. 7. & n. 10. lib. 1. vbi post alios quos allegat, loquitur etiam quando reus erat grauatus indicijis indubitatis P. Aug. Mor. Hisp. in Emp. q. iuris tit. 12. q. 1. Si vero esset grauatus indicijis et violentis, & indubitatis, & si fuerit tortus iuxta qualitatem dictorum indiciorum, vt nullo modo possit condemnari in dicta poenam extraordinariam corporalem; quia, si non fuisset tortus, non poterat nisi in eandem poenam extraordinariam condemnari: & ideo grauis tortura ei illata debet operari extinctionem dictorum indiciorum, & tantummodo condemnari in aliqua leui poena exilij, & ita dicit Mod. Rom. vbi supra vidisse in contingencia facti hic in Curia obseruari, & quod ab ista opinione in iudicando, & consulendo non sit recedendum, quam opinionem ego omnino amplector, & esse in practica ab omnibus obseruandam arbitror, & eandem opin. tenet idem Petr. Cabal. in q. crim. cas. 93. n. 29. quando inquisitus fuit sufficienter tortus, & cas. 288. n. 21. & 22. cent. 3. vbi late. Imo sub nu. 28. seqq. dicit quod si plene conuictus fuerit ita acriter tortus, vt per torturam dicatur omnis probatio sublata, nec erit puniendus reus poena extraordinaria, sed de iure esset diffinitiuè absolueudus licet de consuetudine obseruetur, vt absoluetur cum illa clausula rebus sic stantibus, vel ex hactenus deductis, adeo quod si noua superueniant indicia de nouo possit molestari, & retenta opinione, quod possit in poenam exilij condemnari, illa poena exilij ei non irrogatur, quia plena probatio, & indicia indubitata per grauem torturam non sunt elisa, sed quia spectat ad bonum Preside providere, ne Prouincia abudet hominibus suspectis, cum possit dubitari, quod ille vero fuerit reus, sed voluerit evitare poenam mortis, & pati ita acriter cruciari, vt per Rumin. iun. in d. consil. 84. num. 23. in fin. & Sim. de Pret. d. consil. 104. nu. 37. & seq. licet Ant. Thesaur. d. q. 45. nu. 7. & 10. teneat quod grauatus indicijis indubitatis, licet substineat possit condemnari in dicta poenas extraordinarias corporales non tamen in poenam mortis, vbi exclamat contra sententiam illius Sena-

tus per quam ex quibus d. indicijis grauibus quidam in delicto atroci fuit condemnatus ad poenam mortis naturalis, vt eius opinio debeat restringi, quando reus non fuit sufficienter tortus, iuxta opinionem Farinac. & Cabbal. & tunc possit condemnari in poenam corporalem, secus si fuisset sufficienter tortus, quia tunc debet condemnari in poena exilij, vel in aliam leuem.

3 Nolo autem omittere in proposito quod dicit Ant. à Gamb. in dec. Lusitan. 180. vbi refert quatuor opiniones, & prima est, vt si substineat tortus, debeat absolui. Secunda est, vt possit condemnari in poenam corporalem, & etiam vltimi supplicij. Tertia est, vt neque debeat absolui, neque condemnari, sed relaxari sub cautione de se representando. Quarta est, vt possit condemnari in exilium, vel in aliam poenam arbitrariam, iuxta qualitatem causae, indiciorum, & personarum; quam opinionem Senatus alias in contingencia facti secutus fuit, vt ibi in fin. decif. testatur.

Et Burfat. in consil. 430. in fi. vol. 4. dicit, quod si reus fuerit indicijis violentis grauatus, non debeat grauius torqueri, sed moderate; & si fateatur poena ordinaria puniatur; si vero neget, poena exilij tantummodo plectatur, & quod ita interrogatus decisiuè respondit; Petr. Cabbal. in d. cas. 93. numer. 29. etiam dicit, quod in pract. seruatur, vt si reus non fuerit, iuxta qualitatem indiciorum, causae, & personae tortus, possit, quamuis substinuerit, puniri extraordinarie, vel in poenam exilij, seu relegationis, vel in poenam pecuniariam, vel ad trimes ad tempus, iuxta etiam qualitatem criminis, indiciorum, & personarum, & quod in practica hoc non recipiat aliquam dubitationem, & in cas. 268. num. 20. & nu. 23. & seq. vbi late.

4 Et si fuerit tortus ex processu informatiuo in vim facultatum, vel ex abrupto, seu dispensatiuo modo, & substinuerit, quamuis adessent contra eum indicia indubitata, & testes de visu, non erit amplius procedendum contra eundem ad poenam ex dicto modo dispensatiuo, sed via ordinaria, praefigendo ei terminum ad faciendum suas defensiones, & si aliquas excusationes, & defensiones non fecerit, erit tantummodo puniendus poena extraordinaria, Intrigl. sing. 180. num. 4. lib. 1. & singul. 103. lib. 2. Card. Tule. in littera T, conclus. 236. num. 23. Thesaur. q. 25. num. 10. vbi dicit, ita seruari per Senatum, Porrus in Scholijs ad Ambros. de mod. formand. process. lib. 4. capitul. 3. nu. 8. Maur. Burg. de mod. proceden. ex abrupto. cent. 1. quaest. 47. nu. 19. quaest. 100. nu. 51. & seqq. & circa poenam extraordinariam inferendam se refert ad Modern. Roman. in dicta q. 40. nu. 11. & sequent.

5 Et est etiam verum, quando esset tortus ex indicijis ordinarijs, vt si fuerit relaxatus sub fideiussione, & noua indicia superueniant, non sit amplius procedendum contra eum dispensatiuo modo, sed via ordinaria iuris, cum non liceat contra eundem vltima primam vicem procedere ex abrupto dispensatiuo modo, vt late, post alios, quos allegat, firmat Maur. Burg. de mod. proceden. ex abrupto. q. 47. num. 21. & seqq. Ad quod Aduocati hic in Curia in Tribunali Gub. Vrbis bene aduertant, quia forsitan officiales illius tribunalis audent aliquando velle seruare contrarium.

6 Nec obstat, si inquisitus fuerit tortus cum illa solita clausula, sine prauiudicio conuictorum; quia talis protestatio,



statio, tamquam contraria facto, Fisco non suffragabitur, vt pluries deductum fuit, & in specie respondit Cauale. de Brach. reg. part. 3. num. 271. in fine, Boffit. de confess. n. 29. tit. de indic. n. 30. Rim. lun. consil. 704. n. 20. vol. 6. Bertazz. conf. 266. n. 2. vol. 2. Decian. respons. 93. n. 74. & seq. vol. 2. latè Farin. cōf. 60. n. 31. & conf. 11. nu. 46.

7 Si verò fuisset plenè conuictus, & de facto iudex eum tormentis subiecerit, maior est difficultas, an ipsa tortura expurgauerit, & eliserit dictas plenas probationes, vel adhuc debeat condemnari in pœnam ordinariam, Hier. Hysp. in tract. com. contra com. q. 357. ponit Doctores pro vtraque opinione, sed, post alios, quos allegat, latè tangit etiam nouissimè Petr. Caball. in cent. 3. cas. 278. nu. 25. & seqq. vbi tandem concludit posse puniri pœna extraordinaria, nisi tortura fuisset adeo immoderata, & talis, vt ex ea omnis probatio sublata fuisset; quia tunc nec etiam pœna extraordinaria puniretur, vt supra dixi, num. 2. Ac idem erit, si fuerit tortus super vltiori veritate, vel ad habendum qualitates aggrauantes delictum, ac pro cōplicitibus, quia, si fuerit tortus cum solita protestatione, & non immoderatè, poterit condemnari in pœnâ ordinariam delicti, latè Farin. q. 40. num. 19. & seq. vbi alios concordantes allegat, & testatur de communi, sed melius tenet Andr. Fachin. controuerf. iur. lib. nono cap. 6. vt aliquando absoluetur, aliquando condēnetur in pœnam extraordinariam, secundum probationes factas ex quibus possit præsumi vera, vel falsa ipsa confessio.

8 Ac operatur tortura, vt non possit iurari in litē cōtra illum, qui in tortura substinuit, Crauett. conf. 287. n. 7. in fine, Natt. conf. 203. vol. 1. qui cōsuluit in eodē casu Crauett. Fan. in tra. de iure iur. l. 2. c. 2. n. 63. in fin.

9 Operatur etiam, vt, si testis fuerit inhabilis, tollatur ista inhabilitas, & efficiatur habilis, Iacob. Mandell. consil. 79. num. 29. in fine, Alex. conf. 11. num. 5. volum. 1. Cepoll. cōsil. 60. in primo dub. Marf. in prac. crim. §. diligenter. n. 62. Iul. Clar. q. 25. n. 1. Gram. vot. 3. n. 6. Decian. respons. 93. n. 3. vol. 2. Honded. conf. 103. n. 26. vol. 1. vbi loquitur in crimine nefando, Farin. consil. 29. nu. 10. Cardin. Tusch. in litt. T, conclus. 332. num. 1. & seqq. vbi dicit procedere etiam in testibus turpibus, & infamibus: De quo latè dixi supra in Defensio. circa torturam testium.

10 Ac etiam, si fuerit tortus immoderatè pro habendis cōplicitibus, vel pro vltiori veritate, suffragabitur ei talis tortura super negotio principali saltem ad effugiendam pœnam ordinariam, Farin. consil. 60. num. 35. in fin. post Cepoll. conf. 32. n. 19. vers. nec potest dici, & Add. ibi ad Farin. in litt. M.

11 Nec non tortura operatur, si inquisitus persistat in negatiua, vt debeat omnino absolui, nec iudex possit relinquere causam indecisam, latè tuetur, Ant. Gomez tit. de delict. cap. 13. num. 28. & ibi contrarijs responderet, Magon. decif. Lucen. 89. num. 12. vbi Add. in littera A, Menoch. de præsumpt. quæst. 93. Doct. adducti per Iul. Clar. quæst. 94. numer. 37. versic. licet ipse teneat, vbi Baiard. nu. 127. Cauale. de Brach. reg. part. 2. numero 296. Et quod de mero iure sit absoluedus, tamquam si puram veritatem dixisset, Iul. Clar. quæst. 64. num. 38. Petr. Caball. d. cas. 288. numer. 30. tamen de consuetudine absoluitur cum illa clausula, rebus sic stantibus, Petr. Caball. cas. 93. nu. 23. & 24.

Tomus Secundus.

vericulo sed in hoc casu, & cas. 288. num. 30. & maxime debet absolui, si fuerit Fisco, & accusatori assignatus terminus ad alia producenda indicia, & illa non produxit, Villagut. in pra. crim. cap. 14. concl. 1. lib. 7.

Alij autem tenent, vt non sit absoluendus, sed relaxandus sub fideiussoribus de representando, Iul. Clar. d. q. 64. nu. 37. versic. debetq; vbi dicit, quod ita obseruabat quidam officialis nuncupatus Beccarius, qui nō statim tortum absoluebat, sed expectabat finem officij, & Boer. decif. 163. numer. 15. & refert etiam Baiard. di. quæst. 64. num. 126. & sub num. 127. in fine dicit, hoc esse arbitrarium iudicis, qui debet considerare qualitatem processus, delicti, & inquisiti, & quod in Regno relaxatur cum cautione de se representando toties quoties, nouis superuenientibus indicijs, & idem firmat, Maur. Burg. quæst. 25. & q. 100. num. 4. in tract. de mod. procedend. ex abrupt. vt debeat relaxari sub fideiussoribus de se presentando ad omne mandatum Curia, sub pœna pecuniaria, cum possent superuenire noua indicia primis vrgentiora, Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 828. num. 29. in fine. Quæ relaxatio sub fideiussoribus habet vim absolutionis ab obseruatione iudicij: ita quod non possit amplius molestari, nisi noua indicia superueniant, Farin. q. 4. n. 25. & seq. conf. 50. nu. 23. in fin. & conf. 59. nu. 1. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. cap. 1. nu. 136. Petr. Caball. cas. 93. num. 23. & seq. Baiard. q. 62. num. 6. Farin. conf. 69. n. 5. in fi. Cauale. de Brach. reg. p. 4. n. 278. Maur. Burg. d. q. 100. n. 6. vbi subdit: si noua superuenerint indicia, non poterit amplius contra eundem reum procedi ex abrupto, sed erit procedendum via iuris ordinaria. Indicia qualia esse debeant dixi latè supra in Def. 2. Hic autem in Curia obseruatur, quod si reus sufficienter fuerit tortus, absoluetur cū illa clausula, ex hactenus deductis, vel rebus sic stantibus, nisi adessent alij condemnati in contumaciam; quia tunc non absoluitur, nec etiam cum dicta clausula, sed relaxatur sub fideiussoribus, & idē tenet Petr. Caball. d. cas. 288. n. 29.

12 Et si non potest tortus condemnari in aliquā pœnâ criminalem, nec etiam poterit condemnari in pœnam Ciuilem pro interesse partis, vt puta ad annullationē instrumenti tanquam suspecti de falso: vt executionē mereri non possit in causa ciuili, vt est latè videre per Farin. in consil. 11. nu. 48. de quo ego alias dixi in defension. 1. Nisi tamen fuerit tortus Notarius, qui confecit dictum instrumentū, tanquam imputatus de falsitate instrumenti, quia licet substinuerit, nihilominus per illam torturā tollitur fides dicto instrumēto, vt nō faciat fidē in causa ciuili, nec executionē mereatur, vt consuluit, Lud. Marozz. Bonon. resp. 17. n. 3. & seq. vbi reddit bonas rationes, sed illud consil. Marozz. nō plene recipitur, per Ant. Thesaur. in suis quæst. Foren. li. 1. q. 47. n. 12. & seq. ad quem recurras.

13 Primo limita, & intellige, vt tortura in testibus nō expurget plures defectus, & exceptiones, sed vnū tantū defectū, vel vnā tantū exceptionē, Crauett. cōf. 6. n. 54. Bursatt. cōf. 192. n. 22. cōsil. 201. n. 69. vol. 2. Rim. iun. cōf. 133. n. 3. cōf. 120. n. 20. vol. 2. cōf. 289. n. 12. in fi. & n. 14. vol. 3. Roland. consil. 2. n. 48. & seq. volum. 3. Hond. conf. 100. num. 37. vol. 1. cōf. 93. num. 52. vol. 2. Farin. conf. 11. n. 12. & conf. 22. nu. 16. consil. 79. num. 10. vbi loquitur in socio criminis patiente plures defectus, & testatur de cōmuni, & indubitata conclusione, Card. Tusch. in lit. T, conclus. 332. nu. 17. vbi de



- communis, & Farinac. conf. 10. num. 12. post alios, quos in proposito allegat, dicit procedere etiam in crimine læsæ maiestatis, in delictis difficilis probationis, & ubi aliter veritas haberi non posset, & sub nu. 22. dicit, quod, quando testis patitur vnum defectum variationis, tunc tortura illum expurget, & operatur, vt stetur secundo dicto facto in tortura; secus vero, quando patitur plures defectus: quia tortura nihil operatur, & statur primo dicto facto extra torturam, Card. Tusch. in lit. T, conclus. 332. num. 16. & seqq. & in supra dictis locis exemplificat si tortus esset pauper, & varius, vel esset vilis, & alium defectum pateretur, vt latè dixi in Defensio. Circa torturam testium, & quod socius criminis si patiatur plures defectus tortura illos non expurget neq; ipse habiletur, Fab. Turret. consil. 15. numer. 52. vbi alios allegat, quia tunc habetur pro non examinato, Roland. consil. 3. num. 49. lib. 3. Rim. iun. conf. 175. n. 8. lib. 2. conf. 325. nu. fin. lib. 3. cum alijs adductis, per Turret. in d. consil. 15. num. 43. & 52. in fin.
14. Secundo limita, & intellige, vt etiam in casibus, in quibus socius criminis potest de cõsocijs interrogari, non operetur tortura, vt etiam assertio ipsius torti faciat inditium, contra nominatum, ad torturam, decif. Pedem. 79. num. 38. Rim. iun. conf. 723. nu. 7. vol. 6. ampliant procedere, etiam si ageretur de crimine læsæ maiestatis, & licet Clar. in §. falsum, vers. subornans, & in q. 21. vers. successiue quæro, testetur aliter seruari de consuetudine, tamen ipse communitè ab omnibus reprobatur, vt testatur Rol. conf. 37. nu. 26. lib. 4. Bertaz. conf. 39. nu. 13. & seq. & consil. 40. nu. 11. lib. 4. qui etiam refert, quod ita fuit iudicatum ad fauorem rei contra opinionem Iulij Clarij, & Fab. Turr. conf. 12. num. 79. etiam firmat, quod ipse semper ita obtinuit quando causa agebatur coram sapientissimis, & integerrimis Iudicibus a quibus nõ curatur de illa consuetudine Clarij.
15. Decimotertio, limita, & intellige, vt tortura in teste inimico nõ conualidet eius depositionem, Gram. conf. 8. num. 11. consil. 38. num. 11. & seq. conf. 46. n. 5. Roland. consil. 24. num. 38. vol. 1. Bertazzol. cõsil. 251. num. 14. conf. 283. nu. 22. Rim. iun. consil. 324. nu. 30. & seq. vol. 5. Boss. tit. de Inq. n. 52. Paris. conf. 153. nu. 41. vol. 4. Baiard. q. 24. num. 8. Peregr. in suo con. decisiuo 2. num. 23. volum. 2. vbi alios allegat, & loquitur in criminibus exceptis, vt minimè etiã faciat indicium ad inquirendum, Doct. adducti per Rim. Iun. conf. 524. nu. 30. & seq. volum. 5. Card. Tusch. in lit. T, conclus. 332. num. 7.
16. Quarto limita, vt tortura non expurget vitium citationis, vt si testes fuerint examinati, parte, vel reo nõ citato, & fuerint torti, non afficiat reum, Matth. Brû. cõf. 61. n. 2. & n. 8. ac post Felin. Baiar. q. 11. n. 4.
17. Sexto limita, vt tortura illata reo non tollat facultatem, vt reus agat ad expensas contra accusatorem, tãquam temerè accusatorem, vt per Iacob. Mandel. conf. 5. n. 5. vers. non obstat, Iaf. conf. 2. nu. 11. vol. 1. Contrariam opinionem, vt tortus non possit agere, pro expensis contra accusatorem, Mille. in pract. crim. in princ. nu. 99. mihi fol. 14. de veritate istius limitationis vide latè Hier. Hispan. in tract. com. contra communem, quæst. 539. n. 15. sed latissimè, Ant. Thesaur. in suis qq. foren. q. 45. per totam, vide supra in de fens. 3. cap. 13. num. 38.
18. Sexto limita in latronibus grauatis indicijs, nõ autem plenis probationibus, vt, non obstante tortura, possint cõdemnari in pœnam extraordinariam, Sim. de Pret. conf. 102. num. 18. vbi testatur, quod in casu suo illi latrones fuerunt condemnati ad triremes per quinquennium, & in omnibus alijs delinquentibus et possit sequi pœna extraordinaria triremiu ad tempus & in perpetuum in causis grauissimis iuxta qualitatem indiciorum, & violentæ pœsumptionis, latè post alios quos allegat, P. August. Morla Hispan. in Emporio qq. Juris, tit. 12. q. 1. Ant. Thesaur. in qq. Foren. li. 1. q. 45. numer. 7. & 10. prout alias supra dixi, n. 2. & seq.
19. Septimo limita, vt non expurget vitium periurij, Matth. Brun. consilio 62. n. 12. & seqq. vbi reddit rationem, & dicit procedere etiam in criminibus exceptis, Hond. consil. 93. n. 33. vol. 2. & maximè si fuisset pluries periurus, quia tortura non expurgat plura iuramenta, Bursatt. conf. 311. nu. 18. li. 3. Fab. Turret. conf. 12. nu. 51. & 75. licet de consuetudine contrarium seruari post Boss. & Iul. Clar. testetur Farin. conf. 11. num. 10. & seq. De qua limitatione dixi latè supra in Defens. circa torturam testium.

Indicijs grauatus an debeat torqueri, vel condemnari in pœnam extraordinariam.

S V M M A R I V M .

1. Iudex potest arbitrio suo reum grauissimis grauatum indicijs aut condemnare in pœnam extraordinariam, aut illum torquere.
2. Quod intellige, quando indicia essent graua; alias tenetur omnino reum torquere.
3. Personæ priuilegiatæ, quæ non possunt torqueri, possunt tamen condemnari in pœnam extraordinariam.

C A P. XLI.

1. Criminalistæ ista quæstione recurrunt ad doctrinam Iul. Clar. in q. 21. n. 29. vt, si reus fuerit grauatus grauissimis indicijs, tunc sit in arbitrio iudicis, aut illum condemnare in aliquam pœnam extraordinariam, vel eum torquere, & possit amplecti quam opinionem maluerit, iuxta facti, & personarum qualitatem. Sed melius, Ant. Gomez. in tit. de delict. c. 12. nu. 26. in isto articulo concludit, quod si pœsumptionis, vel indicia sunt liquidissima, & a lege approbata, vbi ponit exempla, & tunc iudex nõ debet procedere ad torturam, sed omnino condemnare reum in pœnam delicti, Sarment. seledt. interpretat. lib. 1. cap. 1. per totum: Si verò pœsumptiones, & indicia non sunt liquidissima, neque a lege approbata, vt exemplificat sub nu. 25. † & tunc, si est persona, quæ de iure possit torqueri, vt, comperta veritate, possit diffinitiuè cõdemnari, vel absolui: quia si absque tortura condemnaretur, vel absolueretur, vtroque casu esset iniustum: quia indicia non sunt ad condemnandum sufficientia, nec, illis stantibus, reus est expurgatus, taliter, quod debeat absolui, & tunc tutius sit reum torquere, Farin. q. 86. num. 66. vbi etiam testatur de communi, & practicata opinione. Si vero est persona, quæ non possit, vel non debeat torqueri, vt, quia senex, infirmus, prægnans, vel in dignitate constitutus, vel alias priuilegiatus, & tunc ex illis indicijs, & pœsumptionibus potest reus cõdemnari in pœnam



pœnam extraordinariam, pecuniariam, vel exilis; & ita expressè Gomez, vbi supra allegat tenere Bald. in l. fin. C. de probat. & in l. milites, C. qui accus. nō poss. in 2. quæst. Brun. de indic. q. 41. num. 16. in fin. & idem Gomez. cap. 13. nu. 28. de delict. Farin. q. 41. nu. 92. & sequitur Cauale. de brach. reg. part. 3. nu. 270. Adde. ad Magon. decis. 39. in lit. A, Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 288. nu. 18. cent. 3. And. Fachin. conf. 63. nu. 13. vol. 2. qui dicit, quod, si delictum sit semiplenè probatum, debeat condemnari, si non possit torqueri ex qualitate personæ; si vero non fuerit semiplenè probatum, debeat absolui, cum tunc non possit adaptari aliqua condemnatio, & idem voluit controuers. Iuris, lib. 1. cap. 29. & pœna erit pecuniaria, vel exilij vt post Bal. & alios ita firmat Cauale. d. part. 3. n. 270. in fine. Et vt sit locus pœnæ extraordinariæ isto casu plura concurrere debent, & primum vt constet de priuilegio 2. vt casus sit vel de grauib. & atroc. 3. vt verisimile sit, vt non possint haberi aliæ probationes: secus si dubium esset, si alia indicia haberi possent, quia durante spe non erit deueniendum ad pœnam extraordinariam, ita declarat opinionem Anton. Gom. Cauale. vbi supra num. 271.

Iudex indebitè torturam inferens quando puniri possit.

S U M M A R I U M.

- 1 Iudex indebitè aliquem torquens, dolo, odio, inimicitia, siue pretio, vel premio, punitur pœna mortis, si reus ex dicta tortura decesserit; et quid seruetur de consuetudine: si verò culpa reum torserit, punitur pœna extraordinaria: et in dubio præsumitur, quod non dolo illum torserit.
- 2 Iudex si legitimè torturam intulit, etiam quod tortus decedat, aliqua pœna non punitur.
- 3 Aduocatus quid deducere debeat ad fauorem Iudicis, vt euitet pœnam, ob torturam Reo illatam.
- 4 Dolus quibus indicij s. excludatur in Iudice.
- 5 Cautela, vt Iudex blandis verbis inducat indebitè tortum ad fatendum delictum.
- 6 Cautela, quādo Iudex excessit in tormentis, vt euitet omnem pœnam.
- 7 Tortus iniuste, si inuenerit Iudicem non punitur pœna ordinaria: dummodo illum interficiat in continenti, postquam fuit dimissus à tortura.

C A P. XLII.

1 **C**Aueant Iudices ne indebitè deueniant ad torturam; cum sit actus irretractabilis, Io. Anton. de Nigr. super cap. Reg. cap. frequens, num. 33. & contineat iniuriam, si indebitè fuit illata Iudex tenetur in syndicato. Paris de Put. in verb. Tortura. n. c. 11. num. 2. Villagut. in tract. crim. lib. 7. cap. 1. cōclus. vnica. Et, si dolo, odio, vel propria inimicitia, siue corruptus precio, vel premio, aliquem torserint, teneantur pœna mortis, Menoch. de Arbitr. cas. 340. n. 3. lib. 2. Et hoc est verum etiam quando aderant aliqua indicia contra reum, sed ex causis prædictis excesserint in tormentis, vt debeant puniri pœna mortis, secundum communem opinionem attestatā per Farinac. q. 37. nu. 123. vbi alios concordantes cumlauit; dummodo tamen ex dicta tortura tortus decesserit; alias punirentur pœna arbitraria Iudicis, vt de

Tomus Secundus.

magis cōmuni testatur idem Farinac. d. q. 37. nu. 124. Menoch. de Arb. cas. 349. num. 4. lib. 2. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 13. num. 6. Iul. Clar. q. 64. num. 2. vers. sed in omnem casum, licet multi teneant, quod, et nō secuta morte, puniatur Iudices ob istam dolosam torturam pœna capitis, & in specie Amod. Iustin. conciuis meus in Tract. de syndicat. num. 110. vers. item tenentur: & de magis communi, Farin. d. q. 37. num. 128. in fin. Tamen de consuetudine, ob illam generalem rationem, vt affectus non puniatur pœna ordinaria delicti, effectu non consumato, firmat, puniri solummodo pœna extraordinaria, Iul. Clar. q. 64. vers. antequam, Moder. Rom. d. q. 37. num. 130. vbi dicit esse veram resolutionem, Petr. Pell. in tract. de tortur. q. 13. num. 3. etiam testatur puniri tantum pœna extraordinaria, & quod ita vidit obseruari in quodam iudice superbissimo, qui alium de facto, & iniuste torserit, & ead. opinionem sequitur Alex. Trentaciq. consil. 45. nu. 13. in fin. volum. 1. vbi late retulit quatuor opiniones, & prima est vt capite puniatur, secunda vt puniatur pœna extraordinaria, tertia vt puniatur similitudine supplicij, vt ipse debeat torqueri, quarta, vt puniatur ead. pœna, qua puniretur tortus si factus fuisset delictum, & ibi etiam refert quæ pœna puniatur in illo regno, & tandem concludit, vt puniri debeat pœna extraordinaria, & ad omnia damna passa per ipsam indebitè tortum per l. item apud, §. q. ff. de iniur. Summa Armill. in verb. Tortura, n. 1.

Si vero, non dolo, sed culpa, vel excessu, aliquem iudex tormentis subierit, etiam si tortus obierit, tunc non pœna mortis iudex punitur, sed alia mitiori arbitrio iudicis. Amod. conciuis meus in tract. de syndicat. num. 111. 112. 113. & 115. vers. aut culpa, Paris de Put. de syndic. verb. tortura el. 1. cap. 12. num. 1. vers. aut culpabilem modum, & n. 4. vbi suadit, quod modica culpa in iudice non habetur in consideratione, Guid. de Suzar. in tract. de indic. nu. 87. & ibi Bologn. n. 88. cū alijs adductis per Moder. Rom. d. q. 37. n. 120. Petr. Pell. de tor. q. 13. n. 5. Villagut. in tract. crim. l. 7. c. 12. cōcl. vnica, vbi tamen dicit, qd si casu fortuito aliquid reo in tortura cōtingat, iudex in aliquo teneatur.

Et in dubio, non confitit de aliqua inimicitia, vel odio, seu corruptela in Iudice præsumitur culpa, & non dolo: Brun. de indic. 2. par. q. 5. nu. 22. & seq. vbi respondet Salyc. contrarium tenenti, Marf. in l. q. n. 77. vers. in dubio autem, ff. de quæst. & in §. expedita, num. 80. Moder. Rom. q. 37. nu. 111. vers. Idcirco, Iul. Clar. q. 64. vers. antequam in fin. Menoch. de Arb. cas. 340. vers. 2. si modus, Paris de Put. in verb. tortura el. 1. cap. 12. num. 1. & n. seq. vers. quia dubio, Boss. de tortur. nu. 29. vbi de communi; & ideò bonū erit, quod notarius ad tormēta adhibitus in actis processibus diligenter scribat qualitatem, & quantitatem tormenti, & omnia particulariter, ad hoc, vt constare possit an interuenerit, vel non interuenerit excessus ex parte iudicis, Iul. Clar. q. 64. vers. iudex autē in fin. Franc. Person. de indic. & tort. n. 101. circa fin.

2 Si verò iudex non fuerit in aliquo dolo, vel culpa, sed legitimis præcedentibus indicis, torturam intulit, etiam si tortus decedat, vt pluries contingere solet, iudex nulla pœna punitur, Guid. de Suzar. de indic. n. 83. in fi. Amod. conciuis meus de Syndicat. nu. 113. & n. 115. vbi refert bis casū sibi cōtigisse, Tuderti, & Romæ, dū fuit Senator, Par. de Put. in d. verb. tortura



el primo, cap. 12. in princ. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. num. 6. Boff. de tortur. num. 30. vbi de communi, Clar. d. q. 54. vers. iudex autem, vbi etiam de communi, Menoch. cas. 349. n. 9. vbi quod ita tenent omnes, Franc. Marc. decis. 98. nu. 3. par. 2. quia qui, lege permittente, facit, penam non meretur, vulg. l. Gracchus, C. de adult. Villag. in tract. crim. l. 7. c. 11. concl. vnic. Petr. Pell. in tract. de tortur. q. 3. numer. 6. & an tortus obijerit ob immoderatam torturam standum erit relationi medicorum. Cauale. de Brach. reg. p. 2. n. 165. post Farin. q. 37. nu. 141.

3 Aduocatus in fauore iudicis semper deducat, quod in dubio in iudice torquente non presumatur nec dolus, nec excessus, & ob id debeat per aduersarios culpa, dolus, vel excessus probari, Guid. de Suz. de indic. nu. 86. & seq. & ibi Bologn. num. 20. & num. 89. Amod. Iustin. concius meus de sindicat. n. 114. Put. de tortur. c. 12. num. 2. & 4. Rondinell. de sindicat. n. 235. Ant. Gomez. d. cap. 13. n. 6. Menoch. d. cas. 30. num. 13. Baiard. q. 64. nu. 108. & hoc contingit, quia in dubio dolus non presumitur. l. dolum, C. de dol. & maxime in officiali, cui iura semper fauent l. 1. de offic. Praesid. l. 2. §. si Publicanus de vi bonor. rapt.

4 Et quomodo, ac ex quibus indicijs excludatur dolus, vel culpa, tradit Moder. Rom. in q. 37. num. 236. & seq. & ibi ponit decem calus per extensum, ad quem Aduocatum remitto, & quomodo probetur tortura, dicam infra.

5 Si vero iudex velit euadere retia syndicatorum, ob torturam illatam, cautela est, vt blandis verbis inducat tortum ad fatendum delictum, & talem confessionem in actis per Notarium describere faciat, quia hoc modo non poterit, etiam si tortus obierit, aliqua pena puniri, vt pro cautela communiter traditur a Doctoribus, vt est videre per Ang. ad l. iniuriam, §. si quis de coetere, de iniur. vbi testatur ita vidisse praticari, & obtineri, Ferrat. caut. 14. num. 1. & seq. Cataldin. de sindicat. quaest. 3. num. 7. Clar. quaest. 64. vers. & in hoc proposito, vbi tamen dicit, quod apud eum non seruatur, vt iudex haec faciat scribere in actis. Et si Aduocatus vult alias cautelas videat eundem, Rondinell. de sindicat. n. 233. Villagut. in pract. crim. lib. 7. cap. 11. conclus. vnic. & dicam in seq. cap. nu. 3.

6 Ac etiam sciat defendere dictum officialem in syndicatu, quando imputaretur de excessu, qui intulit torturam, non praecedentibus legitimis indicijs, vt deducat, quod agebatur de delictis occultis, & difficilis probationis; & ob id, secundum magis communem opinionem, non requirebantur indicia tam graua, sed leuiora sufficiebant, Casson. de indic. c. 5. rub. de non torquen. sine indic. n. 5. & seq. Carrer. in pract. §. circa 4. qualiter, & quando n. 79. in fin. Franc. Person. de indic. num. 23. vers. non tamen, Moder. Rom. q. 37. numer. 153. Sed caueant iudices, vt in istis delictis difficilis probationis non inferant torturam, sine aliquibus indicijs, quia tenerentur in syndicatu, Osafo. decis. 79. num. 55. vers. nec obstat, & num. 56.

7 Caueant iudices, ne aliquem iniuste torqueant, quia si ille tortus iniuste ipsum iudicem interfecerit, ob dictam iniustam torturam, non puniretur poena ordinaria homicidij, sed alia mitiori poena, Paris de Put. de sindic. in verb. quidam iudex, quem sequitur Mars. in pract. §. diligenter, nu. 50. Baiard. q. 64. n. 110. Petr. Pell. in tract. de tortur. q. 13. n. 4. Sed omnes videntur

restringere huiusmodi opinionem, quando tortus statim dimissus a tortura iudicem iniuriauerit, vulnerauerit, aut occiderit, & tunc tantum poena extraordinaria puniatur, vt de magis communi testatur Caualecan. de brach. reg. p. 3. num. 147. vbi subdit, quod non procederet, si tortura illata fuisset a iudice habente brachium Regium, quia tunc puniretur poena ordinaria pro modo culpa; quod quidem verum non existimo, cum in vtroque iudice vigeat eadem ratio iracundiae, & maius sit iram cohibere, quam potentissimas Vrbes expugnare, vt post Cicer. Bos. in tit. de homicid. num. 69. Et etiam, si iste iudex brachij Regij per indebitam torturam tortum interfecerit poena capitis plectatur, vt idemet, Cauale. firmat in d. part. 3. num. 146. & hoc admittit etiam in pessimis, & magnis ribaldis, & delinquentibus, vt non sint ita acriter torquendi, vt ibi vitam omittant, sed relinquendi, vt extremo supplicio, mediante Iustitia, afficiantur.

Remedia contra torturam reus adhibens qualiter puniatur.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Remedia contra torturam facientes, & desumentes puniuntur.
- 2 Remedia quae sint, quibus rei vtantur, remissio.
- 3 Remedia, quae adhibere possint rei torquendi, vt nulla poena puniantur.

#### C A P. XLIII.

1 **I**n hac quaestione videntur Doctores firmare, quod isti carcerati, qui remedia contra torturam faciunt, & desument, puniantur, cum sint omnino prohibita, & illa Doctores appellent incantationes, & maleficas artes, si inducant taciturnitatem, vel insensibilitatem in corpore torquendo, Mars. in pract. crim. §. nunc videndum, col. fin. num. 38. Paul. Grillan. in tract. de quaest. & tortur. q. 4. col. penult. nu. 7. Et ista potest appellari quarta species sortilegiorum, vt, post Paul. Grillan. late firmat Sim. de Pret. conf. 105. num. 8. & sequen. vbi etiam firmat, quod pro huiusmodi sortilegijs de iure ciuili imponatur poena mortis, & sufficiat, quod reus, pro illis assumendis deuenit ad actum proximum; & quod per talia remedia perdat causam, cum dicatur subtrahere Curiae probationem, & ob id dicatur fateri delictum; & sub nu. 28. firmat, quod ille Natalis fuit transmissus ad triremes per quinquennium, Cauale. de brach. reg. part. 3. n. 157. vbi firmat, quod vtentes dictis remedijs possint aliqua poena puniri, & de alijs similibus incantationibus ad sciendum futura, late ponit Petr. Caball. cas. 223. per totum cent. 3.

2 Si quis autem scire cupiat, quomodo rei vtantur similibus incantationibus, & remedijs, adeat Pauli Grill. de quaest. & tort. q. 4. nu. 11. Iacob. nouell. in tract. ad defens. cap. 3. num. 23. & seq. Si quis autem desideret etiam scire quibus remedijs iudex vti debeat contra remedia reorum, adeat Grilland. d. q. 4. n. 16. Et multa alia antidota ponit, contra has diabolicas incantationes, Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. nu. 218. Ant. Scap. de iure non scrip. lib. 5. cap. 120. nu. 6. & latius Ambros. de mod. formand. process. lib. 4. c. 7. per totum, Iacob. Nouell. Vbi sup. Caualech. de brach. reg. par. 3.



part. 3. n. 156. & seq. sed ipse nullum remedium aptius putat esse, quam recta mēs eiusdem iudicis, istam dirigendo solum ad viam veritatis, & iustitiæ, & non ad vanam gloriam capeffendam, aut ad causam lucri: & ideo iudex roget Deum, vt sit sibi propitius in via veritatis, & iustitiæ.

- 3 Sed Aduocatus, si velit carceratum aduersus ista remedia tueri, adeat Laderch. Imolen. in conf. 203. n. 5. & seq. qui defendendo clientem suum, consuluit, vt, si dicta remedia non habeant annexam aliquam speciem tortilegij, per diabolicam incantationem, sed reus torquendus vtatur verbis Sacri Euangelij, vel Prophetarum, etiam si inducerent taciturnitatem, vel silentium non per hoc in hoc sæculo, & in foro exteriori penā mereatur, prout in dies iudices inueniunt breuia, characteres, & similia, vel in ore, vel in aliis partibus corporis reorum: & tamen nunquam hactenus vidit illos fuisse punitos; sed ego me remitto ad id, quod sentiunt Sacri Theologi, & disponit Sancta Mater Ecclesia.

Tortus si substinuerit, quid sit agendum.

S V M M A R I V M.

- 1 Tortus censetur puram veritatem dicere, & ideo est dimittendus a carceribus.
- 2 Iudex antequam relaxet reum tortum, qui substinuerit, debet præfigere terminum Fisco, & accusatori ad probandum quicquid volunt, & possunt.
- 3 Cautela pro iudicibus, vt in ipsa relaxatione apponant, reos fuisse moderatè tortos.
- 4 Tortus an debeat relaxari sub cautione de representando vel absolui, & an cum clausula, ex hactenus deductis, vel potius diffinitiuè.

C A P. XLIV.

1 **Q**uoniam per torturam inquisitus purgat indicia contra eum existentia; & quia tunc de eius innocentia apparere dicitur, & quasi puram veritatem dixisse censetur, iuxta Doctrinam Alber. in rubr. de quæst. num. 9. cum alijs supra suo loco adductis, & Gram. dec. 56. nu. 2. Ideo iudex debet illum de carceribus relaxare. Veron. conf. crim. 21. nu. 14. & conf. 36. nu. 8. Franc. Personal. in tract. de indic. & tort. num. 101. vers. restat modo. Petr. Pella in tractat. de tort. quæst. 14. nu. 2.

2 † Quæ relaxatio fieri non debet, nisi prius assignato termino accusatori, vel instigatori, leu denunciatori, ad cuius instantiam reus captus fuit ad probandum, & deducendum quicquid vult, & potest contradicendum inquisitum, vt post Ang. de malef. tradit Marsil. in §. quoniam. nu. 48. ac procuratori fiscali, seu syndico Camerae pro interesse Reipublicæ. Paris de Puteo de syndicato, in verb. videns inquirens, colum. 2. Alex. in l. 2. §. si publico in 14. apostil. ff. de adult. Quo termino elapso, iudex dictum inquisitum relaxabit a carceribus. Franc. Personal. de indic. d. nu. 101. & nu. 102. Petr. Pella, de tort. q. 14. nu. 3. & 5.

3 Et cautela erit pro iudice, vt in ipsa relaxatione faciat apparere in actis, qualiter tortura fuit adhibita in persona ipsius inquisiti cum moderamine, & prout indicia cōtra eum existentia requirebat, Ang. de malef. in ver. quod fama publica, col. si. vbi dicit hoc notari per Bar. in l. si. ff. de quæst. Quod dicit esse notan-

dum, ne iudex aliter faciendo teneatur in sindicatu. Quæ dicta refert, & approbat Brun. de indic. & tort. p. 13. col. 2. vbi etiam subdit, quod si forte iudex tortus sit aliquem indebitè, & iniuste, vtatur hac cautela in relaxatione, vt blandis verbis, & suasionibus faciat ipsum reum fateri, fuisse legitimè tortum, & de hoc curet Notarium rogari, & ita non tenebitur in sindicatu, ad quod allegat Catald. de syndic. quæ refert, & sequitur etiam Marsil. in d. §. quoniam, nu. 48. & Pet. Pella in tract. de tort. nu. 6. Quæ cautela credo, quod non sit vera, cum nemo sit dominus membrorum suorum, vt pluries dixit, & ob id potius ista cautela insolita, & non bona, corroboraret indicia, fuisse imperfecta, & quod ille fuerit indebitè tortus.

Sed difficultas est, quomodo relaxari debeat, an sub cautione de se representando, vel debeat absolui. Et aliqui volunt, quod debeat relaxari sub cautione de se representando toties quoties Curia placuerit, & videbitur, quia superuenientibus nouis indicijs, possit iterum ad carceres reduci, & si opus fuerit, deuoè torqueri. Paul. Grilland. in tract. de relax. carcer. in 2. & 3. quæst. Ang. de malefic. in d. verb. quod fama publica, nu. 19. Iacob. Nouel. in tract. de inquisit. num. 4. Marsil. in d. §. quoniam, num. 48. vbi firmat ita hodie practicari.

4 Sed Franc. Personal. in tract. de indic. & tort. num. 102. interpretatur istam communem practicam esse veram, si reus relaxetur, pendente iudicio, tunc adstringatur ad dictam cautionem de se representando toties, & quoties; secus finito iudicio, & instante ipso inquisito torto, vt debeat relaxari sine fideiussore, cū sua interfit nō remanere tamdiu in diffamtionem eiusdem criminis, quod lex non permittit, iuxta tex. in l. diffamari, vbi Cagnol. latè C. de ingenu. & manumif. vbi etiam dicit, quod ita multoties in practica obtinuit, ac iudicando ita etiam obseruauit, & sub nu. 104. respondet ad opinionem illorum, qui tenent, hoc esse de iure, sed in practica non seruari, prout est Neapolis, vt per Clar. in q. 46. vers. pariter etiam, vt Neapolis seruetur, quod statim, confitito de carcerari innocentia, fideiussoribus relaxetur ante sententiam; & hoc de constitutione Regni, vt per Marant. de ordin. iudic. p. 6. act. 19. nu. 16. in fi. Mediolani etiam ita seruetur, post Boss. tit. de seni. nu. 60. & seq. Clar. d. q. 46. vbi supra, vt reus non absoluitur, sed dimittatur cum cautione, & eorum opinio procedat vsquequo deueniatur ad sententiam diffinitiuam, & quod non dicant, vt non debeat absolui, ac relaxari sine fideiussoribus, finito negotio, & quod talis consuetudo, si quæ in aliquo loco uigeret, tanquam irrationabilis, & cōtra ius, potius sit quædam corruptela, quam consuetudo, nec ad alia loca externa sit attendenda. Paris. conf. 27. numer. 46. & seq. vol. 1. Soc. iun. consil. 101. nu. 7. & seq. vol. 2. Personal. in tract. de adispicen. poss. n. 167. vers. cumque illa consuetudo, & latè idè Franc. Personal. de indic. nu. 105. & seq. vbi subdit, licet talis practica non placeat aliquibus Aduocatis, & procuratoribus fiscalibus. Quod autem iudex teneatur reum absolueri, & non possit relinquere causam indecisam, latè tuetur Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. nu. 28. vbi firmat, quod hanc opinionem semper tenuit legendo, & consulendo, & ab ea non esse in iudicando recedendum, & ibi contrariis respondit, de quo latè dixi supra in hac Defens. cap. 40. vbi etiam posui, quando possit



possit condemnari, & in qua pena an ordinaria, vel extraordinaria, quamvis sublinuerit.

Sed non debeat absolui diffinitivè vel cum clausula, ex hæcenus deductis; vel rebus sic stantibus. Franc. Personal. in d. tract. de indic. & tort. tuetur, quod debeat absolui diffinitivè, de quo tamen ego alias latè dixi in Defens. 2. & etiam in hac Defens. d. cap. 40. in quibus locis etiam dixi, quãdo absoluitur simpliciter; an intelligatur absolutus diffinitivè, vel potius cum dicta clausula, rebus sic stantibus, & si ex novis indicij, & probationibus reus possit ad carceres reduci, & iterũ torqueri, & qualia esse debeant dicta indicia.

Si verò reus confessus fuerit delictum in tortura, duo requiruntur, & primum, ut ipsam confessionem legitime ratificet, ac in ea perseveret; & quomodo fiat ratificatio, dixi supra in hac Defens.

Secundum, ut iudex assignet terminum Reo ad faciendum suas Defensiones, de quo in seq. Defensione dicemus.

## DEFENSIO XXXI.

### Circa defensionem ante condemnationem.

Terminus defensionis an sit dandus Reo, antequam condemnetur.

#### S M M A R I U M.

- 1 Terminus defensionis reo confesso, antequam condemnetur, est dandus etiam spontè confesso, quia contra confessionem multa possunt deduci exceptiones.
- 2 Terminus defensionis est dandus etiam convicto, & convicto, & confesso, atque etiam condemnatio in contumaciam.
- 3 Terminus convicto, confesso, & alijs dandus per iudicem etiam ex officio, & non petitus, & si non fuisset datus sententia erit nulla.
- 4 Princeps de plenitudine potestatis non potest in totum defensionem tollere, sed bene illa abbreviare.
- 5 Terminus defensionis furibus famosis, & alijs similibus delinquentibus potest tolli.
- 6 Terminus defensionis tanquam approbatus a lege, & consuetudine, antequam reus condemnetur, non potest tolli.
- 7 Termino defensionis ante condemnationem reus etiam cum iuramento renunciari non potest, nec iudex talem renunciationem admittere non debet, licet aliqui voluerint, quod famosi latrones, et delinquentes dicto termino defensionis renunciare non possint.
- 8 Renunciatio defensionis, vel termini in quibus casibus admittatur.
- 9 Renunciationis forma qua sit.
- 10 Dies termini, an computetur in termino.

#### C A P. I.

**A**duocatus in hac questione habet firmissimam conclusionem pro Reo, ut iudex omnino teneatur dare ei terminum ad se defendendum, & ad dicendum, & opponendum quicquid vult, & potest adversus suam confessionem, Salic. in l. 2. post num. 7. C. de custod. reor. vbi testatur esse practicam communem totius mundi. Iul. Clar. q. 49. nu. 4. circa finem, & num. 13. vbi de communi quæst. 64. nu. 53. vbi damnat iudices, qui

aliter faciunt, & latè q. 65. nu. 1. vbi idem firmat Modern. Rom. q. 39. nu. 32. & seq. vbi de communi Nouell. in tract. ad defens. c. nu. 14. & seq. Rol. conf. 12. nu. 42. & seq. li. 7. Laderch. Imol. conf. 184. n. 6. & seq. vbi alios allegat Farin. conf. 16. nu. 15. vbi alios allegat, & testatur, quod ita totus mundus obseruat, & conf. 84. nu. 2. in fi. vbi de communi Pet. Della de tortur. q. 14. n. 24. & si illum denegaret iudex, teneretur, de dolo, post alios quos allegat Farin. conf. 64. nu. 6. latè Cauale. de Brach. reg. p. 1. num. 175. vbi dicit, quod nulla lex, nullus Doctor, & nullus practicus dicit, nec alibi contrarium seruatur, quod non detur dictus terminus, imò quod sunt testes aperti, & clari prohibentes neminè condemnari posse, nisi dato termino ad se defendendum, & latè sub nu. 225. & seq. & in pract. de testib. p. 5. num. 211. dicit, quod ita est obseruandum, & quod Paris de Put. in verb. Ad condemnatio. c. 4. nu. 13. maximè inuehit contra iudices, qui aliter faciunt.

Inmò est dandus terminus præfatus etiam spontè confesso, nec illico ad supplicium mittendus est, Boss. tit. de confess. nu. 3. vbi firmat, quod ita totus mundus obseruat, Moder. Rom. q. 39. numer. 32. vbi post Paris de Put. de Syndicat. in verb. condemnatio. capitulo 4. ante numer. 1. damnat quemdam Regem, qui statim captum homicidam suspendi mandauit, Iul. Clar. q. 49. num. 4. circa fin. & num. 13. q. 65. num. 1. vers. non tamen, vbi firmat etiam, quod ita totus mundus obseruat. Farinac. conf. 16. nu. 16. vbi concordantes adducit, & dicit procedere, tam in prima, quam in alia instantia, ut dari debeat talis terminus spontè confesso, Laderch. conf. 184. num. 7. Et dari debet, etiam si statutum disponderet, quod confitens delictum puniatur, & maximè vbi agitur de pœna corporali, Baiard. q. 46. n. 49. latè Cauale. de Brac. reg. p. 1. n. 225. & seq.

Quia contra confessionem etiam possunt deduci, & allegari, ac probari multæ defensiones, Boss. tit. de confess. nu. 3. Mod. Rom. q. 39. nu. 32. circa med. veluti, quod confessus sit minor, quod processus sit nullus, vel patiatur defectum iurisdictionis, & multas alias exceptiones, quas ponit Bar. in l. 1. §. si quis vltro, & Marf. nu. 89. ff. de q. Iul. Clar. q. 49. num. 13. & q. 66. nu. 1. vers. multa enim, decis. Auenion. 15. num. 14. Farin. d. conf. 16. n. 15. latè Cauale. d. p. 1. n. 225. & seq. vbi etiam docet, quod sit dandus terminus reposito in flagranti, vel cum aliqua re, quæ præterdatur furto subtracta, cū possit multa deducere pro eius exculpatione, quæ ibi refert: licet Bal. in l. a. procedente in fi. n. 2. C. de dilat. voluerit, confesso non dari terminum, cum ex confessione inducatur notorium, & in notorijs non detur terminus, quia Bal. & sequaces in hoc reprobantur communiter ab omnibus, ut firmat idem Mod. Rom. d. q. 39. n. 34. & decis. Auenio. 15. n. 11. dicit esse probandam notorietatem per sententiam Iudicis, alias non posset fieri executio ex dicta notorietate.

- 2 Nec non etiam convicto solùmmodo est dandus dictus terminus, Iul. Clar. d. q. 49. num. 4. circa fi. & alij, quos allegat, & sequitur Lader. Imol. conf. 187. n. 25. vers. id est si fuerit; Imò est dandus confesso, & convicto in simul, cum possit per alia indicia, & probationes contrarium probare, Farin. cōf. 16. n. 17. vbi alios allegat. Amel. de Potest. in se ipsum lib. 1. cap. 16. num. 15. Cartar. de interrog. Decis. li. cap. 1. n. 155. Mod. Rom.



Rom. q. 38. num. 32. 35. & seq. Intrigl. singul. 184. n. 1. lib. 2. sing. 24. lib. 3. & conf. 11. nu. 53. Mont. Leon in pract. fol. 515. nu. 5. Barz. dec. 145. n. 1. Maur. Bur. de mod. proced. ex abrupt. q. 4. n. 23. cū non dicatur reus plenē conuictus, nisi prius sibi dato termino ad opponendum, & se defendendum, cum copia processus, etiam si contra eum essent plures testes de visu. Ball. super pragm. Imper. 6. 3. to. 2. fol. 328. nu. 19. Ludou. a Peguer. in pract. crimin. cap. 12. num. 2. Maur. Burg. d. q. 4. num. 24.

Imò etiam condemnato in contumaciam est dandus terminus, neque facta recognitione personæ eiusdem contumacijs, statim est mittendus ad supplicium, sed ei est dandus terminus ad dicendum causam, quare sententia contra eum lata executioni demandari non debeat. Foller. in pract. crim. in ver. captis foriudicatis n. 2. & seq. latè Sigism. Scac. de iudic. l. 1. c. 97. n. 183. & seq. Baiar. q. 69. nu. 6. & seq. & sub nu. 9. dicit ita seruari in statu Ecclesiastico, quamuis per Bullas Pij IV. & Pij V. disponatur, vt statim sub pœna excommunicationis, executioni demandetur, adhuc erit condemnato in contumacia, & capto dandus aliquis breuis terminus, & quod ita ipse semper practicauit, & praticare facit, & ita passim hic in curia ab omnib. praticatur, cum possit iste condemnatus deducere, habere gratiam, saluum conductum, tolerantiam, decretum gratiosum, quod sit mulier prægnans, vel sit effectus furiosus, vel quia sententia, & totus processus est nullus, & præcipuè, quia iudex præscripsit aliquam formam in monitorio, vel citatione ad exequendum citationes, & illa non fuit seruata, & multæ aliæ exceptiones, quæ possent impedire dictæ sententiæ executionem, & multa alia exempla post alios, quos allegat ponit Scac. d. c. 93. num. 183. in fi. & nu. 184. & seq. & Moder. Ro. q. 1. n. 43. ver. & his non obstantibus, & eandem sententiam tenuit Vital. tract. de malefic. rubr. forma accusæ porrectæ per iudic. sub nu. 113. & ibi firmat eandem sententiam sequutam fuisse. Jacob. de Aret. quam opinionem omnino sequendam esse approbo, & aliter facere, esset valde errare; quicquid aliter dixerit Flam. Cartar. de execut. sentent. cap. 3. ferè per totum.

3 Qui terminus est dandus reo confesso, & conuicto ex officio iudicis, etiam si non fuerit petitus. Boss. de confels. nu. 6. Iul. Clar. q. 49. ver. nunquid. Moder. Ro. q. 39. num. 35. vbi concordantes allegat, & testatur de magis cōmuni, & praticata opinione, & quod de forma iudicij sit dandus dictus terminus ex officio, etiā si non fuerit petitus, Intrigl. sing. 184. nu. 1. lib. 2. Barz. dec. 145. n. 1. & post alios, quos allegat Maur. Burg. d. q. 4. n. 2. & hoc etiam est a generali cōsuetudine approbatum. Iul. Clar. q. 49. ver. est igitur quæstio. 65. n. 1. ver. & licet Magon. dec. Lucen. 49. n. 21. vbi testatur, quod Rot. Lucen. bis annullauit duos processus ex isto capite defensionis non datæ, quæ consuetudo laudabilis etiam vigeret in vrbe, eoque maximè procedit, si reus fateretur delictum, quod non esset verisimile, vt in casu Iul. Clar. q. 52. num. 1. in fi. vel esset sine indicijs, vel ageretur de delicto leui. Moder. Ro. d. q. 39. nu. 27. & seq. vbi concordantes etiam adducit. Et multo magis etiam procedit, quando in loco adesset statutum, vt iudex teneatur dare terminum defensionis, quia si non fuerit datus, eo magis sententia erit nulla Lader. Imolen. conf. 184. n. 11. vbi alios allegat.

Ac etiam sententia esset nulla, si non fuisset datus dictus terminus, quando per statutum tolleretur appellatio in causis criminalibus, vt latè per Laderch. d. conf. 184. n. 13. vbi reddit bonam rationem. Quod est notandum in Statu Ecclesiastico, cum in capitalibus vigore Bullæ Pij IV. tollatur appellatio. Et ex quodā stylo signaturæ etiam solet semper rescribi in alijs corporalibus cum illa clausula, non retardata executione; & si fuerit petitus & fuerit denegatus, multo magis sententia erit nulla, Laderch. d. conf. 184. n. 13. vbi subdit, quod in hoc nemo discrepat; & ob id Aduocatus, & causæ defensor ad abundantem cautelam semper instet pro dicto termino; & si reus post dictum terminum sibi datum velit inducere articulos concernentes eius defensionem, iudex tenetur illos recipere vt consuluit Iason. conf. 175. per totum, vol. 2.

4 Sed an Princeps de plenitudine potestatis possit tollere reo istum terminum, ac defensionem Afflict. plenè tractat hanc quæstionem in constit. Inq. s. item dura. n. 9. mihi fol. 142. li. 2. Iul. Clar. q. 49. n. 14. & Doctor. adducti per Baiar. q. 49. nu. 55. & seq. qui licet dicant esse communem opinionem, vt non possit dicta defensionem tollere, vt per Iul. Clar. vbi supra, tamè videntur contrarium tenere, & maximè in Pontifice. Sed ego non vidi vnquam talem defensionem a Pontificibus, etiam de plenitudine potestatis tolli, sed aliquando bene illam abbreviari etiam ad horas in casibus exemplaribus, quia Princeps potest abbreviare terminum defensionis, sed non in totum tollere, cum semper respiciat formam defensionis introductam de iure positiuo, quam Princeps tollere potest, sed nõ totam defensionem, vt post Cartar. de execut. sentent. c. 3. nu. 38. vbi de cōmuni, & Farin. q. 29. n. 16. firmat Caualc. de Brach. reg. p. 1. nu. 181. & sub nu. 177. & dicit, quod Princeps potest abbreviare omnes terminos, non tamen illos angustare, vt impossibile sit tam cito incumbencia fieri, & ideo pessimi exempli est, quando aliquando per horas tantum datur terminus ad se defendendum.

5 Et, si in aliquibus casibus iudex vellet talem terminum denegare, vt in furibus, & famosis latronibus, incendiarijs, raptoribus, & publicè diffamatis, quibus etiā potest denegare, ne aliquis Aduocatus illos defendat, vt per Doct. adductos per Baiard. q. 49. nu. 54. Tamen caueat iudex, vt per suam sententiam interloquatur, terminum non esse dandum, tanquam per calumniam petutum, vt per Baiar. q. 49. nu. 49. ex traditis per Innoc. in c. ad petitionem, de accus. sed ibi subdit Baiard. quod tutius semper erit dilationem, vel terminum dare, maximè vbi ageretur de pœna corporali, & Caualc. de Brach. reg. p. 1. nu. 178. & seq. dicit etiam in notorio delinquente esse dandum terminum ad se defendendum, cum delictum non sit tam notorium, quod non habeat aliquas excusationes, sed solum admitti, quando delinquens esset notorius, & ipse peteret expediri, quia sciret nullam sibi competere defensionem, & hoc pro certo habere.

6 Et sciat et iudex, quod iste terminus cum sit præfixus a lege, ac a consuetudine approbatus, est omnino dandus, etiā si non fuerit petitus, & quod non est modo curandum de illa distinctione. Bal. in l. nouerint. in prin. C. vt intra cer. tēp. vt si agatur de dilatione prefixa a lege sit danda etiam non petita, secus si a iudice, quia tunc illa peti debeat, vltra quod nec etiā tuta est



est ista distinctio Baldi, a qua iudices omnino cauere debent, vt firmat Baiard. d. q. 49. nu. 50.

7 Et in tantum vera est ista opinio, vt terminus praefatus reo per iudicem datus sit, quod licet reus dicto termino renuntiauerit, iudex dictam renunciationem admittere non debet; sed pati, vt labatur terminus, alias iniuste condemnaret inquisitum. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. nu. 33. vers. ex quo iudices. Moder. Ro. q. 39. nu. 51. vbi concordantes allegat, & pluries testatur de communi Jul. Clar. q. 49. num. 16. in prin. vbi de communi Thom. Triuif. decis. Venet. 1. n. 7. & seq. lib. 2. Pet. Pella, de tort. q. 14. n. 28. late Laderch. Imol. conf. 189. nu. 9. vers. idem, vbi post alios, quos allegat, dicit procedere, etiam si cam iuramento dicto termino renunciaffet, d. q. 39. nu. 54. vbi de magis communi Baiar. q. 49. n. 60. Et hoc etiam dicit procedere, non solum quando tractatur de vita hominis, sed etiam de diminuenda poena. Et reus potest suis defensionibus renunciare, vt citius absoluat, & non vt condemnatur. Laderch. Imol. d. conf. 184. n. 4. nec minus potest appellationi renunciare. Boer. decis. 267. nu. 16. circa medium vbi loquitur, quando tractatur de morte naturali, vel ciuili, vel de membri mutilatione, vt tunc per quemlibet de populo interponi possit, nec ipse reus illi renunciare possit.

Et si fuerit facta renunciatio, potest reus illam reuocare, vt post gl. & Doct. in l. 2. C. quor. appell. non recip. Ang. in l. non tantum, ff. de appell. Franc. Mar. dec. 60. nu. 8. p. 2. Baiar. q. 46. nu. 62. & ita post alios, quos allegat Farin. q. 39. nu. 57. vbi dicit, quod in hoc nemo dubitat, & ego pluries ita obtinui, & in actis instari feci pro reuocatione dictae renunciationis. Cauale. de Brach. reg. p. 1. n. 181. in fine.

Caueantque iudices, ne curent reos renunciare dicto termino, etiam cum illa clausula, quia certo sciunt nullam eis competere defensionem, neque habere, ne super eos, eorumque filios conuertatur, si iniquè egerint. Farin. q. 36. n. 56. per Doct. per eum ibi adductos, & quod iudicio suo male faciunt, prout etiam exclamat Lader. Imol. conf. 184. nu. 8. in fi. & idem facit Cauale. de Brach. reg. p. 1. nu. 278.

Licetque al qui voluerint, quod famosi latrones possint defensionibus renunciare, & alij insignes delinquentes, Doct. relati per Moder. Rom. q. 39. n. 63. vbi de communi Baiar. q. 92. n. 59. Tamen Aduocatus sciat in hoc replicare, quod in processu non constat de tali qualitate famositatis, & idèd renunciatio non teneat, vt declarat Moder. Rom. d. q. 39. n. 64. in fi. Ac etiam sciat deducere, quod licet aliqui voluerint, vt repertus in flagranti, si notorium esset delictum, possit etiam defensionibus, vel dicto termino renunciare, Doct. relati per Moder. Rom. d. q. 39. nu. 6. Triuif. dec. 1. n. 24. lib. 2. tamen non constat de ista qualitate apprehensionis, nec minus de illa notorietate, & quod in omnem casum, etiam isto casu sit dandus dictus terminus dicto reperto in flagranti etiam confessio post Bal. firmat Laderch. Imol. conf. 284. num. 7. vers. & idèd reo.

8 In quibus casibus possit substineri dicta renunciatio, vide Felin. in c. cum venisset, de testib. c. quarenti, nu. 3. ff. de foro compet. c. si diligenti, eod. tit. Moder. Rom. d. q. 39. Mart. in pract. crim. in §. examinanda, n. 11. Formam autem dictae renunciationis ponit Baiar. q. 46. nu. 61. post Soc. in c. qualiter, & quando num.

9 1055. de accus. Quae est ista † N. Inquisitus spontè ex certa scientia, sciens carere omni spe defensionis, renunciauit termino sibi statuto, vel statuendo, tam ex forma iuris communis, quam statutorum.

Solum restat videre, an assignato termino inquisito ad faciendum suas defensiones, dies termini computetur in termino, & licet in puncto iuris habeat aliquam difficultatem, vt computari debeat gl. fi. in l. Gallus, in princ. ff. de liber. & posthu. vbi Alberic. nu. 11. casu 63. & glo. in c. anteriorem in verb. dierum 2. q. 6. Corn. conf. 79. col. 2. vers. Quicquid autem vol. 4. vbi de communi, & Aret. in d. l. Gallus in princ. nu. 4. etiam de communi, late Tiraq. de tractat. lign. §. 1. gl. 4. nu. 6. & de retract. Municipali, §. 1. gl. 11. n. seq. Tamen Aduocatus infurgat contra illam communem opinionem, vt de consuetudine non seruetur, vt dies termini computetur in termino. Ias. in l. 1. nu. 20. ff. si quis cautio, qui asserit esse communem opinionem, & seruari ex more iudiciorum, testatur etiam ibi Alber. nu. 6. & de magis communi testatur Dec. in c. super eo, el. 2. nu. 17. de appell. & latissime, qui alios allegat testantes de communi, & magis comm. Caual. comm. contra com. q. 401. per totam, & ibi testatur hanc opinionem moribus praualuisse, & ab ea non esse recedendum, nec in iudicando, nec in consulendo, prout etiam testatur Flam. Paris. de resign. benef. 2. p. lib. 12. q. 8. & magis com. etiam dicit Didac. Perez in l. 1. tit. 2. li. 3. ordin. col. 828. & nouissime Parladonius lib. 2. rerum quotidianarum. §. p. c. fi. §. 10. nu. 4.

## D E F E N S I O XXXII.

### Circa confessionem rei.

Quoniam, secuta ratificatione formiter contra confessum, & elapso termino sibi assignato ad faciendum suas defensiones, & ad dicendum causam, quare non debeat condemnari, deuenitur per iudicem ad condemnationem, prout delicti qualitas expostulat, prout communiter hodie obseruatur in practica, cum partes iudicis non sint, nisi in condemnando. Anton. Gom. tit. de delict. c. 12. nu. 3. & nu. 8. vbi de communi Jul. Clar. q. 65. vers. 1. vbi etiam de communi Bertaz. conf. 541. nu. 1. & conf. 449. nu. 1. & seq. lib. 2. quae regula transit in ore omnium, & non habet contradictorem. Modern. Rom. q. 81. nu. 3. idèd videamus, quae possint deduci aduersus confessionem, vt illa non afficiat contentem; super qua defensione Aduocatus debet esse oculatus, & vigilantissimus, cum sit ferè vltima defensio, ac vltimum refugium defensionis ad euadendum reum a poena ordinaria, & aliquando etiam a poena extraordinaria.

Confessio turbida, dubia, & non clara, neque nitida, neque possibilis, aut verisimilis non afficit contentem.

### S V M M A R I M.

- 1 Confessio dubia, vel obscura non afficit contentem, nec minus confessio in consequentiam, & etiam si emanauerit in alio iudicio, dummodo non agatur de salute animae.
- 2 Confessio turbida, & obscura facit indicium ad torturam contra contentem. Idem est in confessione praesumpta.
- 3 Confessio debet esse verisimilis, & probabilis, vt afficiat contentem.



*confitentem, ac etiam debet esse possibilis, & specifica continens locum, & tempus commissi delicti; nec confessio condicionalis afficit.*

4 *Confessio, ut afficere possit, requiritur, quod emanauerit legitime coram iudice competente, & legitimis procedentibus indicij.*

C A P. I.

1 **I**N specie Aduocatus diligenter inspiciat, an confessio rei sit dubia, vel obscura; quia, ut confessio possit afficere confitentem, requiritur nitida, clara, lucida, & inuulnerabilis, ac clara, sicut sol, ac nullam debet pati labem, vel exceptionem, sed debet esse maior omni exceptione, Feij. in cap. at si Clerici, num. 1. extra de iud. Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebuntur num. 59. 65. Iodoch. in pract. crim. c. 54. n. 34. Herculao. de proban. negat. n. 198. Bertazz. consil. 55. n. 6. & consil. 61. n. 9. & consil. 215. nu. 5. & 9. Farin. q. 81. nu. 32. Honded. conf. 108. n. 46. vol. 1. Farin. conf. 60. num. 11. vbi dicit paria esse obscure, vel incerte fateri, vel nihil fateri, conf. 89. nu. 41. Add. ad Farin. consil. 19. in lit. I, vbi alios infinitos allegat, & conf. 34. in lit. D. Cauale. de brach. reg. par. 3. n. 231. Quod maximè procedit in confessione emanata in tortura, ut debeat esse inuulnerabilis, Boss. tit. de confess. per tortur. num. 25. Bertazzal. conf. 29. nu. 17. vol. 1. & debet esse probabilis verisimilis, & concludens siue fiat spontè, siue in tortura, antequam fiat ratificatio, ut docet Mascard. de probat. conclus. 353. Mar. in l. quæstionis modum, nu. 17. ff. de quæst. Cauale. de Brach. reg. par. 3. num. 185. & idè sciat iudex, quod si reus variauerit, quia modo ait, modo negat, & confessionem vagam, & ancipitem faciat, & omnia, & singula non bene exprimat, sed intricatè dicat, debet torqueri, ut clarè confiteatur veritatem, demum si sufficièter tortus, & in ead. confessione intricata mateat in actu ratificationes iudex studeat reum magis clarè confessionem facere, & per interrogationem feriem facti curet magis clare, ac dilucidè exprimere maximè quando agitur de vita hominis, ut post Bero. q. 126. aduertit. Cauale. de Brach. reg. par. 3. nu. 185.

Hinc inferitur, quod confessio tacita, & in consequentiam non noceat confitenti, ut si quis excipiendo dicat Vitium socium criminis, & sic, & se reū criminis tacitè se faciat, Foller. in pract. in verb. & si confitebuntur, n. 65. in fin. Farin. q. 81. num. 32. & seq. & conf. 80. num. 41. & Doct. adducti per Add. ad eundem in conf. 19. in lit. I. vers. & hic est, Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 348. nu. 36. qui etiam alios allegat. Item si quis interrogetur de pluribus delictis, & aliqua negauerit expressè, reliqua tacendo, & non negando confiteri præsumatur, ut talis confessio non sufficiat ad condemnandum, Boss. tit. de confess. n. 83. & seq. Farin. d. q. 81. nu. 32. circa med. Item si homicidium fuerit commissum in rixa, & ignoretur delinquens & vnus ex rixantibus fateatur, homicidium fuit a nobis commissum, non per hoc dicitur fateri, ipsum vulnerasse, vel occidisse, cum potuerint esse alij rixates. Bero latè consuluit in conf. 178. n. 24. & seq. lib. 3. Farinac. d. quæst. 81. num. 31. Adden. ad Farin. d. conf. 19. in litt. I.

Et, si confessio ita turbida, obscura, & non clara, neque nitida emanauerit in alio iudicio, eo minus

noceat, Honded. conf. 60. nu. 57. volum. 1. Mascard. d. conclus. 348. num. 30. & seq. Gram. Theorem. 20. num. 26. vbi exemplificat in confessione resultantè ex productione scripturarum, & in dubio semper interpretatur in fauore confitentis, & secundum eius intentionem, Rom. conf. 455. num. 5. & seq. Alciati. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 1. numer. 9. Bertazzol. conf. 54. num. 2. consil. 156. numer. 53. lib. 1. & consil. 449. n. 28. li. 2. Mascard. de probat. conclus. 344. num. 12. lib. 1. Moder. Rom. q. 81. numer. 35. Rim. iun. consil. 88. num. 41. lib. 1. Hond. conf. 108. num. 44. & seq. lib. 1. & in meliorem partem, ut delictum excludatur, ut post alios, quos allegat, firmat, Bursatt. conf. 146. num. 27. vol. 3. Hond. conf. 96. n. 52. vol. 2. Quod procedit, quando agitur de pœna, secus si de salute animæ; quia præsumendum est peccatum, & est timenda culpa vbi etiam culpa non est; & ob id interpretatur in malam partem, cap. consilium de oprion. latè Anchar. conf. 179. nu. 5. & seq. post Bonzia. in tractat. de lamij.

2 Sed bene verum est, quod si Aduocatus aduersus dictam confessionem dubiam, & obscuram aliquas excusationes non deducat, per quas tollatur vmbra delicti, prout consistens facere potest, Ant. Gabr. tit. de delict. lib. 7. conclus. 19. num. 6. reus poterit ex ea torqueri, Claud. Seyfell. in repet. l. vt vim, num. 116. ff. de iust. & iur. Boss. tit. de confess. numero 83. & seq. ut, si interrogatus de multis criminibus aliqua negasse commississe, ex dicta præsumpta confessione quoad cetera torqueatur, Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. num. 24. Moder. Rom. quæst. 81. num. 39. vel potest puniri pœna extraordinaria. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. num. 23. Mar. in pract. in §. quoniam nu. 24. si habeat iudex liberum arbitrium; alias in iudice ordinario consuetudo magis obtinuit, ut per torturam res derimatur. Ant. de Canar. in tract. de q. n. 43. membr. 2. Cauale. de Brach. reg. par. 3. nu. 231.

3 Ac etiam debet esse verisimilis, vel probabilis, siue per torturam, siue spontè fiat. Blanc. de indic. num. 35. Casson. de torment. cap. 18. nu. 9. cap. 20. num. 3. Herculao. de proband. neg. num. 198. Vulpell. respons. 6. num. 6. & seqq. Moder. Rom. q. 81. num. 28. vbi de communi, Mascard. de probat. conclus. 384. num. 4. Riminal. iun. conf. 683. n. 20. vol. 6. Decian. lib. 7. cap. 44. num. 22. qui loquitur in crimine læsæ maiestatis, Hond. conf. 108. num. 47. & seqq. Farin. conf. 19. num. 18. & ibi Adden. in lit. T, qui alios allegat, vbi dicunt, quod procedit, tam in confessione spontanea, quam in manata per tormenta, & si non contineat locum, & tempus delicti, dicitur inuerrisimilis, Boss. tit. de confess. nu. 45. vers. veneni magis. Item si fieret a minore, & non constaret de corpore delicti, dicitur inuerrisimilis. Gram. con. 60. num. 11. & seq. & Menoch. de Arb. cas. 269. li. 2. docet in confessione facta in tormentis, ut noceat confitenti debet esse probabilis, possibilis, & verisimilis; & probabilis erit quado constaret de corpore delicti secus si diceret interfecisse hominem, & illum proiecisse in mare, quia einta dicenti simpliciter non creditur.

Et multo magis debet esse possibilis; quia si fuerit impossibilis, non afficit confitentè, Iodoch. in Pract. crim. cap. 54. num. 31. 33. vbi exemplificat in eo, qui Burgis existit, & fatetur eadem die, vel die sequenti commississe Romæ, vel Parisijs homicidium. Cyall. in summ.



in summ. crim. rubr. 16. de confess. §. 2. num. 17. vbi ponit alia exempla, Moder. Rom. q. 81. nu. 29. Menoch. cas. 269. nu. 3. & 8. Bertazzol. conf. 29. nu. 1. Decian. lib. 7. cap. 43. nu. 2. Add. ad Farinac. in conf. 29. in lit. T, vers. quæ multo, vbi alios ferè infinitos cumulauit, & ponit plura exempla Menoch. d. cas. 269. n. 8. & sub n. 9. dicit quod debeat esse verisimilis, alias non noceret.

Ac etiam debet esse specifica continens locum, & tempus commissi delicti, non autem generica, & informis, Rom. conf. 455. nu. 4. vbi reddit rationem: & sic non sufficit vt dicat fecisse homicidium, nisi dicat in personam cuius, in quo loco, & de quo tempore, Farinac. quæst. 81. num. 31. & latè conf. 80. num. 42. vbi concordantes cumulauit, & Adden. ad eum in conf. 36. in litt. D, in fin. & idem est in confessione generali respectu quantitatis, vt non afficiat confitentem, Natt. conf. 345. num. 3. vol. 2. vbi subdit, vt non sufficiat, quod iustificetur in aliqua parte, quia debet iustificari in totum; & hoc dicit esse verius.

Idemq; erit si fuerit conditionalis, quæ non sufficit ad cõdemnandũ. Farin. cõf. 34. n. 5. & ibi Adden. in lit. D, qui loquuntur in cõfessione emanata in actu capturæ per hæc verba: *oh Dio, se hò fatto il male io, perche voglio castigare la mia madre, e sorelle?* & in conf. 60. nu. 112. per hæc verba: *se il Sollecatore l'ha hauuto, bisogna che gli habbia dato io,* & ibi concordantes allegat, Decian. respons. 93. num. 126. & seq. vol. 2. qui loquitur in eo, qui respondet inquisitioni, negando omnia contenta in ea, & postea dicit, vel quatenus, vel, si, & in quantum, vel dato, & non confesso, vel, *se solo sapessi, mai lo direi.*

4 Et tandem oportet, vt afficiat confitentem, quod legitime emanauerit, vt per Riminal. iun. conf. 817. nu. 34. & seqq. vol. 7. vbi subdit: & ob id requiritur, vt emanauerit, legitimis præcedentibus indicijs ad reum interrogandum, & coram Iudice competente, cum sit certa regula, quod omnis dispositio intelligatur de illa, quæ legitime fiat.

Confessio non afficit confitentem, quando non constat de corpore delicti, & de eius qualitatibus, & circumstantijs.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Confessio non afficit confitentem, nisi constet de corpore delicti, & hoc procedit etiam in confessione ficta resultantante ex contumacia.
- 2 Iudex deueniens ad sententiam, non constituto de corpore delicti, excusetur in syndicato, si deinde post sententiam superueniat probatio super corpore delicti.
- 3 Confessio vt afficiat, debent verificari eius qualitates & circumstantia tendentes ad delictum, siue confessio fuerit spontanea, siue extorta metu tormentorum.

#### C A P. II.

1 **I**Am satis dixi supra in defensione circa corpus delicti, vt Reus confitens delictum nõ possit condemnari, nisi constet de illius corpore, vulg. l. 1. §. item illud. ff. ad Syllan. l. 1. Clar. q. 4. num. 1. & quæst. 55. n. 9. quæst. 64. vers. debet etiam, Cephal. conf. 35. nu. 8. vol. 1. Bursat. conf. 8. n. 42. & conf. 166. nu. 3. vol. 2. Boer. decif. 259. n. 7. Farin. quæst. 2. num. 1. & seqq. Baiard. dict. q. 55. num. 15. Decian. respons. 96. num. 19. 22. vol. 3. vbi plus dicit, quod si sententia sequeretur, erit

ipso iure nulla, cum nemo sit dominus membrorum suorum, Bursat. conf. 201. nu. 30. vol. 2. vbi refert, Bononiae quendam fuisse liberatum ex isto capite, & iudex aliter faciens damnat corpus, & animam, Ang. de Malefic. in verb. vestem caelestem. nu. 25. Gram. conf. 16. num. 5. Bursat. dict. conf. 201. num. 30. Mascard. de probat. conclus. 354. Fab. Turett. conf. 9. num. 7. vbi alios allegat Mising. cõt. 3. obseruat. 81. latè Boer. decif. 172. p. 1. & procedat tam in confessione spontanea, quam in illa facta in tormentis, Boss. tit. de cõfess. n. 19. Bertazzol. d. conf. 8. nu. 42. Costa de subsid. remed. Remed. 101. nu. 13.

Et ista conclusio est vera etiam in confessio facta resultante ex contumacia, vt non possit sequi condemnatio, nisi prius constet de corpore delicti, latè Farin. quæst. 2. num. 7. vbi de communi, & alios allegat, Decian. respons. 96. nu. 16. vol. 3. vbi loquitur, etiam præsuppositis Bullis Pontificum, per quas contumax habeatur pro confesso. Et etiam procedit in principe, qui aliquem non condemnat, nisi sibi constet de delicto, vt de communi, & prædicata obseruantia testatur Caualean. de brae. reg. par. 1. num. 183. & tandem in hac materia traditur illa distinctio, aut agitur de inquirendo, & sufficiat sola quærela, aut de tortura inferenda, & sufficiat testes, aut de cõdemnando, & tunc requiratur corpus delicti, si fieri potest, si minus, sufficit quomodocunque constet, aut per testes, aut per coniecturas, & præsumptiones, Caualean. de brach. reg. dict. p. 1. nu. 188. Et etiam si fateretur se esse publicum latronem, crasatorem viarum, & similia sibi non erit credendum, vt possit deinde condemnari, nisi constet de latrocinijs, vel grasatione, vt latè dixi in dicta Defens. circa corpus delicti, & ibi docui quomodo constare debeat, distinguendo, an agatur de delicto facti permanentis, aut facti transeuntis, & ibi etiam dixi quomodo Iudex facere debeat constare de dicto delicto, & latè docet etiam Caualean. de brach. Reg. d. par. 1. nu. 183. cum pluribus, & seq. latè etiã Petr. Cabal. cas. 180. sequitur Costa de subsid. remed. remed. 101. num. 14.

2 An verò, si iudex processit ad sententiam, non constituto plenè de delicto, vel eius corpore, si deinde superueniant probationes, excusetur in syndicato. Hæc quætionem ad plenum ponit Boer. decif. 259. num. 1. 4. 7. & 9. vbi post Bal. & Par. de Put. videtur dicere, posse iuari, cum ostendat, ex illa probatione superueniente, non esse partem læsam, vbi tamen videtur distinguere an iudex procedat ex officio, & tunc sit vera opinio Bald. & Par. Ant. ad instantiam partis, & tunc non excusetur.

Nec nõ iudex tenetur iustificare qualitates, & circumstantias tendentes ad delictum, siue finis in confessione spontè facta, siue per torturam. Mar. Socc. in cap. qualiter, qñ. el. 2. nu. 975. de accusat. & nu. 102. vbi in specie dicit, qñ si Titius falsus fuerit vulneratse, vel occidisse Caium cū aliquo ferro, debet iudex illum interrogare, vbi habet dictum ferrum, & illum reperire, & videre an vulnera verisimiliter facta sint cū dicto ferro, Par. de Put. de syndic. in verb. cõfessio, c. 1. nu. 5. loquitur in eo, qui dicit occidisse hominẽ, & in aliquo loco sepelisse, vt reus nõ possit condemnari, nisi verificetur, qñ in loco designato ad sit illius cadaver, vel ossa, & quod quidam Commissarius, qui contrarium obseruauit, fuit in magno periculo, latè Marf. consil. 14. numero 17. & seq.



& seq. conf. 22. nu. 9. Brun. de indic. p. 2. q. 6. nu. 13. dicit, quod iudex non potest condemnare illum, qui dicebat posuisse enssem, cum quo hominem interfecit, modo in vno loco, modo in alio, & quod debeat verificari quid factum sit de armis. Casson. de tort. c. 1. rubr. de peric. torment. nu. 9. c. 20. sub rubr. de confes. n. 1. & seq. & si opus fuerit, debeat duci confitens ad loca, in quibus dicit se commississe delicta. Foller. in verb. & si confitebuntur, nu. 5. latè Bru. a Sole in comped. vers. confessio delicti non verificata. Moder. Ro. q. 81. num. 30. vbi dicit, hoc esse verum in quocunque crimine, & præsertim in confessione extorta per tormenta. Burf. d. conf. 201. nu. 29. cum plurib. seq. vbi latè concordantes allegat Bertaz. conf. 29. nu. 5. lib. 1.

Quid autem, si fur fateatur fecisse plura furta, an requiratur, quod omnia furta verificentur, vel sufficiat verificare duo, vel tria etiam leuiora dixi in dicta Defensione circa corpus delicti.

Confessio, quæ est sine causa, non afficit confitentem.

S Y M M A R I V M.

- 1 Confessio facta de delicto sine causa, non afficit confitentem, per rationem adductam hic per Authorem.
- 2 Iudex debet interrogare reum, qua de causa delictum commiserit.

C A P. III.

**C**Aueat Aduocatus circa defensionem rei confitens, vt deueniat ad medullam negocij, & non perlistat in superficie confessionis, sed videat, an ex processu resultet aliqua causa, per quam motus fuerit reus ad illud delictum confessatum committendum, cum causa sit basis, seu fundamentum cuiuscunque criminis. Casson. de indic. præmed. ant. delict. c. 1. cum plur. seq. Crau. conf. 6. num. 22. Marf. sing. 329. Eugen. conf. 76. n. 32. Rimin. iun. conf. 550. n. 17. & seq. vol. 5. Decian. respons. 4. n. 30. vol. 3. cum non præsumatur, quod quis voluerit sine causa se, bonaque sua ponere in periculo amissionis. Crau. d. conf. 6. nu. 20. & maxime hoc procedit in homine auaro. Dec. d. respons. 4. nu. 52. Simon. de Pret. conf. 15. nu. 38.

- 1 Et ob id, si non constat de causa, confessio non nocet confitenti, Paris de Puteo, de indic. in verb. tortus, c. 7. nu. 12. vbi propterea dicit, quod in dies videmus, multos imbecilles animo confessos fuisse crimina, & deinde repertos mendaces, ideo admonet iudices, vt bene aduertant ad eorum confessiones, vt in eis subsit delicti confessati verisimilis causa. Marf. in præd. crim. §. postquam nu. 29. & seq. Blanc. de indic. n. 35. vbi propterea dicit, quod iudex interroget reum, cur illud delictum commiserit. Fol. in præd. in verb. & si confitebuntur, nu. 45. Modern. Bom. q. 81. nu. 40.
- 2 vbi de communi, † Et quod debeat interrogari. Cart. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. nu. 83. post Foller. & alios, quos allegat Ambros. de modo formand. proces. lib. 4. cap. 2. num. 5.

Confessio incidenter emanata non afficit confitentem.

S Y M M A R I V M.

- 1 Confessio incidenter emanata non afficit confitentem, ad

condemnandum, & multo minus afficit tertios.

- 2 Ista opinio limitatur pluribus modis, vt hic per Authorem.

C A P. IV.

**C**onfessio incidenter, emanata super crimine, de quo agebatur non sufficit ad condemnandum. Marf. in prax. §. constante nu. 49. Marf. sing. 581. & in l. repeti, nu. 24. ff. de quæst. Boss. tit. de confess. num. 41. Rol. conf. 31. lib. 2. nu. 3. Bertaz. conf. 471. nu. 10. lib. 2. vbi de coi Farin. q. 81. nu. 219. vbi alios allegat Mascari. de prob. concl. 345. nu. 21. & seq. concl. 383. nu. 1. vbi de communi, & nu. 5. & seq. vbi cumulat Doct. relatos per Farinac. vbi supra, siue emanauerit in eodem iudicio, siue in alio. Bertaz. conf. 471. n. 10. lib. 2. Surd. decif. 309. nu. 1. & seq. licet videatur contrarium voluisse Boss. in tit. de pluribus violēt. nu. 118. etiam si emanauerit.

Et multo minus dicta confessio afficit tertios nominatos in ea. Boss. tit. quomodo proced. proces. per except. n. 7. vers. secus si essent alie personæ, Moder. Rom. d. q. 81. n. 227. Ac multo magis procedit in confessione incidenter facta extrajudicialiter, vt nec etiã possit facere indicium ad torturam. Carrer. in præd. in 2. tract. de indic. & tort. §. septimum indicium, nu. 19. in fi. Foller. in præd. in verb. & si confitebuntur, nu. 1. vers. limitatur etiam, & multo magis, si emanauerit in vno iudicio, vt non probet in alio. Immo etiã si ageretur de interesse partis. Rom. in l. cum mulier, nu. 37. & seq. ff. solut. matr. vbi ponit exemplum, licet Foller. in verb. & si confitebuntur, nu. 31. in fi. ex traditis per Bar. & Ang. contrarium teneat, vt sufficiat, si non ad condemnandum criminaliter, ad condemnandum tamen ad interesse partis.

- 2 Sed caueat Aduocatus, quod ad istam conclusionem accommodantur nonnullæ fallentiæ, & limitationes. Et prima est, quando iudicium, & eius processus saltem fuit generaliter ordinatus contra vnum, de cuius crimine incidenter constat per eius confessionem. tex. in cap. per inquisitionem extra de elect. vbi Papa commisit generalem inquisitionem fieri super statu Ecclesiæ, & totius capituli, quia si aduersus aliquem de capitulo incidenter per eius confessionem constiterit de crimine, poterit ex hac confessione puniri vbi doctores hanc limitationem recipiunt Host. nu. 4. Bohic. nu. 4. in fi. Imol. nu. 6. Abb. nu. 10. & 13. Feli. n. 5. Aret. exceptio. in princ. num. 41. vbi plus subdit, quod isto casu imponatur poena ordinaria. Butr. in c. 2. §. verum te. nu. 50. de ordin. cognit. vbi etiam Abb. num. 29. & ob id, confitens fuerit examinatus principalis in se, & testis in alios si aliquid etiam incidenter fateretur, vigore dictæ confessionis punitur. Butr. in c. per inquisitionem, num. 26. de elect. Et ob id, si quis etiam accuset iudicem de sententia lata per corruptelam, & in processu causæ fateatur illum corrupisse, poterit puniri de corruptela. Bois. tit. de confess. nu. 41. licet Puteus de indic. contrarium voluerit, vt dicit Pet. de Surd. decif. 309. num. 1.

Immo si fuerit formata inquisitio de vulnere illato in capite, & fateatur de membris, etiam poterit puniri. Doct. in c. 2. extra de elect. & præcipue Butr. n. 47. Abbas. nu. 28. Bohic. n. 4. Abb. n. 10. Moder. Ro. man. q. 81. nu. 238.

Secunda est intelligentia, vt confitens incidenter possit puniri de dicta confessione, parte instante, vel officio



officio iudicis, quando crimen confessatum, & annexum est, vel tãgit crimen iam deductum in prima accusatione, vel inquisitione; secus in alijs causis separatis, vt declarando istum articulum Moder. Rom. q. 81. n. 245. & seq. firmat ita esse intelligendum, quod dixerit. Bofs. tit. quom. proced. per except. num. 3. Iul. Clar. q. 55. vers. posset etiam dicere, vbi de communi Doc. in c. cum super extr. de confess. vbi in specie Io. And. nu. 9. in fine. Anchar. n. 1. & 5. Anan. 5. Abb. nu. 1. & Fel. in c. 1. nu. 10. extra de excep. vbi testatur, quod ita omnes consentiunt, & Abb. in c. 2. nu. 33. §. verum, de ordin. cognit. etiam testatur de communi. Sed hæc limitatio procedit, vt possit imponi pœna ordinaria, quando agitur coram iudice ordinario; secus si coram delegato: quia tunc tantum poterit puniri pœna extraordinaria. Zabarel. in c. 1. n. 2. de except. & in c. cū super col. fi. vers. tertia conclusio extra de confess. Ac etiam procedit, quando confessio incidenter facta emanauit in iudicio criminali, secus si in civili: quia non sufficit ad condemnandum, etiam quod tangat causam, de qua agitur Bofs. tit. quom. proced. per except. n. 8. post alios, quos allegat Felin. in c. 1. nu. 14. & 16. de except.

Tertio limita, quando condēnatio fieret per Principem, qui potest punire delicta quoquomodo in lucem deuenerint etiam in eadem instantia. Dec. in c. at si clerici, n. 197. extra de indic. gl. in c. Ecclesia 23. q. 3. & glof. in c. cum super in verb. confessus. extra de confess. vbi Bal. n. 1. Abb. n. 9. Farin. q. 81. nu. 248. qui alios cumulauit.

Quarto limita, quando ultra confessionem incidenter emanatam adessent aliæ probationes dicti delicti confessati, quia tunc confessus potest condemnari saltem in vim dictæ probationis. Bofs. tit. de confess. nu. 42. circa med.

Quinto limita in crimine falsi, in quo confessio incidenter facta sufficit ad condemnandum, etiã si confessio emanauerit in causa civili. Fel. in c. 1. nu. 16. de except. latè Marf. sing. 581. in fine. Masc. de probat. concl. 383. num. 3.

Sexto limita, & intellige totam istam quæstionem, vt licet ex ista confessione incidenter facta non possit sequi condēnatio in pœnam ordinariam, poterit tamen sequi in pœnam extraordinariam. tex. in c. 1. de except. Bero. in c. & si clerici, nu. 35. de iudic. vbi reddit bonam rationem, vt tunc pœna ordinaria imponatur, quando agitur via ordinaria per accusationem; extraordinaria autem, quando agitur via extraordinaria incidenter, vel per exceptionem; & hanc opinionem magis communem, post alios, quos in terminis cumulauit, tenet Farin. q. 81. n. 265. 267. & seq. & ibi respondet Bofs. in tit. quom. proced. per except. nu. 2. vbi testatur de magis communi in contrarium, vt nulla pœna puniri possit, quia ipse loquitur, quado confessio emanauit in causa civili, & nulla parte instante; secus quando emanauit in iudicio criminali, & parte, vel Fisco instante, vt tunc possit sequi condēnatio in pœnam extraordinariam, dummodo tamen confessio sit clara, aperta, & simplex, & nõ qualificata, secundum Ang. in l. si confessus. nu. 3. ff. de custod. & exhib. reor. Intellige tamen, si de delicto constaret incidenter per confessionem, secus si per probationes, quia tunc nulla pœna puniretur, nec etiã extraordinaria, vt per Farin. d. q. 81. nu. 222. & nu. 271.

Septimo limita, & intellige, quod licet confessio emanata in vno iudicio incidenter, in illo non possit afferre confitenti præiudicium, quia ad hoc non agebatur, & sententia debeat esse conformis libello; tamen si reproducatur in alio iudicio, quod denuo formari potest, ex illa incidenti confessione, poterit sibi nocere. Abb. in c. per inquisitionem, n. 12. vbi de communi, & seruata opinione. Masc. de prob. concl. 1102. nu. 5. & prius concl. 383. nu. 4. & concl. 348. nu. 37. in quibus locis concordantes cumulauit.

Sed alij contrariam opinionem tuentur, vt ex tali confessione, etiam inchoato nouo super ea processu, non noceat confitenti. Ang. in l. 1. n. 6. C. de confess. Et quoad condēnationem, vt non noceat, sequitur Alex. in l. Magistratibus, n. 6. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi Iaf. nu. 8. Abb. in c. 2. n. 30. de ordin. cognit. Foller. in pract. in verb. & si confitebuntur, n. 31. vers. operatur tamen. Et quod confessio facta in iudicio civili non sufficiat ad condemnandum in iudicio criminali, de veriori testatur, post alios, quos allegat Farin. d. q. 81. nu. 95. & nu. 284. & idem solum operabitur iudiciū ad torturam Alex. vbi supra Carerr. in pract. crim. tit. de confess. crim. nu. 11. in 6. limit.

Et quid in crimine simoniæ, an ex tali confessione incidenter facta possit sequi condēnatio, vide Doct. adductos per Mod. Rom. in q. 81. num. 235. & seq. vbi firmat de magis communi, vt non sufficiat ad plenum præiudicium.

#### De confessione emanata per viam exceptionis.

##### S V M M A R I M.

- 1 Confessio facta per viam exceptionis non sufficit ad condemnandum. Limita quando in causa civili testis expressè fateretur falsum dixisse, quia tunc officio iudicis puniretur. Idemque erit dicendum contra producentem falsum instrumentum.
- 2 Confessio facta super exceptione proposita per viam accusationis, sufficit ad condemnandum. Idemque erit, si crimen confessum tangat delictum, vel illi sit annexum, quod principaliter tangat causam, de qua principaliter agitur.
- 3 Confessio facta per viam exceptionis potest puniri aliqua pœna extraordinaria.
- 4 Vxor accusata de adulterio à marito potest aduersus maritum opponere exceptionem lenociniij.
- 5 Confessio, an dicatur probatio, & comprehendatur in statuto loquente de probatione.

##### C A P. V.

- 1 **Q**Uæ dicta sunt in præcedenti cap. possunt adaptari ad resolutionem præsentis quæstionis; Sed vt aliquas particulares decisiones Aduocatus habeat in hac ipsa quæstione, firmo, qd confessio facta de crimine intentato, per viam exceptionis, ad condemnandum non sufficiat, tex. in c. 1. de except. Butr. in c. 2. §. verum, n. 45. de ordin. cognit. Salic. in l. vbi n. 6. C. de fals. Et ob id, si testis iudicialiter examinatus super interrogatorijs partis aduersæ respondendo, fateatur aliquando crimen contra ipsam per viam exceptionis, non poterit ex tali confessione damnari, tex. in d. c. 1. extra de except. Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebuntur, nu. 19. & nu. 32. Cirill. in sum. crim. rubr. 16. de confess. §. 2. nu. 9. Mod. Rom. q. 81. n. 223. vbi



vbi alios allegat; Mascard. conclus. 345. n. 24. lib. 1. de probat. qui etiam alios allegat, Surd. decis. 309. nu. 2.

Nisi tamen testis fateretur in causa civili expresse falsum dixisse; quia tunc puniretur, iudice inquirente, aut parte instante, vt per Boff. in tit. de confess. nu. 3. & 9. Et ratio communis est; quia quando testi opponitur de falsitate depositionis, dicitur agi de crimine connexo, & causam tangente, de qua principaliter agitur; & sequitur Moder. Roman. in quaest. 91. n. 225. & num. 233. vers. verum quando. Ac etiam sine dubio poterit testis pro dicta falsitate puniri pena extraordinaria, secundum magis communem opinionem, quam firmani supra in praecedenti cap.

Idemque erit, si excipiatur contra instrumentum productum de falsitate, & producens fateatur dictum instrumentum falsum, Bar. in l. 2. §. si publico, nu. 10. ff. de adult. Boff. tit. quomod. proced. per exceptionem, n. 3. & nu. 9. vers. sed quando, vbi firmit nullam habere difficultatem, parte instante, vel iudice inquirente; Cirill. in Summ. crim. rub. 16. de confess. §. 2. sub nu. 9. cum tunc excipiendo contra instrumentum de falsitate, dicatur agi de crimine annexo, & tangente ipsam causam.

2 Si vero exceptio criminis sapiat accusationem, vel eius vices affirmat, tunc confessio inde secuta, etiam incidenter, sufficit ad condemnandum etiam in eodem iudicio, quoad penam extraordinariam: & ob id, si excipiens de falsitate instet etiam aduersarium puniri, & confessio super falsitate emanauerit, sine altercatione potest sequi condemnatio in penam extraordinariam, Butr. in cap. 2. §. verum, sub nu. 50. de ord. cognit. Abb. ibi sub nu. 30. & idem Butr. in cap. per inquisitionem, sub nu. 26. de elect. Praet. Papien. inform. inquisition. glos. 1. sub nu. 36. Et talis opinio procedit, siue reus suscipiat defensionem, siue non, Mant. in cap. 1. nu. 18. de except. & post relatos contrarios, firmit Moder. Rom. q. 81. nu. 243. & seq. quo tamen ad penam extraordinariam tantum.

3 Si vero crimen confessum tangat causam, vel illi sit annexum, de qua principaliter agitur, tunc talis confessio sufficit ad condemnandum, Boff. de confess. nu. 42. & tit. quomod. proc. per except. nu. 7. Clar. q. 55. vers. possit etiam dicere, vbi de comuni, Mod. Rom. q. 81. nu. 251. vbi refert alios etiam testantes de comuni, Mascard. de probat. conclus. 1102. nu. 4. Et ob id, si obijciatur contra testem, vel accusatorem, quod sit particeps criminis principaliter intentati, & ipsi fateantur esse complices, possunt sine dubio puniri, Bald. in cap. 1. numer. 1. extra de except. Butr. in cap. per inquisitionem, vers. quandoq; delictum, extra de elect. Bero. in cap. at si Clerici, nu. 34. extr. de iudic.

Et in omnem casum confitens crimen oppositum per viam exceptionis, licet non possit puniri poena ordinaria, puniretur tamen alia poena extraordinaria, si confessio fuerit simplex, aperta, & clara, secundum magis communem opinionem attestatam in praecedenti cap.

4 At si mulier accusata de adulterio excipiat de lenocinio aduersus maritum accusantem, Rom. in l. cum mulier nu. 8. 17. & 26. ff. solut. matr. tenet, quod non dicatur fateri adulterium, cum excipiens confiteri non videatur actoris intentionem, l. non utique de except. cap. cum venerabilis extra eod. licet alij contrarium asserere videantur, vt mulier possit puniri de adulterio, si excipiat de lenocinio contra maritum, Bart. in l. 2. §. si publico, numer. 20. ff. de adult. Rom. in l. cum mulier, numer. 35. in fin. & numer. 42. ff. sol. matr. Aret. de except. in princ. sub nu. 41. in §. conclus. Boff. tit. quomod. proced. per except. nu. 7. & Doct. in cap. 1. de except. & praecipue Hostien. num. 2. Imol. sub nu. 5. & Doct. in cap. cum super extra de confess. & praecipue Innoc. num. 3. idem Host. num. 9. Butr. nu. 10. Bero. in capiat si Clerici, numer. 35. de iudic.

5 Confessio, dubitatur inter Doct. an dicatur probatio, & sic an comprehendatur in statuto loquente de probatione quo ad penam irrogandam ad futuritatem docet post alios, quos allegat, Petr. Caball. cas. 99. ferè per totum vbi infert ad plura, & ultra adductos per eum, latè tradunt etiam Rim. iun. conf. 125. n. 10. & seq. volum. 2. confil. 635. nu. 2. & confil. 730. num. 31. vol. 6. Baiard. in q. 67. nu. 6.

Confessio facta in vno iudicio criminali quando noceat in alio iudicio etiam criminali.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio facta in vno iudicio non probat in alio, etiam in criminibus connexis, licet alij contrarium teneant: quae opiniones hic per Authorem conciliantur.
- 2 Confessio vera prauidicat confitenti, etiam si casu fortuito emanauerit.
- 3 Confessio in alio iudicio quoad tertios, datur differentia si emanauerit in iudicio, in quo iudex ex officio processit, vel per accusatorem.
- 4 Confessio facta in iudicio criminali bene afficit confitentem in iudicio civili.

C A P V I.

1 Doctores videntur constituere regulam, vt acta facta in vno iudicio criminali non probent in alio iudicio, etiam inter easdem personas, cum in criminalibus exactae probationes requirantur, l. sciant. C. de probat. latè Natt. conf. 668. n. 4. cum plurib. sequen. vol. 4. vbi firmit hoc pro regula, & concedere etiam in criminibus connexis, & multum coniunctis, sicut in adulterio inter virum, & mulierem, vt condemnato vno, non dicatur condemnatus alius, Bar. in l. denunciasse §. fin. in princ. ff. de adult. Bal. in l. iuris, in fin. C. cui res iud. non noc. & post Alex. in l. saepe, ff. de iudic. in d. conf. 668. num. 7. dicit communem esse opinionem, quod sententia condemnatoria in vno iudicio lata, non faciat ius quo ad alios in eodem processu non citatos: & quod sit regula satis trita, quod cui non nocet sententia, nec noceant acta & aliae probationes, secundum Innoc. in capitul. causam, de testib. & Barol. in d. l. saepe in fin. de re iud. & Aduocatus videat, Imol. in l. interdum, sub numero 1. ff. de public. iudic. Boff. tit. de plurib. violent. num. 117. Clar. quaest. 54. vers. Item producantur, Mascard. de probat. conclus. 34. numer. 4. Ceuall. com. contra com. quaest. 296. Scacc. de iud. lib. 1. cap. 74. Card. Tusch. in litt. A, conclus. 91. num. 11. & in litt. P, conclus. 790.

Licet tamen videatur contrarium esse in confessione facta in vno iudicio, vt inter easdem personas plene officiat



afficiat confitentem, Bar. in l. 2. C. de æden, per tex. in l. locum, §. si quis, in verb. delictum magis manifestetur, de tab. exhiben. Io. Andr. & alij in cap. per inquisitionem, de elect. per l. generaliter in fin. & per rationem ibi redditam, C. de non numer. pecu. Ruin. consil. 19. numer. 4. & num. 7. in princ. vol. 5. qui etiã loquitur in cõfessione facta corã Gubernatore Imolæ, vt plenè probet inter easdem personas corã Gubernatore Fauentia, ac etiam plenè afficiat in alio iudicio inter easdem personas; secus inter diuersas, Moder. Rom. q. 81. n. 103. vbi alios allegat, Alexand. Stiat. in pract. iudic. cap. 19. num. 43. Pet. de Surd. de cõfessione 309. n. 4. Rot. tit. de cõfess. decis. 4. alias 855. in antiq. Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebitur, num. 142.

Quod tamen est intelligendum in confessione vera, & non ficta resultante ex sententia contumaciali; quia ipsa confessio ficta in alio iudicio non dicitur liquidissima probatio, nec æquipollet verę confessioni, ni etiam inter easdem personas; sed solum poterit haberi pro tali in eodem iudicio, in quo fingitur, Bar. in l. eius, qui delatorem in fine; de iur. Fusc. per Tex. in l. 2. §. 1. eod. tit. vbi dicit hoc esse perpetuo menti tenendum, Speculat. in tit. de confess. §. videndũ, vers. sed numquid; & ita etiam expressè declarat, Natt. in dict. consil. 19. n. 7. Rom. sing. 301. Si cõfessus, Baiard. q. 54. n. 4. Moder. Rom. q. 81. n. 105. Hond. conf. 66. n. 68. & 75. vol. 1. Mascard. de probat. cõclus. 348. n. 22. & seq. & num. 32. & seq. Declara tamen, vt per Ioseph. Ludou. concl. 3. vers. ex quibus coniecturis, & vers. seq.

2 Quæ confessio vera præiudicat, etiam si casu fortuito facta fuisset, vt post Bal. in l. quod euitandi, C. de condit. ob turp. cau. Fely. in cap. at si clerici n. 17. de iudic. Baiard. q. 54. n. 3. Et etiam si emanauerit a principali absente per litteras missiuas iudici, vt per Bal. in cap. olim ex litteris, num. 7. de rescript. Baiard. d. quæst. 54. num. 7.

3 Quo vero ad fauorem tertij, & sic quoad diuersas personas, Doctores videntur constituere differentia, quod si fuerit facta in iudicio, in quo iudex ex officio processerit, & tunc etiam confitenti noceat ad fauorem tertij, qui non fuit pars illius iudicij; aut vero emanauit in iudicio, in quo iudex procedebat per accusationem, & tunc talis confessio confitenti non noceat in fauorem tertij, vt per Fely. in cap. causam, quæ, n. 23. de testib. & sequitur, Baiard. in q. 54. nu. 6.

4 Sed benè præiudicat in iudicio ciuili confessio facta in iudicio criminali, Mascard. de probat. conclus. 351. nu. 3. & ita pluries in Rota Romana fuit resolutum, vt testatur Farin. quæst. 81. n. 96. & actu facta in iudicio ciuili, quam probationem faciant in criminali Aduocatus videat Fely. in c. causam quæ, num. 23. de testib. Bar. in l. 2. nu. 5. ff. de vi bon. rapt. Capuaq. decis. 57. 105. 106. & 107. lib. 1. Mascard. d. conclus. 351. num. 3. Card. Tusch. in litt. P. conclus. 790.

#### Confessio facta in iudicio ciuili an præiudicet in iudicio criminali.

S V M M A R I A M.

1 Acta facta in iudicio ciuili non noceat in iudicio criminali.

2 Confessio facta in iudicio ciuili non sufficit ad condemnã-

dum in iudicio criminali, etiam si emanauerit, parte presente; sed solum facit iudicium ad torturam.

3 Confessio facta in vno iudicio non noceat confitenti, quando dicta confessio fuit per iudicis sententiam reprobata.

#### C A P. VII.

SVper hac quæstione Doctores firmant, vt acta facta in causa ciuili non probet in causa criminali, vbi exactiores probationes requiruntur, Bar. in l. 2. §. 1. n. 1. ff. de vi bon. rapt. Boss. in tit. de confess. 19. & in tit. de plurib. violent. n. 24. & 117. & tit. quomod. procedat. per accus. num. 48. Iul. Clar. q. 54. nu. 2. vbi de communi. Ruin. consil. 19. nu. 9. vol. 5. Natr. consil. 668. num. 4. lib. 5. vbi dicit procedere etiam inter easdem personas; & idem firmat post alios, quos allegat Farin. conf. 75. nu. 6. in fin. & Imol. in l. interdum, n. 2. de publ. iud. firmat, quod erit opus, vt testes in causa criminali iterum repetantur, & omnia acta iterum reproducantur; & nec etiam ipsa sententia in causa ciuili lata super iplo crimine probet in criminali, Iul. Clar. in dict. q. 54. n. 3. vbi de communi, & multo minus afficiunt tertios Ruyn. dict. consil. 19. num. 9. vers. multo magis.

Et si Aduocatus velit ad saturitatem videre quando acta, seu probationes factæ in iudicio ciuili probet in iudicio criminali, adeat Marian. Soc. in repet. cap. qualiter; & quando quæst. 13. art. 2. Mascard. de probat. conclus. 34. per tot. vol. 1. Menoch. de retinen. possels. remed. 3. nu. 554. & nouissime Hier. Hysp. in tract. com. contr. commun. q. 296. per totam, vbi refert, & cumulat Doct. pro vtraq. opinione; & latius quæst. 487. per totum.

2 Circa verò confessionem factam in iudicio ciuili, secundum aliquos relatos per Iul. Clar. testatem de communi firmatur plenè præiudicare, plenè probare, ac plenè nocere confitenti in causa criminali; quam opinionem ipse non approbat, neque sequitur Felin. in cap. at si clerici num. 2. de iudic. Boss. in tit. de plurib. violent. num. 117. vers. sed non procedit, Tindar. de test. lib. 2. par. 1. cap. 6. numer. 42. Diaz. reg. 125. in 2. Fallent. Blanc. de iudic. num. 210. & seq. Mascard. de probat. conclus. 349. num. 1. in fin. & nu. 3. & sequen. Franc. de Calda. in repet. l. si curatorem in verb. vel aduersarij dolo nu. 40. in fine C. de integ. rest. min. Et idem Clar. in q. 19. n. 4. dicit quod erit in causa criminali inchoandus nouus processus pro verificatione illius confessionis, & debeant dari defensiones, deinde reo, & alia fieri, quæ in processibus criminalibus requiruntur, & quod ita alias in contingentiã fuit iudicatum, Afflic. decis. 176. quem refert Foller. in loco relato per Iul. Clar. vbi supra, Farinac. q. 81. n. 64. & n. 55. vbi alios allegat, & dicit magis procedere, si emanauit in iudicio summario, ex alleg. per Mascard. de probat. conclus. 348. num. 37. licet sub nu. 94. referat cõtrarium tenentes. Imò vt nec etiam plenè probet, si in iudicio ciuili emanauerit cõfessio, parte presente, Soc. ten. consil. 8. nu. 6. vol. 1. vbi firmat, quod, quando variatur modus agendi, confessio facta in vno iudicio nõ probet in alio, sed solum faciat iudicium ad torturam, latè Mascard. de probat. cõclus. 394. n. 2. l. 1. eod. magis procedit i cõfessione procuratoris emanata in iudicio ciuili, vt non noceat principali in iudicio



cio Criminali, Iul. Clar. d. q. 54. n. 4. vbi de comuni. Ac etiam in confessione ficta resultante ex contumacia, tam in iudicio summario, quam plenario etiam principaliter intentato, vt non noceat in iudicio criminali Boss. tit. de plurib. violent. nu. 117. Ruyn. consil. 19. num. 7. vol. 5. Baiard. q. 54. nu. 4. Ac etiam in confessione resultante ex productione alicuius scripturæ, quia præiudicat tantum in illo, non autem in alio iudicio, Granut. Theor. 20. num. 26.

- 3 Eoque magis confessio facta in vno iudicio non nocet cõfidenti, quando talis confessio a iudice per sententiam reprobata fuit, quia contra talem confessionem pronunciauit, Diaz reg. 121. in 4. limit. Farin. q. 81. n. 107. Alex. stat. in pract. iudic. c. 19. nu. 33. Mascard. de probation. lib. 1. concl. 348. nu. 3. & 29. vbi alios allegat. Caputaq. decif. 197. lib. 1.

Confessio vnus an, & quando noceat alteri.

S Y M M A R I M .

- 1 Confessio facta, tam in iudicio civili, quam criminali, non nocet tertio: quod procedit etiam in confessione procuratoris, ac in confessione ficta resultante ex contumacia.
- 2 Confessio vnus facit præsumptionem contra tertium, & concurrentibus alijs adminiculis facit etiam indicium ad torturam, & quæ adminicula requirantur traditur hic per Authorem.
- 3 Adminiculum, vt corroborare possit dictum socij criminis debet esse per duos testes probatum.
- 4 Socij criminis duo, sine alijs adminiculis, faciunt indicium ad torturam licet alij contrarium tenuerint: sed prima opinio procedit, concurrentibus exceptionibus, de quibus hic per Authorem.
- 5 Socij criminis duo, vel plures non sufficiunt ad plenam probationem: licet aliqui contrarium tenuerint: sed hic per Authorem traditur conciliatio inter istas diuersas opiniones.

C A P. VIII.

1 **I**n ista quæstione Aduocatus apertè se fundet, quod quamuis tertius factus fuerit aliquod delictum in iudicio, tam civili, quam criminalis talis confessio nõ noceat alteri tertio, Natt. conf. 438. num. 11. Crauet. conf. 966. n. 16. Mathæf. sing. 25. num. 2. Mascard. de probat. conclus. 386. nu. 1. & seq. vbi firmat, quod esset in potestate confitentis dicere, quod vellet, & sic ius alteri quæsitum auferre, & tertium lædere; & subdit procedere, etiam si testis esset omni exceptione maior, & ob id Gabr. conclus. 1. ampliat. 2. tit. de testib. dixit non esse credendum vni testi etiam Cardinali, Bertazzol. conf. 412. n. 24. lib. 4. latè. Honded. conf. 96. n. 16. & seq. vbi etiam dicit, quod confessio principalis non nocet fideiussori, patri, & similibus coniunctis, qui pro delicto alterius tenentur.

Quod procedit etiam in confessione procuratoris, quæ non nocet principali, cum in criminalibus ad faciendum incidere principalem in delictum, requiratur speciale, & indiuiduum mandatum ad tale delictum fatendum, vel ad tale actum illicitum faciendum, latè Menoch. de Arb. cas. 315. nu. 25. & seq. lib. 2. Magon. decif. Lucen. 51. nu. 2. 3. & 18. Baiard. in §. falsum, nu. 129. Hond. conf. 91. n. 6. vol. 1. vbi de communi, Petr. de Surd. conf. 228. n. 5. & seq. vol. 1. vbi latè.

Et maxime procedit in confessione ficta resultante

Tomus Secundus.

ex contumacia, quia illa non transgreditur personam confitentis, Rolan. conf. 54. num. 22. lib. 3. conf. 29. n. 31. vol. 4. Moder. Rom. q. 3. nu. 5. vbi infert ad plura, Bursat. conf. 441. n. 5. vol. 4. Vulpell. q. 104. nu. 4. de promif. Thob. Non. conf. 95. n. 14. Bertazzol. conf. 82. num. 19. vol. 1. Rim. iun. conf. 758. n. 16. vol. 7. Hond. conf. 87. nu. 145. & seq. vol. 2. vbi de communi, Farin. conf. 56. num. 19. qui dicit esse absurdum, vt possit talis ficta confessio alteri nocere.

Sed solum volunt Doct. quod concurrente contumacia vnus leuiore probationes sufficiant cõtra tertios, Vulpell. d. q. 105. num. 5. & quod etiam possit resultari indicium ad torturam contra alios, concurrentibus alijs adminiculis, Farin. consil. 55. num. 72.

- 2 Ac etiam firmant Doct. quod, licet non afficiat similis confessio vltra personam confitentis, quoad plenam probationem, tamen faciat aliqualem coniecturam, & præsumptionem. Sur. decif. 325. num. 3. & nu. 11. & ibi ponit præsertim quid in confessione iudiciali, & in decif. 135. num. 4. & 5. limitat, non procedere, quando talis confessio esset alijs coniecturis, & verisimilitudinibus corroborata, & idem voluit in conf. 290. n. 46. & in decif. 55. n. 3. & seq. vbi hanc opinionem auctoritatibus exornat, Bertazzol. cõf. 421. num. 10. post Crauet. conf. 61. n. 9. & cõf. 135. n. 33. & de antiq. tẽp. par. 1. lim. 4. n. 38. & sic isto casu, in criminalibus poterit tertius ex confessione alterius adminiculata torqueri, vt latè dicunt Doct. in socio criminis, qui si fateatur contra se, & tertium, & eius depositio fuerit adminiculata, & illam firmauerit in tortura, grauet nominatum ad subiendum tormentis, & maxime in criminibus exceptis, Gram. vot. 6. num. seq. vbi de communi decif. 28. nu. 14. Clar. q. 21. vers. sed qui Riminaliun. conf. 723. num. 36. vol. 6. Mascard. conclus. 819. n. 13. & seq. vol. 2. Hond. cõf. 100. n. 16. vol. 1. vbi de communi, & quod ista duo copulatiuè requirantur, nepe tortura, & alia adminicula èt in criminibus exceptis, Hond. conf. 100. nu. 16. vbi de cõi, Petr. Caball. cas. 200. nu. 128. qui omnes alios allegat. Cent. 2.

Quænã adminicula requirantur, Iul. Clar. dicit in q. 21. n. 10. quod in criminibus non exceptis requirantur grauiora adminicula, quã in criminibus exceptis, in quibus sufficiunt leuiora adminicula, & Ludou. a Peguer. decif. 5. n. 32. & seq. dicit non esse in iure determinatum, quænã indicia, vel adminicula concurrere debeant, & ob id relinquatur arbitrio iudicis, iuxta qualitatem personæ, & delicti, & ibi expressè tenet, quod vnum adminiculum non sufficiat, sed plura requirantur, licet Iul. Clar. d. q. 21. n. 9. in fin. dicat, cõcurrente aliqua alia suspicione, & sic vtatur num. singulari, & allegat Salyc. in l. fin. circa fin. vers. sed ego respondeo C. de accusat. Et refert, quod Boss. in tit. de iudic. nu. 149. ita testatur quotidie praticari, & sequitur, Baiard. d. q. 21. n. 32. qui tuetur hæc opinionem, & dicit, quod ipse per 27. annos continuos ita semper obseruauit, & inuēhit cõtra Rolan. qui in conf. 94. nu. 16. & conf. 66. n. 19. & seq. vol. 4. restringit opinionem, Boss. & Iul. Clar. ad Ciuitatē Mediolan. vbi erant versati.

- 3 Sed caueat iudices, quod huiusmodi indicium, vel adminiculum sit legitime pbatu p duos testes, put oino de iure requirẽ, vt possit de eo aliqua cõsideratio ad effectum adminiculandi haberi, Iul. Clar. q. 22. nu. 1. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. n. 18. Hond. conf. 87. nu. 120. vol. 2. vbi de communi, Bertazz. con. 251. numer. 33. vol. 2.

k 2 etiamfi



etiam si ageretur, de crimine gravissimo, latè Farinac, quæstione 37. num. 14. & 17. qui loquitur post alios, quos allegat in crimine lætæ maiestatis. Ac etiam sciat benè Aduocatus deducere, quod, vt possit tertius ex nominatione socij criminis, & ex alio adminiculo nominatus torqueri, opus est, vt ex qualitate socij deponentis, & ex qualitate nominati arguatur ipsum socium non mentiri, vt declarat Gram. conf. 38. num. 26. Roland, conf. 63. nu. 25. vol. 1. qui loquitur in criminibus exceptis, Eugen. conf. 76. n. 97. Peregr. in cõf. decisiuo 2. sub n. 14. vol. 2.

Si verò essent duo socij criminis, sine alio adminiculo, facerent indicium ad torturam, Boff. tit. de inquisit. nu. 51. Clar. q. 21. vers. sed donec, vbi de obseruata opinione, Sim. de Pret. conf. 198. nu. 17. latissime Peregr. in sup. conf. decisiuo 2. n. 8. & seq. vol. 2, vbi de communi, & concordantes cumulauit; sed loquitur in criminibus exceptis, licet alij teneant contrarium, vt tantum probet duo, vel plures testes socij criminis, quantum vnus, Gram. conf. 21. n. 10. vers. etiam si plures, conf. 37. nu. 85. conf. 44. n. 4. conf. 59. n. 6. conf. 61. nu. 1. conf. 66. n. 5. vbi de communi, conf. 70. n. 7. Et in hac opinione post alios, quos allegat, residet Malcar. concl. 13. 17. n. 18. vol. 1.

Quæ contraria opinio sine altercatione procedit, quando isti duo testes plures defectus, & exceptiones paterentur, Roland. conf. 59. n. 38. & seq. vol. 4. Natt. conf. 298. n. 10. vol. 2. Sim. de Pret. conf. 178. n. 26. qui loquitur in casibus exceptis, & Rol. in d. conf. 57. nu. 42. post alios, quos allegat, dicit procedere vbi etiam veritas aliter haberi non posset, & in conf. 6. nu. 18. volum. 1. maxime dicit procedere, si deponissent sine tortura; cum sit communis opinio, vt in istis criminosis requirantur tortura, vt latè post alios, quos allegat, Petr. Caball. cas. 185. nu. 5. licet referat Doct. tenentes, quod in aliquibus Curijs non requiratur tortura; sed quod ipse credit tutiorem opinionem esse, vt adhibeatur tortura, & maxime in grauibus, & quæ ita practicauit, & aliter non esse practicandum, nisi in contrarium extaret consuetudo, prout hic in Curia etiam practicatur, vt deponant in tortura. Qui Petr. Cabal. d. cas. 185. in fin. post Boer. Blanch. & Peguer. firmat, quod satis est vt nominatio fiat statim deposito de tortura, licet non fiat in tortura; quod dicit esse notandum; & sub num. 3. etiam dicit maxime procedere vbi isti socij criminis deponerent sine iuramento, & quo tempore iteruenire debeat etiã ibi docet.

Ac etiam magis procederet, si isti duo socij criminis essent singulares, qui non facerent indicium ad torturam, Gram. conf. 65. num. 2. in fin. vbi loquitur in duobus pueris preteosis stupratis a quodam Fratre Iacobo, vt faciant indicium ad torturam, Natt. conf. 298. nu. 9. in fin. vol. 2. licet Boff. in tit. de indic. n. 159. Clar. 2. 1. vers. sed pone teneant contrarium.

Item ista contraria opinio magis procedit in criminibus non exceptis, vt duo socij criminis nõ faciãt indicium ad torturam, Rol. cõf. 16. n. 18. vol. 1. latè Sim. de Pret. cõf. 178. n. 26. sub vers. cõcurit, vbi cõcordates allegat

Ac etiam magis procedit, si dicti socij criminis essent de alijs criminibus infamati, vel varii, seu periurii, Roland. d. cõf. 16. n. 19. & seq. & cõf. 73. n. 6. & seq. vol. 1. latè Sim. de Pret. d. conf. 178. n. 25. & sub n. 28. etiam dicit procedere, quando animosè deponerent, & ponit exemplum, si dixissent; *ne staremo al parago-*

*ne, ne contrafferemo con tutto il mondo, se noi hauemo trenta strappate di corda, non possiamo dire altrimenti;* & sub nu. 26. etiam dicit procedere, si eorum depositio deprehenderetur suspecta, vel ipsi speraret ab ea liberationem, seu commodum,

5 Si verò fuerint tres, vel plures socij criminis, nec etiam sufficiunt ad plenam probationem ad cõdemnandum, Boer. decis. 319. numer. 4. & seq. vbi testatur ita fuisse pluries resolutum, sed grauent tantummodo nominatum ad torturam Clar. q. 21. nu. 9. Idem seruatum fuisse testatur Lud. a Peguer. decis. 5. nu. 3. vers. ex prædictis ergo, Blanc. de indit. nu. 384. in fin. & n. seq. qui loquitur in quatuor socijs criminis, Marf. in Pract. §. diligenter n. 68. Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 185. n. 1. cent. 2. Et de cõmuni opinione Farin. q. 43. n. 39. & seq. Peregr. in cõf. decis. 2. n. 14. vers. sed horũ, vol. 2

Licet alii contrarium affirmauerint, vt duo, vel tres socij criminis deponentes cum tortura sufficiant ad plenam probationem cõtra nominatum, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 11. n. 18. Peguer. decis. 5. nu. 38. & nonnulli alii relati per Farin. vbi sup.

Quæ opiniones contrariæ possunt ad inuicem cõciliari, vt si cum assertione trium, vel plurium sociorum criminis concurrant alia indicia, vel adminicula, tunc sufficiant contra nominatum ad condemnandum: vt ex auctoritate multorum probat Modern. Rom. in q. 43. nu. 39. & seq. & latius reassumit in q. 62. nu. 73. & post eum latè eandem opinionem tuetur Peregr. in d. cõf. 2. n. 18. vbi subdit sufficere, si ex verisimilibus coniecturis, vel ex numero testium, vel ex qualitate deponentium, vel ex personis nominatis coadiuuentur depositiones dictorum sociorum criminis; & ipse pro adminiculo tradit, si constanter vsq; ad mortem dicti socij criminis persisterint in eorum depositionibus; & Peguer. in d. decis. 5. num. 38. testatur pluries vidisse multos ad mortem condemnatos, ex solis sociorum criminis depositionibus concurrentibus alijs indicijs, seu infamia, vel præsumptionibus contra eos; quam opinionem sequitur Petr. Caball. in d. cas. 185. n. 2. vbi in fine ita alias votasse dicit contra quemdam processatum de pluribus furtis, & latrocinis, qui erat grauatus ex tribus socijs criminis, concurrente diffamatione, ac paupertate illius, & quibuidam alijs præsumptionibus, licet remotis, & quod illud votum fuit approbatum, & executum. Quorum opinio quoad pœnam ordinariam est rigorosissima; & ego aliter obseruauit contra quemdam imputatum de falsa moneta, qui erat nominatus à duobus socijs criminis, & contra eundem adierant plura adminicula, quem solummodo condemnaui in pœnam extraordinariam triremium; & pro hac mea opinione habemus Gram. super Constit. Regn. cap. frequens, nu. 7. & 9. vbi testatur, ita infinitis vicibus practicari vidisse in magna Curia, in qua per sex vices, & ultra fuit Iudex, Simon. de Pret. conf. 102. per tot. Modern. Rom. confil. 10. n. 11. qui loquuntur etiam in criminibus grauissimis, & crasfatoribus, disrobatoribus, ac spoliatoribus viarum; & ita arbitror, quod tutius semper erit condemnare, ad moneo Iudices ad ita faciendum, & exequendum.

Confessio falsa non afficit confitentem.

S V M M A R I V M.

1 Confessio falsa non afficit confitentem; etiam si reus diceret, ex tali facto mereri pœnam.

2 Reuo-



- 2 *Reuocatio non requiritur in confessione falsa.*
- 3 *Confessio falsa in parte, in totum falsa presumitur.*
- 4 *Confessio falsa, nec etiam post sententiam nocet confitentii: & Iudex tenetur talem confitentem absolueret.*
- 5 *Confessio in dubio presumitur vera, & non falsa.*
- 6 *Confitens aliquid extraiudicialiter in damnum alicuius, ex illa vanagloriatione debet puniri, licet sit falsa, & etiam si substinuerit in tortura.*

C A P. IX.

1 **F**acile potest Aduocatus iuvari confessum aduersus confessionem, quæ veritati contraria est, quia confitentem non afficit, Bal. in l. vnica num. 23. C. de confels. Brun. de indic. p. 2. q. 8. nu. 14. Iodoch. in Pract. crim. tit. de confels. crim. n. 11. Aug. ad Ang. in verb. quod fama publica n. 113. & in verb. comparuent. nu. 15. vbi infert, quod confessio non est tantæ efficaciam, vt possit facere id, quod non est in veritate, Mascard. de probat. conclus. 384. n. 1. Hond. conf. 102. n. 40. vol. 1. Bertazzol. cōf. 29. n. 1. vol. 1. vbi alios allegat, & Decian. resp. 104. n. 26. vol. 3. dicit, quod confessio contra euentiam facti non nocet, & resp. 96. num. 33. vol. 3. dicit, quod, si quis fateatur occidisse hominem, & constat dictum hominem viuere, talis confessio non nocet confitenti, imò debet absolui, per tex. in l. inde Neratius, §. fin. ff. ad leg. Aquil. Villagut. in pract. crim. lib. 7. tit. de confels. cap. 1. conclus. 5. per totam.

Nec isto casu confitenti præiudicat, si ipse afferret ob tale factum ab eo commissum pœnam mereri, cum non sit in potestate confitentis facere delictum vbi verè, & realiter non est delictum, & ipsum mereri pœnam vbi non meretur, Crauet. conf. 29. num. 2. conf. 93. n. 1. Bertazz. conf. 11. nu. 2. conf. 26. n. 7. vol. 1. quod est notandum, quia sæpè habeas in facto.

2 Et in tantum est verum, vt isto casu non requiratur reuocatio dictæ confessionis, neq; quod ipse alleget errorem, Bos. tit. de confel. nu. 70. vbi de communi, Pafet. conf. 185. num. 3. & post istos Claud. Bertazzol. ad patrem conf. 29. lit. A, vol. 1.

3 Imò aduertat Aduocatus, quod si non fuerit confessio falsa in totum, sed in parte, adhuc, si non constat de veritate alterius partis, presumatur falsa in totum, Socc. sen. conf. 82. n. 2. lib. 3. quem sequitur Dec. conf. 536. n. 10. Alciat. de præsumpt. reg. 21. n. 3. Herculan. de proba. neg. n. 198. Mascard. de probat. concl. 284. n. 2. vbi de communi, & ibi concordantes allegat. Baiard. q. 55. n. 51. vbi loquitur etiam si confessio falsa in parte esset iurata, quod adhuc Iudex de facili credere debebat, quod sit falsa in totum.

Et ob id, si carceratus fateatur occidisse hominem proditorie, vel mediante pecunia, & reperiatur viuus ille, quem trucidasse affirmavit, talis confessio tanquã falsa in nihilo nocet confitenti, tex. in l. inde Heratius, §. fin. & l. seq. ff. ad leg. Aquil. Marf. in rub. C. de probat. n. 118. & in Pract. §. postquam num. 7. in §. q. nu. 28. Foller. in Pract. in verb. & si confitebuntur, n. 36. Moder. Rom. q. 81. n. 24. vbi reddit bonam rationem, quia si nõ nocet confitenti, quando nõ constat de delicto, multo minus debet nocere, quando constat de non delicto, Hercul. de negat. numer. 198. Alex. Stiat. in Pract. indic. cap. 19. num. 16. quæ opinio in iure verissima est.

4 Quod est verum, ne dum ante sententiam, sed etiam

Tomus Secundus.

si constat de veritate confessionis post sententiam, vt sit consulendus princeps super innocentia dictæ falsæ confessionis, tex. in leg. 1. §. si quis ultra ff. de q. & ibi cõiter Doct. Bald. in l. 1. num. 102. C. de confel. vbi Salic. num. 23. & seq. Brun. de indic. p. 2. q. 6. n. 15. Modern. Rom. q. 11. n. 20. q. 81. nu. 25. Mascard. de probation. conclus. 313. num. 26. vbi alios allegat, Ant. de Canar. de excusat. in fi. vers. cum ergo sit probatum Bertazzol. confil. 95. num. 13. in fin. lib. 1. vbi firmat, quod vbi constat de innocentia Rei, omnes admittunt, ipsum esse liberandum, non obstantibus sexcentis confessionibus.

In tantum, quod iudex tenetur ex officio illum liberare, etiam quod ipse non alleget errorem, neq; infert pro absolutione, Mod. Rom. q. 81. num. 25. vers. & propterea.

5 Sed bene verum est, quod, si non constat de errore vel de veritate contraria confessione, vt ipsa confessio presumatur vera, & non falsa Bald. in l. 1. num. 23. C. de confels. Marfil. in §. 2. q. num. 32. in pract. quia nemo presumitur, seipsum odio habere, & ob id se indebitè inculpate, Brun. de indic. p. 2. quæst. 6. numer. 15. Modern. Rom. q. 81. num. 23. Bertazz. conf. 214. nu. 17. lib. 2. prout etiam dicimus, quod in dubio non presumitur erronea cõfessio, nisi probeatur error, late Mascard. cõcl. 378. n. 5. vbi concordantes allegat.

6 Et talis confessio, etiã si fuerit extraiudicialis, si recludet in damnum, diceretur ex illa vna iactatione, & gloriatione confitens puniri, Marf. in l. de minori nu. 32. ff. de quæst. Menoch. cas. 331. de arbitr. lib. 2. Baiard. q. 55. nu. 3. in fin. sed tantum puniatur pœna extraordinaria, Mascard. de probat. conclus. 498. n. 6. & seq. Petr. Cabal. cas. 71. num. 9. & seq. vbi plus firmat, quod aliqui tenent, quod pro dicta iactatione possit puniri, licet fuerit tortus, & substinuerit, quamuis ipse dicat nunquam vidisse practicari talem opinionem post quam fuerit tortus, & substinuerit, & quod pro tali gloriatione puniri possit pœna extraordinaria, Cauale. de brach. reg. p. 3. num. 101.

Confessio an ex capite erroris reuocari possit & quomodo.

S M M A R I V M.

- 1 *Confessio quamuis iudicialis, & spontanea, docto de errore, potest reuocari, etiam si fuerit iurata, repetita, geminata, & ratificata.*
- 2 *Item si fuerit præfixus terminus confitenti ad deliberatè respondendum, & non solum potest reuocari in continenti, sed etiam ex interuallo.*
- 3 *Item potest reuocari in criminalibus docto de errore, post sententiam, & in causa appellationis.*
- 4 *Confessio facta præcedentibus legitimis indicijs, spontè, an admittat reuocationem.*
- 5 *Reuocatio confessionis an admittatur, quando emanauit, præcedente alia confessione extraiudiciali.*
- 6 *Confessio potest reuocari etiam si fuerit ratificata extra tormenta.*
- 7 *Iudex debet confitenti præfigere aliquem breuem terminum, ad allegandum quicquid vult, & potest contra suam confessionem.*
- 8 *Confessio potest excusari, declarari, & interpretari per confitentem etiam ex interuallo.*



- 9 Confessio potest prae-textu erroris reuocari, etiam si fuerit per se cum acceptata.  
 10 Confessio facta sub spe gratiae an possit reuocari.  
 11 Confessio facta ab ignorante, etiam si in iure consistat, an possit reuocari.  
 12 Confessio facta resultans ex contumacia quomodo possit reuocari.

## C A P. X.

**Q**uoniam contingit, quod vel ex nimia diligētia iudicis, vel ex animi imbecillitate Rei, multoties atorqueatur confessio, quae erronea est: Ideo Aduocatus debet inuigilare super reuocatione dictae confessionis, & habet regulam pro se, ut confessio, quamuis iudicialis, & spontanea, possit docto de errore reuocari, quodocumque, secundum communem opinionem, de qua testatur Bosf. in tit. de confess. nu. 6. Clar. q. 55. num. 18. & q. 65. in princ. vbi ideo monet iudices, ut tali confessio assignent terminum ad se defendendum ne indefensus condemnetur, Farinac. conf. 13. numer. 13. post alios quos allegat, dicit, quod quaelibet confessio iudicialis, & acceptata, vel scripta in aliquo libro docto de errore, potest reuocari in conf. 16. numer. 1. vbi etiam de communi, Petr. Caball. cas. 186. nu. 1. vbi etiam de communi Hyer. Hyspan. in tract. com. contra commune q. 652. num. 4.

Et quamuis etiam confessio fuerit iurata, docto de errore, reuocari potest, & reuocata confitenti non nocet, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 1. sub numer. 66. Mascard. conclus. 345. nu. 39. Franc. personal. de indic. & tortur. num. 31. Honded. conf. 102. nu. 42. vol. 1. Baiard. q. 55. numer. 61. & seq. vbi reddit illam rationem, quia nemo potest suis defensionibus renunciare, cum non sit dominus membrorum suorum, Petr. Caball. dict. cas. 186. num. 2. & de com. testatur Hyer. Hypan. in tract. com. contra com. q. 652. numer. 1. & quamuis reus sub quacumque verborum forma iurauerit, t. si non solum simpliciter iurauerit, sed etiam si iurauerit plenam, & meram veritatem super contentis in inquisitione dicere, vt de communi post alios, quos allegat, testatur Mod. Rom. in q. 81. nu. 319. vbi tamen allegat contrarium tenentes.

Imò, etiam si confessio fuerit repetita, geminata, & ratificata, vt adhuc, confitenti de errore, nō noceat, cum possit reuocari, de æquiori, & magis communi testatur Ant. Gabr. lib. 1. tit. de confess. conclus. 5. vers. contrariam tamen opinionem, Clar. q. 64. vers. si autem reus in fine Gram. vot. 10. nu. 33. Mandos. ad Rom. conf. 346. nu. 9. lit. F, vbi de magis communi, Cart. de interrog. reis lib. 4. cap. numer. 25. vbi de communi, Honded. conf. 102. nu. 43. vol. 1. vbi de communi, Mascard. de probat. conclus. 352. num. 26. & seq. Petr. Caball. dict. cas. 186. num. 2. Baiard. q. 72. Caualean. de brach. reg. par. 3. sub num. 204. vers. nihilominus, vbi de communi. Et licet nonnulli voluerint confessionem geminatam, & ratificatam non posse reuocari, quos refert Mod. Rom. in q. 81. num. 325. Tamen non est recedendum a prima opinione, tanquam magis communi, licet verè difficiliter reuocetur, quam confessio non geminata, neque deliberata, Felin. in cap. cum venerabilis numer. 6. de accus. Franch. in cap. 1. numer. 2. de accus. in 6. August. ad Ang. de Malefic. in ver. & in termino defensionis num. 2. quia tunc non sufficeret probare errorē con-

fessionis, sed etiam teneretur probare quare confitens motus fuit ad sic confitendum, Franc. in d. cap. 1. n. 2. vers. 3. limita; de quo late dicam in sequenti cap.

Ac etiam poterit reuocari, si fuerit statutus terminus confitenti ad deliberatè respondendum, Gram. vot. 16. numer. 12. & seq. vbi dicit, quod ita seruatur in practica, licet habeat contradictores, Ant. Gabr. tit. de confess. concl. 5. in fin. vbi testatur de magis comm. opin. ac etiam magis communem, & æquiorē dicit Baiard. q. 55. num. 53. & num. 98. Dummodo tamen in specie exprimat causa erroris, & non sufficiat allegare errorem in genere: vt de magis communi etiam firmat Petr. Caball. in d. cas. 186. num. 3. de veriori etiam testatur Hier. Hysp. in tract. com. contra com. q. 652. n. 2. & seq.

Et potest reuocari, non solum incōtinenti, sed etiā ex interuallo in termino defensionis, Ang. de malefic. in verb. comparent inquisiti num. 16. Anchar. conf. 24. Signorol. conf. 155. nu. 19. & etiam post conclusum in causa, Marf. in l. 1. §. fin. num. 93. de quaest. Baiard. q. 55. num. 59. seq. & quod quodocumque; etiam post conclusum in causa, & ante sententiam, non obstante iuramento, possit reuocari, Cauale. de brach. Reg. p. 3. nu. 204. & 206. & in quocumque tempore dicit Hyer. Hypan. in tract. Com. contra com. q. 652. num. 4. vbi subdit docto tamen de errore, Mar. Ant. Ma cerat. li. 3. resolut. 21. nu. 1. qui alios allegat, vt possit reuocari vsq; ad sententiam quamuis fuerit iurata, Imò incōtinenti, antequam redigatur in scriptis, reuocari potest, etiā non docto de errore, vt post Alex. firmat Baiard. q. 55. nu. 50.

Ac etiam, docto de errore, possit reuocari in criminalibus post sententiam Guid. de Suzar. de indit. & tort. n. 66. Gram. vot. 7. nu. 2. Foller. in Pract. crim. in verb. & si confitebuntur, nu. 56. vide late Bero. conf. 202. num. 14. & seq. vol. 3. Baiard. q. 55. num. 57. Ad den. ad Farin. conf. 16. in lit. A, vbi concordantes allegant, Caualean. d. par. 3. nu. 206. vbi de communi; quamuis fuerit iuramento vallata. Ac etiam potest reuocari in causa appellationis, Aret. in cap. cum dilecti, nu. 25. de accusat. Foller. in d. verb. & si confitebuntur nu. 53. Brun. de indit. par. 2. q. 6. nu. 14. & seq. Baiard. q. 55. nu. 55. Adden. ad Farinac. in d. conf. 16. in lit. A, vers. sic pariter, cum alijs adductis per d. Moder. Roman. in quaest. 81. num. 328. & in q. 101. num. 151. Imò etiam post executionem, Bero. conf. 201. num. 19. Baiard. conf. 55. nu. 58.

Si vero confessio emanauerit spontè, & præcedentibus indicijs, aliqui voluerunt esse in arbitrio iudicis admittere, vel non admittere reuocationem, considerando, an per calumniam petatur dicta confessionis reuocatio, vt per Aret. in c. cū dilecti n. 31. & seq. de accusat. Bosf. tit. de confess. num. 79. & seq. Et alij etiam tenuerunt partem negatiuā, vt nullo modo admittatur talis reuocatio, quos refert Moder. Rom. in q. 81. n. 331. Bero. conf. 201. n. 5. vol. 3. Baiard. q. 55. n. 73. Tamen magis comm. opinio est, vt omnino iudex de beat dictam reuocationem admittere, nec arbitrio suo remittatur, etiam si mille indicia contra confessionē extarēt, vt testatur d. Moder. Rom. in d. q. 81. n. 332. & 335. Et hæc opinionē et sequitur, & tutiorem dicit Petr. Caball. in d. cas. 186. n. 3. vers. si tamē confessio; & veriore, & magis comunem firmanē esse Ad dentes ad Farin. in consil. 16. in lit. C. cum sæpissime contin-



contingat reos plurimis grauari indicijs; & tamen non esse culpabiles, ac etiam sponte confiteri delicta, quauis nunquam illa commiserint, aut propter metum, aut propter naturę imbecillitatem, aut propter aliam causam, vt ad litteram habemus in l. 1. §. si quis vltro, ff. de quæst.

Sed aliqui firmant, quod, si præcesserit alia confessio extraiudicialis, non admittatur reuocatio confessionis, Mascard. de probat. conclus. 350. numer. 5. Carrer. in pract. crimin. in primo Tract. de appell. §. 3. casus, num. 20. & 23. in fin. Quam opinionem dicit Modern. Rom. quæst. 81. numer. 336. apud se esse dubitabilem; & latè Petr. Caball. in d. cas. 186. numer. 6. contrariam opinionem tuetur, & dicit, quod Doctores allegati per Carrer. pro contraria opinione illam non probant, & ibi ipse sublinet hanc opinionem, dummodo probetur per reuocationem facientem error: & quod Ang. de malefic. testatur ita indistincte vidisse seruari, prout etiam ipse Petr. Caball. vidit non semel feruari, & quod Doctores adducti pro contraria opinione loquantur, quando nihil aliud probatur per reuocantem confessionem.

6 Quod dictum est de reuocatione confessionis, procedit etiam in confessione extorta per torturam, & deinde ratificata, Boff. tit. de confess. num. 59. & 60. & sub num. 79. & tit. de tortur. nu. 49. Clar. q. 55. num. 18. & q. 63. n. 44. vbi instruit iudicem, quod confitenti præfigat aliquem breuem terminum, puta duorum, vel trium dierum ad producendum, & allegandū omnes suas defensiones, quas facere intendit contra suā confessionem, cum alias non posset, tanquā indefensus, condemnari, & ibi multos allegat, & latè sequitur Petr. Cabal. cas. 186. nu. 4. vbi subdit, quod procedat, licet talis confessio fuerit pluries ratificata, & iurata, & quod in practica hanc opinionem sapius vidit obseruari. Sed bene verum est, quod tali casu non admittitur reuocatio confessionis, nisi docto de errore, Iul. Clar. q. 55. in fin. & q. 64. numero 43. vbi subdit, quod docto de errore erit absoluendus, alias condemnandus, nisi de errore docuerit, & quod confessio facta in tortura, & postea ratificata non possit reuocari nisi dicto de iusta causa reuocationis latè post alios quos allegat Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 186. & seqq. vbi subdit nisi emanauerit confessio non præcedentibus legitimis indicijs quia admitteretur reuocatio etiam si indicia superueniant, & docto de causa reuocationis inquisitus nullo modo puniri poterit Iul. Scarlat. consil. 112. n. 36. tom. 1. crim. quando præcesserint indicia, si vero nõ præcesserint indicia absq; alia reuocatione non noceret confitenti Cauale. vbi supra, & dicam infra latè.

8 Et multo magis potest per confitentem confessio excusari, declarari, & interpretari etiam ex interuallo, Marian. Soc. in cap. qualiter, & quando el. 2. numer. 1095. & num. 1009. & seq. de accus. Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebuntur. num. 128. Bertazzol. consil. 54. num. 3. vers. 460. num. 11. consil. 508. num. 10. vbi dixit, quod quis confessionem dubiam potest declarare, atque etiam interpretari, non docto de errore, cum confessio dubia ad fauorem confitentis sit omnino interpretanda, Baiard. q. 55. num. 63.

9 Ac etiam confessio prætextu erroris potest reuocari, licet per fiscum fuerit acceptata, quicquid aliqui dixerint in contrarium, vt de veriori, & magis practi-

Tomus Secundus.

cata opinione testatur Farin. q. 81. nu. 323. Cauale. de brach. reg. part. 3. num. 204. vers. quinimo, Baiard. q. 55. num. 52. dicit, quod, si non fuerit acceptata, possit reuocari non docto de errore, si acceptata fuerit, possit reuocari, sed oporteat docere de errore.

10 Nec non confessio facta sub spe gratiæ potest reuocari, nisi in ea confitens perseuerauerit, vt post Parid. de Put. in vers. sequitur quæstio quotidiana de syndic. Monticell. in pract. crim. reg. 20. numer. 9. Baiard. q. 55. nu. 65. Quod tamen ego non admitto, sed quod possit reuocari etiam post ratificationem, dummodo doceatur de errore; & sub nu. 69. quærit quid in confessione facta in precibus, libello, positionibus, exceptionibus, & capitulis, post Mascard. de probat. cõcl. 368.

11 Ac etiam potest reuocari confessio facta ab ignorante, etiam si consistat in iure, si fuerit error, qui remoueat intelligentiam confitentis, Hond. consil. 102. num. 147. vol. 1. vbi allegat Bald. in consil. 39. lib. 1. & Menoch. consil. 191. nu. 68. & seq. lib. 2.

12 Si vero confessio emanauerit in contumaciam, vigore statuti, tunc confitens non audiretur, nisi esset à Principe restitutus, vt post Bellam. & Sfor. Odd. Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 205. de quo dicam in 2. lib.

Ac etiam in hominibus facinorosi simis parū prodesset reuocatio confessionis Boff. tit. de confess. Foller. in verb. & si confitebuntur, Lanfranc. in tit. de confess. vers. quæritur nu. 55. Farinac. q. 38. nu. 100. & seq. & post istos Cauale. de brach. reg. p. 3. nu. 205.

Confessio per quem possit reuocari.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio, siue sponte, siue in tormentis facta debet reuocari per ipsum confitentem, vel per procuratorem speciale mandatum habentem.
- 2 Item potest reuocari per patrem, vel per alios consanguineos etiam inuito confitente.
- 3 Confessio filij spurij potest reuocari per patrem.

C A P. XI.

1 **L**icet aliqui voluerint, quod confessio debeat reuocari, siue fuerit sponte facta, siue in tormentis per ipsum confitentem, vel per procuratorem specialem, & non per alium, qui de facto proprio confitentis non potest esse informatus, vt colligitur ex Gram. in vot. 16. n. 14. vers. nec militaret, quem refert, & sequitur Petr. Caball. consil. 186. numer. 7. Tamen veritas est, quod possit reuocari, allegari, & probari per alium, etiam inuito confitente, & præsertim a patre vel ab alijs cõsanguineis, Alber. in l. 1. §. Antonius Seuerus num. 1. vers. nisi ipse, vel alius ff. de q. Marc. Soc. in cap. veniens numero 239. de accusat. Foller. in verb. & si confitebuntur numer. 50. Modern. Rom. q. 81. numer. 329. vbi dicit etiam, quod possit per patrem interpretari, & post, Bald. Baiard. quæst. 55. nu. 356. dicit, quod possit confessionem etiam filij spurij reuocare, & ibi Hier. Giach. in litt. I. reddit rationem quia causa dicitur cõmunis cum ipso patre, quauis filius sit spurius.

Confessio quomodo reuocetur, & quomodo sit probandus error.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio in dubio præsumitur vera, et non erronea.

K 4 Reuoca-



- 2 *Reuocatio confessionis simpliciter facta non tenet, sed debet alijci, quod confessio fuerit per errorem facta, et iudex tenetur dare terminum confitenti ad probandum errorem, et admittere articulos, nec non tenetur adducens errorem allegare causam erroris confessionis, et deinde docere de errore.*
- 3 *Confessio minoris reuocatur, etiam non docto de errore.*
- 4 *Reuocatio simpliciter intentata, absque obligatione de probando errore, si deinde per testes fuerit probata innocentia, debet absolui inquisitus.*
- 5 *Error confessionis non potest probari per torturam, sed est probandus aliunde.*
- 6 *Error confessionis an plene, vel per coniecturas sit probandus.*
- 7 *Error confessionis est allegandus, ac etiam est alleganda, et probanda causa talis erroris.*
- 8 *Error confessionis debet esse talis, qui cadat in latam culpam.*
- 9 *Error confessionis, si fiat reuocatio in continenti, non debet deduci, neque probari, et quomodo in proposito intelligatur reuocatio in continenti.*
- 10 *Error confessionis debet probari, quando confessio fuerit per partem acceptata.*
- 11 *Confessio si referatur ad aliquam scripturam, debet doceri de errore per dictam scripturam relatum.*
- 12 *Confessio extrajudicialis non requirit reuocationem, cum expressione causae erroris, sed sufficit, quod simpliciter reuocetur.*

## C A P. XII.

- 1 **C**Aueat Aduocatus in hac quaestione, quasi ad sit conclusio contra reum, ut confessio in dubio praesumatur uera, & non erronea Aret. in cap. cum delicti num. 27. in fin. & num. 28. de accusat. Ang. in l. 1. cum. 7. C. de confess. Brun. de indicij. par. 2. num. 22. q. 9. Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebantur num. 39. & 86. Modern. Rom. q. 81. n. 337. vbi de communi, Mascard. de probat. conclus. 350. num. 6. in fin. & num. 7. vbi alios allegat, & testatur de communi, Car. tar. de interrog. Reis lib. 4. cap. 2. num. 27. vbi dicit, quod ita tenent omnes Brun. a Sol. in suo compendio vers. confessio praesumptionem inducit, Petr. Caball. cas. 186. num. 7. in fin. numer. 9. Cent. 2. Baiard. quaest. 55. num. 70.
- 2 Et ideo sit cautus Aduocatus, vel causae defensor, ut deducat in actis confessionem fuisse factam a dicto carcerato per errorem, & ad tollendas omnes disputationes, curet, ut talis declaratio fiat per ipsummet confitentem, quia si reuocatio confessionis fieret simpliciter, non erit reuocans audiendus, Gram. vot. 7. in princ. & num. 1. & seq. Carrer. in pract. crim. §. 11. excusat ignorantia, n. 24. Boss. tit. de confess. nu. 64. 65. vers. est etiam Petr. Cabal. dict. cas. 189. nu. 9. Et iudex tunc tenetur dare terminum eidem reo ad faciendum suas defensiones, Jul. Clar. q. 65. in princ. Petr. Caball. d. cas. 186. in princ. Et ob id, si iudex recufaret praesigere dictum terminum, grauaret Reum, & successiuè esset locus appellationi. Sed pro Aduocato erit practica, ut non citet ad dicendum contra articulos, neque illos adhibeat super probando errore, nisi prius reus dicat, quod licet ipse falsus fuerit, fecit se tale homicidium, vel dedisse tale mandatū, tamen confessio fuerit, & sit erronea, ob talem causam, & ipse vult probare, se non fecisse tale homicidium, neque

dedisse tale mandatū, & tali causa alias, nisi facta dicta declaratione, articuli non possunt admitti, ut bene docet Caualean. de brach. reg. p. 3. num. 225. & ita obseruatur in practica licet pauci his temporibus illa sciant, & obseruent, ob calamitatem temporum.

Nec nō, etiam postquam allegauit errorem, curet dictum errorem probare, quia non sufficeret sola allegatio erroris, & sola confessionis reuocatio, nisi etiā probaretur error. Petr. Caball. d. cas. 186. n. 9. & alij allegati in principio istius quaestionis. Et error probatur quando deducitur aliter rem se habere Alex. conf. 102. vol. 1. Roland. conf. 69. n. 48. vol. 3. Crauet. conf. 157. num. 7. conf. 188. num. 9. Marc. Ant. Macerat. lib. 3. resolut. 21. nu. 3. & procedit etiam si agatur de facto proprio Crauet. dict. conf. 157. n. 8. dict. conf. 188. n. 10. Natt. conf. 630. n. 11. & conf. 674. nu. 13. Farin. q. 81. n. 343. & seq. Macerat. d. resolut. 21. n. 3. vbi in casu suo fuit probatū aliter rem se habere per quoddam huletinum, & quod possit etiam probari per testes ibi Macerat. n. 11. & latè Mascard. de prob. conclus. 636.

- 3 Nisi tamen ageretur de confessione minoris, quia aduersus confessionem minor restituitur, etiam non docto de errore, cum ex ea dicatur laesus, & sic restituitur in integrum, absque eo quod doceat de errore, Ang. in l. certum §. in pupill. ff. de confess. vbi reputat hoc esse valde notabile, & quotidianum, & sequitur Alex. conf. 115. nu. 6. lib. 3. iubiungens istud solum sufficere ad defensionem minoris, & Add. ibi allegant concordantes, & Car. in §. homicidium num. 10. etiam alios citat, & sequitur Hier. Giach. ad Jul. Clar. q. 55. in litt. F. in princ. Hond. conf. 102. numero 5. volum. 2.
- 4 Ac etiam si Iudex admitteret reuocationem confessionis absquella oblatione de probando errorem, quia in hoc errauerit; si tamen reus fuit admissus ad probandam suam innocentiam per testes, & illam probauerit, deberet absolui, Boss. tit. de defes. reor. n. 4. vers. 3. debet in fin. & sequitur Petr. Cabal. in d. cas. 186. n. 11.
- 5 Et error confessionis non erit probandus per torturam eiusdem confitentis; neq. Iudex debet, reuocata confessione, ponere reum ad torturam, tanquam varium, cum habita confessione aliud quaerendum non sit, Boss. tit. de confess. nu. 65. & seq. & sub nu. 80. vers. si tamen re vera; licet aliqua in contrarium adduxerit sub num. 79. vers. sed difficultas est, Clar. q. 55. vers. fin. Claud. Bertazzol. ad Patrē. conf. 103. in lit. C. vers. in re nostra; Modern. Rom. q. 81. num. 342. vbi dicit, quod ipse fatuum reputaret Iudicem, qui confessum ad torturam, poneret, Cauale. de brach. Reg. p. 3. nu. 223. in fin. latè Petr. Caball. d. cas. 186. num. 6. & 7. vbi tamen videtur distinguere, & bene inter confessionē extortam metu torturae, & confessionem spontaneā; vt in primo casu reus negādo delictum iam confessum torquetur; in secundo vero casu non admittatur simplex reuocatio confessionis; cum in primo non remaneat plena probatio, nisi secuta ratificatione; in secundo vero casu spontaneae confessionis ad sit ex ea plena probatio, cui standum erit, nisi probetur contrarium.
- 6 Sed erit probandus error plenè, vt per Boss. tit. de confess. num. 59. & seq. vbi alios allegat; Sed caueat Aduocatus ne decipiatur in hoc procuratore Fiscali, quod ob id sit probandus error plenè per testes deponentes de directo cōtra dictam confessionē; quia satis erit, q. error confessionis probetur per coniecturas praesum.



presumptiones, & indicia, per illam regulam satis tri-  
tam, quæ se habet: præsumptiuam probationem pro  
plena, & concludenti probatione favore defensionis  
esse habendam. Crau. conf. 2. nu. 16. Menoch. de præ-  
sumpt. lib. 5. præsumpt. 3. n. 50. præsumpt. 48. n. 8. Ma-  
scar. de prob. concl. 904. n. 16. latè Eugen. conf. 3. l. n.  
50. Hond. conf. 112. n. 28. conf. 100. n. 3. l. 1. conf. 87.  
num. 33. lib. 2. Et in terminis, quod error confessionis  
probetur indicijs, & coniecturis Bal. in l. fi. n. 2. vbi Sa-  
lic. nu. 2. C. de prob. Bal. in l. error post nu. 12. C. de iu-  
ris, & fact. ignor. Claud. Bertaz. ad Patrem conf. 103.  
in lit. C. ver. error poterit, vbi præcipuè hoc admit-  
git in tribus casibus, & primo in confessione emanata  
per torturam. 2. quando reus ex iudicis multiplici, &  
iuricata interrogatione facile potuerit errare. 3. in cõ-  
fessione rustici. Add. ad Farin. conf. 19. in lit. N. in fi. &  
in conf. 6. in lit. O, in fine referunt dictam opinionem  
Claud. Bertaz. & illam & sequantur Bertaz. cõf. 162. n.  
9. in fi. & num. seq. vbi ponit plures modos probandi  
errorem confessionis per præsumptiones, & conie-  
cturas. Claud. Bertaz. ad d. conf. 103. in lit. C. ad quem  
Moderni se remittunt, & præcipuè Pet. Cabal. d. casu  
186. nu. 10. Baiar. q. 55. n. 54. Adden. ad Farin. conf. 19.  
n. lit. M. & conf. 6. in lit. O.

7 Et licet inter Doctores oriatur aliqua difficultas,  
an requiratur, quod non solum allegetur error cõfes-  
sionis, & ille probetur, sed etiam probetur causa dicti  
erroris; nempe ex qua causa motus fuerit ad ita per  
errorem fatendū; & tamen concludunt, quod si aga-  
tur de confessione emanata, non propter iracūdiam,  
sed deliberatè in concernentibus factum proprium si-  
ne tortura, tunc ardetur reus ad probandum, rem ali-  
ter se habere, necnon ad probandum causam dicti  
erroris. Franc. in c. 1. nu. 2. de accus. in 6. Aret. in c. cū  
dilecti, nu. 29. de accus. vbi de communi Abb. in c. fin.  
sub nu. 23. extra de confels. vbi subdit: quicquid for-  
san secus sit in confessione facti alieni. Ant. Colomb.  
in tract. proced. in caus. crim. art. 2. Carrer. in pract.  
in 1. tract. de appell. §. tertius casus, nu. 23. in fi. qui lo-  
quitur in confessione extorta per torturam, & ratifi-  
cata, Franc. Person. de indic. & tort. nu. 81. secus vero  
in confessione extorta per torturam; quia etiā quod  
fuerit ratificata potest reuocari, etiam non probata  
causa erroris; sed sufficit probare errorem, vel rem  
aliter se habere, vt bene, & latè tradit Aret. in d. c. cū  
dilecti. nu. 29. ver. tu vero cõsideras, iuncto ver. & li-  
cet ipse, & nu. 30. ver. primo casu extra de accus. vbi  
firmat, quod hæc declaratio habet in se magnam æ-  
quitatem; quamuis aliqui ex Doctorib. supra addu-  
ctis loquantur generaliter etiam in confessione ema-  
nata per torturam, & Aretini declarationē sequitur  
Farinac. in q. 81. nu. 346. & add. ad eum in conf. 16. in  
lit. B. Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 208. vbi subdit, q̄  
potest allegare causam erroris, quæ possit stare cum  
dicta confessione; vt si dicat, confessum fuisse, pro-  
pter timorem torturæ, vel obliuionem, vel quia ne-  
sciebat quid diceret, vel quia mentem tuam ira turba-  
uit, & impediuit: quas excusationes dicit esse verifi-  
ciles; vbi tamen admonet iudices ad subornationem  
testium bene vsitatam in hac specie reuocandæ con-  
fessionis; & ob id dicit, non posse testē ex intervallo  
reuocare confessionem, nisi deposuerit cum tortura.

8 Sed etiam caueat Aduocatus, quod deducat talem  
errorem, seu causam erroris, quæ cadat in latam cul-

pam: cum non sufficiat quilibet error, nec quælibet  
causa erroris. Aret. in c. cum dilecti, nu. 74. in fi. de ac-  
cus. post Bar. & Paris de Puteo, de syndic. in verb. tor-  
tus, c. 7. nu. 5. post Bal.

9 Ac etiam Doctores deducunt, quod si fiat reuoca-  
tio confessionis incontinenti, tunc nõ sit necesse pro-  
bare errorem confessionis, quando spontè fit. gl. in c.  
fi. in verbo iusta causa in fi. de iureiur. in 6. Marian. So-  
ci. in c. qualiter, & quando, il. 2. nu. 1005. de accus. vbi  
dicit, incontinenti fieri, nedum, antequam confessio  
redigatur in scriptis, sed etiam, si postquam fuerit re-  
dacta in scriptis, incontinenti fiat, vel iudicis arbitrio  
remitatur ex quantitate temporis, & ex qualitate fa-  
cti intricati, licet videatur, quod Doctores magis con-  
currant, incontinenti dici, antequam fuerit redacta in  
scriptis. Mill. in pract. fol. 66. n. 87. ver. dic, quod con-  
fessio. Alex. Sciat. in pract. iud. c. 19. nu. 60. & seq. vbi  
concordantes allegat Boss. tit. de confel. num. 63. Et  
tunc faciat solum indicium ad torturam contra con-  
fitemem, vt post Foller. & Marf. in locis per eum al-  
leg. firmat Caualecan. de Brac. reg. p. 3. nu. 226. in fi. &  
subdit. Si vero fiat ex intervallo, & reuocetur tempo-  
re defensionis, erit audiendus, & idem dicit esse in  
confessione extorta metu tormentorum, vt sufficiat  
sola reuocatio ante ratificationem ad impediendam  
condemnationem in d. 3. p. nu. 205. in fi. post Tindar.  
de testib. c. 4. num. 3. qui loquitur, tam de reis, quam  
de testibus.

10 Nisi tamen fuisset confessio acceptata à parte, &  
si reuocetur, indiget probatione erroris. Mascard. de  
prob. concl. 350. nu. 11. & de communi testatur Clau.  
Bertaz. ad accus. patris 103. in lit. C. & sequitur Mod.  
Rom. in quæst. 81. nu. 349. Quæ declaratio nõ video,  
quomodo in criminalibus verificari possit sine destru-  
ctione quarumcunque limitationum, quod semper si-  
scus, habita confessione, illam expressè acceptet.

11 Si verò confessio fuerit relatiua ad aliquod instru-  
mentum, vel scripturam, seu epistolam, in quibus ap-  
pareat contrarium eius, quod reus factus fuit, vel non  
tantum, quantum in confessione continetur; satis di-  
citur probatum fuisse errorem, absque alia extrinse-  
ca probatione. Bertaz. conf. 53. nu. 1. & seq. vbi con-  
cordat, allegat conf. 199. nn. 13. conf. 242. num. 16. &  
seq. lib. 1. & detecta falsa confessione in parte, in totū  
erit præsumenda falsa, & erronea, vt dixi supra in hac  
Defensione.

12 Confessio autem extraiudicialis si fuerit reuocata  
non requiritur, vt in eius reuocatione allegetur causa  
erroris, neque etiam probetur error; sed sufficiat,  
quod simpliciter reuocetur, vt non faciat indicium  
ad torturam. Doct. adducti per Iul. Clar. q. 21. num.  
19. Natta conf. 6. num. 4. Roland. consil. 31. num. 17.  
lib. 3. vbi de communi adducti per Hireon. Grach. ad  
Clar. d. quæst. 21. in lit. B. Blanch. in l. fi. num. 209. ff. de  
quæst. licet Anton. Gomez. tit. de delict. c. 13. num. 8.  
contrarium teneat, & Iul. Clar. d. quæst. 21. num. 19.  
in fine. Sed Baiard. ibi num. 124. & seq. videtur distin-  
guere inter reuocationem confessionis factam ante  
cœptum iudicium, & post cœptum iudicium; vt in  
primo casu possit reuocari, & reuocata non faciat  
indicium ad torturam; in secundo vero casu, post cœ-  
ptum iudicium non reuocetur, nisi docto de errore.



**Causæ iustæ, & legitimæ reuocandæ confessionis, quæ sint.**

**S Y M M A R I V M.**

- 1 Causæ releuantes ad reuocandam confessionem.
- 2 Metus est causa releuans ad reuocandam confessionem, & qui metus esse debeat, & quomodo sit probandus.
- 3 Ignorantia est etiam releuans ad reuocationem confessionis, & qualis esse debeat, & quomodo sit probandus.
- 4 Oblitio est causa releuans reuocandæ confessionis, & qualis esse debeat, & quomodo sit probanda.
- 5 Ira est causa sufficiens ad reuocandam confessionem, & qualis esse debeat, & quomodo sit probanda.
- 6 Persuasiones sunt quoque causæ releuantes ad confessionem reuocandam, & quales esse debeant, et quomodo sint probanda.
- 7 Practica in reuocanda confessione, et quomodo Aduocatus deducere valeat reuocationem confessionis.

**C A P. XIII.**

**Q**uoniam in ista Defensione reuocationis confessionis consistit, quasi vltima defensio pro Aduocato in fauorem rei confessi, & supra vidimus, quod non sufficiat sola reuocatio confessionis, & allegatio erroris, sed etiam requiratur probatio causæ dictæ reuocationis, quæ consistit in vna ex infra scriptis causis, quæ sunt metus, ignorantia, oblitio, ira, fatuitas, mens non sana, & persuasio, vt firmat Cauale. de Brach. reg. p. 1. num. 210. Ideo videamus de singulis causis prædictis.

**3** Et circa primam causam metus, caueat Aduocatus, vt deducat causam metus, quæ sit probabilis, & necessaria, & cadat in constantem virum, l. 1. §. metus ff. quod met. caus. latè Menoc. de arbitr. cas. 136. cum metus sit instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio. Azor. in sū ma. rubr. quod metus causa, nec metus per ratificationem tollitur, iusta causa metus subsistente. Ac etiam caueat, quod in confessione facta metu tormentorum, debeat in specie, & in individuo allegari metus, & non in genere. Boss. tit. de confess. nu. 73. & seq. Masc. de prob. concl. 354. & concl. 105. latè Brun. a Sole in d. q. crim. 50. num. 180. cum plur. seq. vbi concordantes allegat Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 210.

Necnon cum ipso metu debet concurrere aliqua alia causa probabilis, nempe, vt verisimile sit, quod per metum confessus fuerit: alioquin, si cum metu nil aliud concurrat, sed solum allegetur ab Aduocato, quod reus propter metum falsus sit, posset torqueri tanquam varius. Boss. de tort. num. 46. vel secuta ratificatione, nihil sibi prodesset, nisi aliud deducat vna cum ipsa allegatione metus. Brun. de indic. p. 1. q. 4. nu. 4. maxime quando confessio alijs indicijs coadiuuatur. Boss. tit. de confess. n. 80. Marf. in pract. §. Quoniam sub nu. 3. vers. si autem appareat. Cauale. de Brach. reg. p. 3. num. 111.

Si vero cum metu deducta sit aliqua causa, verisimilis, & probabilis, tunc non debet torqueri. Sed practica est, quod ponatur reus ad largam, & sibi dentur defensiones ad docendum de errore suæ confessionis, & illum probandum per testes, vel per indicia, vel per presumptiones, & non torturam. Boss. tit. de tort. nu. 78. Ac etiam vt probet causam, vel rem aliter se habere in parte, vel in totum; in totum, probando

contrarium, in parte, quando qualificatè deliquit, vel ad necessariam defensionem. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. nu. 26. vel quod ignoranter, aut non principaliter deliquit, & sic per plus, aut minus, secundum excusationes positas, per Iul. Clar. q. 60. Et si nihil probauerit, quod releuet, confessio rei firma remanebit. Brun. de indic. p. 1. q. 4. nu. 4. & post Bal. & Put. Cauale. d. p. 3. nu. 212. de Brach. reg.

Et si nõ potest Aduocatus in totum, & clarè probare aliter rem se habere, vna cum metu, saltem conetur confessionem dubiam reddere, ad euitandam condemnationem in poenam ordinariam, vel solum poterit reus ex dicta confessione turbida, & dubia effecta torqueri, vt latè post alios, quos allegat, firmat Cauale. de Brach. reg. d. p. 3. nu. 213. vbi subdit, quod in ista materia reuocationis confessionis, æquiparatur confessio spontanea, & confessio extorta per torturam ratificata; & ideo idem sit seruandum in vna, quod in alia.

**3** Circa secundam causam resultatem ex ignorantia, Aduocatus deducat, rem confessum fuisse tale delictum per errorem; & causa erroris est, quando quis est rusticus, imperitus, & homo prorsus rudis, quæ os operiat, & nesciat quid dicat, tã pro se, vel contra se, & quæ peius est, velit teneri sapiens, & ne dũ abundet in suo sensu, sed careat intellectu: & de ista ignorantie causa. Bar. Bal. & alij Doct. in l. error. C. de iur. & fact. igno. Et debet esse probabilis, & verisimilis, qualis cadit in rusticis minoribus, & mulieribus, in quibus a communiter accidentibus, & regulariter cadit ignorantia. Idemque erit in Urbicis, qui semper domi comorati sunt, & cum ignaris diu conuersati, & in agibilibus mundi sunt ad instar asini, vt bene explicat Cauale. de Brach. reg. par. 3. nu. 214.

Ac etiam deducat, quod agatur de facto alieno, in quo regulariter cadit ignorantia, tex. in l. qui in alterius locum, de regi. iur. vel quod agatur de facto antiquo, in quo etiam verisimiliter cadit ignorantia, & oblitio, l. verius de appell. Soc. reg. 219. 220. & 221. Menoch. de arbitr. casu 186. latissimè Masc. de prob. concl. 879. & concl. seq. Sed caueat Aduocatus, ne sit ignorantia crassa, vel supina. l. nec supina. de iur. & fact. ignor. And. Gail. obseru. 48. num. 15. Nec sit affectata, c. eos clericos. de tempor. ordin. in 6. l. in l. si quis seruus plurium, §. si quis ante, nu. 6. de leg. 1. latè Gabr. concl. 6. tit. de iur. & fact. ignor. Cauale. de Brach. reg. par. 3. num. 215.

**5** Circa tertium de oblitio, est dicendum idem, quod dictum est de ignorantia, vt per Soc. reg. 219. Masc. de probat. concl. 650. nu. 5. & seq. concl. 1122. nu. 31. Boss. tit. de respons. a reo facien. nu. 45. vbi remissiue tradit eos, in quibus cadit oblitio. Ioseph. Ludou. nō. cl. 38. vers. primus casus. Menoch. conf. 243. num. 4. l. vol. 3. per quos habetur in quibus cadat oblitio, tam in testes, quam in principali, sed deducat etiã Aduocatus ad fauorem inquisiti, & confessi, quod ipse est persona simplex, & non sagax, & versutus; cum in sagace, & versuto allegante ignorantiam, si nõ crederetur, quia aut scit, aut scire præsumitur, l. quod te, ff. si cer. pet. l. qui fundus. §. seruus, ff. pro emptor. Idemque erit dicendum de surditate, vel fatuitate, quas qualitates, etiam Aduocatus deducere valeat; sed bene illas deducat per testes, vt excludatur surditas, vel fatuitas affectata, quas multi confingunt, vt dicit Cauale. de



de Brach. reg. p. 3. num. 216. & seq. vbi tamen subdit, quod similes fictiones, aut verberibus, aut tortura, medentur; & ob id ipse in facto pluries nouit, quod qui ante torturam surdi erant, per torturam audierunt, & muti fuerunt locuti, & immemores coeperunt recordari.

5 Circa quartum de ira, vulgare est, vt ira impediatur animum, ne quis verum cernere possit, l. quicquid, calore, ff. de reg. iur. Et ob id confessio per iram facta potest reuocari. Rom. sing. 108. Poller. in verb. & si confitebuntur, nu. 17. & 136. Modern. Rom. q. 81. nu. 56. vbi alios adducit, & testatur de communi, & idem esse dicit in confessione properè, repentinè, ex abrupto, & non deliberatè emanata. Sed Aduocatus beneficiat deducere iram in fauorem inquisiti, & confessio vt tempore emanatæ confessionis esset ira accensus, & deducat alias coniecturas, & præsumptiones, per quas coadiuuetur, quod verisimiliter ille erat tali ira accensus, vt potuerit decipi, & fateri per errorem, qd ipse non sciebat, neque fecit; cum confessio per iram facta, si fuerit ratificata, soleat afficere, c. si quis iratus. 2. q. 3. Malcar. de probat. concl. 346. n. 20. & seq. vbi dicit bene in proposito, quod iratus a furioso non distat, & Horatius dixit: Ira breuis furor est, animum rege, Sec. Caualc. de Brach. reg. p. 3. n. 218. & quod requiratur, vt probetur iracundia. Bero. in c. at si clerici. nu. 131. de iudic. Ac etiam requiritur, vt dicta confessio fuerit prius reuocata, alias non audiretur. Dec. in d. c. at si clerici. n. 131. Moder. Rom. d. q. 81. nu. 58.

6 Circa 5. de persuasionibus, quibus quis potuerit induci ad fatendum delictum, Aduocatus vltra dictas persuasiones aliquas alias coniecturas, vel præsumptiones adducat, vt quia esset fatuus, vel semifatuus, vel quod fuerit pro ipsa confessione ei promissam impunitas, vel blanditijs, aut suggestionibus illicitis fuerit extorta confessio, aut impatientia carceris, aut tedio vitæ; ac etiam in totum, vel in partem conetur probare contrarium illius, quod ipse fassus fuit, cum alias nemo præsumatur solis persuasionibus velle fateri delicta, vt bene explicat Caualc. de Brach. reg. par. 3. num. 219.

7 Et pro vera practica in ista materia reuocationis tam vtili pro defensione reorum, Aduocatus beneficiat illam deducere, in qua verè multi decipiuntur; & sic antequam deducat Capitula, seu articulos, prius deducat in actis, quod & si N. fassus est tale delictum, & etiam illud postea ratificauit, nihilominus errauit, & errasse dicit, & protestatur, verum quia defensionem suam citius parare nequirit, nunc est paratus, & se offert probare per testes errorem suæ confessionis; Et sic semper prius reuocet confessionem. Dec. in c. at si Clerici. nu. 131. de iudic. Moder. Rom. q. 81. nu. 58. Et præcipuè confessum fuisse metu tormentorum, vel ignorantia, vel ira, vel fatuitate, vel alia simili causa in specie exprimenda; quia si simpliciter quis ex interuallo reuocaret suam confessionem, & non allegaret errorem etiam in specie non audiretur, nec admitterentur articuli ad probandum contraria confessioni, sine vlla erroris probatione; prout nõ audirentur si dicerent Aduocati, quod talis confessus reuocat confessionem, & vult per torturam substinere contrarium, vt latè, & bene instruit, & docet Aduocatos Caualc. de Brach. reg. p. 3. n. 223. Et semper probet contrariū in toto, vel in parte per testes in causis

supradictis, alias confessio confitenti noceret, & executioni demandaretur idem Caualc. d. par. 212. in fin. & num. 220.

Confessio extorta sub spe gratiæ, vel impunitatis, an afficiat confitentem, & an iudex, vel Princeps teneatur illam seruare.

C A P. XIV.

**D**E istis duobus articulis latè supra in defens. 20. capit. 24. & cap. 25. dixi, idè remitto Aduocatum ad ea, quæ ibi posui.

Confessio facta in gratia, vel in petitione veniæ, vel in compositione, an afficiat confitentem.

S V M M A R I M.

- 1 Confessio facta in gratia non nocet confitenti, quoad penam, sed solum quoad torturam; nisi petita fuisset gratia, vt liberaretur reus a molestijs curiæ, vel nisi Princeps reprobarer gratiam.
- 2 Veniam petens non dicitur fateri, nisi fuerit solemniter petita iudicialiter.
- 3 Compositio facta cum Fisco, an inducat confessionem. Resolutio est, vt si fuerit facta in casu de iure transigibili, non nocet componenti; & etiam si fuerit facta vt liberaretur a molestijs curiæ.
- 4 Confessio an inducatur ex narratis in precibus in memoriali, in libello, in capitulis, positionibus supplicationibus & exceptionibus, & an possit reuocari remissiuè.

C A P. XV.

**I**N ista quæstione insurgat Aduocatus, dicendo, qd confessio facta in gratia non afficit confitentem, cum ex ea non resultet vera confessio. Ant. Gabriel. concl. 23. n. 15. lib. 2. latè Modern. Rom. q. 5. ferè per tot. & præcipuè sub num. 25. & latissimè Dec. lib. 3. c. 25. n. 64. to. 1. licet aliam opinionem, & contraria teneant alij Neuz. conf. 68. nu. 12. & seq. Ferran. Garz. conf. 121. nu. 16. to. 1. crim. Rim. iun. conf. 768. nu. 10. lib. 7. Baiard. in q. 4. n. 68. Sed tantum faceret contra producentem gratiam, indicium ad torturam. Gram. conf. 54. n. 6. & seq. Nisi fuisset obtenta, vel petita, vt ipse gratiatus liberaretur a molestationibus curiæ; quia nullum præiudicium tunc ex dicta gratia sibi inferretur. Masc. concl. 501. nu. 5. vol. 1. Grillan. de pen. composit. q. 4. Rim. iun. conf. 758. nu. 13. & seq. vol. 6. Idemque erit, si reprobarer rescriptum, vel lata esset sententia contra illud. Doct. adducti per Baiard. q. 49. n. 64. Idemque erit, si Princeps noluerit gratiam facere; quia tenetur reponere reum in suum pristinum statum, & ipsa narrata habent hanc tacitam conditionem, si gratia sequatur. Alex. conf. 70. nu. 10. & seq. vol. 1. Io. Ant. de Nigr. super c. rei, cap. 297. n. 14. vbi latè Menoch. de arb. q. 8. n. 37. & post istos Baiard. q. 49. nu. 68. Quod est notandum, quia millies in facto contingit. Nec potest Princeps cogere impetrantem gratiam ad fatendum delictum, alias nollet, quod ipse reus vtatur gratia impetrata, vt post Alex. Felin. & Bos. firmat Caualc. de Brach. reg. in fragm. fragm. 93. quod est bene notandum.

Si verò



- 2 Si verò aliquis peteret veniam, non diceretur fateri delictum, cum bonarum mentium sit timere peccatum, etiam ubi non est, c. ad eius 5. dist. Masc. cōcl. 502. nu. 1. & 4. ubi alios allegat, & latè Decian. li. 3. c. 25. n. 82. to. 1. nisi fuerit venia solemniter petita; quia tunc diceretur fateri delictum, secus si extraiudicialiter, Clar. q. 49. nu. 17. Masc. d. concl. 502. n. 2. & seq. Franc. Marc. dec. 389. nu. 2. p. 2. Baiar. d. quæst. 49. nu. 98. in fine.
- 3 Componēs autem cum fisco, vel parte, & aliquid ei soluens satis controuertitur inter Doctores an sibi præiudicet confitendo, ut est videre per Mascard. conclus. 501. num. 1. Honded. conf. 96. num. 11. vol. 2. Baiard. in d. quæst. 49. num. 66. tamen, si compositio fiat cum illa solita clausula, ad se eximendum, & liberandum a molestationibus Curia, & fisci, sine dubio non inducitur confessio, ut per Grilland. ad Mascard. in locis supra adductis: & idem tenent Olsch. decif. 138. num. 13. seq. Rim. iun. conf. 758. nu. 13. & seq. vol. 7. Gabr. conclus. 23. num. 8. lib. 7. Modern. Roman. conf. 88. num. 9. in fine. Et si fiat in casu transigibili, & a iure permissio: nec etiam inducitur confessio. Honded. q. i. alios allegat. conf. 96. nu. 49. vol. 2. si autem Aduocatus vult cautelas per quas possit fieri transactio, absque eo, q. inducatur confessio delicti, adeat Mascard. conclus. 501. nu. 4. & 8. in fin. vol. 1.
- Prout si fiat cum parte, ut si remittatur arbitrio alicuius boni viri, nec minus inducitur confessio. Hond. d. conf. 96. n. 48. & conf. 97. n. 28. & seq. vol. 1.
- 5 Si autem quis vellet habere, quale præiudicium afferat narrata in precibus, vel in libello, seu in memoriali porrecto Principi, & in positionibus, capitulis, exceptionibus, & suplicationibus, adeat Masc. concl. 368. per totum, ubi ponit ampliaciones, & limitationes, & docet etiam, an possit reuocari, & latissimè Farin. q. 5. n. 24. & Olsch. dec. 138. n. 1. & Capic. dec. 71. Baiar. q. 49. nu. 63. & seq. remissiue.

Confessio extorta per tormenta denegatis defensionibus, quando noceat confitenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio extorta per tormenta, denegatis defensionibus, nō nocet confitenti, nisi iudex haberet brachium Regium.

C A P. XVI.

- 1 **I**nsurgat Aduocatus animosè contra iudices crudeles inanem gloriam affectantes, ut confessio a reis extorta, denegatis defensionibus, & non data copia indiciorum, non afficiat confitentem. Vulpel. respōns. 21. nu. 6. dec. 15. Auenionen. per totam, ubi refert quēdam fuisse absolutum, quamuis fassus fuerit delictum, & confiterit de illius corpore, & confessio fuerit adminiculata, Amo J. conciuus meus de syndic. nu. 223. in fi. Moder. Rom. q. 39. n. 84. & procedit etiā si milies fuerit ratificata, vel si esset iuramento firmata post alios, quos allegat Marc. Ant. Macer. resol. lib. 3. resol. 271. nu. 2. & etiam si copia indiciorum non fuerit petita, cum iudex teneatur illam ex officio tradere, Macerat. ibi nu. 3. & procedit etiā in atrocissimis. Farin. q. 39. n. 41. Mac. resol. 47. n. 3. lib. 3. Rimin. iun. conf. 78. nu. 60. ubi alios adducit, & testatur de communi, nisi tamen iudex haberet brachium

regium, vel arbitrium procedendi ex processu informatiuo, ut superius dixi suo loco, & quod sit dāda copia indiciorum, etiam si iudex haberet liberum arbitrium, alias confessio sit nulla post Boss. tit. de iudic. & con. aut. tort. nu. 44. & seq. Mar. Ant. Macer. d. resol. 27. num. 3. in fi.

Nisi conuinceretur reus per variationes, & mēda ex suo proprio dicto, quia posset torqueri non data copia indiciorum. Farin. q. 39. n. 130. 134. & seq. & n. 147. quod præsertim dicendum videtur, si ageretur de delicto atrocissimo. Farin. d. q. 39. n. 97. & si reus copiam non petierit. Farin. d. q. 39. nu. 90. Ambros. de modo proced. lib. 3. c. 1. n. 3. Mar. Ant. Macer. d. lib. 3. resol. 47. nu. 22. Et hoc vltimum in Curia cessat vigore nouæ reformationis, cum iudex teneatur dare copiam processus, quamuis non fuerit petita.

Confessio facta super delicto, an afficiat confitentem super illius qualitatibus, & circumstantijs.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio facta super delicto principali non nocet super qualitatibus aggravantibus delictum.
- 2 Confessio ficta non inducit confessionem super qualitatibus delicti.

C A P. XVII.

- 1 **S**i aliquis simpliciter fateatur commisisse homicidium, & esset imputatus, quod aliud patrasset, præcedente animi deliberatione, vel per proditiōem, non diceretur fassus fuisse dictas qualitates, & circumstantias aggravantes delictum, sed tantum homicidium, de quo principaliter agitur Corn. cōf. 96. sub nu. 32. ubi subdit, quod ita Aduocati, & Procuratores quotidie exclamant, & sequuntur communiter Bar. in conf. 171. nu. 4. Iaf. in l. si quis nec causam, num. 9. ff. si cer. per. Dec. conf. 563. n. 4. Becc. conf. 11. n. 10. ubi de communi, & etiam concordantes allegat, & refert, quod Fulg. dicit, quod difficile esset obrinere in practica contra opinionē Bar. Matthes. sing. 33. ubi Add. dicit etiam opinionem Bar. communem. Et Becc. ubi supra dicit, † multo fortius procederet in confessione ficta resultante ex contumacia, latè Pet. Caball. casu 56. nu. 154. ubi post Rom. in conf. 445. dicit, quod si quis fateatur vulnerasse Titium, & esset inquisitus de vulnere illato in Titium Gabellarium, non per hoc talis confessio amplectitur illam qualitatem Gabellarij; ubi etiam loquitur, quando quis respondit positioni per verbum, credit, ut nō intelligatur fateri omnes facti qualitates in positione contentas. Imol. in l. si dubitetur, §. ita de mun. sub n. 5. ff. de fideiuss. Quod dicit esse bene notandum; quia ex hoc poterit quis lucrari vnā vestem. Baiard. q. 65. n. 8. post Bar. Bal. Brun. & Iaf. in locis per eum relatis, ubi subdit, quia responsio in criminalibus intelligitur secundum interrogationem, & ibi testatur de communi.

Confessio iuris, quando confitentem afficiat.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio in his, qua consistunt in iure, non nocet; & hic ponuntur exempla.

2 Con-



- 2 Confessio debet esse circa seriem facti, et non circa ius etiā si rei essent periti in illa arte.
- 3 Confitens circa ea, quæ sunt iuris, potest puniri pœna extraordinaria.

C A P. XVIII.

- 1 **I**am latè deduxi supra in defens. 6. quod si reus fateatur, se esse latronem, hæreticum, vel per similia verba, sibi non præiudicat, nec talis confessio sufficit ad condemnandum; cum spectet ad iudicem cognoscere, an ille sit latro, vel hæreticus. Sed debet dicere, sentio in hoc, in isto articulo, & seriem facti solummodo recensere, quia deinde iudex iudicabit, an ex tali facto, vel dicto resultet delictum. Prout nec minus sibi præiudicabit, si dicat, se fuisse in tali facto culpabilem, vel de iure punibilem, vt per Felin. in c. olim in 3. q. sub nu. 20. in fi. de lit. contest. & Ang. de malef. in verb. comparent dicti inquisiti, nu. 12. dicit, quod si quis respondeat occidi, & etiam de homicidio appareat, ista non erit sufficiens responsio, & sequitur Petr. Caball. casu 56. n. 20. casu 180. sub n. 5. Bertaz. cōf. 29. n. 7. conf. 28. nu. 10. conf. 58. nu. 8. conf. 242. nu. 19. vbi infert non valere confessionem, qua quis se vsurarium dicit, Modern. Rom. q. 81. n. 63. Honded. conf. 66. n. 67. & conf. 102. nu. 47. † Qui omnes concludūt, quod confessio debet esse circa factum, & non circa ius, Iul. Scarlat. conf. 118. n. 34. tom. crim. Pet. de Sur. conf. 403. n. 77. vol. 1. Hinc est, quod si quis producat instrumentum, & fateatur contenta in eo: non tamen operatur confessio quoad illud, quod non est in eius potestate. Iul. Scarlat. d. conf. 118. n. 34. post Bart. & Dec. in locis per eum relatis, & latissimè Petr. Cabal. casu 180. n. 1. & seq. vbi dicit in facti contingentia ita votasse in fauorem illius, qui dixit, venenum alicui dedisse, & eum ex illo mortuum fuisse, vt non posset sequi condemnatio in pœnam ordinariam, nisi aliter constet de morte ex illo veneno dato; & plus subdit: etiam si incontinenti, vel paulo post susceptum venenum propinatum, suscipiens decesserit, Imo etiā si testes essent periti in arte, non sufficeret eius confessio, Oldr. conf. 210. & Crauet. conf. 41. n. 4. contrarium voluit Petr. Cabal. d. casu 180. nu. 6. vers. nisi essent, & num. 7. dicit, nisi etiam appareret ex processu de speciali delicto, quod ille generaliter fassus esset; quia tunc puniretur. † Et in omnem casum iste confitens ita generaliter, & super iure, non evitabit pœnā extraordinariam, vt post Modern. Rom. firmat Petr. Cabal. d. casu 180. num. 2. in fi. vbi dicit, quod de hac opinione ipse non dubitat, licet ego in facto aliter obtinuerim, nempe principalem ita confitentem absolui, & liberari.

Confessio priuilegiati extorta per torturam, quando afficiat confitentem,

S Y M M A R I V M.

- 1 Priuilegiati confitentes delictum per torturam non possūt ex confessione puniri.
- 2 Iudex torquens priuilegiatos punitur.
- 3 Priuilegiati confessio nocet in criminibus exceptis, declarata tamen vt hic per Authorem.

C A P. XIX.

- 1 **S**I quis, ex aliquo priuilegio, ratione personæ, dignitatis, & ætatis non poterat torqueri, & fuerit

tortus, & fassus fuerit delictum, talis confessio sibi nō nocet, etiam si fuerit ratificata. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. n. 4. in fi. Marfil. in l. edictum, nu. 25. 29. & seq. ff. de quest. vbi loquitur in confessione mulieris prægnantis, & Decurionis. Idem dicit Brun. de indic. p. 2. q. 4. nu. 3. Casson. de torment. c. 10. rubr. quæ per son. torq. poss. n. 6. & 13. vbi de confessione senis torti. Carrer. de ind. §. circa tertium de confessione Doctoris, & n. 23. de confessione, Nobilis. Viu. comm. opin. ver. senex ætatis, vbi concordantes allegat, & ibi de communi Bertaz. conf. 70. n. 31. to. 2. crim. diuersi. Alexan. Trentacinque conf. 20. nu. 16. par. 2.

- 2 Imò isto casu iudex torquens personas priuilegiatas, & de iure prohibitas punitur, l. Decuriones, C. de quæst. Bologn. ad Guid. de Suz. de indic. & tort. n. 17. & 115. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. 6. in fi. Conrad. in pract. tit. de negat. crim. & tormen. nn. 35. Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 2. tit. quomodo, & per quos q. 27. n. 6. & post etiam impunè iudici isto casu resisti, latè Mod. Rom. in q. 41. nu. 99.

- 3 Nisi tamen essent tortæ personæ priuilegiatæ in criminibus exceptis, quia cōfessio eis noceret. Bologn. ad Suz. in tract. de indic. & tort. nu. 75. Boss. tit. de indic. ante nu. 16. Anto. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. 3. in fi. Vuol. respons. 141. n. 11. Franch. Person. de ind. & tort. n. 15. Pen. in tract. de priuileg. iurisconf. priu. 39. nu. 10. & seq. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. n. 94. Eugen. conf. 63. n. 89.

Quod tamen doctores intelligunt in priuilegiatis ratione propriæ personæ, vt sunt Milites, Doctores, Decuriones, Magistratus, & alij similes secus in priuilegiatis propter senilem, vel puerilem ætatem, vel propter partum, quia mulier fuerit prægnans, cum tunc non possint etiam in criminalibus exceptis, istæ personæ priuilegiatæ torqueri: maximè si senes, & pueri essent tales, vltra dictam qualitatem, quod si torquerentur, verisimiliter sequi posset mors, vt declarat Modern. Rom. q. 41. n. 101. & seq. latè Cauale. de Brachio regio, p. 3. nu. 24. & seq. qui loquitur, etiam si iudex haberet brachium regium. Et ego iam latè dixi supra in Defens. circa examina reorum.

Confessio facta contra illud, quod fuit per iudicem alias sententiatum, quando afficiat.

S Y M M A R I V M.

- 1 Confessio nō afficiat confitentem, quando contra dictam confessionem iudex pronunciauit, declarata tamen vt hic per Authorem.

C A P. XX.

- 1 **S**I vero aliquis fateatur aliquid fecisse, vel delictum commisisse, super quo fuerat per iudicem pronunciatum, qui a dicto delicto eundem liberauit, Curia pro tali confessione non potest amplius ipsum inquietare. Marf. conf. 20. nu. 62. vbi post alios quos allegat, ponit exemplum in eo, qui fateatur commisisse homicidium, pro quo alij per sententiam fuerunt condemnati, Marfil. sing. 257. vers. supradictam tamen, & sing. 329. vers. aliud est casus. Baiard. quæst. 65. n. 5. in fi. Bertaz. conf. 396. sub nu. 5. vol. 2. qui allegat inter alios Inn. in cap. mulieri de iureiur. & post alios, quos allegat Baiard. q. 57. nu. 15. & d. q. 65. nu. 6.

Quod



Quod tamen Doctores declarant procedere, quando iudex declarauit omnia acta facta coram iudice incompetenti nulla, & illa irritauit, & annullauit, inter quae acta aderat etiam confessio, vt talis confessio vti reuocata non afficiat ipsum confitentem, nec etiam ad torturam, vt late declarat Rolan. conf. 21. n. 23. vol. 3. & sequitur Baiar. in q. 21. nu. 134.

Ac etiam declarant procedere, quando iudex pronunciauit contra confessionem, quia ea non obstante, confessum absoluit: nam si iterum fateatur idem factum, non potest amplius super ea confessione Curia se fundare, cum iam illam non receperit, nec approbauerit. Abb. in c. mulieri, de iureiu. secus vero si reus fuerit absolutus, nulla praecedente confessione, quia si deinde fateatur delictum, talis confessio ipsum afficeret confitentem, ita videtur distinguere. Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebuntur, nu. 40. & seqq. & sequitur Baiar. q. 21. nu. 132. Et ego vidi plures inquisitos absolutos, & maxime secundum communem consuetudinem, cum clausula, ex hacenus deductis, qui praetendebantur, quod deinde facti fuerint extrajudicialiter torqueri, non obstante absolute, & inter alios vidi quemdam Thomam Picciafocum bis torqueri occasione cuiusdam sfrisij illati in faciem cuiusdam exploratoris, quia post sententiam absolutoriam extrajudicialiter fassus fuit commississe illum exploratorem sfrisari, & cum substinuerit, iterum fuit absolutus, & quia deinde praetendebatur, quod iterum fassus fuerit extrajudicialiter dictum delictum, iterum fuit tortus, sed indebitè quidem ista secunda vice, cum secunda confessio extrajudicialis non constituerit nouum indicium fortius, & diuersae speciei a prima confessione extrajudiciali, prout omnino requirebatur, vt superius suo loco dixi.

**Confessio facta post praescriptum delictum, an afficiat confitentem.**

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio facta de delicto post praescriptionem non nocet confitenti, etiam si delictum esset notorium.
- 2 Confessio facta post instantiam praescriptam a lege, vel a statuto, an afficiat confitentem.

C A P. XXI.

**D**E ista quaestione late dixi supra in Defens. 2. dum tractaui materiam praescriptionis, quod delicta omnino per praescriptionem tollantur, & etiam si deinde delinquens fateatur delictum, non possit puniri, neque inquietari, Marfil. sing. 329. Io. de Arn. solliloq. 30. Paris. conf. 169. n. 3. & seq. vol. 4. Decian. li. 3. c. 37. n. 5. in tract. cri. vbi de comuni, & alios allegat Mascarc. concl. 352. n. 5. & seq. vol. 1. & concl. 356. n. 15. Rim. iun. conf. 126. n. 15. vol. 2. vbi de veriori opinione, etiam si statutum dicitur simpliciter, quod post quinquennium non possit inquiri de tali delicto, Petr. Caball. casu 5. vbi post alios, quos allegat, dicit, vt nec etiam iudex ex officio super tali delicto, vigore dictae confessionis, possit amplius procedere, & Sim. de Pret. in conf. 15. n. 11. & 16. dicit procedere, etiam si delictum esset notorium, vt confessio non noceat ipsi confitenti.

- 2 Et licet aliqui voluerint, quod elapso tempore praefixo a statuto, iudex possit procedere, si constabit de

delicto per confessionem partis, vt per Alexan. in l. fi. col. fi. C. de dol. & Boss. tit. de sent. n. 110. Tamen Soci. in conf. 108. nu. 3. vol. 4. Paris. conf. 196. nu. 3. vol. 4. Syluan. conf. 7. nu. 7. vbi de communi Rol. conf. 94. n. 11. vol. 3. tenent contrarium, vt post lapsum terminum, expiret iurisdictio, sed Cauale. de testib. p. 3. n. 65. dicit vt caueant malefactores a tali opinione.

Quas opiniones contrarias alij videntur concordare, vt sint inspicienda verba statuti, & si statutum tollat instantiam, adhuc duret actio, licet instantia sit sublata, & isto casu confessio noceat. Bal. in l. properandum, nu. 10. C. de iudic. Dec. in l. magistratibus, n. 7. ff. de iurisd. omn. iud. Foller. in pract. crimin. in verb. & si confitebuntur, n. 30. Bec. conf. 70. n. 9. vbi de communi Bertaz. conf. 276. nu. 5. & de communi Farin. q. 41. nu. 74. si vero praescriptum sit ius inquirendi, ita statuto disponente, tollatur delictum, & tunc confessio in nihilo afficiat confitentem; vt de veriori opinione testatur Scarlat. conf. 112. nu. 21. to. 1. crim. diuers. & sequitur Baiard. in q. 31. nu. 14. in fi. licet Thesaur. decis. 76. nu. 3. referat, Senatum fecisse quemdam decapitari post viginti quinque annos ob immanitatem criminis commissi, licet prius fuisset absolutus. Quia non modica est controuersia inter Doctores, an in confesso possit opponi praescriptio. Farin. q. 10. n. 141. Mar. Ant. Macer. lib. 3. resol. 35. n. 10. & ideo erit tutius consultum reo si non fateatur delictum.

**Confessio extorta per suggestionem, an afficiat confitentem.**

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio extorta per suggestionem, an afficiat confitentem.

C A P. XXII.

**N**ON est dubium, quod Aduocatus possit bene tueri reum confessum, vt minimè puniri valeat ex confessione ab eo extorta per suggestionem, tam in tortura, quam extra, quando fuerit interrogatus in specie de delicto, super quo non laborabant indicia, vt talis confessio confitentem non afficiat. Burf. col. 201. nu. 81. vol. 2. late Fab. Turret. conf. 66. nu. 4. qui infinitos cumulauit, & late Cartar. de interrog. reis, li. 2. c. 1. n. 54. & seq. & sub nu. 62. magis dicit procedere, si fuerit extorta in tortura, quando erat reus dolore turbatus, de qua quaestione late dixi supra in Defens. 20. cap. 12.

**Confessio emanata super processu nullo, an afficiat confitentem.**

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio tollit inualiditatem processus.
- 2 Confessio conualidat nullitatem, et ineptitudinem accusationis, et inquisitionis, secundum aliquos. Alij autem tenent contrarium. Author autem ponit conciliationem.
- 3 Confessio in criminalibus non tollit defectum sententiae.
- 4 Confessio non conualidat defectum inquisitionis, si inquisitio non praecessit accusationem.
- 5 Confessio spontanea conualidat defectum accusationis, sed non extorta per torturam.



- 6 Confessio non tollit nullitatem, quæ est in ipsa confessione.
- 7 Confessio non sanat processum nullum coram iudice delegato.
- 8 Confessio ficta non tollit nullitatem processus.
- 9 Nullitas processus conualidatur per confessionem, sed non poterit ex illa irrogari pœna ordinaria.

C A P. XXIII.

**Q**uamuis dici solet, quod confessio validet nullitatem processus, nec defectus ordinis iudicarij impediat, quod reus confessus non possit condemnari, vt de communi testantur *Viu. opin. 140. nu. 1. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 12. n. 8. Clar. q. 55. vers. item possit allegare. Masc. concl. 357. nu. 3. Cartar. de execut. sent. c. 1. nu. 34. & c. fi. nu. 215. & seq. & alij relati per Brun. à Sole in suo compendio, vers. confessio est tantæ. fol. 45. & vers. confessio iudicialis. folio 46. Tamen alij etiam contrariam opinionem tenent, quos refert Alex. Sziat. in pract. iudic. c. 19. n. 50. & seq. Cartar. vbi supra, c. fi. n. 116. Rim. iun. cõf. 126. nu. 18. & seq. lib. .... Brun. à Sole in suo conf. vnice. crimin. 156. & nu. 168. Baiar. q. 65. nu. 9.*

**2** Ac etiam licet alij voluerint, quod confessio validet nullitatem processus orientem ex ineptitudine accusationis, seu inquisitionis. *Aret. in cap. at si clerici. nu. 6. Dec. n. 33. & seq. Bero. n. 32. & nu. 44. vbi de veriori opinione extra de iudic. Felin. in cap. qualiter, & quando. §. licet nu. 1. in fi. de accus. vbi de trita, & vulgata opinione testatur. Tamen alij etiam tenent contrarium, vt reus confessus isto casu debeat absolui ab obseruatione iudicij, Ang. conf. 178. in fi. Marfil. conf. 130. nu. 36. Hercul. de negat. n. 198. Bertaz. conf. 187. nu. 11. Masc. concl. 351. nu. 1. & seq. Rim. iun. conf. 817. nu. 30. vol. 7.*

Et pro conciliatione istarum opinionum possumus dicere, quod iudex possit si velit, reum condemnare, stante nullitate processus; sed non cogatur. *Ang. conf. 178. in fi. Dec. in c. at si clerici. nu. 36. in fi. extra de iudic. vbi dicit esse notabilem declarationem. Boss. tit. de confess. nu. 40. in fi. vbi dicit, ob id bonum esse habere iudicem propitium. Modern. Rom. q. 81. numero 77. Quod est etiam notandum ab Aduocato pro defensione officialis in syndicato quærelati, quod noluerit reum confessum condemnare.*

**3** Secunda declaratio est, quod quicquid sit in ciuilibus, vt confessio suppleat nullitatem sententiæ; non tamen suppleat illius defectum in criminalibus, quia nisi reus condemnatur non habetur pro condemnato. *Brun. de indic. p. 2. q. 6. nu. 30. Masc. concl. 344. nu. 5. & 6. concl. 346. n. 7. & concl. 349. nu. 3. vbi alios allegat Brun. à Sole in suo compend. vers. confessio habetur pro iudicato. Moder. Rom. q. 81. nu. 78. vbi etiã refert Doctores allegatos per supradictos Doct. & testatur de communi, & verissima opinione.*

**4** Tertia est, vt licet confessio conualidet ineptitudinem accusationis, & inquisitionis, quando non habuerint debitas solemnitates; tamen non suppleat defectum accusationis; & inquisitionis, si ipsa non præcesserint confessionem, saltem quoad penam ordinariam, licet deinde expurgetur talis defectus, quia superuenerit accusatio, vel inquisitio. *Bal. in l. 1. nu. 3. ff. eod. Lanfranc. in cap. quoniam contra in verb. confessio. nu. 2. i. de probat. Brun. de indic. p. 2. q. 6. nu. 30.*

*Vulpell. respons. 1. num. 4. Et hanc eandem declarationem, vt ratione dicti ordinis præpoterati, confessio non noccat ad pœnam ordinariam, tuetur Moder. Rom. q. 81. num. 81. & seq. Et quod ob ineptitudinem inquisitionis, confessus non possit puniri pœna ordinaria, tenet Rim. iun. conf. 817. nu. 31. vol. 7. vbi subdit post Ang. in conf. 278. quod tutius erit illum confessum absolueri ab obseruatione iudicij, & q. Angel. refert ita in facto obtinuisse.*

**5** Quarta declaratio est, quod procedat in spontanea confessione, secus in extorta, per torturam, quæ nunquam conualidat nullitatem ordinis processus, & deficientiæ iudiciorum. *Clar. q. 55. nu. 12. vers. quod tamen. Bero. in c. at si clerici, num. 60. & seq. extra de iudic. Foller. in verb. & si confitebuntur, nu. 88. Masc. concl. 357. nu. 4. Brun. à Sole in conf. vnice. crimin. nu. 158. & seq. Mod. Rom. q. 81. num. 83. vbi subdit idem esse in confessione extorta metu tormentorum, & Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. n. 25. in fi. reiectis contrarijs, tuetur confessionem per torturam non supple re iniustitiam ipsius torturæ, ex quocunq. capite fuerit indebitè illata.*

**6** Quinta declaratio est, vt procedat, quando nullitas versatur circa ipsam confessionem. *Vant. de nullit. quib. mod. sent. repar. nu. 126. Bertaz. conf. 341. nu. 17. & seq. lib. 2. conf. 449. nu. 3. Cartar. de execut. sent. c. fi. n. 217. Brunor. à Sole d. conf. vnice. n. 158. & seq. qui alios allegat.*

**7** Sexta declaratio est, vt coram iudice delegato nullitas processus non sanetur per confessionem. *Marl. in pract. §. postquam nu. 14. conf. 46. nu. 19. Foller. in verb. & si confitebuntur, nu. 5. prout non sanatur defectus iurisdictionis. Baiard. q. 65. nu. 9. in fi. vbi de communi Cartar. de execut. sent. c. fi. n. 218. vbi de veriori Hond. conf. 66. nu. 59. vol. 1. Mascard. de prob. concl. 252. nu. 1. vbi alios allegat Iul. Clar. q. 55. vers. præterea, vbi de communi Rim. iun. conf. 126. n. 15. h. 2. vbi loquitur, siue defectus oriatur ratione incompetentiæ, siue statutum prohibeat procedi in causa, nisi sub certa forma, vel ex aliqua alia causa, latè Cartar. de execut. sent. c. fi. nu. 218. Farin. q. 81. nu. 7. & seq.*

**8** Septima erit declaratio, vt non procedat in confessione ficta, quæ nunquam tollit nullitatem processus. *Rol. conf. 31. nu. 6. & nu. 11. & seq. lib. 1. latè Cartar. d. c. fi. num. 217. & seq. latè ego dixi in prima Defensione cap. 7.*

**9** Postremo sciat Aduocatus, quod ista nullitas semper suffragabitur, vt reus confessus non possit puniri pœna ordinaria delicti. *Ang. conf. 178. nu. 2. & seq. vbi refert ita in facto obtinuisse, Bero. in cap. at si clerici. nu. 44. Moder. Rom. q. 81. nu. 91. Rim. iun. conf. 81. nu. 31. vol. 7. vbi dicit tutius fore, si absolueretur ab obseruatione iudicij.*

Confessio emanata sine aliquo processu præcedente, an afficiat contententem.

S V M M A R I V M.

**1** Confessio operatur, vt sequi possit condemnatio, etiam si nullus præcesserit processus.

**2** Et etiam si lis non fuerit contestata.

C A P. XXVI.

**1** Doctores tradunt confessum condemnari, etiam si nullus ipsam confessionem præcesserit processus.



cessus, Abb. in c. at si clerici. n. 6. & 17. vbi Bero. n. 37. & Matic. n. 6. Anchar. n. 3. & seq. extra de iudic. Brun. de indic. p. 2. q. 6. num. 9. & de communi testatur Moder. Rom. q. 81. num. 75. Baiard. q. 65. nu. 6. † Et etiam sine litis contestatione. Bero. vbi supra nu. 24. & Mant. nu. 5. sed ego quidem non video, quomodo possit adaptari, vt sine litis contestatione confessus condemnatur; cū eo ipso, quod interrogatur de delicto, & sequitur eius responsio affirmatiua, dicatur lis contestata, nisi tamen velimus dicere, quando reus ex abrupto, & spontè accedit ad iudicem, & fatetur delictum.

Sed Aduocatus sciat defendere suum clientem, vt in præcedenti cap. dixi, ex præposteratione ordinis circa accusationem, & inquisitionem, vt non possit sequi pœna ordinaria delicti, quod multo magis erit dicendum sine aliquo processu præcedente, prout et considerat Moder. Rom. in q. 81. nu. 75.

Confessio impugnata per partem, quando afficiat confitentem.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio, vt afficiat confitentem, requiritur, vt fuerit per partem acceptata.
- 2 Confessio potest acceptari per iudicem nomine fisci, & sola presentia iudicis sufficeret.
- 3 Confessio impugnata per fiscum, & accusatorem, non nocet confitenti.

C A P. XXV.

**V**T confessio afficiat confitentem, requiritur, q̄ per fiscum, vel accusatorem acceptetur. Bero. in c. at si clerici, nu. 144. extra de iudic. & ibi Dec. nu. 141. Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebuntur nu. 49. Brun. a Sole in conf. vnic. crim. nu. 261. & seqq. vbi ampliatur, etiam si confessio fuerit dissimulata, ex in suo compend. vers. confessio ad hoc, vt inducat plenam probationem, & ibi testatur de communi. Hinc est, quod procuratores fiscales assistentes examinibus Reorum, habita confessione, statim, vel saltem in fine examinis expressè declarant, & acceptant dictam confessionem, & omnia alia facientia in fauorè fisci.

2 Sed potest etiam acceptari per Iudicem nomine fisci, & accusatoris absentis. Bero. in d. c. at si clerici, nu. 144. Foller. d. nu. 49. Cyril. in sum. crim. rubr. 16. de confess. p. 2. n. 3. Malcar. concl. 348. nu. 41. & 45. vbi firmat, non sufficere solam presentiam iudicis, nisi et ipsam acceptet, prout præsumitur acceptasse, quando fuit coram eo in figura iudicij facta, & ob id etiam iudex in fine examinis solet apponere illam clausulã, acceptatis, &c. examen dimisit, &c. & quod requiratur acceptatio Alex. Stiat. in pract. iudic. c. 19. nu. 79. Brun. a Sole in d. compend. vers. confessio non acceptata. fol. 46. in fine.

3 Si verò non fuerit acceptata, sed impugnata sine dubio non noceret confitenti ex traditis per Bero. 252. Crauet. de antiq. tēp. p. 1. sect. viso de verbis enūciatiuis, an probent nu. 51. Gabrer. lib. 1. concl. 4. nu. 28. tit. de confess. Moder. Rom. conf. 44. nu. 14. qui loquuntur in productione iurium, quæ deinde per partem impugnantur, vt ex ipsa productione non oriatur confessio contra producentem, vt post Bal. in l. cum precium. C. de liberal. caus. & Paul. Merend. in consil.

91. n. 65. to. 2. crim. Baiard. in q. 65. nu. 6. in fine firmat in terminis, confessionem per aduersarium impugnatam confitenti minimè nocere. Gram. vot. 16. nu. 10. & faciunt scripta per Granut. Theorem. 20. num. 23. cum sit regula satis trita, vt nemo possit niti ex actu impugnato. Ant. Gabr. concl. 1. per tot. li. 6. tit. de reg. iur. Surd. conf. 50. per tot. volum. 1. Grat. consil. 101. num. 3. vol. 1.

Confessio facta coram Iudice incompetenti, an afficiat confitentem.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio facta coram iudice incompetenti ex defectu iurisdictionis non nocet confitenti, etiam si iurisdictionis possit coram eo prorogari.
- 2 Confessio facta coram duobus iudicibus, ex tribus deputatis, non valet si fuerit ipsis simpliciter causa commissa, secus si cum clausula, & si non omnes, &c.
- 3 Confessio facta coram iudice incompetenti facit indicium ad torturam coram iudice competenti.
- 4 Clericus confitens delictum coram iudice seculari potest condemnari coram Iudice Ecclesiastico, etiam si clericus fuerit ex prima tantum tonsura.
- 5 Clericus non potest in præiudicium iudicis Ecclesiastici prorogare iurisdictionem coram iudice laico, etiam si diceret se esse laicum.
- 6 Confessio facta per clericum coram iudice laico inducit presumptionem adminiculatiuam, ex quo potest index Ecclesiasticus coram iudice laico facilius condemnari, & tenetur se expurgare ab infamia resultante ex dicta confessione.
- 7 Confessio clerici facta coram iudice seculari non est nulla ipso iure, sed ope exceptionis.
- 8 Confessio clerici facta coram iudice laico an faciat indicium ad torturam coram iudice ecclesiastico, referuntur hic opinioniones hinc inde. Et Author conatur illas concordare.
- 9 Confessio facta coram iudice incompetenti, si reuocetur, etiam non docto de errore, an faciat indicium ad torturam.
- 10 Confessio facta coram iudice incompetenti, si fuerit nuda, & simplex, & alijs indicijs non corroborata, an faciat indicium ad torturam.

C A P. XXVI.

**R**Egula pro reo est, vt ista confessio coram iudice incompetenti facta non afficiat eundem confitentem, ob defectum iurisdictionis, qui non sanatur per spontaneam confessionem, c. at si clerici, extra de indic. vbi communiter Doct. & præcipue Butr. nu. 2. Abb. nu. 5. Felin. nu. 2. Dec. nu. 16. Bero. nu. 24. Claud. Battand. reg. crim. 54. n. 1. Boff. tit. de confess. nu. 47. Clar. q. 55. vers. præterea etiam, vbi de communi Malcar. concl. 252. nu. 1. Cartar. de exec. sent. c. si numer. 208. vbi de veriori, & communi opinione Honded. conf. 66. num. 5. vol. 1. etiam si fuerit pluries ratificata, & repetita, Bald. in d. c. at si clerici, num. 1. Boff. tit. de confess. nu. 48. Moder. Rom. q. 81. nu. 289. Marf. sing. 274. & sing. 320. in fi. Villagut. in pract. crimin. lib. 7. tit. de confess. c. 1. concl. 8. vbi firmat idem esse si emanauerit coram iudice non sedente pro tribunali.

Quod admittunt, etiam si emanauerit coram iudice



dice incompetenti, cuius iurisdicatio possit prorogari, cum in criminalibus non prorogetur iurisdicatio: de quo vide eundem Modern. Roman. d. quæst. 81. num. 190. & sequent.

Et etiam si fuerit incompetens Iudex non solum ratione persone, sed etiam ratione causæ, Boss. tit. de confess. n. 50. Hinc inferitur, quod si quis fateatur commississe homicidium coram iudice layco, & aliis Iudicibus, qui non habent nisi modicam iurisdictionem, & remitteretur iste delinquens ad iudicem suum ordinarium, non poterit ab illo condemnari, vigore dictæ confessionis Doct. in l. Magistratibus de iurisdic. omn. iud. Bald. in dict. c. at si clerici n. 4. Modern. Roman. d. q. 81. n. 203. & seq. & ideo si reus fateretur commississe homicidium coram iudice de febellis, vel coram iudice Turris nonæ, quorum iurisdicatio non extenditur ad tam graue delictum, si talis confessio reproduceretur coram A. C. siue Governatore Urbis non possit sequi condemnatio nisi perseverauerit in d. confessione coram A. C. vel Governat. ipse reus. Quod est notandum.

2 Idemque erit in confessione facta coram duobus ex tribus Iudicibus, ut non valeat, quando causa fuerit eis delegata simpliciter, & sine clausula; Et si non omnes, &c. Marfil. Sing. 309. & Sing. 329. Foller. in verb. & si confitebuntur n. 6. Gabr. concl. 1. num. 6. tit. de confess.

3 † Sed tantum faciat indicium ad torquendum, Rom. conf. 8. n. 2. vbi de communi, Iulius Clarus q. 21. nu. 23. vbi etiam de communi, Mascard. concl. 351. n. 7. in fine de probat. Hyer. Hispan. in tract. commun. contra com. q. 18. vbi refert Doct. pro utraque opinione, ut faciat indicium ad torturam sed de veriori opinione, concludit in partem negatiuam, ut nec etiam faciat indicium ad torturam.

4 Si verò Clericus fateatur delictum coram iudice seculari, talis confessio non sufficit ad condemnandum coram iudice ecclesiastico, tex. in d. c. at si Clerici de iudic. vbi communiter Doct. & præcipue Bald. nu. 2. Butr. n. 3. & 28. Abb. n. 2. Villalob. com. opin. lit. C. n. 142. vbi de communi, & procedit, etiam si spontè talis confessio facta fuerit, ut sibi non noceat ad condemnandum, Host. in d. c. at si Clerici n. 1. in fin. Butr. n. 21. Imol. n. 9. vbi de communi Abb. n. 18. vbi de communi, Foelin. num. 5. Decian. n. 145. Aufser. ad Capell. Tholos. q. 426. n. 2. qui omnes reprobant Innoc. in c. per inquisitorem. n. 2. de elect. contrarium tenentem, & declarat, ut eius opinio procedat quoad indicendam purgationem ratione infamiae resultantis ex dicta confessione, ut est etiam videre per Modern. Roman. in q. 81. n. 295. Et procedit etiam in clerico primæ tonsuræ, Boss. tit. de confess. n. 51. † Et in confessione emanata coram iudice ecclesiastico incompetenti, ut non possit clericus in præiudicium sui Ordinarij prorogare iurisdictionem in alterum, Bero. in d. c. at si clerici num. 42. vbi subdit quod facit solummodo isto casu aliqualem præsumptionem, Boss. tit. de confess. num. 49. & etiam si Clericus dicat coram Iudice layco, esse laycum, Foller. in verb. & si confitebuntur q. 122. Boss. tit. de confess. nu. 51. Lanfranc. in c. quoniam contra in ver. confess. n. 14. de probat. Farinac. q. 8. n. 11. & q. 81. n. 200.

6 Sed talis confessio clerici coram iudice layco solum operatur præsumptionem cumulatiuam, seu ad-

Tomus Secundus.

miniculatiuam, ex qua facilius deueniri possit ad condemnationem, Doct. in d. c. at si clerici; & præcipue Io. And. n. 2. Bellam. n. 1. Butr. n. 28. Abb. numero decimo quarto, de indic. Et ex confessione emanata coram iudice Ecclesiastico incompetenti, clericus debet se expurgare ex infamia resultanti ex dicta confessione contra eum Doct. Adducti per d. Modern. Roman. in q. 81. n. 302.

7 Et talis confessio facta coram iudice incompetenti non est nulla ipso iure, sed ope exceptionis, secundum communem opinionem attestatam per Boss. tit. de confess. num. 52. sequen. vbi inferit ad confessionem clerici factam coram iudice layco, reprobato, Bald. contrarium tenente, prout etiam contrarium tenet. Arret. in dict. c. at si clerici in summ.

8 Sed dubium est, & valde controuertitur inter Doctores; an confessio clerici emanata coram iudice layco, & reproducta coram iudice ecclesiastico faciat indicium ad torturam, & Innoc. in c. per inquisitionem n. 2. extra de elect. tenet partem affirmatiuam, quod sufficiat, quem multi sequuntur, & præcipue Imol. ibi n. 6. vbi de communi, Abb. n. 13. Zabarel. n. 7. Clar. q. 21. vert. hanc tamen conclusionem, vbi relatis contrarijs, testatur pro hac parte affirmatiua de magis communi Mascard. concl. 348. nu. 4. vbi de communi, concl. 497. nu. 6. & seqq. de probation. Decian. lib. 4. c. 9. nu. 64. vbi etiam de communi qui omnes alios concordantes allegant quia substituatur vti confessio extraiudicialis, & ob id grauet reum ad torturam Villagut. in pract. crim. libro septimo, tit. de confess. conclus. octaua.

Contrariam autem opinionem, ut Clericus ex tali confessione emanata coram iudice layco non possit torqueri, Butr. in d. c. at si clerici nu. 28. vbi confutata contraria, Foelin. n. 5. vbi etiam ad contraria respondet, Bero. n. 38. n. 124. 128. & seq. vbi etiam contrarijs respondet, Mantie. n. 25. & seq. vbi etiam, reprobatis contrarijs, dicit in puncto iuris hanc opinionem esse veriore, quam sequuntur Blanc. de indic. nu. 214. & seqq. Foller. in verb. & si confitebuntur n. 1. vbi de communi eandem opinionem tuetur Villagut. in practica criminali lib. 7. tit. de confess. c. 1. concl. 9. per totam latè etiam Aufser. ad Capell. Tholos. q. 526. qui alios allegat & respondit obiectioni de confessione extraiudiciali, quare illa non sufficiat ad torturam pract. sufficit ipsa confessio extraiudicialis.

Quæ opiniones videntur posse reduci ad concordiam, ut si confessio emanauerit extraiudicialiter coram iudice seculari, & non in figura iudicij, tunc grauet clericum consistentem ad torturam in vim extraiudicialis confessionis, dummodo fuerit probata per duos testes, Bero. in dict. capitulo at si clerici numero 125. extra de indic. Blanc. de indicijs numero 212. Franc. Casson. in pract. de torment. capitulo 18. numero 11. in fin. Mascard. de probation. conclus. 348. numero 26. conclus. 351. numero septimo, conclus. 358. numero vigesimo sexto, & quadragesimo sexto, Idemque erit si emanauerit iudicialiter coram iudice layco spontè, secus si per torturam, quia nullo modo tunc facit indicium ad torturam coram iudice Ecclesiastico, Baldus in dicto capitulo at si clerici numero secundo, Foelynus, numero quinto, Bero. numero 126. vbi de magis communi, & loquitur etiam in

L confes.



confessione facta metu tormentorū vel timore probationum, Clar. in dict. quæst. 2. vers. hanc tamen in fine, ubi de comitini, sed Modern. Roman. in q. 81. num. 210. dubitat in confessione facta metu probationum Villagot. in pract. crim. lib. 7. tit. de confess. capit. 1. conclus. 10. per totam ubi subdit nisi emanauerit per iracundiam eand. limit. ponit tenet Aufre. ad Capell. Tholof. quæst. 426. 3. in fine ubi subdit limirando, & declarando dummodo confessio concernat crimen, secus si factum mere civile.

Alij autem videntur distinguere in confessione facta a clerico spontè litigante coram iudice layco, secus si inuitus trahatur corā ipso iudice sæculari, quia tunc, etiam si spontè confiteretur, sibi non noceret, vt est videre per Doct. adductos per Farinacc. in d. q. 81. num. 211. & seq. sed quia talis distinctio impugnatur a Doctoribus; ideo sua nu. 214. firmat magis communem opinionem esse, vt quomodo emanauerit confessio spontè facta, semper faciat indicium ad torturam, & non sit ab ea in iudicando, & consulendo recedendum, & credo quod ista sit pura veritas, quando dicta confessio esset alijs indicijs, vel adminiculis corroborata vt modo in fine istius cap. dicam.

9 Si autem talis confessio facta coram iudice incompetenti reuocetur, secundum aliquos, etiam non docto de errore, non grauat confitentem ad torturam. Alij autem tenent contrariū, vt grauet ipsam confitentem ad torturam, nisi docto de errore: quos Doct. pro vtraque parte adducit, Modern. Rom. in d. q. 81. num. 215. & seq. ubi in fine testatur, hanc affirmatiuam opinionem esse magis communem, & veriore, nisi tamen talis confessio fuerit reuocata a principali, antequam fuerit redacta in scriptis, vel antequam fuerit a parte acceptata, per ea, quæ dixi supra in hac Defensione cap.

10 Si verò huiusmodi confessio spontè facta corā iudice incompetenti fuerit nuda, & simplex, & alijs indicijs non corroborata, non poterit coram iudice competente cogi ad perseverandum in dicta confessione, & si ultra confessionem requiratur etiam, quod fuerit alijs indicijs, & adminiculis corroborata, vt possit confiteas coram iudice incompetente torqueri per iudicem competentem ex illa confessione Boer. decil. 90. num. 8. ex doct. Bald. in l. clarum C. de auctorit. præstan. quem Bald. sequuntur Aretin. in cap. at si clerici num. 29. Felin. num. 5. de iudic. & tres alias intelligentias relatiuè ponit, Modern. Roman. in quæst. 81. num. 218.

Confessio facta coram Notario, sine præsentia iudicis, quando noceat confitenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio facta coram Notario, iudice absente, non afficit confitentem ad condemnationem, nisi notarius examinaret reum de mandato iudicis.
- 2 Notario asserenti habuisse commissionem a iudice, an credatur.
- 3 Confessio facta coram Notario, absente iudice, habet vim extraiudicialis confessionis ad torquendum, etiam si per reum confessio reuocetur.

1 SI emanauerit confessio coram Notario, iudice absente, non potest ex ea sequi condemnatio, gl'of. in l. iubemus C. de liber. caus. lal. in l. Magistratibus numer. 5. ff. de iurisd. omni. Iud. Marf. in l. in princ. n. 24. de q. & in Pract. in §. postquam numer. 17. Foller. in pract. in verb. & si confitebuntur num. 8. 10. & seqq. Alex. Stiat. in pract. iud. cap. 19. num. 49. Mascard. de probation. qui alios allegat conclus. 343. nu. 6. concl. 348. num. 52. & seq. conclus. 394. n. 6. Nisi tamen Notarius examinaret reū de mandato iudicis, quia tunc confessio facta coram dicto Notario plenè præiudicat confitenti, Ang. in l. n. 5. C. de confess. Monticel. in Pract. crim. reg. 19. nu. 17. Foller. in verb. & si confitebuntur num. 14. Et ita apud nos in pract. obseruatur, quamuis contrarium voluerit, Petr. de Bellapert. in l. col. 3. in fin. C. de confess. qui expressè firmat, quod licet de consuetudinè mittatur Notarius per iudicem, coram quo partes confiteantur, adhuc talis confessio non dicatur emissa de iure, cum nulla lege, vel iure cautum reperiat, vt talis commissio Notario fieri debeat, vt etiam refert Farin. q. 81. num. 46. & seqq. Marfil. sing. 329. colum. 4. in fi. & dixi in Defens. 1. cap. 6.

2 Sed dubium est, an Notario ita asserenti, sibi a iudice fuisse commissum, credatur, nisi aliunde constet de ordine, vel mandato; & videtur dicendum quod sibi credendum erit, vt per Dec. consil. 42. nu. 5. Decian. respons. 8. num. 29. volu. 1. Magon. decif. Lucen. 49. num. 57. Rim. iun. consil. 644. num. 9. volum. 6. qui firmant Notario standum esse de commissione sibi facta in recipiendo articulos, appellationem, & quid simile & alii relati per Cauall. in tract. comm. contra comm. q. 176. in principio & de coi. testatur Cagnol. in l. librarius n. 49. ff. de reg. iur. Ego autè in re tã graui, ubi agitur de confessione, cuius vigore debet sequi sententia criminalis, nõ auderè in pœna capitali, vel alia graui corporali vigore dictæ confessionis, reum confessum condemnare, nisi adest decretum iudicis in actis de examinando Reum, cū magis sit communis opinio, vt notario non credatur de commissione sibi facta a iudice de aliquo d. faciendo in causa vt post alios quos allegat testatur Boer. decif. 258. num. 4. in princ. & communem etiam dicit Dec. in cap. quoniam contra num. 45. de probat. Curt. iun. consil. 169. nu. 13. ubi refert Alex. dicentem esse communem in consil. 215. col. 3. vol. 2. & de magis communi etiam testatur Ceuall. in dict. quæst. 356. in fine, vel nisi erat commissio de recipiendis testibus vel examinibus signata manu, vel signo iudicis alias notario, vel Graffario non crederetur, vt etiam firmat Boer. dict. decif. 258. nu. 5. sed etiam tutius erit, quod in grauib. causis non committatur Notario examen, prout semper vidi per bonos, & peritos iudices fieri, & obseruari, & ego obseruari, & si aliter iudices faciant, multa mala sequi possunt, tam contra reum, quam contra f. scum.

3 Sed tantum dicta confessio emanata coram Notario habet vim extraiudicialis confessionis ad torquendum, lal. in d. l. Magistratibus numero 5. ff. de iurisd. omni. iud. Blanch. de indic. nu. 212. Foller. in verb. & si confitebuntur nu. 8. cum alijs adductis per Mascard.



Mascard. de probat. conclus. 448. num. 54. & conclus. 349. numer. 6. Quod procedit, etiam si talis confessio reuocaretur per reum confessum, ut adhuc sufficeret ad torturam, quia, si in ea perseveraret, deberet condemnari, & non torqueri, ut per Modern. Rom. q. 81. num. 28. ubi alios allegat Baiard. q. 21. num. 127.

Confessio facta coram Sacerdote an afficiat confitentem.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio facta coram Sacerdote in foro exteriori non nocet confitenti.
- 2 Testes deponentes de auditu in actu confessionis sacramentalis, in foro exteriori nihil probant contra confitentem.
- 3 Confessio facta alicui Sacerdoti, non in actu confessionis, nocet.
- 4 Confessio facta pro exoneratione conscientiae, etiam parte absente, quando noceat confitenti, vel eius heredibus.

C A P. XXVIII.

**C**onfessio facta coram sacerdote in actu penitentiae, non nocet confitenti in iudicio temporali, Caraut. rit. 2. nu. 4. in fine Mascard. qui alios allegat, conclus. 377. num. 2. de probat. vol. 1. cum talis confessio fuerit facta soli Deo, & non homini, Ant. Gomez tit. de delict. cap. 1. §. n. 9. Baiard. q. 21. num. 130. Imò confessarius, qui dictam confessionem reuelaret, grauius puniretur, ut alias dixi late supra in Defens.

2 Nec minus testes, qui dicunt audiuisse, quando talis in actu confessionis factus fuit fecisse tale crimen, probarent dictam confessionem, nec in aliquo poenitenti prauidicarent, Mascard. dict. conclus. 377. num. 4. ubi alios allegat.

3 Sed si quis factus fuerit alicui Sacerdoti aliquod delictum, non in figura confessionis, nec in actu poenitentiae, sed ei dixerit sub sigillo secreti, vel confessionis, si ille reuelaret tale delictum, noceret confitenti, ut post Abb. & alios firmat Caraut. in d. rit. 3. nu. 6. de quo alias dixi supra plene in Defens.

4 Bene verum est, quod confessio facta pro exoneratione conscientiae, etiam parte absente plene probat, nocet confitenti, & heredibus, Decian. lib. 2. c. 17. n. 3. to. 1. in tra. crim. ubi alios concordantes allegat, de quo dicam inf. late c. 33.

De confessione facta per mutum.

S V M M A R I V M.

- 1 Mutus ex sua confessione declarata per signa non potest condemnari.
- 2 Mutus non potest torqueri, nisi sciat legere, & scribere, quia torqueretur ad fatendum delictum per scripturam.
- 3 Testis mutus non potest torqueri, nisi sciat legere, & scribere.

C A P. XXIX.

**M**uti confessio etiam signis declarata non nocet, sed requiritur, quod ipse mutus conuincatur per testes, Bal. in l. vnica num. 27. C. de confes. Petr. a Plach. epitom. delict. cap. 32. nu. 18. ubi tamen

Tomus Secundus.

dicat, quod debeat interrogari per signa pro veritate habenda, Cartar. de execut. sent. cap. 2. in. 46. & 50. ubi docet etiam practicam quomodo mutus, & surdus debeat interrogari, & quomodo Notarius debeat illius nutus, actus, & signa describere, & interpretari per se, vel per alium interpretem, Farin. q. 61. nu. 46. & seq. & quaest. 88. num. 161. Baiard. quaest. 65. num. 7. Hinc est, quod mutus non potest torqueri pro habenda veritate: ut dixi supra Defens. 30. capit. 13. Nisi quando ipse sciret legere, & scribere, quia tunc posset cogi per torturam ad confitendum delictum per ipsam torturam, si legitima praecesserint indicia, Ferrar. caut. 57. Bonac. in tract. caut. lit. in caut. 35. Cartar. de execut. sent. cap. 2. num. 47. & seq. Farin. quaest. 88. num. 174. ubi dicit idem esse in teste muto sciete legere, & scribere, & idē dixi in q. 61. nu. 52. & seq. & quo modo puniri possit, dixi in defens. 30. nu. 13.

Confessio procuratoris quando afficiat principalem.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio facta per procuratorem non afficit principalem.
- 2 Mandatum ad delinquendum non praesumitur.
- 3 Procurator non potest facere incidere dominum in poenam sine mandato.
- 4 Mandatum ad delinquendum non praesumitur, etiam si delictum fuerit commissum per filium, famulum, vel consanguineum contemplatione patris; vel homini: & maxime in delicto momentaneo, & non successiuo.
- 5 Mandatum speciale requiritur ad delictum, & generale non sufficit, etiam cum libera facultate, limita tamen, ut hic per Authorem.

C A P. XXX.

**S**i aliquid factum fuerit per procuratorem dicentem fecisse de ordine sui principalis, Aduocatus exclamet, quod non afficit eundem principalem: quia mandatum ad delictum committendum non praesumitur, nisi probetur, Bal. consil. 98. nu. 7. vol. 1. consil. 383. num. 5. lib. 5. Bois. tit. de mandat. ad homicid. n. 39. Decian. respons. 4. num. 50. respons. 104. nu. 33. volum. 3. Honded. consil. 109. nu. 25. vol. 1. consil. 87. num. 8. ubi de communi, consil. 93. nu. 12. consil. 96. nu. 3. & 66. vol. 1. Baiard. q. 89. nu. 5.

3 Et sine dubio procurator non potest facere incidere dominum in poenam sine mandato, Grat. consil. 99. num. 1. & seq. vol. 1. qui loquitur in procuratore, qui induxit falsos testes, ac illi vius fuit, & potius praesumitur prohibitum, quam permissum, ut alter faciat delictum, Bal. consil. 110. eolum. 2. circa med. & consil. 144. in fin. volum. 1. & potius praesumitur deliquisse proprio nomine, quam nomine alterius, Rim. iun. consil. 299. numero 54. vol. 3. Honded. consil. 96. sub num. 65. vol. 2.

4 Nec etiam praesumitur mandatum, si delictum fuisset commissum per filium consanguineum, vel famulum contra illum, qui mihi iniuriam intulisset contemplatione mea delictum commississent, Nat. consilio 469. numero 2. volumine 3. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. numero 47. Sim. de Pret. consil. 15. numero 39. 54. 67. & 75. ubi dicit, quod non debet bestialitas vnus consanguinei alteri

L 2 confan.



contingente nocere, Honded. conf. 93. nu. 13. vol. 2. Et maxime si ageretur, non de delicto habente actum successivum, vel causam permanentem, sed actum momentaneum, ut in homicidio, Ant. Gomez, dicto cap. 3. num. 47. vbi de coniugni, Decian. respon. 88. sub nom. r. volum. 3. Nat. d. concl. 299. sub nu. 2. Baiard. quest. 87. num. 12. in fin. Honded. conf. 93. nu. 13. vol. 2.

5 Sed requiritur speciale mandatum ad aliquid faciendum, ut incidat Dominus in delictum; nec generale sufficeret, Menoch. cas. 315. nu. 25. & seq. vbi declarat, quomodo debeat esse tale mandatum, Magon. decis. Lucen. 51. numer. 1. 2. & 18. Baiard. in 5. fallum, nu. 129. Honded. conf. 91. num. 6. vol. 2. vbi de communi. Et quod in specie procurator debeat habere speciale mandatum ad confitendum, ut possit eius confessio principali nocere, Alex. Stiat. in pract. iudic. cap. 19. num. 57. vers. & hoc procedit, nec sufficeret generale mandatum ad confitendum; sed debet esse speciale ad sic confitendum; nec sufficeret generale mandatum cum libera late Honded. conf. 69. nu. 22. & seq. & num. 32. & seq. & nu. 78. & seq.

Nisi tamen confessio procuratoris emanaverit per modum contentiose jurisdictionis; vel si principalis habuerit specialem notitiam de dicta confessione sui procuratoris, & non contradixerit; quia tunc confessio procuratoris noceret Domino. Brunor. in suo compend. vers. confessio procuratoris, fol. 47. vbi alios allegat, Farin. q. 81. num. 61. Honded. d. conf. 66. nu. 22. & sequen. vbi etiam concordantes adducit, & testatur de communi.

**Confessio facta, non legitimis precedentibus indicijs, quando afficiat confitentem.**

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio facta, nullis precedentibus indicijs, non nocet, etiamsi non fuerit expresse reuocata, etiamsi fuerit iurata, & ageretur de crimine læsæ maiestatis, vel de alio gravissimo crimine.
- 2 Confessio eo minus noceret, si reus protestatus fuerit in tortura se non posse tormenta sufferre, vel, quod si fatetur erit contra veritatem.
- 3 Confessio in tortura, sine indicijs, non noceret confitenti, etiamsi tortura illata fuerit de mandato Principis.
- 4 Confessio sine indicijs non nocet confitenti, etiamsi per metum tormentorum fuerit extorta, & etiamsi emanaverit coram iudice habente liberum arbitrium.
- 5 Confessio sine indicijs extorta non convalidatur, si deinde superueniant legitima indicia.
- 6 Confessio extorta sine indicijs non sustinetur, licet præcesserit extrajudicialis confessio.
- 7 Confessio sine indicijs non sustinetur, etiamsi per inspectionem oculorum verificetur.
- 8 Confessio sine indicijs non comprehenditur sub statuto disponente de confessione.
- 9 Confessio sine indicijs non nocet confitenti, neque tertio.
- 10 Tortura indebitè illata operatur, ut omnia, quæ deinde sequuntur, sint nulla.
- 11 Confessio sine indicijs non sustinetur, etiamsi homo fuerit robustus, & fuerit leuiter tortus.
- 12 Confessio larvorum, & crassatorum sine indicijs, an ipsi noceat.
- 13 Confessio sine indicijs coram iudice incompetenti non facit indicium coram iudice competenti.

14 Confessio extorta sine indicijs non convalidatur per mille ratificationes, etiamsi fuerit ratificata extra locum tortura; & idem erit in confessione extorta per indebitam repetitionem.

15 Confessio spontanea an sustineatur, si processerit sine legitimis indicijs.

16 Confessio extorta sine indicijs non convalidatur; si reus illi se subscribat.

17 Confessio extorta sine indicijs, si confitens reponatur in pristinam libertatem, & deinde adeat Iudicem, et ratificet dictam confessionem, sufficit ad illum condemnandum.

18 Tortura an probetur per assertionem eiusdem rei; referuntur hic opiniones contrarie; et tandem Author illas conciliat.

19 Tortura, cum sit difficilis probationis, probatur per indicia, coniecturas, & presumptiones, quæ hic per Authorem referuntur.

20 Tortura probata per coniecturas sufficit ad effectum invalidandi confessionem, sed non ad effectum puniendi iudicem ob indebitam torturam.

C I V A X P. XXXI.

1 **C**AUSÆ defensor debet multum inuigilare circa istam defensionem; quia sepe ob vanam gloriam iudicium, vel, ut plurimum, ob eorum imperitiam, extorquent confessionem ab inquisitis, non legitimis precedentibus indicijs; & ob id eis talis confessio non nocet, ut pluries in discursu tractatus dixi, & prout habemus apertum tex. in l. 1. §. Divus Severus, ff. de quest. Brun. de indic. par. 2. q. 5. n. 42. seqq. Mar. in l. penul. numer. 10. de quest. vbi dicit, quod in Civitate Bononiæ liberavit duos a pena mortis, & consecutus fuit maximum commodum, & honorem, Hier. Hispan. in tract. comm. contr. comm. q. 618. numer. 19. 1. & seq. vbi de communi, Bos. tit. de conf. tort. nu. 1. & 18. Brunor. a Sol. in suo compend. vers. confessio facta per torturam, vbi alios allegat, & testatur de communi, Franc. Personal. de indit. & tort. num. 67. Bertazz. conf. 34. num. 7. conf. 427. numero nono, late Villagutt. in pract. crim. lib. 7. capitulo primo, conclus. 3. tit. de confess. Mar. Ant. Macerat. lib. 3. resolut. 47. num. 2. vbi concordantes cumulavit, Alex. 35. conf. 24. num. 23. par. 2. Mising. cent. 3. observat. 80. num. 4. Cavalch. de brach. reg. par. 4. num. 188. vbi plus subdit, ut procedat, etiamsi non fuerit expresse reuocata; nisi adessent querela partis, & alia adminicula; quia tunc requiritur reuocatio; & ibi dicit quid, si emanaverit coram Iudice habente brachium regium, Iul. Clar. q. 55. num. 13. vbi de communi, Adden. ad Farinac. in conf. 19. numer. 2. in lit. A, qui alios infinitos allegat, & testatur de communi, Hier. Giach. ad Iul. Clar. q. 64. in lit. Y.

Et Doctores hoc admittunt, etiamsi confessio fuerit iurata, Mar. sil. in l. questionis, n. 67. & seq. ff. de quest. Mascard. conclus. 353. num. 3. vbi alios allegat, Bertazz. conf. 39. num. 8. conf. 449. nu. 5. Bursatt. consil. 201. n. 24. lib. 2. Hond. conf. 108. num. 29. & 32. vol. 1. vbi firmat esse conclusionem ab omnibus approbatam, Hier. Giach. ad Iul. Clar. in d. q. 94. in lit. Y.

Quamvis ageretur de crimine læsæ maiestatis, Roland. conf. 12. n. 94. li. 3. Moder. Rom. q. 83. n. 6. Frac. Personal. de indit. & tort. nu. 98. Bursatt. consil. 201. num. 41. lib. 2. Bertazz. conf. 8. numer. 49. & consilio 449. num.



449. num. 5. Honded. conf. 108. nu. 36. & seqq. vol. 1. Et alio quocunque crimine grauissimo, Marf. conf. 14. num. 20. decif. Auenion. 15. num. 15. Baiard. quæst. 55. num. 3. 2. & num. 39. Add. ad Farin. in consilio 19. in litt. A, vers. Item procedit, vbi alios allegat.

2. Eoque minus talis confessio nocet, si reus protestatus fuerit in tortura non posse tormenta sufferre; & ob id, si fateatur, erit contra veritatem, Fulgos. in l. qui aliena. §. Cellus, num. 8. & seq. ff. de acq. hæred. vbi dicit, maximè procedere, si tormenta fuerint excessiua. Honded. conf. 108. num. 42. vol. 1. Nec vigore diætæ confessionis inualidæ poterit reus iterum torqueri, Bertazz. conf. 39. nu. 10. post Boss. in tit. de confess. per tot. n. 22. Honded. d. conf. 108. n. 34. lib. 1.

3. Nec etiam noceret confessio per torturam extorta de mandato Principis illatam, Gram. consil. 45. num. 33. & seq. vbi subdit etiam si millies fuerit ratificata; cum Princeps non possit mandare, vt quis torqueatur sine iudicijs; vt dixi supra in Defens. Circa torturam rei.

4. Quod etiam est verum, quando fuisset extorta per metum tormentorum, Gram. vot. 6. num. 14. Roland. consil. 17. num. 16. & seqq. vol. 3. latissimè, Bertazz. consil. 70. numero 39. vol. 1. vbi de veriori opinione, Iaf. consil. 188. n. 2. vol. 2. Burlatt. concl. 201. num. 17. vol. 1. vbi de communi, Et sine altercatione procedit in metu illato per realem territionem; quicquid dici possit de verbali, vt per Modern. Rom. q. 83. num. 16. & latius dixit in q. 37. num. 97. cum plurib. seqq. Hier. Giach. ad Iul. Clar. q. 64. in litt. Y, vbi subdit, adeò hoc esse verum, vt nec etiam valeat consuetudo in contrarium.

Nec minus talis confessio nocet confitenti, si iudex habuisset liberum arbitrium procedendi; quia adhuc debeant procedere legitima iudicia, Marfil. cõf. 14. n. 20. Gram. consil. 3. n. 19. Iul. Clar. quæst. 64. vers. dixi etiam, & vers. dixi quoque, Burlatt. consil. 201. num. 42. volum. 2. Bertazz. consil. 8. nu. 50. in fin. Baiard. q. 55. num. 32. 39. & ibi Hier. Giach. in add. in litt. G, in fin. Add. ad Farin. consil. 19. in litt. A, vers. & in tantum, vbi alios allegat, Caualean. de brach. reg. par. 3. nu. 123. qui loquitur in iudice habente brachium regium, vt non possit reum torquere sine iudicijs, neq. si esset sufficienter tortus torturam repetere; neq. eundem reum pendente appellatione torquere. Farin. q. 39. num. 71. Mascard. de probat. conclus. 353. per totam, Mar. Ant. Macerat. lib. 3. resol. 47. num. 2. in fin.

5. Imò confessio extorta, legitimis non procedentibus iudicijs, non conualidabitur, si iudicia deinde superueniant, Rom. singul. 132. Marfil. in l. quæstionis, nu. 13. & seqq. de quæst. & num. 35. & seqq. vbi respondet contrarijs, Viui. opin. 139. nu. 2. Clar. q. 55. vers. si vero confessio, & q. 64. vers. dixi etiam, vbi de communi, Farin. q. 83. n. 4. decif. Auenion. 138. num. 2. Franc. Personal. de indit. & tortur. num. 68. & seq. vbi de communi, Brun. a Sol. in suo Compend. vers. confessio habita in tortura, vbi alios allegat, & in cõf. vnico crim. num. 187. & 189. Bertazz. consil. 8. nu. 50. consil. 162. n. 6. Burlatt. conf. 201. nu. 41. lib. 2. vbi de communi, Honded. conf. 108. n. 35. vol. 1. vbi etiam de communi, Add. ad Farin. consil. 55. in litt. B.

6. Nec est vera illa opinio, quod, si superuenerit confessio extraiudicialis, conualidetur tortura, vt per Modern. Rom. in q. 83. n. 5. licet Marf. & nonnulli alii per

Tomus Secundus.

eum allegati contrariū tenent; & latè contra Marf. & sequaces tenent Adden. ad Farin. consil. 19. in litt. D, vers. Iterum prædicta; & ibi reddunt rationem; Et faciunt ea, qua latè dixi supra in materia ratificationis.

7. Immo plus Doctores firmant procedere, etiam si confessio extorta sine iudicijs, de inde verificetur per inspecionem oculorum, Marf. in pract. §. secunda quæstio, & post eum Cabr. in addit. Mathesil. singul. 55. qui ponit exemplum in eo, qui fassus fuit hominem occidisse tribus vulneribus, & sepelisse in horto, & deinde fuerit repertum cadaver cum illis tribus vulneribus & eandem opinionem sequitur Bertazz. conf. 8. num. 51. consil. 40. num. 6. conf. 447. num. 6. Brun. a Sol. in d. conf. vnico. num. 179. Modern. Rom. dicit, quod, licet Marfil. vbi supra teneat posse condemnari in pœnam extraordinariam, tamen ipse firmat tutius esse, ipsum absolueri ab obseruatione iudicij, & contra eum inchoare nouum processum: Quam Moder. Rom. declarationem admitto, quando confessus esset positus in pristinam libertatem; vt latè dixi supra in Defens. 30. c. 39.

8. Nec minus talis confessio comprehenditur in Statuto de confessione loquente, Marf. in l. 1. §. præterea, nu. 16. Bertazz. conf. 8. num. 52.

9. Et in tantum est vera ista conclusio, vt non noceat confitenti, nec etiam alijs nominatis, Gram. vot. 6. nu. 9. & seq. consil. 37. num. 6. vbi redit rationem, Boss. tit. de examin. reor. n. 15. Mascard. conclus. 353. num. 6. Plot. consil. 31. num. 14. Modern. Rom. conf. 19. n. 2. & ibi Adden. in litt. B, qui alios allegat, & idem Moder. in conf. 55. num. 13. vbi de communi Baiard. q. 55. nu. 33. & procedit, etiam si reus solummodo fuerit eleuatus, in tortura, vt post Gram. conf. 15. nu. 6. firmat Burlatt. conf. 201. n. 33. vers. nec in proposito, vol. 2.

10. Adeò, quod omnia, quæ sequuntur post dictam indebitam torturam, sunt ipso iure nulla, Bertazz. conf. 4. num. 42. consil. 341. num. 4. Rim. iun. conf. 88. num. 48. vol. 1. Burlatt. consil. 201. num. 23. lib. 2. vbi de veriori, & communiori opinione, Honded. consil. 108. num. 32. Farin. q. 83. nu. 14. Simon. de Pret. conf. 191. n. 9. Rim. iun. cõf. 88. n. 58. vol. 1. vbi dicit, quod nec etiam teneat sententia, si supersequatur, Bertazz. cõf. 8. num. 52. volum. 1. Et sic non nocebit etiam quoad alia delicta, de quibus non extabant iudicia, Bertazz. d. conf. 8. num. 52. vers. His stantibus.

11. Imò si tortus fuerit homo robustus, & leuiter fuisset tortus, adhuc seius confessio sibi non præiudicaret, si non præcessissent legitima iudicia: vt de veriori, post alios quos allegat, firmat Modern. Rom. quæst. 37. num. 60. & seqq. & quæst. 83. nu. 18. vbi respondet ad decisionem, Gram. 34. num. 59. quod magna Curia Vicariæ declarauit confessionem cuiusdam robusti esse validam, non ad ipsum puniendum, sed ad excusandum iudicem, qui sine iudicijs ipsum torserit.

12. In publicis latronibus, & crasatoribus viarum, licet aliqui voluerit, quod eorum confessio sufficiat ad ipsos condemnandum, etiam si fuerit extorta sine iudicijs, vt post Carrer. firmat Mascard. conclus. 353. nu. 30. Tamen est verum, si aliqua iudicia præcesserint, quamuis fuerint leuia; secus si nulla prorsus præcesserint: etiam si iudex haberet brachium regium; vt dixi supra in hac Defens.



- 13 Si vero etiam talis confessio coram iudice incompetente facta fuerit non precedentibus iudiciis, nec est facit iudicium ad torturam coram iudice competente, post Iul. Clar. q. 2. l. vers. hoc tamen, Bertazzol. conf. 8. n. 75. in fin. Imo ex tali confessione extorta sine iudiciis, oritur iudicium violentie contra officialem, Gram. cont. 40. n. 13. Farinac. conf. 19. n. 2. in fin. & Gram. decif. 56. n. 5. post alios, quos allegat, dicit, quod confessio ad solam depositionem loci criminis, diceretur extorta sine legitimis iudiciis.
- 14 Et Aduocatus non patitur decipi, si deduceretur, talem confessionem extortam sine legitimis iudiciis, fuisse convalidatam: quia reus illam sponte deinde ratificauerit: quia, etiam si nullus fuerit ratificata, sibi non nocet, Ang. de malefic. in verb. fama publica, n. 7. vbi Ang. latissime, qui refert, ex isto capite fecisse liberare quemdam Augustinum de Arimino, Marf. sing. 229. Guid. de Suz. de indic. & tortur. n. 69. Farinac. q. 37. n. 110. vbi de comuni, Iaf. conf. 188. n. 2. vol. 2. vbi de comuni, Iul. Clar. q. 55. n. 13. Bertaz. conf. 8. nu. 48. & 52. vol. 1. Bursatt. conf. 201. n. 2. vol. 2. Mascard. de probat. cocl. 353. n. 3. Decif. Auenion. 15. n. 15. Hier. Giac. ad Iul. Clar. q. 55. in litt. G. Farinac. conf. 19. nu. 2. vbi Adden. in lit. E, vbi alij infiniti cumulantur. Et quamuis fuerit ratificata extra locum torturae, post 24. horas, nec etiam nocet confitenti, Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. 25. vbi de communis & alios ibi adducit, Gram. conf. 37. nu. 7. vers. & quomodocunque. Immo etiam si fuerit ratificata post multos dies, Bursatt. conf. 201. nu. 19. vol. 2. qui loquitur in eo, qui ratificauit post 19. dies. Et etiam si ratificatio fuerit iurata, non convalidat dictam confessionem indebitam extortam, Rimin. iun. conf. 817. n. 37. vol. 7. Bertazzol. conf. 8. n. 49. Mascard. de probat. conclus. 353. Bursatt. confilio 201. nu. 24. vol. 2. Baiard. q. 55. nu. 3. & 39. Et etiam si ratificatio non fiat in loco publico, vel consueto, Bursatt. d. conf. 201. nu. 27. vers. item, & n. 28. vol. 2. Alex. 35. conf. 20. n. 14. part. 2.
- Et procedit, non solum in ratificatione tacita, seu etiam in expressa, Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. n. 4. & 25. vbi dicit hanc opinionem esse sequendam, tam in iudicando, quam in consulendo, Iul. Clar. q. 55. sub n. 13. Bursatt. conf. 201. n. 25. vbi de vero, & magis communi opinione, vol. 2. Quinimo in practica non seruatur, vt tacita ratificatio sufficiat; sed semper requiritur expressa, Iul. Clar. q. 64. n. 39. Bursatt. d. conf. 201. n. 26. vbi de communi, Rim. iun. conf. 88. n. 55. vol. 1. qui tamen videtur constituere differentiam inter grauem & leuem torturam, quoad ratificationem expressam, vel tacitam, & Baiard. d. q. 55. n. 34.
- Ac sciat Aduocatus quod confessio eo minus convalidatur per ratificationem, quando fuit indebitam extorta, tam propter deficientiam iudiciorum, quam quia non fuit seruata forma Statuti in procedendo, vel per suggestionem, vel per alia similia: vt post alios quos allegat, declarat Bursatt. d. conf. 201. n. 27. vol. 2.
- Et etiam, si tortura fuerit repetita in casu de iure non permisso, confessio per ratificationem non convalidabitur; vt notant omnes in l. repeti. ff. de quaest. vt testatur Marfil. in consilio 14. numer. 24. & in pract. crim. §. quoniam, numero 42. Baiard. q. 55. nume. 32. in fin. Caualecan. de brach. Reg. par. 3. num. 123. Villagut. in pract. crim. lib. 6. cap. 6. conclus. 6.
- 15 In confessione autem spontanea emanata, non precedentibus iudiciis, videntur Doctores etiam tenere, vt non afficiat confitentem, etiam si deinde iudicia superuenerint, vt post alios, quos allegat, firmat Matth. Brun. confil. 61. n. 15. par. 1. licet post Foller. in verb. confitebatur, sub n. 28. Hier. Giach. in add. ad Clar. in lit. Y. contrarium teneat, maxime quando fuerit ratificata, non tacite, sed expresse; & adducit etiam Gram. conf. 20. nu. 17. Et quod confessio sponte facta teneat, & possit ex ea sequi condemnatio, Angel. de malefic. in verb. fama publica, vers. aduertat tamen Mascard. conclus. 357. num. 5. & 34. vol. 1. Baiard. q. 65. numero 4. Et sponte confessus dicitur etiam ille, qui primo negauit, deinde vero sponte confessus est, Iul. Clar. quaest. 82. In Statuto 9. vers. stante Stato, numero 5.
- 16 Nec etiam Aduocatus decipi patitur, si ex parte Fisci diceretur, confessionem sine iudiciis fuisse ratificatam a reo per suam subscriptionem, & ideo sibi nocere, vt dicit Gram. conf. 40. nu. 14. vbi subdit, maxime procedere, quando tortura fuit leuis, & tortus non erat, neque debilis, neque infirmus: & sequitur Rim. iun. confil. 88. nu. 56. vol. 1. Quia, vt videmus nec iuramentum, nec mille expresse ratificationes illam convalidant: quomodo igitur debet convalidari per subscriptionem rei, ad quam deuenit eadem facilitate, vel eodem metu, & timore, quibus fuit indutus ad confitendum; Et si vera esset dicta opinio, omnes supradictae declarationes corruerent: cum hodie de stylo, & maxime hic in Curia omnes rei se suo examini subscribant: & si nesciant scribere, faciant signum Crucis.
- 17 Si vero reus confessus sine iudiciis esset relaxatus, & positus in pristinam libertatem, & deinde sponte adiuerit Iudicem, & confessionem ratificauerit, tunc poterit condemnari, vt dixi supra in Defens. 30. cap. . . . vbi etiam posui quid, si ratificatio fiat, non coram eodem Iudice, qui confessionem indebitam extorsit, sed coram alio: an talis confessio ratificata noceat.
- 18 Quoniam, tam in precedenti Defens. quam in ista, & ferè per totum istum Tractatum sapissime habetur mentio de tortura; ideo videamus, quomodo tortura probetur. Et inter Doctores est controuersia, an reo asserenti fuisse tortum sit credendum; & aliqui videntur concludere, quod tortura non praesumatur, & quod debeat probari per ipsum reum, Bald. in l. 1. nu. 23. C. de confess. Brun. de indic. p. 2. q. 6. n. 16. & seq. vbi late hanc opinionem comprobatur, & dicit hanc esse puram veritatem Becc. confil. 70. numer. 14. & alij adducti per Moder. Rom. quaest. 83. num. 34. Alij autem tenent contrarium, vt sit credendum eidem torto, Anch. confil. 24. num. 2. & seqq. Mascard. de probat. conclus. 1384. num. 6. Becc. conf. 70. num. 4. & 15. vbi admittit opinionem Anchar. quando reus reuocat confessionem tanquam per metum factam, Franc. Personal. de indic. & tortur. num. 72. Brun. a Sol. in suo Compend. vers. confessio delicti praesumitur per tormenta facta, vbi alios cumulauit, & post Carrer. Hier. Giach. ad Iul. Clar. quaest. 64. in litt. Y. in fine.
- 19 Sed Modern. Roman. q. 83. sub n. 24. dicit primam opinionem esse verioram, vt tortura non praesumatur, sed sit probanda per reum, qui asserit fuisse tortum, nisi tamen ageretur de tortura illata, nullis precedentibus



ibus indicij, & à Iudice male qualitatis, & solito reos torquere sine inditijs, ex trad. per Bos. tit. de confess. num. 74. & seq. Brun. de indic. d. q. 60. nu. 20. vers. nisi ex consuetudine iudicis. Ego autem credo, quod etiã non data dicta mala qualitate Iudicis, si tamen aliqua alia præsumptiones, & coniecturæ concurrant cum assertione torti, si eis standum; cum tortura dicatur difficilis probationis, Marfil. sing. 1. in fin. Bos. tit. de confess. n. 75. Menoch. cas. 116. n. 19. de arb. Mascard. de probat. conclus. 1384. nu. 17. & seqq. Et inter alias coniecturas, vel probationes, erit fama, Amod. Justin. concius meus de syndic. n. 189. Mascard. de probat. d. concl. 1384. n. 15. ac etiam clamor, gemitus, stridor, funis, vel strepitus, vel si palatium fuerit visum clausum, vel illius ianua, & alia similia, quæ solent fieri, & obseruari in illo actu torturæ inferendæ: vt, post Alex. Bal. & Marf. docet Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. n. 67. Mascard. d. conclus. 1384. n. 13. Ac etiam probabitur per domesticos, & familiares Iudices, ac per carceratos, & confocios eiusdem rei, Brun. de indic. par. 2. q. 5. n. 37. & seqq. Mascard. conclus. 1384. nu. 14. Farin. q. 83. n. 27. & seqq. vbi etiam firmant, probari torturam, si tortus portaret brachia ad collum, & in eis apparerent ligaturæ, signa, vel stigmata.

20 Tu autem officialis in proposito scias te tueri, vt tortura per similes coniecturas, & præsumptiones, probari possit ad effectum inuolandi confessionem torti, non autem ad effectum condemnandi ipsum officialem, sub prætextu, quod indebitè inquisitum torserit contra quem non sufficiunt coniecturæ, quamuis fuerint vehementes, sed requiritur plena probatio Amod. concius meus in d. nu. 189. vers. & præfata intellige, Brun. d. q. 5. n. 37. & num. 38. vers. aut perimus Mascard. d. conclus. 1384. num. 17. & seqq.

Confessio minoris quando afficiat confitentem

S V M M A R I V M.

- 1 Minor de iure non potest stare in iudicio criminali sine auctoritate tutoris, et curatoris.
- 2 Confessio minoris, sine curatoris presentia, non afficit ipsum minorem, licet de consuetudine non seruetur.
- 3 Tutor, vel Curator quando de iure interuenire debent, intelligitur, vt interuenire debeant in ipso decreto de torquendo, non autem in actu torturæ. Prout, quando debet minore examinari sufficit, quod interueniant in actu iuramenti, et nondum interrogatur, neque dum fatetur.
- 4 Tutor, vel Curator minori in proposito est dandus ab illo Iudice, coram quo causa pendet.
- 5 Minor sine presentia tutoris, vel Curatoris potest examinari contra tertium: ac etiam potest declarari in contumaciã haberi pro confessio, sine presentia dicti Curatoris.
- 6 Minori conceditur in criminalibus restitutio in integrum aduersus suam confessionem, etiamsi fuerit facta cum interuentu curatoris, et etiam non docto de errore, aut lesione.
- 7 Restitutio minori aduersus confessionem, siue sponte, siue per torturam factam non conceditur, nisi semel.

C A P. XXXII.

1 **D**E ista questione latè dixi in præcedenti Defens. cap. 11.  
Tomus Secundus.

1 † Et sciat Aduocatus in proposito, quod de iure communi minor non potest stare in iudicio criminali, neque interrogari, sine presentia, & auctoritate tutoris, vel curatoris. Clarum. C. de auctor. præstan. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 1. n. 64. Vulpell. respõs. 34. nu. 1. Decian. respons. 18. num. 17. & seq. lib. 1. & in tract. crim. lib. 5. cap. 37. nu. 56. Odd. de restit. in integr. part. 2. nu. 13. q. 65. cum alijs alleg. per Modern. Rom. q. 81. nu. 352. & nu. 371. vbi refert casus, in quibus ita fuit obseruatum.

2 † Et hoc dicunt procedere etiam in confessione minoris habetis patrem, & etiamsi esset pater familias, & etiam in confessione adulti: & multo magis in confessione pupilli, & infantis, vt est videre per Doct. adductos per d. Moder. Rom. in d. q. 81. num. 153. & seqq. & latè qui alios allegat Al. x. 35. conf. 20. nu. 12. p. 2. & ob id dicitur Iudicium nullum, & successiue confessio minoris sibi non nocet, & nunquam currit tempus minori ad dicendum de nullitate dictæ confessionis, latè Menoch. de Arb. cas. 268. n. 1. 2. & seq. lib. 2.

Quamuis multi alij affirmant, non seruari de consuetudine, Boer. decis. 63. nu. 6. Casson. in pract. crim. fol. 76. Brun. conf. 94. n. 8. Clar. q. 50. in prin. & q. 55. vers. vlt. Menoch. cas. 268. n. 2. Afflict. decis. 208. nu. 3. in fin. vbi Vrsill. Cartar. de interrog. reis. lib. 3. cap. 3. n. 4. & seq. Clar. q. 50. in prin. & q. 55. vers. vlt. Casson. Menoch. d. cas. 268. nu. 2. in fin. Et in Statu Ecclesiastico adest Constitutio Egidiana lib. 4. cap. 17. & ibi Caball. nu. 7. in fin. per quam Constitutionem apertè disponitur, minorem 14. annorum habere legitimam personam standi in iudicio criminali, sine auctoritate patris, & tutoris: & idem seruatur hic in Curia sicut per Statutum Capitolinum lib. 2. cap. 11. contrarium disponatur: vt testatur Brun. in d. consil. 94. nu. 8. ita ibi seruatur, dum causis criminalibus præerat, & Moder. Rom. q. 81. n. 372. vbi dicit, hoc contingere in illo foro Capitolino, ob magnum arbitrium, quod Senator habet in causis criminalibus ad instar Gubernatoris Urbis.

3 Et vbi seruatur ius commune, Iudex sciat, quod curator, vel tutor debet interuenire in ipso decreto de torquendo, non autem in actu torturæ, Marian. Socc. in cap. qualiter, & quando, il. 2. n. 993. & seqq. extra de accusat. Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 1. nu. 65. Moder. Rom. q. 82. num. 162. & seqq. vbi de recepta, & practicata opinione, Galp. Caball. ad Constit. March. lib. 4. cap. 13. n. 3. & seqq. vbi etiam de practicata opinione, Galganet. in Glor. ad Stat. Urb. lib. 2. c. 11. nu. 40. Et idem dicunt esse, quando minor debet examinari, vt sufficiat, quod curator interueniat in actu iuramenti, & non requiratur, quod interueniat interrogatorijs, & confessioni, Salyc. in l. vnic. nu. 30. in fin. C. de confess. Socc. in d. cap. qualiter, & quando, num. 993. & 996. Ant. Gomez. d. cap. 1. sub num. 65.

4 Et curator, vel tutor est dandus ab eo Iudice, coram quo causa pendet: & ideo Iudex Ecclesiasticus dat curatorem layco minori coram ipso Iitem habenti, cap. fin. de iudic. in 6. Et è contra, Mising. obseruat. 87. cent. 1. & alij relati per Galgan. ad Stat. Urb. lib. 2. cap. 11. num. 20.

5 Sed retenta dispositione Iuris communis, non erit necessaria presentia curatoris, quando minor esset examinandus contra tertium, Bald. in d. l. Clarum, num. 1. Foller. in verb. & si confitebuntur, numer. 23.



Nec minus, quando vigore Statuti, minorum contumacia haberetur pro confesso, latè Modern. Rom. q. 11. n. 26. & seqq.

- 6 An autè minori concedatur restitutio in integrum aduersus suam confessionem: Doctores tenent affirmatiuè, Odd. de in integr. restit. par. 1. quæst. 65. art. 7. per tot. nu. 15. vbi de communi, Honded. conf. 99. nu. n. 51. & consil. 102. numer. 50. lib. 2. Gasp. Caball. in add. ad Confit. March. lib. 4. cap. 17. nu. 6. Boccacc. in eadem Confit. Glof. 8. n. 2. vers. & prædicta intellige Afflic. decis. 20. n. 5. vbi Vrsill. in add. n. 1. & seq. vbi testatur per illud consilium ita fuisse vnanimè votatum, & conclusum. Immo etiam aduersus eius confessionem non solum inuvalidam, sed etiam factam cum interuentu tutoris, vel curatoris conceditur restitutio, Odd. de restit. in integr. p. 2. q. 65. nu. 13. cum alijs alleg. per Modern. Rom. q. 81. nu. 386. Alex. 35. conf. 20. nu. 12. vbi concordantes allegat par. 2.

Imo, etiam non docto de errore, aut læsione minori conceditur restitutio aduersus suam confessionem cum satis ex sola ipsa confessione de læsione, vel errore appareat Ruin. consil. 135. num. 8. lib. 1. Afflic. decis. 208. in fin. Rol. conf. 51. num. 38. lib. 1. Paris. conf. 96. nu. 9. lib. 1. Menoch. de Arb. cas. 268. num. 4. lib. 2. & est magis communis opinio quam attestantur Franc. Cald. in repet. si curatorem, in verb. vel aduersarij dolo, numer. 39. & seq. C. de in integr. restit. Honded. conf. 102. num. 50. vbi de communi lib. 1. Super quo articulo vide Modern. Rom. q. 81. num. 377. cum pluribus sequentibus, vbi refert multa alia circa dictam restitutionem minori concedendam. † Sed caueat minor ne fateatur delictum, postquam semel fuerit restitutus, siue spontè, siue per torturam: quia amplius ei non concederetur restitutio, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 1. nu. 66. vbi de communi, & sequitur Modern. Rom. d. q. 81. num. 390.

Confessio extrajudicialis quando in criminalibus afficiat confitentem ad condemnandum.

S U M M A R I U M.

- 1 Confessio extrajudicialis non sufficit ad condemnandum, etiam si alia indicia concurrerent. Item etiam si fuerit facta, parte, vel Fisco presente. Item etiam si fuerit acceptata. Item etiam si fuerit pluries geminata.
- 2 Confessio facta pro exoneratione conscientie, præsertim in articulo mortis, facit plenam probationem, & ex hoc infertur ad plura.
- 3 Confessio in foro conscientie plenè probat in Iudicio Ecclesie: & fauore animarum, quoad restitutionem vsurarum: secus quoad pœnam inferendam.
- 4 Confessio facta pro exoneratione conscientie debet esse specifica, & in ea exprimi debent personæ, a quibus pecunia fuerunt extorta, & requiritur, quod fuerit iurata, et notarius stipuletur pro absente, vel quod, si pars fuerit presentis, illam acceptauerit.
- 5 Confessionem pro exoneratione conscientie factam aliqui distinguunt inter ius Canonicum, et Ciuile.
- 6 Hæres, ex confessione defuncti pro exoneratione conscientie facta, an teneatur ultra vires hæreditarias, si non confecerit inuentarium: et an omnes hæredes teneantur in solidum, vel pro virili.

- 7 Confessio extrajudicialis deducta vti delictum, sufficit, ad condemnandum: & quæ pœna clericus ex ea possit puniri.
- 8 Confessio extrajudicialis sufficit ad probandum ea, quæ consistunt in animo confitentis.
- 9 Confessio extrajudicialis facta coram populo, vel coram syndico representante populum, an plenè probet.
- 10 Confessio extrajudicialis facta ad fauorem inquisiti, prodest ei ad obtinendam absolutionem.

C A P. XXXIII.

**A** Duocatus exclamet, quod confessio sola extrajudicialis non sufficiat ad condemnandum, Marf. in l. ea, nu. 20. ff. de fals. Iodoch. in pract. crimin. cap. 54. n. 37. & seq. Iul. Clar. q. 55. in princ. vbi de communi, Batt. reg. crim. 54. num. 5. Moder. Rom. q. 82. n. 1. vbi de communi, & alios allegat, Mascard. de probat. conclus. 497. n. 1. & seqq. concl. 350. n. 1. conclus. 347. n. 8. vbi alios allegat.

Nisi tamen concurrerent alia indicia, coniecturæ, & præsumptiones; quia tunc reus poterit solum in pœnam extraordinariam condemnari, Boff. tit. de cõuict. num. 34. & sequitur, relatis opinionibus, hic inde, Farin. q. 82. num. 2. & seqq.

Imo etiam si facta fuerit dicta confessio extrajudicialis, parte, vel Fisco præsentè, adhuc non sufficit ad condemnandum; sed tantum ad torquendum, Doct. in cap. at si Clerici, & præcipuè Butr. n. 28. Imol. num. 14. vbi de communi, Arret. n. 35. Fœlin. nu. 5. Dec. nu. 128. extra de iudic. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 13. nu. 8. & Clar. q. 55. vers. vnum tamen, ita dicit seruari in practica, Mascard. conclus. 340. n. 1. & seq. conclus. 346. num. 6. vbi de communi, & conclus. 497. num. 10. & seq. Mandos. in addit. final. in fin. ad Rom. cõf. 373.

Quæ opinio procedit, etiam si fuerit per partem acceptata, vt in criminalibus non sufficiat ad condemnandum: nisi de crimine ciuilitè ageretur, Modern. Rom. q. 82. n. 12. vbi etiam latè dicit, an requiratur expressa acceptatio, vel sufficiat sola præsentia, & an possit acceptari ab aliquo Notario, nomine Fisci: vel à qualibet persona priuata, nomine Fisci absentis pro interesse Reipublicæ.

Et licet aliqui etiam voluerint, quod si confessio extrajudicialis fuerit geminata, possit sequi condemnatio: quos refert Mascard. in conclus. 350. numero 24. & conclus. 497. num. 16. & Brunor. in suo Compendio, versic. confessio geminata. Tamen idem Mascard. in d. conclusio 350. numer. 24. versic. sed Bart. dubitat de ista opinione, & dicit solum procedere in ciuilibus, secus in criminalibus, & non tutam etiam dicit Diaz. reg. 125. in 3. Fallen. vers. sed tu aduerte, & solum sufficere ad maiorem torturam, & non ad condemnationem, Moder. Rom. in d. q. 82. n. 14. firmat.

- 8 In confessione autem extrajudiciali facta pro exoneratione conscientie, Doctores concurrunt, vt inducatur plena probatio, præsertim in articulo mortis, vt, si quis fateatur extorsisse vsuras: vel aliquid in depositum habuisse, & quid simile, Bald. in l. 1. n. 3. C. de fals. caus. adiect. leg. Marant. in tit. de confess. nu. 16. Foller. in Pract. in verb. & si confitebuntur, num. 38. Mascard. de probat. conclus. 350. num. 25. & seq. Baiard. q. 55. numer. 3. Licet Lup. in cap. quamquam de vsur. comment. 4. in præfat. numero 24. dicat, quæ non probari eue vsurarium; manifestum ex confesio.



feffione extraiudiciali, decis. Auenion. 47. nu. 8. in fi. Affict. dec. 164. nu. 5.

Hinc est, quod reus damnatus ad mortem, quamuis sit effectus seruus poenae, & non possit testari: tamen, si fateatur vsuras extorxisse, prejudicat fisco quo ad vsurarum restitutionem, nisi fiscus contrariū probauerit, vt firmat extrad. per Bal. & Crauet. Brun. a Sole in suo Compend. vers. cōfessio damnati ad mortem, & sequitur Moder. Rom. q. 82. nu. 15. in fi.

Quod autem talis confessio extraiudicialis noceat, est verum in foro, siue iudicio Ecclesie, & fauore animarum, vt pro regula firmat Felin. in c. de hac nu. 4. de simon. Diaz. in reg. 125. in 4. Fallent. dicit talem confessionem operari contra confidentem restitutionem vsurarum, sed non poenam, nec criminis punitionem, & Mascar. de probat. d. concl. 350. n. 25. & seq. etiam dicit, vt procedat de iure Canonico, & de illius æquitate, & in facto poenitentiali, secus de iure civili.

- 4 † Ac etiam requiritur, vt talis confessio sit specifica, & personæ exprimentur, a quibus extorsit pecunias per vsuras; secus si simpliciter dixisset, vsuras extorsisse, Foller. in verb. & si confitebantur. nu. 93. & 116. dicit etiam, quod requiratur, vt sit specifica, alias incerta non afficeret. Sed Felin. in c. cum olim, num. 8. extra de rescrip. etiam dixit, similem confessionem non valere in vim propriae confessionis, sed in vim legati: concurrentibus tamen, quod sit iurata, & quod Notarius stipuletur pro absente, vel quod pars fuerit præsens, & illam acceptauerit, & ibi testatur de communi, nec sufficeret, quod esset iurata, nisi etiam emanauerit in iudicio, criminaliter loquendo, vt de veriori firmat Moder. Rom. q. 82. nu. 19. Et tunc isto casu non poterit amplius per confidentem reuocari. Lanfranc. in c. quoniam contra, in verb. confessio n. 47. vers. quaeritur vterius, de prob. & Lup. in c. quamquam. de vsur. Comment. 4. in Praefat. nu. 23. dicit nō sufficere simpliciter fateri, vsuras extorsisse, nisi etiā ista confessio fuerit in iudicio facta; & vt conuincatur de vsuraria prauitate manifesta, requiritur etiam, vt fateatur, vel probetur, quod pluries exercuerit vsuras, & non sufficiat vnica vice. Qui Lup. etiam in d. c. quamquam, §. 3. num. 58. latè reassumit, an sit vera distinctio Iuris Canonici, & Civilis, & concludit, quod in crimine vsurarum hæres, si non confecerit inuentarium, teneatur t̄ etiam vltra vires hæreditarias ad satisfactionem, licet ex illo crimine nihil peruenierit ad hæredes, & lis non fuerit contestata cum defuncto: secus vero est in alijs delictis, in quibus hæredes non tenentur vltra vires hæreditarias, sed solum quantum ad eos peruenierit. Sed Rubell. in tract. de oblig. iustit. lib. 8. quæst. 16. sect. secunda, concludit, hæredes non teneri vltra vires hæreditarias, licet inuentarium non confecerit, etiam in crimine vsuræ, in foro conscientiae: secus in foro exteriori, reiecta opinione Couar. & sequacium. Ac etiam concludit, quod si ad hæredes nihil peruenierit, nec etiam hæredes in aliquo teneantur; cum obligatio ex delicto non possit nocere hæredi, nisi quoad ea bona, in quibus defuncto succedit: licet dicat, quod aliqui iuris periti contrarium sentiant, & ibi etiam ponit, an omnes hæredes teneantur in solidum, vel pro virili portione, ad dictam restitutionem vsurarum. Et si quis factus fuerit coram Episcopo, vel Vicario se exercuisse vsuras, & promiserit illas restituere si moria-

tur, & sequatur sententia super restitutione hæredes non possunt a tali sententia appellare, nisi doceant de aperto grauamine, & doceant de errore confessionis, secus si non emanauerit confessio coram Episcopo, vel Vicario, & non interuenerit promissio de restituendo, quia tunc hæredes possent appellare. Ruginel. de appell. §. 2. c. 3. nu. 207. Scac. de appell. q. 17. lim. 4. nu. 40. & seq. vbi dicit idem esse in confessione facta, quia ipsa non noceret hæredibus.

- 7 Si vero confessio extraiudicialis deducatur in iudicio tāquam delictum per se, & fuerit legitime probata per duos testes, vt si quis iactauerit cognouisse carnaliter aliquam honestam mulierem, & quid simile poterit extra ordinem arbitrio iudicis iste sic confitens puniri. Menoc. de arb. casu 331. n. 2. & seq. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. num. 8. in fi. vbi de communi Mascar. de probat. conclus. 350. nu. 36. & seq. concl. 497. nu. 14. & seq. Foller. in verb. & si confitebantur, nu. 23. Corrad. in pract. tit. de confes. nu. 10. latè Menoch. de arb. casu 331. num. 2. & seq. lib. 2. vbi alios allegat, & casu 332. nu. 1. Et etiam si de delicto principali absolueretur, adhuc debet puniri pro vana gloriatione poena extraordinaria. Baiard. q. 55. num. 3. in fi. Pet. Caball. casu 81. nu. 9. & seq. sed sub nu. 13. dicit, nunquam vidisse aliquem puniri pro dicta iactantia, postquam quis in tortura sustinuerit, sed vide Menoch. d. casu 331. nu. 4. & seq. Nec poterit aliquo modo imponi poena ordinaria clerico, pro tali confessione extraiudiciali, in priuationem beneficii: sed solummodo in suspensionem. Menoch. d. casu 331. n. 3. & tuetur Farin. in quæst. 82. num. 22. quicquid aliter sentire videatur Innoc. in c. per inquisitionem. num. 2. extra de elect. quoniam Zabar. & alij adducti per eū non recipiunt opinionem Innoc.
- 8 Si vero agatur de delicto in animo consistente, vt in crimine hæresis, sola confessio extraiudicialis legitime probata sufficit ad probationem delicti. Arn. Albertin. in tract. de agnosc. assert. cathol. q. 25. n. 10. & seq. Itemque erit, si ageretur de probando animo circa fugam, quod quis aufererit animo latitandi, & scelopum exonerauerit, animo occidendi, vt per Foller. in verb. & si confitebantur, nu. 26. & seq. post Angel. in conf. 10.
- 9 Si autem confessio extraiudicialis fuerit facta coram toto populo, vel coram maiori parte populi, & nemo pro fisco absente acceptauerit, vel si fuerit facta coram iudico representate populum, plenè probat, latè tradunt Capr. & alij relati per Mascard. de prob. concl. 350. nu. 35. & conclud. 1002. nu. 13. & Farin. q. 82. nu. 16. & seq.
- 10 Sed versa vice confessio extraiudicialis ad fauorē rei facta per accusatorem, vel instigatorem, pro testreo ad absolutionem obtinendam. Roman. conf. 167. n. 6. vers. 5. præmissa. Foller. in verb. & si confitebantur. num. 35. Mascard. de probatio. conclus. 498. n. n. 3. 4. Baiard. quæst. 21. num. 123. vers. item adde, & Roman. ponit exemplum in marito, qui accusauit aliquē de adulterio cum vxore sua, qui si postea exculpet eum extraiudicialiter, sufficit accusato pro obtinenda absolutione; & ideo Aduocatus sic cautus, vt possit extorquere dictam confessionem extraiudicialem pro obtinenda absolutione pro suo cliente.



Confessio extrajudicialis, quando faciat indicium ad torturam.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio extrajudicialis facit indicium ad torturam contra confidentem, siue parte presente, siue absente facta sit, & etiam si emanauerit coram quocunque iudice, etiam incompetente, vel si fuerit facta coram iudice, tanquam priuato.
- 2 Confessio extrajudicialis per vim, & metum facta coram iudice incompetente non facit indicium ad torturam.
- 3 Confessio extrajudicialis, an operetur, vt confessio deinde habitata in tortura non requirat ratificationem.
- 4 Confessio extrajudicialis grauat etiam minorem confidentem ad torturam.
- 5 Cautela ad tollendum, ne ex ista confessione extrajudiciali oriatur indicium ad torturam.
- 6 Exculpationis accusatoris tollit indicium confessionis extrajudicialis.
- 7 Confessio extrajudicialis reuocata, an faciat indicium ad torturam.
- 8 Confessio extrajudicialis dicitur remota à delicto.
- 9 Confessio extrajudicialis debet esse specifica, particularis, & cum loci, temporis, & causa expressione.
- 10 Confessio extrajudicialis inuicibilis non afficit confidentem. Idem si emanauerit per iocum, vel lasciuiam; vel si fuerit extorta per minas, & metum.
- 11 Confessio extrajudicialis facta à clerico requirit diffamationem.
- 12 Confessio extrajudicialis, vel coram iudice incompetente facta in causa civili, non facit indicium in causa criminali coram iudice competente.
- 13 Confessio extrajudicialis, vt afficiat, requiritur, vt probetur per duos testes, testes de loco, tempore, & causa, licet aliqui contrarium teneant, vt possit probari per testes singulares. Author autem conciliat istas contrarias opiniones.
- 14 Confessio extrajudicialis debet probari per testes idoneos, & legales, & debent esse rogati, nec sufficeret, si casu fortuito dixerint audiuisse.

C A P. XXXIV.

**O**Mnes Criminalistæ concurrunt, ex confessione extrajudiciali quem posse torqueri. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. 8. vbi de communi Iul. Clar. q. 21. nu. 19. Masc. de probat. concl. 350. nu. 3. Farin. q. 37. nu. 47. q. 84. nu. 23. vbi alios cumulauit testantes de communi Bertaz. conf. 42. num. 2. decif. Auenion. 138. nu. 4. Brun. a Sole in suo Comped. vers. confessio facta absente parte. Baiard. q. 55. nu. 3. in fi. Petrus Caball. casu 81. nu. 2. cent. 1. qui omnes alios allegant, & fuit originalis doctrina glo. fin. in l. capite quinto, ff. de adult. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. n. 14. & de arbitr. casu 331. n. 1. lib. 2. Villagut, in pract. crim. lib. 7. tit. de confes. c. 3. concl. 1.

Et procedit, siue fiat parte præsentem, siue absente, vt semper faciat indicium ad torturam. Ant. Gom. d. c. 13. nu. 8. Mandol. ad Rom. conf. 373. in fi. Add. Menoch. de præsumpt. lib. 1. d. q. 89. nu. 23. Masc. concl. 350. nu. 3. Baiard. q. 21. nu. 127.

Ac etiam procedit, si emanauerit coram quocun-

que iudice, etiam prorsus non habente iurisdictionem, vt non posset aliquo modo coram eo prorogari iurisdictione, vt de magis communi firmat Iul. Clar. d. q. 21. vers. hanc tamen & ibi testatur de practicata opinione. Ruin. conf. 11. n. 2. vol. 5. & de magis communi Boss. de indic. nu. 47. Viu. comm. opin. in verb. condemnatus, vers. confessio. Idemque est in confessione facta coram iudice, non in forma iudicij, sed tanquam coram priuato. Rom. conf. 8. nu. 2. Clar. d. q. 21. vers. sed hic cadit, vbi de communi Rolan. conf. 31. lib. 3. ex qua confessione facta coram iudice incompetente, & ratificata coram competente, poterit reus condemnari. Baiard. q. 21. nu. 136.

2 Sed causæ defensor curet videre, an talis confessio facta coram iudice incompetente fuerit facta per vim, & metum, quia ex ea non oritur indicium ad torturam coram competente iudice. Iul. Clar. q. 21. nu. 21. in fi. & num. 22. etiam in fi. & dixi supra de confessione clerici facta per tormenta coram iudice laico non facere indicium ad torturam coram iudice Ecclesiastico.

3 Ac etiam aliqui volunt, quod ista confessio extrajudicialis sit, adeo potens, quod illius vigore reus fuerit tortus, & passus fuerit, possit condemnari, absque alia ratificatione, & perseverantia, quos refert Petrus Cabal. casu 81. nu. 5. sed deinde dictam opinionem reprobatur, & alios concordantes allegat, de quo dixi supra.

4 Imò talis confessio extrajudicialis, etiam si fuerit facta a minore, afficit, ad torturam. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. nu. 8. Foller. in verb. & si confidentur, nu. 28. Masc. de probat. concl. 457. nu. 15. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. nu. 32. qui alios allegant. Sed Ant. Gom. c. 1. nu. 66. dicit, quod minori aduersus dictam confessionem conceditur restitutio in integrum, & sequitur Moder. Rom. q. 82. nu. 27.

5 Sed causæ defensor in ista quæstione habet plures defensiones ad tollendum istud indicium confessionis extrajudicialis. † Et prima erit, si procuret habere exculpationem accusatoris, vel infligatoris, vt dixi in præced. cap. in fine.

7 2. Pro cautela tradunt Doct. vt talis confessio reuocetur iudicialiter per confidentem; quia tunc sine effectu remanebit, etiam si non doceatur de errore illius. Bald. in vnica, num. 44. C. de confes. Felin. in cap. olim, sub nu. 2. de rescript. Olasc. dec. 79. nu. 25. Bertazz. conf. 396. nu. 6. Masc. de probat. concl. 350. nu. 6. & alij relati per Pet. Cabal. casu 81. nu. 3. licet alij talem cautelam impugnent, & præcipue Boss. tit. de confes. nu. 55. & seq. vbi dicit opinionem Bal. esse falsam. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. sub nu. 8. Iul. Clar. q. 21. sub nu. 31. Moder. Rom. q. 82. nu. 28. Mascard. d. concl. 350. nu. 6. Lud. a Peg. dec. 17. nu. 4. & latè Petr. Cabal. d. casu 81. nu. 4. vbi concludit, quod semper de confessione faciat indicium ad torturam, & quod ita ipse semper vidit obseruari, quia si confitens extrajudicialiter perseveraret in iudicio in eadem confessione non tractaretur de tortura, sed de condemnatione. Add. ad Farinac. conf. 25. in lit. Q, qui reddunt etiam bonam rationem. Villagut, in pract. crim. lib. 7. tit. de confes. c. 3. concl. 1.

8 3. Est, quod si vigeret statutum in aliquo loco, vt tortura inferri non possit, nisi contra reum ad sit indicium aliquod proximum delicto, non poterit reus torqueri.



torqueri ex dicta confessione extrajudiciali, cum sit indicium remotum a delicto. *Surdus conf. 425. num. 14. volum. 1.*

9 4 Est, ut videat, si dicta confessio sit specifica, & particularis, & cum loci, & temporis expressione, secus si fuerit informis, indiscreta, & generalis, ut si simpliciter fateretur commisisse homicidium, sibi non noceret, nec ad torturam. *Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. nu. 8. vers. limita tamen, & intellige, vbi reddit bonam rationem Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. nu. 20. Masc. de probat. concl. 350. n. 16. & seq. Ludou. Peguer. dec. 17. n. 3. & seq. vbi de communi Paris. cõf. 153. nu. 31. lib. 4. Bertaz. conf. 396. nu. 4. Baiar. q. 2. l. n. 129. Sed alij videntur tenere, quod non requiratur expressio loci, & temporis, neque aliarum qualitatum, quia nunquam esset locus torturæ, vigore dictæ confessionis extrajudicialis, cum nemo reperitur, qui ita fateatur, ut tenet *Bos. tit. de confess. nu. 45. Tind. de testibus, lib. 2. p. 1. nu. 39. c. 6. Sed tu scias replicare, & saltem requiritur, quod persona occisa fuerit nominata, & confitens explicitè fassus fuerit commisisse homicidium in persona nominata, ut firmat *Ant. Gomez. d. c. 13. nu. 8. vers. intellige prædictam conclusionem. Ludou. a Perguer. dec. 17. n. 4. & ante istos Butr. in c. at si clerici. num. 28. extra de iudic. & sequitur *Farinac. q. 82. nu. 30. Adden. ad Farin. conf. 80. in lit. A, vers. sed, & vbi de communi, & alios allegant.****

Et ob id poterit etiam dici idem esse in confessione extrajudiciali facta sine causa, ut subsistat, & afficiat, cum expressio causæ non sit necessaria. *Tind. de testibus, lib. 2. p. 1. c. 6. nu. 39. vbi de communi Masc. de probat. concl. 345. num. 2. & seq. vbi etiam de communi; dummodo tamen aliunde de ipsa causa constet, alias non afficeret *Foller. in verb. & si confitebuntur, nu. 4. post Blanc. de indic. nu. 207. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. n. 17. cum sine causa delictum non præsumatur, & confessio reddatur inuerrisimilis, ut dixi supra cap. licet nonnulli adducti per *Modern. Rom. in q. 82. nu. 3. teneant, ut confessio etiam sine causa noceat confitenti.***

10 Et inuerrisimilis confessio extrajudicialis, & non probabilis non sufficit ad condemnandum, ut dixi supra in confessione iudiciali; & sic ista non sufficit nec etiam ad torquendum. *Ias. in l. Magistratibus, nu. 7. ff. de iurisd. om. iud. Foller. in præct. in verb. & si confitebuntur, nu. 5. Viu. com. opin. 138. n. 7. Battand. reg. crim. 54. nu. 7. Bertazz. conf. 396. num. 9. Masc. de probat. concl. 350. nu. 18. & seq. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. n. 17. & de magis recepta opinione testatur *Modern. Rom. quæst. 82. num. 35. vbi etiam respondet contrarijs.**

Idemque erit, si emanauerit per locum, vel lasciuia. *Foller. d. verb. & si confitebuntur, nu. 10. Menoch. de præsumpt. d. præsumpt. 89. num. 19. Bertaz. conf. 396. nu. 1. vel si per iracundiam. Dec. in d. l. Magistratibus nu. 12. Foller. in d. verb. & si confitebuntur, n. 10. Bertaz. conf. 396. nu. 10. Menoch. d. præsumpt. 89. n. 13. in fi. Masc. d. concl. 350. nu. 20. & seq. vbi alios allegat: vel si fuerit extorta dicta confessio extrajudicialis per persuasiones, metum, vel minas, *Foller. in d. verb. & si confitebuntur, nu. 9.**

11 Si vero emanauerit talis confessio a Clerico, requiritur, ultra talem confessionem, ut etiam præcedat diffamatio, ut ex ea torqueri possit. *Foller. in d. verb. &*

si confitebuntur, nu. 22. in fi. *Masc. concl. 350. n. 22. & 14. vbi post alios, quos allegat procedere dicit, etiam si ultra confessionem adessent mille indicia, ut non posset torqueri, nisi præcederet diffamatio, *Rodoan. de simon. 4. p. c. 7. nu. 11. vers. 2. fallit, latè *Add. ad Farin. conf. 80. lit. B, vbi de magis communi, & idè tenet *Farin. d. conf. 80. nu. 25. in fi. & q. 82. nu. 41.****

12 Quando vero emanauerit extrajudicialiter, vel coram iudice incompetenti in causa civili, nunquam facit indicium ad torturam. *Mant. in c. at si clerici, nu. 17. extra de iudic. Foller. in d. verb. & si confitebuntur nu. 42. Moder. Rom. q. 82. nu. 42. vbi alios allegat, & restatur de communi, & contrarijs respondet *Villag. in præct. crim. li. 7. tit. de confess. c. 3. concl. 1. in prin.**

13 Postremo videat Aduocatus, quomodo fuerit probata dicta confessio extrajudicialis, quia ut ipsa possit facere indicium ad torturam, requiritur ut probeatur per duos testes contestes de loco, tempore, & causis; quia singulares non sufficiunt. *Foller. in d. verb. & si confitebuntur, nu. 2. Burs. conf. 166. nu. 2. l. vol. 2. vbi de communi *Afflic. decis. 364. nu. 2. decis. 475. nu. 5. Thob. Non. conf. 86. nu. 3. conf. 111. nu. 4. latè *Paris. conf. 153. nu. 27. vol. 4. Nouell. in tract. crim. mihi fol. 47. nu. 36. *Farin. conf. 70. num. 43. *Fab. Turret. conf. 57. nu. 9. vbi de communi, & concordantes allegat, & latius in conf. 62. num. 3.*****

Et ob id, si vnus testis deponat de vna confessione facta in vno loco, alter in alio loco, vel tempore, non coniungantur. *Foller. in d. verb. & confitebuntur, nu. 3. & seq. *Marl. in præct. §. diligenter, num. 10. latissimè *Paris. d. conf. 153. nu. 27. & seq. *Eugen. conf. 27. nu. 50. vbi alios concordantes allegat *Farin. conf. 86. nu. 10. in fi. Imò quælibet varietas inter testes etiam modica operatur, ut confessio non dicatur probata. *Alban. conf. 56. nu. 29. *Baiard. q. 25. nu. 17. Nec probata per vnum testem facit indicium ad torturam. *Bertazz. conf. 549. nu. 6. vol. 2. *Baiard. q. 21. nu. 122. licet *Iodoch. in præct. c. 10. nu. 19. & c. 39. num. 22. contrarium teneatur, ut vnus testis sufficiat, cuius opinio non est sequenda tanquam singularis.**********

Licet etiam contrariam opinionem teneant, ut per testes singulares probeatur confessio extrajudicialis. *Doct. adducti per *Thob. Non. cõf. 84. n. 14. in prin. & per *Laderch. Imol. conf. 182. num. 8. latè *Rim. iun. conf. 730. nu. 3. 1. & seq. vol. 7. & ibi reddit rationem, & ponit exemplum. Sed pro concordia dicitur, quod si testes singulares deponant de confessione singulari facta, præsentate parte; vel si vnus deponat de confessione extrajudiciali, absente parte; & alter de alia parte præsentate; & tunc coniungantur ad indicium ad torturam; secus si parte absente, omnes deponant, ut declarat *Thob. Non. d. conf. 86. numero 15. quam declarationem sequitur *Farin. conf. 50. nu. 26. & latè etiam dicit in q. 64. nu. 145. & seq.******

14 Sed isti testes deponentes de confessione extrajudiciali debent esse idonei, & legales. *Bero. in cap. at si Clerici, num. 137. extra de iudic. & omni exceptione maiores. *Horatius conf. 99. n. 8. *Roland. conf. 57. nu. 34. lib. 4. *Bursat. conf. 336. nu. 18. lib. 3. *Rimin. iun. cõf. 361. nu. 27. & seq. conf. 237. nu. 71. lib. 3. *Fab. Turret. conf. 62. nu. 4. vbi de receptissima opinione, & debet esse rogatus nec sufficeret, si casu fortuito dixerint audiuisse. *Bero. in de. at si clerici, nu. 136. vbi dicit esse mirabile dictum pro Aduocato ad elidendum indicium*******



dicium resultans ex confessione extrajudiciali, & Moder. Rom. q. 82. nu. 47. dicit non inuenisse in hoc contradictorem; licet apud nos in practica a iudicibus non recipiatur. Tu adde, quod non recipiatur ab imperitis iudicibus; sed non a peritis, & bonis iudicibus iudicantibus secundum leges, prout etiam idem firmat Fab. Turret. d. conf. 62. nu. 6.

Confessio qualificata, quando afficiat confidentem.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio qualificata potest scindi, & separari ab ipsa qualitate, quod magis procedit, quando coniectura essent contra confidentem, vel si de delicto aliunde plene constaret, vel si etiam per indicia; licet in hoc ultimo alij contrarium teneant.
- 2 Confessio qualificata, si aliunde non verificetur, sufficit quoad penam extraordinariam, qua pena an possit esse corporalis, vel pecuniaria, distingue vt hic per Authorem.
- 3 Confessio coadiuuata iuris presumptione, cum qualitate exclusiua delicti, non sufficit ad condemnandum in penam ordinariam.
- 4 Confessio qualificata vnica structura verborum emanata sufficit ad euadendam penam ordinariam.
- 5 Confessio facta primo simpliciter, deinde ex interuallo, cum qualitate exclusiua delicti, operatur, vt reus admittatur ad probandam dictam qualitatem, etiamsi in primo examine iurauerit dicere puram veritatem; & si dictum errorem non probauerit, adhuc pena ordinaria non poterit puniri.
- 6 Confessio cum qualitate facta, postquam quis primo negauit delictum, timens forsan ne sit conuictus, non tollit, vt reus non admittatur ad probandam defensionem, etiam si a principio deposuerit cum iuramento. Sed si fuerit plene conuictus de delicto, etiam probata qualitate, debet puniri pena ordinaria. Si vero non fuerit conuictus, & non constet de delicto aliunde, non poterit condemnari in penam ordinariam, & si non adessent aliqua indicia, nisi ipsa confessio, debet tantummodo torqueri.
- 7 Confessio emanata, siue ante affirmatiuam, siue post negatiuam, sufficit solummodo ad penam extraordinariam, vel ad torquendum.
- 8 Confessio emanata post negatiuam incontinenti, quia dixit, Non occidi, sed si occidi, ad defensionem occidi, est in totam acceptanda cum dicta qualitate. Idemque erit, si reus incipit a conditione. Et magis procedit, si adiecit illam clausulam, & non aliter.
- 9 Confessio, cum qualitate circa non prohibita de iure communi non potest scindi a sua qualitate, & hic ponitur exemplum.
- 10 Confessio cum qualitate in pena conuentionali non scinditur.
- 11 Depositiuio testium non potest per fiscum scindi, sed est acceptanda tam pro fisco, quam contra ipsum.

C A P. XXXV.

Quamuis fiscus in hac quaestione videatur habere intentionem fundatam super ipsa confessione, vt illam possit separare a qualitate exclusiua delicti, & acceptare confessionem inclusiuam delictis vt si reus dicat, feci delictum, sed ad meam necessariam

defensionem, & sic, quod commiserit delictum; circa vero necessariam defensionem, si reus non probet, possit condemnari pro homicidio. Bar. in Aurelius, §. Item quaesuit, nu. 2. ff. de liber. caus. l. in l. vt vim, nu. 13. vbi de communi & ibi Seyfel. etiam de communi, nu. 8. ff. de iust. & iur. l. Jul. Clar. q. 55. nu. 14. vbi de magis communi, & practicata opinione. Farin. q. 81. nu. 110. vbi alios allegat Menoch. casu 279. num. 6. de arb. Marfcar. de probat. concl. 868. nu. 10. vbi alios allegat, & de magis communi testatur Tho. Triuif. decis. Venet. 46. nu. 9. & seq. vbi relatis contrarijs, hanc dicit esse communem, & secundum eam alias obtinuisse. Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. c. 25. n. 13. & seq. vbi de communi Vulpell. respons. 44. nu. 4. & seq. vbi de magis communi & in praxi recepta; licet non inficietur magno habere contra dictores. Bertazz. conf. 27. nu. 1. conf. 122. nu. 14. vbi de communi Hier. Giach. ad Clar. q. 55. in lit. E, vbi reddit bonam rationem, & Baiard. nu. 41. Caualean. de Brach. reg. p. 3. nu. 168. vers. attamen, vbi dicit, quod qualitas exclusiua delicti est omnino probanda per ipsum reum confidentem, & ibi concordantes allegat, & quod ipse reus tenetur probare dictam qualitatem. Ccephal. conf. 39. nu. 9. vol. 1. Petr. Caball. casu 56. nu. 29. cent. 1.

Quae communis opinio, vt magis procedat, praetendit fiscus, quando contra dictam confessionem adesset praesumptio iuris, vt possit dictam confessionem scindere a qualitate delicti exclusiua. Thob. Non. conf. 86. nu. 8. in princ. l. Jul. Clar. q. 55. vers. possit. Rimin. iun. conf. 683. nu. 3. vol. 6. vbi de communi, & conf. 769. nu. 3. in fi. vol. 7. Vel si constaret aliunde de delicto, quam per dictam confessionem, per plenas probationes, quia tunc sine dubio potest imponi pena ordinaria delicti, reiecta dicta qualitate delicti exclusiua. l. Jul. Clar. d. q. 55. sub vers. forte posset. Bos. tit. de confes. nu. 24. Felin. in c. at si clerici, n. 2. extra de iudic. Ioseph. Ludou. dec. Lucen. 19. nu. 5. & 6. vbi de communi. Marfcar. d. concl. 867. num. 4. Cum ex plena probatione, etiam sine confessione, possit sequi condemnatio in penam ordinariam. Idemque volunt, si constaret de delicto per indicia, & praesumptiones, Bos. d. tit. de confes. num. 24. Clar. d. q. 55. vers. forte posset, vbi loquitur alternatiue, vel per indicia, vel per plenas probationes. Boer. dec. 164. nu. 15. vers. & hoc intellige. Ac etiam quando qualitas continet factum separatum a confessione possit scindi. Triuif. decis. 46. nu. 29. & seq. Farin. q. 3. nu. 60. q. 81. num. 7. & 110. & seq. Mar. Ant. Macerat. lib. 3. reolut. 5. n. 16. & confessio dicitur tantae efficaciae, vt corroboret testes inhabiles deponentes de delicto iuxta confessionis formam siue testes inhabiles fuerint examinati ante confessionem, siue post. Caesar. de Graf. decis. 173. nu. 4. decis. 174. nu. 2. Moder. Rom. q. 62. nu. 338. & seq. Cauale. de Brach. reg. fram. 68. 1614.

Sed contrarium, quando constat per indicia de delicto, vt confessio scindi non possit ad penam ordinariam, Aduocatus intrepidè sublineat ex traditis per Anchar. q. 40. per tot. Rimin. iun. conf. 83. nu. 13. & seqq. inter consil. crim. diuers. tom. 2. Ofalc. decis. 60. num. 9. vbi de communi, Surd. conf. 179. n. 66. vol. 2. vbi reprobat. Bos. Laderch. Imol. consil. 192. nu. 1. & seqq. vbi late, & dicit, quod Bos. pessime loquutus fuit: & ibi etiam responder Boer. & l. Jul. Clar. in contrarium allegatis, & sequitur Moder. Rom. q. 81. num. 135. &



135. & Petr. Caball. cas. 154. n. 2. vers. saltem quo. cēt. 3. Mar. Ant. Macerat. lib. 3. resolut. 35. num. 17. vbi de veriori, & practica opinione.

2 Si verò non constaret de delicto aliunde, quam per dictam confessionem, tunc etiam poterit puniri reus solum aliqua pœna extraordinaria, Mascard. de probat. conclus. 877. n. 7. Marf. consil. 129. num. 2. Olasc. decis. 60. num. 9. vbi de communi, Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 3. num. 7. & seqq. part. 1. vbi de communi, & practica opinione: & non solum in confessione, qualificata homicidij, sed etiam omnium aliorum delictorum, Pacian. de probat. lib. 1. cap. 25. numer. 16. Bertazzol. consil. 27. num. 2. vbi refert concordantes; & quod ista opinio tanquam magis cõmunis in practica observatur, licet habeat aliquos contradictores; & ibi etiam Claud. in lit. A. & idem Bertazzol. consil. 31. num. 13. consil. 122. nu. 11. vbi de magis cõmuni, & practica opinione, & consil. 450. num. 1. de frequentiori, & receptiori sententia, Bursatt. consilio 77. nu. 18. & 25. lib. 1. vbi etiam de communi, Cauale. de Brach. reg. part. 3. num. 168. circa fin. Farin. q. 71. n. 151. Pacian. conf. 98. num. 18. Quia quodlibet delictum habet aliquam causam præcedentem, vt puta prouocationem in homicidio, & ob id qui fatetur homicidium interpretatur, quod illud fecerit ad suam defensionem, Dec. in l. vt vim, nu. 17. in fin. ff. de iust. & iure, Cauale. de Brach. reg. fragm. 67. & ob id Hõd. conf. 96. nu. 24. lib. 1. dicit, quod, quando non habet aliquam præsumptionem iuris contra se, sequi non debeat aliqua pœna; & Doct. adducti per Mascard. conclus. 867. n. 1. & 9. & seqq.

Sed caueat Aduocatus, quod, etiã retenta opinione, vt sequi possit pœna extraordinaria, dicta pœna non debeat esse corporalis, sed tantum pecuniaria, Gabr. concl. 19. n. 8. lib. 7. Anchar. q. 40. n. 4. in fi. Villalob. com. opinio. lit. C. num. 146. Rim. iun. num. 14. tom. 2. crim. qui loquitur de pœna pecuniaria, vel exilij, Bertazz. conf. 27. num. 2. 5. & seq. vbi testatur ita alias fuisse iudicatum, & respondet, Gram. vot. 2. contrarium testanti; & ita etiam seruatum fuisse testatur idem Bertazz. consil. 31. num. 13. in fin. consil. 122. nu. 15. & consil. 449. num. 31. consil. 450. num. 1. latè Menoch. de arb. cas. 279. num. 6. & seqq.

Licet alij voluerint, quod, si ageretur de pœna capitali, vel de morte naturali, pœna ista extraordinaria debeat esse corporalis, Gram. vot. 2. in fin. decis. 8. Gabr. d. conclus. 19. num. 8. Clar. q. 55. vers. forte posset, Moder. Rom. q. 81. nu. 160. vbi de veriori opinione. Quod ego reputo verum in primo casu, quando confessio esset coadiuuata per alia indicia, & probationes. Secus si confessio esset nuda, & sola: quia tunc non posset sequi pœna corporalis, sed alia pecuniaria, vel exilij, Boff. tit. de confess. n. 24. vers. 3. declara, Marfil. 5. postquam, num. 23. in pract. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. num. 26. Rim. iun. consil. 127. num. 3. & 9. vol. 1. Honded. conf. 96. nu. 24. & seq. vol. 1. Et quod grauior pœna, extraordinaria tamen imponi debeat, si contra confessionem labore iuris præsumptio, quam si aliqua præsumptio inditium, vel præsumptio non extet, tenet etiam Modern. Roman. in q. 81. num. 171. reiecta opinione, Franc. Casson. in tract. de torment. capit. 18. num. 15. & seqq. vbi voluit esse imponendam pœnam ordinariam, quando contra confessionem adesset iuris præsumptio.

3 Si vero confessio coadiuuetur etiam iuris præsumptione, nec etiam erit imponenda pœna ordinaria, neque alia corporalis, cum qualitas defensionis probetur etiam præsumptiue, Franc. Casson. de tormentor. cap. 18. d. nu. 15. & seq. Imo Aduocatus inplet pro totali liberatione isto casu, prout voluit Sarmiet. select. interpret. cap. 1. num. 11. vers. ego existimo; cum ad probandam defensionem sufficiant præsumptiones, & coniecturæ arbitrio iudicis, Cephal. conf. 140. nu. 13. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. nu. 50. Eugen. consil. 31. num. 70. Honded. consil. 96. num. 25. & consil. 112. nu. 28. lib. 1. consil. 87. num. 33. lib. 2. Petr. de Surd. conf. 173. nu. 66. vol. 2. Et quod, si aliunde constet de veritate qualitatis in confessione adiectæ per confitentem, non possit imponi aliqua pœna; tam ex probationibus, Ant. Gabr. conclus. 16. num. 11. lib. 7. de confess. quam ex præsumptionibus ibi per Gabr. num. 14. Vulpell. respons. 94. num. 10. vbi ponit exemplum Bertazz. consil. 27. num. 10. in fin. num. 11. & seqq. & ibi Claud. in addit. in lit. A. & Bertazz. consilio 449. nu. 14. & seqq. vbi ponit plures præsumptiones, quibus probatur qualitas defensionis confessioni adiectæ; & consilio 450. num. 2. & seqq. vbi repetit idem, & Surd. & Hond. vbi supra.

4 Et ad euadendam etiam pœnam ordinariam, Aduocatus deducat emanasse confessionem unico struatu verborum, Abb. in cap. auditis, Mascard. conclus. 867. numero 7. Bertazz. consil. 27. num. 4. lib. 1. Moder. Roman. q. 81. num. 116. Sed sub num. 167. dicit, etiam procedere, si emanauerit sub duplici struatura verborum, vt nullo modo imponi possit pœna ordinaria delicti.

5 Imo, quod plus est, etiam si, post confessionem simpliciter factam de delicto, reus ex intervallo allegauerit qualitatem defensionis, est ad illam probandam admitteendus, Seyfell. in l. vt vim, sub num. 81. de iustit. & iur. Boff. tit. de confess. num. 31. Villalob. common. opin. vers. reus, num. 64. in fine, vbi de communi, Clar. q. 55. vers. forte posset in fin. Mascard. conclus. 867. num. 5. seq. vbi de communi, etiam si iurauerit dicere puram veritatem, quia adhuc, non obstante iuramento, potest ex intervallo allegare dictam qualitatem defensionis, & illam probare, Boff. tit. de confess. numero 35. Moder. Rom. q. 81. nu. 124. Et etiam sub n. 126. firmat, quod debeat admitti ad probandum errorem qualitatis confessionis, nempe si falsus fuerit homicidium commississe appensatè, vt possit deinde probare errorem dictæ qualitatis, Sforz. Odd. conf. 15. numero 24. latissime, Petr. Caball. cas. 49. per totum, & ibi in fin. testatur de communi, & de æquiori sententia. & quod valdè erraret iudex, si aliter faceret, & si illam non probauerit, adhuc pœna ordinaria puniri nõ possit, las. in d. l. vt vim. numer. 13. in princ. & vers. tu tamen, num. 161. Seyfell. num. 81. & seq. licet Mascard. & alij per eum alleg. conclus. 667. n. 5. contrarium teneant; & idem firmat Clar. q. 55. numer. 15. vers. itam intelige, vt, si dictam qualitatem non probet, puniatur pœna ordinaria delicti, Farin. consil. 25. num. 72. vbi de communi, & ibi Adden. in lit. 8. qui alios allegant pro ista opinione: licet etiam allegent alios pro contraria opinione. Et quod, si dictam qualitatem non probet per testes, vel per torturam, debeat puniri pœna ordinaria. firmat Boer. decis. 164. numero 12. sequen. testatur de communi, Farinac. consil. 6. numer.



28. Sed Boer. subdit vbi supra, quod, si dicta qualitas incontinenti fuerit adiecta confessioni, nullo modo sequi possit pena ordinaria delicti. Moder. Rom. d. d. quæst. 81. num. 120. & Add. ad eundem in conf. 25. in lit. S. vbi concordantes allegant.

6 Idem erit si reus ab initio negavit delictum, & postea timens esse conuictum, vel ex quacunque alia causa fateatur delictum cum qualitate defensionis, debet reus admitti ad probandam dictam defensionem; etsi a principio deposuisset cum iuramento. Boss. tit. de fals. n. 66. vbi reprobatur Gand. contrarium tenentem; & loquitur in Notario, qui a principio falsitatem negavit, deinde videns se conuictum, dixit, non dolo, sed per errorem fecisse, vt sit admittendus ad probandum allegatum errorem. Vulpell. respons. 96. sub numer. 4. Bertaz. conf. 31. nu. 10. & seq. Mascari. de prob. concl. 867. nu. 6. vbi de communi Laur. Tenin. cautel. 28. nu. 7. Franc. Person. de indic. & tortur. n. 89. Gail. pac. publ. lib. 1. c. 18. nu. 6. vbi de communi.

Et si reus ita negans, & postea confitens cum dicta qualitate fuerit de delicto conuictus, tunc, non probata dicta qualitate, debet pena ordinaria puniri. Boer. dec. 164. nu. 12. & nu. 14. in fi. Tenin. d. cautel. 28. nu. 7. & seq. Et ego dixi supra num. 1. Si vero non fuerit conuictus, tunc, si non constat de delicto aliter, quam per suam confessionem, Boss. in tit. de fals. num. 65. & seq. quicquid de rigore iuris dici possit, firmat, vt condemnari valeat in penam ordinariam delicti; tamen ipse, si iudex esset, solum reum torqueret. Sed Moder. Rom. in q. 81. n. 131. dicit, quod Boss. erravit dum voluit, quod debeat torqueri, cum sit in isto casu negans, & postea confitens cum dicta qualitate, condemnandus in penam extraordinariam, sed caueat ipse Moder. Rom. quod ille loquitur, quando iste negans, & postea confitens cum dicta qualitate esset alius iudicis grauitus. Quod ego etiam admitto per ea, quæ dixi supra nu. 2. Boss. autem non loquitur in isto casu, sed loquitur, quando non adisset, nisi confessio reus cum dicta qualitate, vt tunc sit torqueadus, cuius opinionem ego amplector; cum non desint alii, qui in isto casu teneant confitentem esse absoluentem, vt supra dixi, num. 2. post princ.

7 An vero confitens cum dicta qualitate, incipiendo ab affirmatiua, vel a negatiua debeat torqueri, vel potius condemnari in aliquam penam extraordinariam, dixi supra in defens. 31. c. 9. Et si torqueatur, & sustineat, debeat absolui. Bertaz. conf. 27. nu. 8. vbi refert ita fuisse iudicatum. Baiard. q. 55. nu. 46. vbi alios allegat Mar. Ant. Macer. lib. 3. resolut. 35. n. 19. qui etiam testatur, quod in casu suo ille fuit absolutus.

8 Si vero reus, non ex intervallo, sed incontinenti incepit a negatiua, quia dixit, non occidi, sed si occidi, ad defensionem occidi, tunc confitens habetur pro negante, & non potest talis confessio pro parte acceptari, & pro parte respui. Boss. tit. de confess. num. 252. & tit. de respons. a reo facien. num. 2. Clar. q. 55. verba cautius igitur, vbi de communi Laur. Tenin. caut. 28. nu. 6. Ant. Gabr. tit. 7. de crimin. concl. 19. n. 13. Idemque erit, si incepit a conditione, nempe si dixit, si inter feci, interfeci ad defensionem. Iaf. in l. vt vim, nu. 13. ff. de iust. & iur. Cyril. in sum. crim. rubr. 16. de conf. fess. §. 2. nu. 14. & de communi testatur Farin. q. 81. n. 142. & seq. vbi tamen subdit, quod iudex non debet admittere talem conditionatam responsionem, sed

vt respondeat affirmatiue, vel negatiue præcisè, alias potest pro dicta præcisè responsione torqueri. Cason. de torment. cap. 18. rubr. de confess. spontan. num. 19. Si vero deinde reus ita respondens plene conuincatur de delicto, poterit puniri pena ordinaria. Si vero per coniecturas, & præsumptiones, pena extraordinaria, vt dixi supra num. 1. Sed Farin. d. q. 81. nu. 147. in fin. dicit, quod ad hæc effugienda, iudex debet cogere ad simpliciter respondendum, & quod ita a bonis iudicibus præcatur, dato prius termino ad se defendendum, vt dixi in defens. 31.

Sed Aduocatus caueat, si vltra dictam responsionem qualificatam, adiecerit confitens illam clausulam, & non aliter, &c. tunc sciat, quod fiscus non potest scindere dictam confessionem, neque eius qualitatē; sed in totum habetur pro negatiua, nisi aliter delictum probetur ex doctrina Bal. in l. si quidem, num. 3. C. de except. vbi testatur, quod ita quotidie præcatur, quæ opinionem sequatur Herculan. de negat. num. 198. Boss. tit. de confess. num. 26. & tit. de respons. a reo facien. nu. 2. Gabr. d. concl. 19. nu. 9. Vulpell. respons. 44. nu. 7. & respons. seq. n. 1. vbi de communi, & alios allegat. Sed Fulu. Pacian. de prob. lib. 1. c. 25. nu. 52. latè reassumit hanc quæstionem, & videtur inclinare contra Bal. & tandem distinguit inter causam civilem, & criminalem, vt opinio Bald. procedat in causa criminali, non autem in causa civili. Sed Farin. d. q. 81. nu. 148. in fine, dicit opinionem Bal. esse communiter sequantam in vtraque confessione, tam in civili, quam in criminali causa emanata. Et satis est, quod in criminalibus, omnes conueniant, vt tali casu non sit scindenda confessio.

9 Et Aduocatus deducat etiam in fauorem confitentis, quod confessio cum dicta qualitate scindi non potest, quia non verlamur circa prohibita de iure communi, & quæ contra se præsumptionem habent; & ob id confessio sit acceptanda cum dicta qualitate. Follet. in verb. & si confitebuntur, num. 47. Ant. Gabr. d. concl. 19. nu. 10. lib. 7. vbi loquitur in eo, qui falsus fuit expedisse monetam falsam ignoranter, quam bonam reputabat. Honded. conf. 96. nu. 25. lib. 1. Bertazz. conf. 2. nu. 9. Claud. Bertazz. ad Patrem in consil. 27. in lit. A, in fi. Hier. Gabr. conf. 170. n. 24. li. 1. Boss. tit. de confess. nu. 23. in fin. vbi infert ad illum, qui fatetur detulisse frumentum extra territorium, sed cum licentia; cum non simus in prohibitis a iure communi, & in habentibus præsumptionem contra se. Sed ista opinio Boss. redditur dubia, per ea, quæ latè tradit Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. c. 25. num. 9. & 27. & seq. ex traditis per Bal. in conf. 79. volum. 2. qui voluit posse scindi confessionem illius, qui dixit extraxisse merces extra territorium, sed cum licentia Gabellarum; cum fraudatio Gabellarum sit de genere prohibitorum. Idemque est dicendum in extractione frumenti extra territorium, cum communiter per totam Italiã sub grauib. poenis prohibeatur; & sic videtur concludere, posse confitentem puniri aliqua pena extraordinaria; prout firmat etiam Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 19. nu. 14. p. 1. & Farin. q. 81. n. 150. & seqq. sed quod isto casu non possit puniri aliqua pena, nisi concludenter probetur contrauentio per fiscum, sed debeat confitens absolui, tuctur Pet. Cabal. casu 254. nu. 3. & seq. cent. 3. vbi sub nu. 9. subdit, etiam si reus, vel confitens assumpserit in se onus probandi licentiam, & non



& non probauerit, & eo magis dicit procedere, si de aliqua verisimili coniectura, vel præsumptione appa-  
reret pro dicta confessione circa dictam licentiam  
datam. Et ob id Aduocatus in proposito adeat d. Pe-  
tr. Caball. qui bene tueretur totum articulum in fauo-  
rem confitentis.

10 Si vero ageretur de pœna conventionali de non  
offendendo, & quis confiteatur se vulnerasse ad sui  
defensionem, non poterit de pace, vel tregua rupta  
puniri. Baiar. in q. 55. num. 42. & ego latè dixi in meo  
tract. de pace, & tregua, &c.

11 Ac etiam in testibus semper est acceptanda depo-  
sitiō in totum, vel in totum reiicienda, nec qualitas  
adiecta depositioni scindi potest, ita declarat post  
alios, quos allegat Petr. de Sord. conf. 173. nu. 68. vol.  
2. & Simon de Prêt. conf. 178. num. 10. verè. clarius, &  
nu. 11. Farin. q. 3. nu. 19. & seq. vbi alios allegat Ca-  
ualc. de testib. p. 3. num. 70.

Confessio spontanea, quando operetur dimi-  
nutionem pœnæ.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio spontanea operatur, vt confitens mitius puniatur, etiamsi emanauerit metu probationum.
- 2 Confessio spontanea inducit præsumptionem, vt confitens sine dolo deliquerit.
- 3 Confessio spontanea, quando agitur in foro pœnitentiæ, ac in foro Ecclesiastico, vel in foro claustrali ad correctionem Regularium, semper mitius interpretatur. Et gratia a Principe facilius conceditur sponte confesso.
- 4 Confessio spontanea operatur diminutionem pœnæ etiam vbi imponitur pœna ipso iure, et in pœnis arbitrarijs, et in pœnis determinatis a lege.
- 5 Confitens delictum, si negat qualitates illud aggravantes, de quibus postea conuincitur, an gaudeat dicto beneficio minoris pœnæ.

C A P. XXXVI.

1 **P**RO complemento istius defensionis, Aduocatus  
recurrat ad illam defensionem, quæ resultat ex  
spontanea confessione, vt per ea confitens mitius puniendus sit. Mar. Soc. in c. qualiter, & quando, el. 2. n. 976. extra de accus. Tiraq. de pen. tempor. cau. 30. n. 1. & seq. vbi latè, & alios allegat Foller, in pract. in verb. & si confitebuntur. nu. 82. Bertaz. conf. 357. n. 4. vbi de communi conf. 305 n. 27. Rim. iun. conf. 245. num. 57. & seq. lib. 3. Et hoc a statutis ferè per totam Italiam inductum est. optima ratione cum per ipsam confessionem fiscus releuetur ab onere probandi, & ideo debeat grauari, vt mitius confitens puniatur, sicut ille, qui negat grauatur fisco onere probandi, ideo reus negans est dignus grauiori pœna, latè post alios, quos allegat Petr. Cabal. casu 56. nu. 1. & seq. & ibi ponit multas quæstiones circa dictam pœnæ diminutionem, ad quem in proposito remitto Aduocatum, cum illas bene suo solito more succinè, & doctè declarauerit.

Et est vera ista conclusio, vt sit mitius agendum cum sponte confesso, etiam si talis confessio emanauerit metu probationum, arbitrio tamen iudicis; maxime si aliquo onere probandi fiscus, vel accusator fuerit releuatus. Hoslien. in c. de hoc, nu. 1. & seq. extra de simon. & ibi Anan. num. 6. Felin. nu. 6. Doct. in

c. at si clerici extra de iud. & præcipuè Abb. num. 8. Aret. nu. 9. Bero. nu. 87. vbi latè Bertaz. conf. 105. nu. 29. lib. 2. licet aliqui contrarium voluerint, relati per Modern. Rom. q. 81. nu. 175. Pet. Cabal. casu 56. n. 83. & seq. dicit, quod si a principio negauit, & deinde sponte fateatur cum aliqua qualitate exclusiua delicti, licet audiendus sit super delicto principali, tamen quoad diminutionem pœnæ non erit amplius audiendus, cum iam per primam negationem amiserit privilegium statuti, & etiam probato cōtrario, fisco amplius auferri non posset, quia verè non dicitur sponte confessus. Et easdem declarationes reassumit Moder. Rom. q. 81. nu. 177. sed contra istam declarationem de communi testatur Hier. Hispan. in tract. cōmun. contra comm. q. 416. in fine, & maxime si factus fuerit post torturam non gaudebit dicto beneficio minoris pœnæ. Caualean. de Brach. reg. in fragmentis, fragm. 59.

2 Imò ex spontanea confessione, non solum confitens gaudet beneficio minoris pœnæ, sed etiam ex ea præsumitur deliquisse sine dolo. Becc. conf. 96. n. 15. Port. Inol. conf. 95. Bertaz. cōf. 193. n. 14. Joseph. Ludou. concl. 15. verè. antepen.

3 Si vero ageretur de fauore animæ, & in foro pœnitentiæ, ac in foro Ecclesiastico, ac ageretur de dispensatione facienda, vel in foro claustrali ad correctionem regularium, siue dubio semper mitius agitur, vt latè declarat Bero. in d. c. at si clerici, nu. 83. & nu. 91. & seq. Et multo magis, quando agitur de obtinendo gratiam, vel indulgentiam a Principe, quia semper facilius conceditur sponte confesso, quam conuictio, vel alias metu tormentorum torto, siue causa sit in foro Ecclesiastico, siue in foro laicali. Bero. d. c. at si clerici. nu. 29. in fine.

4 Et licet aliqui voluerint, quod in casibus, in quibus pœna ipso iure imponitur, non esset vera ista conclusio, vt mitius cum sponte confesso agendum sit, quos refert Moder. Rom. q. 81. nu. 181. Tamen ibi iudicis, contrarium alios tenere, & in specie Dec. in d. c. at si clerici, nu. 56. Aug. ad Ang. in loco relato per Tiraq. de reuocan. donat. in verbo reuertatur, num. 313. vbi contrarijs respondet, vt procedat non solum in pœnis arbitrarijs, sed etiam in pœnis certis a lege statutis. Bero. d. c. at si clerici, nu. 83. & seq. sed sub nu. 90. dicit hoc procedere in iudice ordinario, secus in delegato, qui solum in arbitrarijs poterit mitius agere cum sponte confesso, vbi dicit in hoc esse tex. in c. de causis extra de offic. deleg.

5 Si verò reus fateatur delictum, sed negat qualitates illud aggravantes, de quibus postea conuincitur, an gaudeat dicto beneficio, latè simè ponit Petr. Cabal. casu 56. nu. 29. vbi alios allegat, & deinde infert ad plura, & si primo negauit, & postea incontinenti factus est dictas qualitates sine dubio gaudebit beneficio statuti. Cauale. de Brach. reg. fragm. 69. vbi concordantes allegat, imò gaudebit etiam si simpliciter factus fuisset delictum super qualitatibus in confessione omisis, vt latè dixi in meo tractatu de pac. p. 1. q. 24. per totam, imò etiam si fateretur dd. qualitates postquàm fuerit conuictus, adhuc gaudebit statutis beneficio circa diminutionem pœnæ, vt de cōi testatur Hier. Cequal. in tract. cōm. contr. cōm. q. 416. vbi etiam concordantes cumulat, ex quibus impositus est huius huic præsentis defensionis, hac die 10. Junij 1612.



## DEFENSIO XXXIII.

## Circa Pœnam.

**P**œnam fuit carcerato illata tortuta, si fuit confessus, debet puniri, si vero substinuit, debet relaxari a carceribus, ac absolui. Sed quia de isto ultimo dixi, an sit simpliciter relaxandus, vel cum cautione, vel absolvendus ex capite innocentiae, vel simpliciter diffinitivè, vel cum clausula, ex hæcenus deductis, & an, & quando possit ex novis indicijs superuenientibus iterum torqueri, supra in defens. 2. c. 7.

Ideo solummodo restat videre, quando fuit confessus, de sibi irroganda pœna, sed quia abundè Tiracquel. in suo solemnè tractatu multa scripsit de pœnis, & Farin. tit. de pœn. Minorand. ac latissimè Cauale. de Brach. reg. p. 4. per totam, ideo referam solummodo nonnullos casus magis quotidianos.

## Pœna an possit infligi sine sententia.

## S V M M A R I V M.

- 1 Pœna imponi non potest, neque exequi sine sententia.
- 2 Sententia adeo requiritur ad pœna impositionem, ut non sufficit, si manu iudicis reperiat scriptum in Processu, vel in Diario, seu Broliardello, quod fuerit reus condemnatus in certa pœna.
- 3 Sententia declaratoria etiam in crimine læsæ Maiestatis requiritur ad pœnam irrogandam, quæ fit cum cognitione causæ parte citata, & ubi imponitur pœna ipso iure, & a dicta declaratoria datur appellatio, & quid in factò notorio, an requiratur declaratoria.
- 4 Pœna executio in quibus casibus concedatur sine sententia, remissivè.
- 5 Pœna extraordinaria punitur reus, quando proceditur contra eum non per accusationem, sed per inquisitionem de iure canonico.

## C A P. I.

**A**duocatus insurgat contra pœnam impositam, vel exactam, malè fuisse impositam, seu exactam, si sententia iudicis non præcesserit, tex. in l. 1. C. de execut. rei iud. Pet. Cabal. casu 134. num. 1. & Baiar. post alios, quos allegat q. 93. nu. 8. etiam si tale sit crimen, pro quo pœna ipso iure sit imposita, cum tamen declaratoria facti requiratur, & ideo ante dictam declaratoriam executio attentari non potest, c. cum secundum, §. si de hæret. in 6. Alex. conf. 103. n. 17. & conf. 124. n. 2. lib. 1. Vant. de nullit. ex defect. process. nu. 94. Pet. Cabal. d. casu 133. nu. 2. Ant. Gabr. concl. 12. n. 4. & nu. 5. in fi. testatur de magis communi, latè Seraph. de priuil. fisci, lib. 4. tit. 5. nu. 8. latè etiam Franc. Person. in tract. de Gabel. n. 2. & seq. Plot. conf. 30. num. 6. lib. 1. Iason conf. 46. num. 5. vol. 3. & ego dixi in tractatu de confiscatione bonorum, conclus. 16. per totam, & quod requiratur sententia in omni pœna obligatiua, Afflictiua, Priuatiua, & Exclasiua, l. si qua pœna, ff. de verb. signif. Put. in verb. pœna c. 4. nu. 5. de syndicato.

Et in tantum requiritur sententia ad pœnæ executionem, ut non sufficeret, si in calce processus appareret scriptum, siue notatu manus iudicis, quod processus fuerit expeditus, & condemnatus in certa pœ-

na, vel si idem apparet scriptum, vel notatum in liberculo super rebus officij conscripto, quem Diarium appellant, ut latè docet, post alios quos allegat Pet. Cabal. casu 133. nu. 3. & seq. vbi subdit, maximè procedere ex generali consuetudine totius Italiae, at si in aliquo loco vigeret etiam consuetudo, quod sententiae registrantur in aliquo libro, talis simplex annotatio carens solemnitatibus solitis adhiberi in sententijs non diceretur sententia, & si talis dici posset, erit nulla, & inualida, & ob id consilium Neapolitanum dixit non esse standum annotationi factæ per iudicem in processu, quod reus esset liberandus, præstita cautione, licet idem annotatum fuisset in libro, vbi describebantur decreta, cum talis annotatio non esset in forma solitæ sententiæ, ut testatur Vinc. de Franc. decis. 185. in prima parte, & sequitur Pet. Cabal. d. casu 133. nu. 6.

Quæ sententia, & delaratoria requiritur etiam in crimine læsæ Maiestatis. Doct. adducti per Ant. Gabr. d. concl. 11. n. 4. & 5. vbi de magis communi Francisc. Personal. in tract. de Gabel. num. 4. testatur de practica totius mundi, & ibi alios fere infinitos cumulauit.

Et talis declaratoria fit cum maxima causæ cognitione, & parte citata. Plot. d. conf. 30. nu. 7. etiam in casibus, in quibus pœna ipso iure infligitur. Pereg. de iure fisc. lib. 5. tit. 1. n. 172. vbi de communi, & post alios, quos allegat, loquitur in crimine læsæ Maiestatis. Modern. Roman. q. 116. num. 15. vbi de communi, & veriori sententia. Et ego dixi in dicto tractatu de constit. bon. concl. 16. n. 6. & seq.

A qua declaratoria datur appellatio, latè Seraph. de priuil. fisc. lib. 4. tit. 5. nu. 9. & sub nu. 13. quærit, an dicta declaratoria possit ferri post mortem delinquentis. Et ego dixi in tractatu prædicto de confisc. bonorum, concl. 18.

Et quid in notorio delicto, an requiratur declaratoria, vide Gabriel. d. concl. 12. nu. 2. & 5. Seraph. d. li. 4. tit. 5. nu. 11. Et ego declaravi in dicta concl. 16. nu. 10. & seq. & ibi alios concordantes cumulauit. † Et si fiscus velit habere, in quibus casibus possit obtinere executionem sine sententia, adeat Ant. Gabr. d. concl. 12. & quod etiam in executione requiratur declaratoria. Plot. conf. 78. nu. 19. vbi alios allegat.

Ac etiã declaratoria requiritur, quando contumax habetur pro confessio, de communi testatur Soc. in c. fi. nu. 34. de iuram. calum. & de veriori, & magis rationi consona, post alios, quos allegat, firmat Hieron. Hisp. in tract. com. contra com. q. 478. num. 1. & 2. & esse tenendam in consulendo, & iudicando, ibi etiam firmat.

Et sciat Aduocatus tueri suum clientem, & deducet, quod contra eum fuit processum non per accusationem, sed per inquisitionem, & ideo de iure canonico non posse puniri pœna ordinaria, sed in alia mitiori arbitrio iudicis, cap. inquisitionis, de accus. vbi Marian. Soc. in sen. num. 1. 6. 7. 27. in fi. & in c. qualiter, & quando, eod. tit. nu. 1185. & nu. 1189. Decian. in tract. crim. lib. 3. c. 30. nu. 5. Menoch. de arbit. cent. 6. casu 594. num. 1. lib. 2. vbi subdit hanc differentiam non fieri de iure Cæsareo, nisi vbi imponitur pœna infamiae, quam quis non patitur, quando iudex procedit per inquisitionem.



Pœna tenere debet suos auctores.

S V M M A R I V M.

- 1 Pœna tenere debet suos auctores; et hic ponuntur exēpla.
- 2 Prætor, vel officialis tenetur pro delicto, et facto a sua familia, secundum unam opinionem, alij contrarium tenent, et hic Author istas contrarias conciliat opiniones.
- 3 Prætor, si civiliter agatur pro facto a sua familia, si familiaris deliquit circa concernentia officium, tunc tenetur, secus si extra officium, sed Prætor deinde recuperat soluta pro suo famulo.
- 4 Famulus potestatis quando dicatur delinquere circa concernentia officium, vel extra officium.
- 5 Prætor, si aliquid consecutus fuit de gestis extra officium per suum famulum, tenetur ad interesse. Idemque erit, si culpa Prætoris deliquerit, ut tunc, nec etiam exhibendo delinquentem, Prætor liberetur.
- 6 Famulus non deputatus a Prætoribus, si delinquet, Prætor non tenetur.
- 7 Dominus retinens famulos, vel officiales improbos, tenetur de gestis per eos, ac etiam tenetur dictos officiales delinquentes exhibere.
- 8 Pœna quando pro delicto unius instigatur alteri, et an procedat quoad pœnam pecuniariam, vel etiam corporalem.
- 9 Pœna pro delicto unius alteri imponitur, quando est plene delictum probatum, et non sufficit confessio facta resultans ex contumacia.

C A P. II.

- 1 **C**Aueat Aduocatus, si iudex vellet imponere pœnam alicui pro delicto alterius, ut exclamet, quod minime facere potest, quia pœna tenere debet suos auctores, & vnus non debet teneri pro delicto alterius, l. sancimus, C. de pœn. l. si quis in suo §. legis C. de inoffic. testamen. Iulius Clarius q. 86. in princ. Magon. decisione Lucen. 27. nu. 1. Cartar. de execut. senten. in præfat. num. 7. vbi in iure humano, & Diuino dicit regulam istam esse fundatam, Modern. Rom. q. 24. nu. 1. & per totam dictam quæstionem infert ad plura, & latè Card. Tusch. in litt. P. cōclus. 2 12. n. 1. & seq. vbi per totam etiā infert ad plura, Rim. Iun. conf. 88. num. 12. vol. 1. Sim. de Præt. consil. 191. nu. 1. Baiard. in q. 86. nu. 1. & seq. & ante istos latissimè Capr. reg. 77. vbi etiam ad plura infert, & in specie inferūt quando pater pro delicto filij, & è contra, Dominus pro delicto famuli, communitas pro delicto commissio in eius territorio, vniuersitas pro delicto commissio per eius vices, & generaliter; quando valeat statutum, vt vnus teneatur pro delicto alterius, Menoch. de Arb. cas. 345. & de præsumpt. lib. 5. q. 27. Mascard. de probat. conclus. 1300. & Afflict. in constit. Paçtaren. nu. 33. ponit, quod in duodecim casibus pater teneatur pro delicto filij, & quando delictum familie, serui, officialis, & similibus, obliget dominum, potestatem, Capitaneum, & officiales, latissimè ponit Bero in cap. 1. num. 41. seq. de restit. spol. Et statutum disponens, vt vnus teneatur pro alio, an valeat, & quomodo intelligi debeat, vide latè Baiard. d. q. 86. n. 1. cum plur. seq. super qua quæst. nolo multum insistere, quia supra dicti Moder. Menoch. Farin. Bero. & Baiard. latè post antiquos, eā declararunt per quam plures ampliatio-

Tomus Secundus.

nes, & limitationes, & latè nouissimè Adderan. Mascard. de statut. conclus. 4. num. 91. cum plurib. seqq. Ioann. Bott. consil. 30. num. 4. & seq.

- 2 Sed solum, cum sæpissime in facto contingat, an potestas, vel Gubernator, seu officialis teneatur pro facto suæ familie, & omnes videntur concludere in partem affirmatiuā; per tex. in l. 1. C. ad leg. Iul. repetund. & l. 1. §. familie, vbi scribentes ff. de publican. Aufred. ad Cappel. Tholos. decis. 196. n. 3. Bofs. de offic. corrupt. num. 31. Menoch. cas. 345. num. 1. & seq. vbi reddit rationem, quia familia censetur facere de consensu Prætoris. Rom. conf. 338. n. 7. consil. 434. in fin. & prius dixit in conf. 11. n. 12. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 40. Modern. Rom. d. q. 24. n. 53.

Alij autem constituunt regulam in contrarium, vt officialis, vel potestas non teneatur de gestis, & factis per suam familiam, prout hanc regulam constituit Felin. in cap. Petrus, num. 3. de homicid. Alciat. in d. præsumpt. 40. & ob id Decian. respons. 4. num. 62. vers. quia respondetur, vol. 3. dicit in dubio standum esse regulæ, ex cumulatis per Dec. in conf. 142. n. 4. & conf. 552. num. 5.

Pro conciliatione autem istarum opinionum Doct. videntur distinguere, vt si agatur criminaliter pro delicto familie, nunquam officialis teneatur, glos. in l. obseruare §. proficisci in verb. vindicta in fin. de offic. Proconsul. Felin. in d. cap. Petrus, nu. 8. vers. 6. declara Roman. sing. 127. Iaf. in l. non impossibile, num. 2. de pact. Marfil. conf. 16. n. 27. & in Pract. §. examinanda num. 12. Decian. respons. 4. n. 62. vers. item respondetur, vol. 3. vbi sub num. 63. plus tenet vt procedat, quando delictum fuit commissum per nuncios, seu satellites, qui essent malæ famæ, cum ad talia officia nõ eligantur, nisi viles, armigeri, & ribaldi, & idem voluit in consil. 25. n. 14. vol. 2. Hond. conf. 97. nu. 35. vol. 2.

- 3 Si verò civiliter agatur, tunc videntur Doct. distinguere, aut deliquit famulus circa cōcernentia officij, & tunc Prætor teneatur ad interesse ciuile parti, Fel. in d. c. Petrus, n. 13. de homicid. Aufred. in d. decis. 199. n. 2. Frac. Marc. decis. 423. num. 13. par. 1. Decian. d. conf. 4. num. 62. vers. præterea Card. Tusch. in lit. P. conclus. 2 12. n. 11. sed isto casu sciat Aduocatus deinde consulere, vt prætor recuperet a suo famulo delinquente omne, quod pro suo delicto soluit, & mercedem ei retineat, Aufred. in dict. decis. 196. in fin. & post Speculat. in tit. de iur. iuran. & damnat. §. fin. vers. penult. Art. & Ioa. Fab. firmat Moder. Ro. n. in q. 24. nu. 90. secus vero, si delinquat in eis, quæ officium non concernunt, quia dominus, nec etiam civiliter tenetur, Felin. in dict. cap. Petrus, nu. 6. ex trad. per Bald. in l. si prædium C. de edilit. act. decian. d. conf. 4. num. 2. Farin. dict. q. 24. num. 55. & seq. Rom. consil. 11. n. 3. conf. 338. n. 7. & seq. vbi Mandos. latissimè Gerard. Mazol. consil. 102. num. 14. & seq.

- 4 Sed difficultas est quando dicatur delinquere famulus circa concernentia officium, vel extra officij, & Franc. Marc. decis. 425. nu. 7. p. 1. dixit si famulus, vel Camerarius, seu Porterius aliquam simoniam fecerit vel pecuniam extorserit, vt Potestatem rogaret ad aliquam gratiam, vel indulgentiam faciendā, ipse potestas non teneatur de tali extorsione, & idem dicit esse in Notario, si aliquid recipiat vt eundem Potestatem roget; cum famulus non esset deputatus ad aliquod officij, & Notarius non receperit pecunias

M vti Nota-



vti Notarius. Quam declarationem impugnat Parisi-  
nac. in dict. q. 24. nu. 58. & seq. cum ista famulum, &  
notarius pecunias extorserint colore seruitij, vel offi-  
cij, siue notariatus, & ideo dicantur delinquere in cō-  
cernentibus officium, & ob id potestatem teneri, &  
dicit ita fuisse in vna Romana Notariatus in Rota  
pro Simone Garzia cōtra Octauium de Totis die 14.  
Octobris 1583. resolutum, & dicit etiam esse de men-  
te Menoch. cas. 345. num. 2. dum dixit, pena leg. Iul.  
repetund. cum teneri, qui cum in magistratu, esset ipse  
vel eius minister, aut Manipularius extorsit pecuniā,  
& adest alia decisio Foram Seraphini decisione 754.  
par. 1. Diuers.

In hac autem quæstione pro defensione Prætoris  
Aduocatus insurgat, quod tunc famulus, vel nota-  
rius dicatur delinquere colore officij, & circa concer-  
nentia officium quando non potuerit illud delictum  
committere, nisi fuisset notarius, vel famulus, vt bene  
resoluit Rot. corā R. P. D. Litta in vna Romana no-  
tariatus ad fauorem D. Petri Antonij Cataloni No-  
tarij A. C. sub die 27. Lunæ Ianuarij 1597. & ob id di-  
xit eundem Catalanum pecuniam nō teneri restituere,  
quas recipit N. notarius occasione in euada societa-  
tis officiorum, quia licet receperit colore officij no-  
tarius pro dicta societate contrahenda, tamen easdē  
pecunias potuerit etiam recipere vti mediator, seu  
proxeneta ad dictā societatem contrahendā, & ob id  
exempla tradita per Franc. Marc. in alleg. decis. 425.  
numer. 7. bene possunt adaptari, vt sint extra concer-  
nentia officium, licet colore officij pecunia conce-  
perint: cum tam notarius; quam camerarius potuerit  
extorquere pecunias vti amicus Prætoris, quamuis nō  
fuisset ille notarius, & alter camerarius, cum quotidie  
videamus, quod similes, qui se faciunt amicos intrin-  
secos officialis, qui dicuntur sumi venditores, extor-  
quent pecuniam a diuersis, de quibus plura exempla  
ponit Menoch. cas. 344. per totum, & sic Farinac.  
male impugnat d. dicit. Franc. Marc. quæ deseruiunt  
hic in Curia Romana ad fauorem notariorum huius  
Almæ Urbis, qui vigore Bullarum summorum Pon-  
tificum, & præcipue Pii IV. Constit. 85. super refor-  
matione tribunalium Urbis teneantur de male gestis  
per eorum substituto notarios, & scribas. Et Decian.  
in d. respons. 4. num. 62. lib. 3. dixit Prætozem non te-  
neri de homicidio commisso per suos Nuncios, cum  
non sit de concernentibus eorum officium, licet ca-  
lore officij deliquerint. Et latissime de ista materia tra-  
dit Bero. in cap. 1. num. 41. & seqq. de restit. spoliat.

5 Nisi tamen Prætor consequutus fuisset aliquid de  
gestis extra officium per aliquem de sua familia, quia  
tunc teneretur, Mandō. ad Rom. in conf. 11. in verb.  
non teneretur, vbi concordantes allegat, Card. Tusch.  
in lit. P. concl. 212. num. 11.

Et si familia deliquit culpa Prætoris, nec etiā præ-  
tor, exhibendo delinquentem, erit liberatus, Boil. tit.  
de carcerat. fideius. committ. nu. 37. & seq. cum alias  
officialis exhibens malefactorem, nec ciuilitè, nec  
criminaliter teneatur, Rom. d. conf. 338. n. 7. Decian.  
respons. 25. nu. 15. vol. 2.

6 Si verò officialis, vel famulus non fuerit deputatus  
in aliquo officio ab ipso Prætoze, sed ab aliquo alio  
superiore, tunc cum mala electio nō sit in culpa Præ-  
toris, ob eius delictum Prætor non teneretur pro deli-  
cto commisso etiam in officio. Felin. in cap. Petrus

nu. 10. de Homicid. sequitur Monticel. in pract. crim.  
reg. 7. num. 43. licet Rota Romana coram Seraphino  
aliter sancierit in scribis, vel substitutis notariorum,  
qui licet sint deputati a superiore, nihilominus vigo-  
re Bullarum Pontificum notarij principales tenentur  
de excessibus dictorum substitutorum, vt refert Farin.  
dict. quæst. 24. n. 86. Et ob id retenta dispositione iuris  
communis, licet custos carcerum teneatur pro deli-  
cto commisso a suis ministris; socij vel substitutibus  
Grat. vot. 29. num. 13. & seq. Menoch. cas. 302. nu. 5.  
Clar. q. 68. sub vers. custos carcerum, non tamen tene-  
tor, si socius, vel substitutus fuerit deputatus a Prin-  
cipe: superiore, vel iudice, tex. in l. fin. vers. interdum,  
ff. de custod. reor. Rom. Sing. 30. Franc. Cremen. sing.  
99. Marfil. in §. attingam nu. 73. in pract. Boer. decis.  
217. numer. 9. & seq. Menoch. cas. 302. nu. 8. & ideo  
optima erit cautela pro illis commentariensibus, vt  
curent sibi deputari, substitutos, vel socios a iudice,  
vel ab alio superiore.

7 Sed si officialis, vel alius dominus retineat famulos,  
vel officiales improbos, & malæ vitæ, tanquam in-  
formatus verisimiliter de eorum conditione, in §. in  
seruorum; ff. nau. caup. & stabul. & mala electio sit  
in culpa eligentis l. qui nō tam idoneū ff. cor. ad. po-  
terit etiam puniri de excessibus commissis per dictos  
suos officiales, & ministros, mitius tamen, Iudicis ar-  
bitrio, Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 40. nu.  
3. Petr. a Plach. Epithom. delict. c. 14. n. 12. Menoch.  
cas. 345. nu. 13. de Arb. & quid si contemplatione do-  
mini dicti famuli deliquerint, vide Modern. Roman.  
q. 24. num. 94.

Et licet in aliquibus casibus dominus non tenea-  
tur ad pœnam pro delicto famuli, tamen tenetur illū  
iudici exhibere ad instantiam damnū passi ad effe-  
ctum, vt puniatur; & si plures essent famuli, & vnus  
tantum esset delinquens, ad effectum recognoscendi,  
teneretur omnes exhibere cum vestibus consuetis, & si  
illos non exhibeat, cum possit, teneretur ad pœnam; se-  
cus si non possit reum exhibere, & non fuerit par-  
ticeps illius fugæ, vel latitationis, quia in nihilo tene-  
tur, vt est latè videre per Rom. dict. q. 24. n. 95. & seq.  
vbi etiam dicit, quod teneretur iurare, quod sine dolo  
desierit possidere, & si recusauerit iurare potest con-  
demnari, & si post litem contestatam, desierit possi-  
dere, vel si potuerit providere, ne aufereret, & nolue-  
rit providere, vt præsumatur, quod dolo desierit pos-  
sidere, Franc. Marc. decis. 425. n. 4. 5. & 9. circa finem  
par. 1. vbi tamē docet, quod deducatur, dominum fe-  
cisse diligentiam de illum exhibendo, & qd nō potue-  
rit, exhibere, vt euadere possit omnē pœnā. Et de ista  
materia famuli delinquentis exercentis, tam officium  
publicū, quā priuatū, an dominus teneatur, & exhibē-  
do liberet, plenè tradit Be. in d. c. 1. n. 41. se de rest. sp.

8 Et quamuis supra annuimus, quod de iure communi  
in penis tēporalibus vnus pro alio obligetur, & tenea-  
tur, vnde Afflic. lib. 3. constit. Regn. Rubr. 2. de Pa-  
terenorum receptatoribus in constitution. patere-  
norum num. 33. & seq. ponit 12. casus in quibus filius  
punitur pro delicto patris, & sub n. 40. & seq. ponit alios  
sex casus, in quibus pater punitur pro delicto filij, &  
latè Menoch. cas. 345. multos congeffit casus, in qui-  
bus vnus ex facto alterius pœna afficiatur, & de eadē  
re plura notauit Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 8. nu. 1.  
& seq. Petr. Cabal. cas. 149. n. 17. seq. Ac etiam pot in-  
duci



duci per statutum, vt per palpabiles rationes firmat Alber. de Ros. de statut. li. 1. q. 47. 50. & 51. vbi exemplificat in filio pro parte, in patre pro filio, in Domino pro seruo, in vniuersitate pro ciue, in communitate pro delinquentibus in suo territorio: de quo etiã dicit Clar. q. 86. n. 6. & seq. Cartar. de execut. sent. in præfat. numer. 61. Anton. Gabr. tit. de iur. quæsit. non tollent. conclus. 2. num. 18. Petr. Cabal. dist. cas. 149. num. 18. vbi testantur de vera, & communi opinione, & quod, quamuis tale statutum sit durum, rigorosum, & odiosum, tamen valeat, & obseruandum sit Car. Tusch. in lit. P. conclus. 2. 12. num. ...

Tamen dicta iura, & statuta sunt intelligenda, vt vnus teneatur pro delicto, & facto alterius, quoad pœnam pecuniariam, & non corporalem, Farin. q. 24. nu. 189. & 190. vbi alios allegat, & quamplures alios ad iudic. Petr. Cabal. d. cas. 149. nu. 20. Card. Tusch. in lit. P. conclus. 2. 12. nu. 44. & 47. vbi post Clar. q. 86. n. 5. testatur de communi. Hinc etiam Doctores plus concedunt, quod coniuncti possint obligari pro delictis coniunctorum bannitorum, vt legitur de Statuto Florentino disponente, quod pro vno delinquentem de agnatione, vel consorteria coeteri teneantur etiã quoad pœnam vltimi supplicii; de quo latè scribit Decia. conf. 64. n. 3. & seq. Card. Tusch. in lit. P. conclus. 2. 12. num. 45. Cartar. in d. præfat. n. 73. & seqq. Farin. d. q. 14. num. 53. & seq. Petr. Cabal. d. cas. 159. nu. 21. & seq. Hinc etiam concedunt coniunctos, & affines iure merito posse adstringi, ne alii coniuncti banniti ostendant inimicos; vel quod non ingrediantur Statutum Principis bannientis; vel quod tali die debeant esse in aliquo loco eis designato: De quo latè dixi in meo tract. de caut. par. 2. §. 3. quæst. 57. 58. & 59.

9 Ac etiam Aduocatus in ista materia sciat defendere tertium vexatum pro delicto alterius; vt sit vera communis opinio, quando delictum esset plenè per veras probationes probatum; secus si propter illius contumaciam; vt quia Statutum haberet illum tertium pro confesso: quia tertius tunc non tenetur pro delicto alterius; vt de communi opinione testatur Cardinal. Tusch. in lit. P. conclus. 2. 12. num. 53. & alios quos in terminis allegat. Arnald. Mascard. de statut. conclus. 10. num. 19. Et quod similia Statuta tanquam contra naturalem æquitatem sint strictissimè interpretanda; Io. de Anan. consilio 71. per tot. Et quod ille tertius debeat releuari indemnis ab eo, qui deliquit, Ang. consil. 3. 26. num. 4. in fin. Card. Tusch. d. conclus. 2. 12. nu. 39. & latè Arnald. Mascard. de statut. concl. 4. nu. 91. & seqq. vt debeant strictissimè interpretari, vt minus quam fieri possit lædatur ius tertii, & ibi infert, & ad plura, & concordantes allegat.

Pœnæ quæ sint sublatae, & quæ hodie in earum locum sint subrogatae.

S V M M A R I V M.

- 1 Pœnæ de iure multæ sunt inflictæ: quæ tamen hodie sunt sublatae, & earum loco alia subrogata.
- 2 Damnatio ad bestias non est in vsu, & eius loco quæ pœna sit subrogata, traditur hic per Authorem.
- 3 Damnatio, vt quis subiiciatur ad deuorandum bestiis est sublata, & eius loco successit pœna capitalis.
- 4 Pœna deiectionis à saxo Tarpeio est sublata, & eius loco successit pœna capitalis.

Tomus Secundus.

- 5 Pœna interdictionis aquæ, & ignis, est sublata: & quæ pœna eius loco sit subrogata, traditur hic per Authorem.
- 6 Pœna ictuum plumbatarum est sublata, & eius loco successit pœna arbitraria.
- 7 Pœna damnationis in metallum est sublata, & successit pœna trirremium.
- 8 Seruitus perpetua est sublata, et eius loco successit pœna perpetui carceris vel trirremium.
- 9 Deportatio est sublata, et eius loco successit pœna trirremium cum publicatione bonorum: præterquam in locis, vbi adsunt Insulæ, in quibus adhuc viget talis pœna deportationis.
- 10 Banni nostri temporis cum publicatione bonorum æquivalentur deportatis.
- 11 Relegationis pœna est sublata, et quæ differentia sit inter relegationem, et deportationem.
- 12 Pœnæ aliæ de iure civili imposita sunt sublatae, quæ hic per Authorem enumerantur.
- 13 Talionis pœna est sublata.
- 14 Lapidationis pœna est sublata.
- 15 Pœnæ subrogatae sortiuntur effectum pœnarum sublatarum.
- 16 Pœna in dubio intelligitur corporalis, vel secundum subiectam materiam.

C A P. III.

- 1 QVonia plures pœnæ a legibus antiquis inflictæ erant, quæ hodie sunt per desuetudinem sublatae: ideo de illis breuiter videamus, quænam pœnæ earum loco sint subrogatae. Et inter alias erat damnatio ad bestias, vt per Beluis in præf. rubr. de pœn. cap. num. 2. Marfil. in l. 1. §. legis Corneliae, n. 1. de sicar. Caualean. de brach. reg. p. 4. n. 17. cuius loco successit hodie decapitatio, Clar. q. 67. num. 4. Aldobr. in §. cum autem, n. 2. In tit. quib. mod. ius patr. potest. soluat, Farinac. quæst. 19. num. 18. Sed Petrus Cabal. casu 191. numer. 4. & sequent. melius sentit, vt non sit subrogata pœna decapitationis naturalis, sed alia pœna arbitraria, secundum qualitatem facti, & conditionem personarum, & hanc opinionem dicit tutiorem, & æquioram: & eandem opinionem secutus fuit Ant. Gomez. ad l. 83. Tauri, num. 4.
- 2 Pœna, per quam reus subiicitur ad deuorandum bestiis in lacum Leonum, non est amplius in vsu, Ang. in d. §. legis Corneliae, sed eius loco est subrogata decapitatio naturalis; vt bene explicat Petr. Cabal. cas. 191. nu. 5. vbi ponit differentiam inter istam pœnam, & damnationem ad bestias; quæ fiebat ludi causa, cū bestiis reum ponendo, & non vt necessario deuoraretur, prout est in hac secunda pœna; & latè posuit idem Cabal. cas. 104. per totum, & in quibus casibus imponatur pœna mortis, latè ponit Bal. in l. data opera numero 14. C. de his qui accus. non poss. Clar. q. 68. per totam, Farinac. quæst. 20. per totam.
- 3 Pœna autem deiectionis à saxo Tarpeio, quæ antiquitus erat in vsu, fuit sublata per l. si diutino, in fin. ff. de pœn. Caualean. de Brach. reg. part. 4. numero 18. Cuius loco successit deportatio, Corrad. tit. de contumac. & bannit. num. 26. Clar. q. 67. num. 4. Ioseph. Ludou. decif. Lucen. 15. num. 15.
- 4 Pœna etiam interdictionis aquæ, & ignis, fuit sublata per d. l. si diutino, Nat. consil. 666. n. 14. Bursatt. consil. 387. num. 10. vol. 4. Petr. Cabal. cas. 203. nu. 3.

M 2 Cauale.



- Cavalcan. d. par. 4. nu. 18. Cuius loco; secundum canones, successit excommunicatio, Natt. d. cōsil. 666. num. 14. Et secundum ius civile successit deportatio in Insulam, Natt. d. num. 14. Clar. d. q. 67. num. 6. Caball. d. cal. 103. num. 4. vel condemnatio ad triremes perpetuas, Burlatt. consil. 387. num. 10. vol. 4. ad tempus, aut exilij perpetui, aut temporalis, vel similis, secundum qualitatem delicti, & personæ; vel alia pœna arbitraria, citra tamen mortem, Caball. d. cal. 103. nu. 5. & seqq. Damnatio autem in metallum nec etiã est in vfu Clar. q. 67. nu. 7. Sed eius loco successit pœna triremium, Granut. Theorẽ. 3. n. 10. & de iure canonico successit pœna perpetui carceris, Marsi. singul. 565. in fin. Moder. Rom. q. 19. nu. 14. qui loquitur de pœna triremium.
- 6 Pœna iētuum plumbatarum recessit etiam ab aula, & eius loco successit pœna damnationis in metallum, vel alia iudicis arbitraria, Petr. Caball. cal. 99. numero 82. vers. quod genus.
- 7 Pœna damnationis in metallū non est in vfu, & eius loco successit pœna arbitraria, Imol. in l. 2. num. 2. de public. iudic. Menoch. q. 80. num. 89. cal. 3. q. num. 5. Crauett. consil. 18. n. 27. Clar. d. falsum, vers. sed quæ O. Olasc. decis. 105. num. 7. vel verius eius loco successit pœna triremium, Capic. decis. 153. num. 3. & alij relati per Caball. cal. 8. n. 43. de ista pœna damnati in metallum, vel opus metalli, vel opus publicum latè scribit Menoch. cent. 6. cal. 530. num. 11. & seq. & Petr. Gregor. lib. 31. Syntagmatum iuris cap. 36. nu. 1. qui recensent differentias, quæ sunt inter istas pœnas.
- 8 Pœna etiam, per quam imponebatur perpetua seruitus non est in vfu, & eius loco successit pœna perpetui carceris de iure canonico, de iure autem civili successit pœna triremium, Iul. Clar. q. 67. nu. 7. Et de pœna perpetui carceris scribit latè Farin. q. 19. num. 2. 1.
- 9 Deportatio autem nec hodie est in vfu, Natt. consil. 666. n. 14. Menoch. cal. 286. num. 20. cal. 287. num. 5. cal. 330. num. 1. Gram. vot. 19. nu. 10. Burlatt. consilio 387. num. 10. vol. 4. Clar. q. 67. n. 8. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 15. n. 16. Quæ pœna dicitur corporalis, Decis. Auenionen. 58. num. 4. cum per eam Ciuitas amittatur, Caball. cal. 107. num. 10. & prius dixit cal. 8. nu. 42. nec deportatus potest capere ex testamento, sed loco mortui habetur, latè Menoch. de arbitr. cal. 530. n. 6. & seq. cent. 6. lib. 2. & is propriè deportatus dicebatur qui in ciuitate sua multatus vnctus neruo, & cõpedibus in nauim in aliquam imponebatur, seruisque publicis, vt eum in Insulam transferrent Hotoman. in cõmetar. in verb. Exiliū, Menoch. cal. 530. n. 6. cõt. 6.
- Nisi in locis, in quibus adsunt Insulæ, quia in eis non est sublata, Clar. q. 67. num. 8. qui loquitur de Regno Neapolitano, & de Ciuitate Venetiarum, & ibi Baiard. num. 17. loquitur de Ciuitate Ianuæ, Petr. Caball. cal. 8. num. 46. Cavalcan. de brach. reg. par. 4. nu. 28. in fin. & sub nu. 119. & Clar. in d. q. 67. nu. 8. in fin. dicit, quod nullus Magistratus potest condemnare delinquentem ad Insulam, nisi ei assignata esset aliqua Insula. Et isti deportati an acquirant eorum filijs, & alijs, tradunt Addentes ad Clar. in d. quæst. 67. litt. B. & tenent, quod sic, sed sciat iudex, quod electio Insulæ solum spectat ad Principem, ac eius Vicarium & ideo iudex condemnet ad relegationem in Insulam solummodo, quia deinde supremus iudex, vel Princeps assignabit condemnato Insulam ex tex. in l. relegato-

rum, ff. de interdict. & relegat. Capoblanç. in traçt. de Baronib. prag. 7. num. 1. vbi refert ita seruari in illo Regno per Regios officiales, & Baroniales.

- Loco autem deportationis, vbi non datur Insula, successit pœna banni cum publicatione bonorum, Natt. d. consil. 666. num. 15. & seq. Gram. vot. 19. nu. 10. Clar. quæst. 67. num. 8. vers. alij verò, Farin. q. 19. num. 16. Vel pœna triremium in perpetuum, vel ad tempus, Lud. a Peguer. decis. 7. numer. 15. in fine, Burlatt. consil. 386. nu. 10. vol. 4. Clar. quæst. 67. n. 8. Petr. Caball. cal. 22. num. 9. & cal. 99. num. 82. vers. vel vt alijs; vel alia pœna arbitraria, Menoch. de arb. casu 286. n. 20. cal. 187. num. 5. cal. 330. num. 5. Anton. Gomez. ad l. 83. Tauri num. 13. vbi reddit rationem cur imponatur pœna arbitraria, Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 15. num. 16. Clar. d. q. 67. nu. 8. vers. ego verò, Caball. cal. 8. num. 45. & d. cal. 22. nu. 9. & d. cal. 99. num. 82. vers. quod genus, & cal. 176. num. 9. Sed non debet dicta pœna arbitraria esse vtque ad mortem inclusiue, latè Caball. cal. 103. num. 10. & seqq. Sed excepta dicta pœna mortis naturalis, iudex potest imponere pœnam triremium in perpetuum, siue ad tẽpus, & etiam aliquando pœnam pecuniariam, iuxta qualitatem delicti, Iul. Clar. d. quæst. 67. num. 8. Fatinacc. q. 19. num. 15. in fine, sed Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 23. num. 14. & seqq. post alios quos allegat dicit communem opinionem esse, vt non possit subrogari pœna triremium, sed tantum pœna exilij, vel Banni perpetui per rationem per eum ibi adductam, sed mulier loco pœnæ triremium debet detruudi in monasterium, Molcatell. de probatio. delict. tit. de Blasfem. num. 43. De pœna exilij, & quo supplere, & quomodo accipiatur in iure istud verbū exilium latè ponit post Hotom. Menoch. cõt. 6. cal. 530.
- 10 Et an banniti nostri temporis cum publicatione bonorum æquiparentur deportatis, Doct. adducti per Natt. d. consil. 666. nu. 15. & 17. assignat aliquam differentiam inter bannum, & deportationem, Gram. vot. 19. num. 10. vide Modern. Rom. quæst. 19. num. 16. & sub nu. 17. latè loquitur de pœna exilij, electionis à Ciuitate, vel missionis ad confinia, latè distinguit Cavalc. de Brach. reg. p. 4. n. 119. quando Banniti nostri temporis æquiparentur deportatis, & an condemnatio ad triremes ad tempus equiparetur deportationi vide Capoblanç. de Baronib. prag. 7. nu. 6.

- 11 Ac et pœna relegationis, quæ erat propriè qñ quis in locū aliquè remotū ab hominibus amicis, & notis mandatur impropriè qui certo è loco exire prohibetur, vel si ei mandatū est ne domū, vel castrū, vel ciuitatē exeat. Hotoman. in cõment. in verb. exiliū; vers. Delegatorū in princ. Menoch. cõt. 6. cal. 530. n. 3. lib. 2. de arbit. in totū dilcesit ab Aula, Clar. q. 67. n. 9. Farin. q. 19. n. 15. Menoch. cal. 330. nu. 1. vbi refert diuersas Doctōrū opiniones, & differentias inter dictas pœnas; & Ludou. a Pegu. decis. 41. nu. 6. & seq. dicit q̄ illa prima est, vt relegatio fiat ad tẽpus, & deportatio in perpetuū, secūda quia relegati ad tẽpus, vel in perpetuū retinēt Ciuitatē, & testamētī factionē; deportati autē amittunt hæc omnia, & ea, quæ sūt iuris civilis. Tertia quia frāgens relegationē punitur citra mortē; frāgens verò deportationē punitur pœna mortis, Cavalc. de Brac. reg. p. 4. n. 119. sub vers. Pro resolutione & latius Menoch. de Arbit. cõt. 6. l. 2. cal. 530. n. 8. seq.

In earum loco successit, secundum aliquos pœna mortis,



- mortis, Rom. fing. 568. Ang. de malefic. in verb. falsario n. 48. Ang. in l. 1. §. legis Corneliz. ff. de iur. n. 1. Alij autem tenent, poenam exilij, & banni perpetui successisse, Gram. vot. 19. n. 1. Vital. de fall. n. 97. Clar. q. 67. n. 9. vbi dicit, quid de iure Canonico, Neuzan. cōfil. 73. n. 1. & seq. Olfac. decis. 105. nu. 3. Farinac. q. 11. n. 16. vbi de veriori opinione, vt possit subrogari citra mortē quaelibet pena arbitraria, ex traditis per Clar. d. q. 67. n. 9. Menoch. de arb. cas. 330. n. 1. & Gram. cōfil. 37. n. 15. & Granut. theorem. 3. nu. 10. dicit, dictam poenam relegationis esse similem fustigationi, & quando vltra relegationem imponitur poena publicationis bonorum dicitur participare de poena deportationis, Alexand. conf. 116. n. 2. volum. 2. quinimo poena publicationis bonorū dicitur quasi maior quam poena mortis cum pecunia dicatur vita hominis, Cum. in capit. rit. 5. n. 13. & seq. Maur. Burg. d. q. 23. n. 18. & seq.
- 12 Sunt etiam aliæ pænæ de iure ciuili scriptæ, quæ in desuetudinem abierunt, vt pœna Parricidæ, culeo infui, in mare proijci; & qui abortum dolosè committebat in puteo suffocabatur; & vt viui delinquentes cōburerentur, Pœna stigmatis, quæ solum seruatur in sclauis non Christianis, Pœna Talionis, vt detur dens pro dente, oculus pro oculo, & qui occidit, occidatur, Pœna etiam perpetui carceris, abscissionis, vel mutilationis membri parum est in vsu, Caualean. de brach. reg. par. 4. nu. 18. Et de aliis quampluribus pænis quis videre potest Gloss. & Doct. in l. si quis in metallum, & per tot. tit. de pæn. † Et quod pœna Talionis hodie non sit in vsu, latè Caualean. par. 5. nu. 290. Clar. q. 81. vbi reddit rationem: Nisi in teste, secundum Duenn. reg. 27. Et iudex habens brachium Regium poterit illam infligere etiam principali, & falso instigatori, Caualean. in repet. in verb. Pœna Talionis. Ac etiam pœna stigmatis in fronte seu facie de iure ciuili imponi non potest. l. si quis ac in metallum. C. de pœn. cum facies hominis sit facta ad instar diuinæ imaginis, & ob id non debeat cicatricibus deformari, prout etiam ibi expressè tenet gloss. vbi etiam dicit Ang. quod statutum nō valeret, quod talem pœnam infligeret, idemque tenet Alex. in add. ad Bar. in l. cum in diuersis ff. de religio. Misfing. cent. 2. obseruat. 46.
- 14 Ac etiā pœna lapidationis, quæ imponebatur blasphemis, non est in vsu, Caualean. d. part. 4. nu. 19. sed subdit, quod solet hodie blasphemio, & periuro lingua percindi, quam pœnam nunquam in curia vidi infligi: sed istos blasphemos poni in locis publicis, vel in Ianuis Ecclesiæ tempore, quo Diuina officia celebrantur, cum quodam instrumento ad linguam, sed vbi viget consuetudo istius pœnæ perforationis linguæ, sciat iudex quod lingua non abscindatur, sed perforatur cum acu ferrea, seu claua. Moscat. tit. de cognit. & probat. delict. tit. de Blasfemia, n. 39. Et multæ aliæ pænæ mortis per Nationes Barbaras imponebantur, quæ hodie, propter salutem animæ non sunt in vsu, Caualean. dicta parte 4. n. 21. & seqq.
- 15 Sed pænæ subrogatæ fortiuntur omnem effectum pœnarum sublatarum, cap. Ecclesiæ vt lit. pend. Martil. fing. 565. circa finem Petr. Caball. cas. 103. n. 12.
- 16 Quando autem fit mentio de pœna simpliciter secundum aliquos intelligi debeat de pœna corporali, Carauit. rit. 79. numero quarto, vel melius dicas, vt intelligatur secundum subiectam materiam inspecta qualitate personæ & aliis circumstantijs. Caualean. *Tomus Secundus.*

can. de brachio regio, parte quarta, numero decimo secundo.

Iudex quas pœnas imponere possit, & debeat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Pœna infligitur a lege, vt omnes boni efficiantur, & mali coerceantur, & pœna vnus sit metus multorum.
- 2 Iudex in pœna irroganda debet habere præ manibus statutam iustitiæ, & non infligere pœnam, qua ab opinione vulgi non recipiatur.
- 3 Pœna debet commensurari ex culpa, & delicto commisso: & si delictum sit paruum, pœna debet esse parua, & e contra.
- 4 Pœnarum genera septem sunt, tres capitales, & quatuor non capitales. Alij autem dicunt, quod omnes pœnæ, aut non sunt capitales, aut capitales.
- 5 Pœna hodie sunt inflictæ in quolibet loco per Statuta particularia.
- 6 Consuetudo loci erit attendenda circa impositionem pœnæ.
- 7 Arbitraria pœna debet regulari ex qualitate delicti, & personarum.
- 8 Capitis, Furcarum, & strangulationis pœna hodie est in vsu. Et quid de ductione ad caudam equi, et de afflictione forcipibus ignitis, et de morte cum malleo in capite, et de combustione, et de abscissione nasi, et aurium.
- 9 Clerici etiam hodie damnantur ad triremes.
- 10 Triremium pœna dicitur corporalis, si fuerit ad tempus, si perpetua dicitur capitalis.
- 11 Furcarum pœna est turpior quacunque alia pœna, et quibus personis imponatur.
- 12 Pœna furcarum dicitur maior pœna capitis quoad ignominiam: sed quoad dolorem pœna capitis est maior.
- 13 Fustigationis pœna est magna, et nō irrogatur, nisi ex turpi causa, et personis infamibus.
- 14 Stigmatis pœna recessit ab Aula, et eius loco successit pœna fustigationis, vel alia arbitria similis.
- 15 Ignis pœna dicitur maxima; et in quibus casibus irrogatur, et quibus personis.
- 16 Iudex non potest condemnare aliquem, vt arbore præcipitetur, vel veneno, telo, vel securi occidatur, vel laqueo suffocetur, vel quod reus speciem mortis sibi eligat.

## C A P. IV.

- 1 **L**icet leges pœnam de linquentibus imponant ad effectum malitijs hominum obuiandi, vt illius timore omnes boni efficiantur, lib. 1. ff. de iust. & iur. & mali coerceantur, & a facinoribus se abstineant, & pœna vnus sit metus multorum, tex. in l. 1. C. ad l. Iul. repetund. l. aut facta, §. fin. & l. capitalia, §. famosos, ff. de pæn. Petr. Caball. cas. 8. num. 51. † tamen iudex recta statera sententiam ponderare debet, cap. cum externi, de re iudic. in 6. & præ oculis habere debet, quod vera iustitia describi solet cum ense, & igne ab vna parte, ab alia vero cum palma oliua intexta; sic tamen, vt superior oliua remaneat, quasi misericordia sit victrix; quamuis rigor æquitati patet existat, quia in procedendo expedit iudicem rigorosum esse, in sententiando iustum, & magis æquum esse decet, §. 1. Inst. de iust. & iur. vbi gloss. & semper in dubio in mitiorem partem inclina-



re debet vulg. l. semper, de reg. iur. latè Cavalcan. de brach. reg. par. 4. num. 5. cum plur. seqq. & Catal. de Syndic. num. 26. dicit, quod aliqui honorem acquire existimant, cum rigorosos se præbent vbi æquitas secus suadere videtur; quos deinde ipse ignaros, & proteruos iudices appellat. Et inter alia, debet sæper iudex cauere in iudicando, ne aliquid faciat, quod vulgo iniquum videatur, & eius opinioni nõ applaudatur, sed bene à vulgo recipiatur; cum vulgi opinio videatur quoddam ius naturaliter insitum; licet talis opinio vulgi de iure scripto possit cavillari, vt firmat Cavalcan. d. part. 4. num. 9. vbi tamen subdit, quod ad claudendum ora vulgi non sufficerent Pedemontanæ stuppæ ex canape, aut ex Lombardiæ lino desumptæ, & caueat etiam iudex vt pœnam non imponat nisi a iure expressè cautum fuerit. l. at quis, §. cum igitur, Auth. de non elig. secund. num. latè Menoch. de arb. cas. 27. num. 1. & seqq. lib. 2. vbi infert ad plura scitu non indigna, vt ipsemet, ibi testatur, Rim. iun. consil. 743. n. 28. lib. 7. Petr. Caball. cas. 1. nu. 11. cent. 1. vbi latè, sed iudex, & Aduocatus si velint declarationes in isto particulari, adeant Moder. Rom. in q. 18. num. 6. & seq. & Add. ad eumd. in cons. 70. in litt. R, qui referunt doct. bene declarantes totum istum articulum. Et an ex actu nullo, & imperfecto detur pœna vide eumd. Farin. in cons. 70. n. 29. & seqq. & Add. eumd. in cons. 69. in litt. Q.

3 Et pœna ex culpa, & delicto debet commensurari, cap. felicis; §. illud autem de pœn. in 6. Crauett. consil. 45. n. 15. vbi dicit, quod si delictum sit paruum, pœna debet esse modica, & è conuerso, Prob. in addit. ad Io. Monac. in d. c. felicis, num. 12. vbi dicit, quod pœna est mensura culpæ, & quod paria debeant esse mensura, & mensuratum; quia Iustitia nil aliud est, nisi æqualitas, cap. cum quidam, de iureiuran. in 6. Menoch. q. 90. num. 38. & quæst. 82. nu. 2. Scacc. de iud. lib. 1. cap. 58. sub nu. 12. vers. Vocant sub cõminatione. Card. Tusch. in lit. P. conclus. 211. num. 1. Caualc. de brach. reg. par. 4. nu. 28. Et dici solet, quod in quo quis deliquit, in eo torqueri debeat, l. ex facto. §. Iulianus, de vulg. & pupill. Et quatuor sunt consideranda circa impositionem pœnæ, persona, causa, locus, & tempus; semper tamen æquitate seruata, cap. final. vbi glos. fin. de transact. Card. Tusch. d. conclus. 211. n. 3. Et vbi non est delictum, ibi cessat pœna, Castren. consil. 288. in fin. lib. 1. Crauett. consil. 311. num. 2. Et vbi nõ datur, dolus ibi cessat pœna corporalis, vt post Dec. consil. 9. nu. 1. Gram. consil. 68. n. 2. Io. Bott. consil. 30. num. 2. Simon de Pret. consil. 15. num. 2. consil. 166. n. 1. Cabal. cas. 1. num. 12. & seq. cent. 1.

4 Et licet Pœly. in cap. qualiter, & quando il. 2. num. 23. de accusat. dicat, quod, secundum leges, sunt septè genera personarum, tres capitales, & quatuor non capitales, Baiard. q. 67. num. 1. & de pluribus pœnarum speciebus ponit Iurisconsultus in l. si quis, in fin. cum pluribus, l. seq. ff. de pœn. & latissimè scribit Cælius Rhod. lib. lect. antiqua 9. cap. 5. Tamè hodie omnes pœnæ possunt reduci ad duo membra, nempe vt sint capitales, aut non capitales; seu sit pœna mortis, seu citra mortem, Clar. quæst. 67. versic. distinguendos; Caualc. de brach. reg. par. 4. n. 18. Et dicunt etiam Doct. quod species mortis sunt quinque nempe spiritalis, civilis, sæcularis, æstualis, & æternalis, Luc. de Penn. in l. 1. nu. 33. C. de defectorib. lib. 12. Baiard.

q. 67. num. 11. Cavalcan. d. p. 4. num. 21.  
5 Hodie autem omnes pœnæ sunt per statuta locorũ, vel per decreta, seu bannimenta Principum firmatæ; ideo dicta statuta, vel decreta sunt diligenter consideranda, & obseruanda; cū illæ pœnæ succedant loco pœnarum iuris communis, Bolog. decis. 35. per tot. & Caualc. de brach. reg. par. 4. num. 37. & seq. & quauis sint dura dicta statuta l. prospexit, ff. qui & a quib. l. 1. §. si is qui, ff. de exercitor. Ant. à Canar. de except. Instr. q. 4. sub num. 4. Ias. consil. 147. num. 1. vol. 4.

6 Ac etiam in pœnis infligendis attendenda erit consuetudo loci, quæ tantum potest in delictis, quantum ipsa lex, Abb. in cap. de causis in fin. de offic. deleg. Felyn. in cap. inter cæteras, nu. 20. de rescript. Vinc. Franch. decis. 240. num. 10. par. 1. Baiard. quæst. 67. n. 11. in fin. etiam in iudice habente brach. reg. Caualc. de Brach. reg. par. 4. num. 109. & prius sub n. 58. dixit esse seruandam loci consuetudinem in quo quis iudicatur, nisi processus esset factus in vno loco, & delictum in alio, quia in procedendo attenditur locus iudicij, & in condemnando locus delicti, & ob id in regno Neapolitano nobiles non condemnantur ad triremes, sed relegantur, & inter nobiles connumerantur doctor in chirurgia, latè Vinc. de Franc. decis. 564. par. 4. vbi testatur ita fuisse decisum, & pœna exilij est communis vtrique. Franch. decis. 569. nu. 5. & qui allegat nobilitatem, debet illam probare, & quomodo fit probada, Vinc. de Franch. dec. 630. n. 3. vbi inter alia dicit, qd sufficiat pbare quasi possessione nobilitatis.

7 Et quotiescunque pœna erit arbitraria, iudex rationem habere debet ad qualitatem delicti, & personarum, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 6. num. 4. Caualc. de brach. reg. par. 4. numer. 35. vbi subdit, quod debet considerare senectutem, iuuentutem, furorem, ebrietatem, iram, ignorantiam, magnam virtutem, excellentiam, & vtilitatem Republicæ; & semper debet inclinare in mitiorem partem vbi iudici nisi esset solitus delinquere, quia magna virtus, & excellentia, & vtilitas Reip. non suffragantur delinquenti, quod bene erit notandum, & mentiendum per aliquos hic in Curia.

8 Hodie vero circa pœnam mortis, nulla alia pœna est in vsu, quam capitis, Furcarum, & strangulationis; & ob magna scelera, antequam delinquēs mortu tradatur, solet ad caudam equi duci, seu trahi ad supplicium, & etiam forcipibus ignitis affligi, vt dicit Cavalcan. de brach. reg. p. 4. nu. 23. Hic in Vrbe autem, ob atrocitatem criminis, delinquentes solent vehi su per cursu per Ciuitatem, & affligi dictis forcipibus ignitis, ac etiam deinde trucidari malleo in capite, quado reus esset caput Latronum, & Craffatorum, vel si esset parricida occasione iuccessionis, aut Assassinus, etiam occasione futuræ iuccessionis, prout de omnibus istis possem hic plura recensere exempla, & idem firmat Caualc. de Brac. reg. part. 4. nu. 57. & nõquã vidi trahi, neque duci ad caudam equi: sed hereticos bis vidi cruciari super dicto curru per Ciuitatè eũ facibus accensis, & deinde viuos cõburi in Platea Capi Floræ. Et nostris temporibus audiimus illum Gallũ nouo mortis genere affectũ fuisse, ob mortè illatã in personã Hærici III. Gallorũ Regis, ac illũ, q se confinxit filiu Sactissimi D. N. cõbustũ fuisse, & deinde cineres ad ventũ, vel in flumen proiectas fuisse, de quo mentionem facit Farin. in tract. de fals. Et in triremi-



triremibus solent etiam, qui conspirant contra dictas  
triremes, vel earum ministros puniri in amputatione  
narium, & aurium, vt testatur Petr. Cabal. cas. 8. num.  
59. & seq. qui dicit, ita bis in triremibus magni Ducis  
Ætruriæ fuisse obseruatum. Et maxime etiam est in  
vfu hodie pœna triremium perpetuarum, vel ad tem-  
pus apud Italos, & exilij, vel deportationis, seu con-  
finij, vt dicit Cauale. de Brac. reg. d. part. 4. num. 28.  
& 59. in fine, & Iodoch. in pract. capit. 151. numero  
45. recenset miserias, & calamitates istius pœnæ  
triremium: & quod sit ista pœna triremium ma-  
ior pœna mortis naturalis, & quod dicatur mil-  
lies mori ibi condemnati. Vnde Crauet. in consil. 18.  
nu. 18. admonet iudices, vt semper se abstineant a di-  
cta pœna triremium, & illam nunquam imponant  
quando aliam imponere possent, sequitur Cuma. de  
syndic. cap. 24. de sent. nu. 49. & Petr. Cabal. d. cas. 8.  
num. 61. & seq. & doct. constituunt aliquam differen-  
tiam inter condemnationem ad triremes, & ad remi-  
gandum, quia in primo casu ad triremes possunt remi-  
gare per substitutum, secus in secundo casu, Cauale.  
de Brac. reg. fragm. 76. vbi in fin. quod hodie nulla af-  
signatur differentia, quia in vtroque casu condemna-  
tus tenetur remigare, & in dictam pœnam triremium  
hodie etiam clerici condemnantur, & maxime quan-  
do non sunt sacerdotes, vt testatur Iul. Clar. q. 70. nu.  
5. & Petr. Cabal. cas. 8. n. 6. late qui alios allegat Vgo-  
lin. in tract. de auctorit. Episcop. p. 2. cap. 59. nu. 3. vbi  
subdit procedere quando spes correctionis non adest  
in sacerdotibus, & ibi ponit, quod de consuetudine  
non degradantur licet efficiantur irregulares ipsi sa-  
cerdotes ita condemnati, sed non iudex, qui illos con-  
demnavit, & ita passim hic in curia obseruatur, & ma-  
ximè in Tribunali A. C. & Vicarij, & iudex non potest  
condemnare reum ad triremes alterius principis. Ca-  
pabloc. in tract. de Baronib. prag. 7. nu. 5. vbi etiam  
dicit, qd inhables ad remigiū ob morbū, vel senectutē  
eis cōmutatur pœna in relegationē, & si curia indigeat  
remigibus cōdemnatio ad mortē naturalē pōt cōmu-  
tari ad mortē civilem triremiū Thesaur. dec. 31. nu. 4.

10 Et ista pœna triremium, si fuerit temporalis dicitur  
corporalis, si vero fuerit perpetua, dicitur capi-  
talis, vt post alios, quos allegat, firmat Bursatt. con-  
sil. 141. numer. 10. volum. 2. & ob id iudex non potest  
eam imponere, nisi in delicto interuenerit dolus, vt  
de communi testatur ibi Bursatt. nu. 11. & talis pœna  
triremium olim non erat in vfu, sed successit loco de-  
portationis, Bursatt. conf. 386. num. 10. vol. 4. Ludou.  
a Pegu. decis. 7. num. 74. in fin. Cabal. cas. 8. num. 61. &  
mulieres loco triremium detruduntur in Monasteriū,  
Moscatel. de cognit. dilict. tit. de Blasfemia nu. 43. &  
nobiles, & minores in Regno Neapolitano loco eiusd.  
pœnæ triremium relegantur in aliquam insulam, vt tes-  
tatur Moscatel. d. tit. de Blasfem. num. 44. sed in statu  
Eccl. hoc male seruatur, quia etiam nobiles transmittuntur  
ad triremes, & solent nobiles, & mulieres in car-  
ceribus relegari, Cauale. de Brac. reg. par. 4. sub n. 59.  
quæ pœna dicit, quod apud laicos seruatur, dummo-  
do relegatio in carceribus ad tempus, & non in per-  
petuū sit, & chirurgus etiā dicitur habere dignitatē,  
& ob id nō posse in Regno Neap. cōdemnari ad tri-  
remes, sed debet relegari. Vinc. de Fräch. dec. 564. p. 4.

11 Pœna autem furcarum est fedior, ac turpior qua-  
cumque alia pœna, Decian. resp. 16. nu. 9. vol. 3. Rim.

iun. conf. 761. num. 8. vol. 7. Et in tota Italia reputatur  
ignominiosa, Petr. Cabal. casu 99. num. 105. & ob id  
dicta pœna non imponitur nisi personis vilibus, abie-  
ctis, & non honestis parentibus natis, Decian. d. re-  
spons. 16. num. 11. Rim. iun. d. conf. 771. nu. 11. & post  
alios, quos allegat, Cabal. d. cas. 99. nu. 105. Et iste Lu-  
das Ilicariotes se iudicauit dignum dicta pœna fædifi-  
sima laquei, tanquam proditorem sui, & nostri Do-  
mini. Nec tali pœna plectuntur nobiles personæ, nisi  
ipsæ deliquerint in Dignitate, vel officio; cum tunc  
veniant contra iuratum promissionem, sic debent puniri,  
sicut alij; vel nisi delictum esset enorme; vel nisi  
commiserint furtum; vt est late videre per Petr. Ca-  
ball. post alios, quos allegat d. cas. 99. numer. 107. &  
seqq. & Cauale. de Brac. reg. par. 4. nu. 54. in fin. Fab.  
a Mont. Leon. dicit tria requiri, vt nobilitatis causa pœ-  
na minoretur, vt sit nobilitas natalis, quod in bonis  
conspicuis sit in diuitijs, & in iure ac in exercitio cir-  
cumspectus, si vero nobilis in contumeliam officij,  
vel dignitatis delinquat magis puniatur quam ignobi-  
lis, sed Vincent. de Franch. decis. 569. par. 4. refert,  
quod etiam in crimine furti, falsi, & læsæ maiestatis  
& diuinæ de consuetudine nobilis non puniatur pœ-  
na furcarum, sed amputationis capitis, & quod ista  
in furto fuit obseruatum in Magna Curia Vicariæ.

12 In Curia autem ferè omnes suspendunt. † Quæ pœ-  
na furcarum est maior pœna, quam decapitatio, ra-  
tione maioris ignominia, sed, licet decapitatio sit in-  
stantanea, in illo tamen instanti maiorem affert dolo-  
rem, quam ipsa suspensio: vt ex auctoritate Physico-  
rum ostendit Cabal. d. cas. 99. num. 96. & seq. & late  
cas. 197. num. 4. & seq. & post Cassaneum idem tradit  
Baiard. q. 99. num. 15. & ibi etiam ponit, quod si reus  
esset condemnatus in diuersis sententijs in pœnā fur-  
carum, & capitis, erit exequenda pœna capitis, licet  
contrarium seruetur in Francia. Et est minor pœna  
furcarum, quam illa, qua delinquens trahitur per Ci-  
uitatem ad caudam equi, & deinde scinditur, Cabal.  
d. cas. 99. n. 94. Et pœna combustionis est maior, quam  
pœna amputationis, Cabal. ibi nu. 98.

13 Pœna autem fustigationis est adeo grandis, & infam-  
is, vt non irrogetur, nisi ex turpi causa, Ioseph. Lud.  
decis. Lucens. n. 22. & sub nu. 23. dicit, non posse irro-  
gari nobilibus, sed tantum vilibus personis; & æqui-  
paratur morti. Farinac. cōf. 82. n. 3. vbi Addent. in lit.  
B. Cabal. late conf. 165. nu. 16. & seq. vbi etiam loquitur  
de pœna mitrationis, de qua etiam loquitur Clar.  
q. 70. n. 8. & idem dicitur de pœna Cateng. vel Berling.  
vt per Baiard. q. 69. n. 5. & Farin. vbi supra, quæ pœna  
nō erit irroganda Clericis in honorē clericatus, & ita  
de consuetudine seruatur licet de iure aliter dici possit  
dummodo moderatē talis pœna adhibeat, vt post alios  
quos allegat, firmat Vgol. in tract. de auctorit. Episc.  
par. 2. c. 56. sub n. 3. vers. Altera pœna, vbi etiā testat, qd  
de consuetudine, nec etiam clerici publicè torqueantur.

Quæ pœnæ imponuntur solū turpibus, & infamibus de-  
linquentibus, vt furibus, mariolis, incisoribus burfarū,  
truffatoribus, testibus falsis, blasphematoribus, & simi-  
libus facinorosis, vilibus, & infamibus personis, Farin.  
q. 19. n. 29. Baiard. q. 69. n. 3. & seq. vbi post Clar. firmat,  
quod istæ pœnæ sunt corporales, & quicquid de iure  
dici possit, & de consuetudine non seruatur vt  
Clerici similibus pœnis puniantur, Clar. d. 69. num. 2.  
in fi. late Prax. Archiepisc. Neapol. cap. 74. per totum





Vgol. in d. c. 56. n. 3. nec etiā possunt irrogari ex praesumptionibus, & coniecturis; vt late tuentur Adde. ad Farin. in cons. 82. in litt. B. ibi respon. l. 3. de offic. Prætor. & Semel illatē quamuis iniuste in foro exteriori irroganti infamiam, Nauar. cons. 43. nu. 2. par. 1. lib. 5. tit. de temp. ordin.

14 Poena autem stigmatis per legem irrogata deinde fuit sublata in l. si quis in metallum, C. de pœn. Clar. q. 69. n. 1. vbi Baiard. n. 1. & ibi reddit bonam rationē, ac subdit, illam rationem non vigere in femina. Et Jul. Clar. in d. q. 69. num. 1. in fin. testatur, quod senatus obseruat, vt ista pœna commutetur in pœnam suffigationis, vel similiū, quamuis in aliquibus locis extent statuta, quod pro furto quis bulletur. Sed etiam post Ang. refert, quod talis pœna stigmatis in aliquibus locis imponitur; Et ego hic in Curia pluries istos fures bullari in humeris vidi, & non in facie, vbi de iure imponi non potest, Mising. obseruat. decis. 46. Sed caueat iudex ne similes pœnas imponat pro furtis minimis, Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 1. nu. 27.

15 Ignis autem pœna dicitur capitalis, & maxima pœna, l. Capitalium, de pœn. Beluif. in sua Præf. rubric. de pœna ignis Gadin. de malef. tit. de pœn. reorum, num. 58. & alij relati per Moder. Rom. q. 19. nu. 21. & seqq. referunt, in quibus casibus imponatur dicta pœna, & inter alios casus dicunt tali pœna puniri Reos falsæ monetæ; transfugam ad hostes, & denunciatorē consiliorum principis, illum, qui facultatem depraedationis Barbaris in Romanos dedit, procuratorem fiscalem, si aliquem calumniosè, & indebitè vexauerit, sacrilegos, seruos, qui rem cum domina carnalem habuerint, vel saluti sui domini insidauerint, Aruspice, incendiarium, iudæum, qui cum saxis, vel alio modo ausus fuerit insurgere contra illū, qui baptizauerit, vel voluerit baptizari, Notarium, qui falsū fecit instrumentum immunitatis, sed omittam, & vigore Bullæ Pij V. etiam si delinquens fuerit Clericus, dummodo tamen esset solitus simile delictum committere, vt ibi legitur in dicta Bulla, & pœna coniectio in carcere de iure canonico imponi potest dummodo nō ardeatur cōdemnatus vt fame aliave rōne, ibi citius pereat late Vgol. de auctor. episc. p. 2. c. 56. n. 3. vers. 4. pœna.

Sed bene sciat iudex, quod ipse non potest cōdemnare, vt quis a ore præcipitetur, seu veneno, telo, vel securi occidatur, aut laqueo stranguletur, vel q̄ damnatus speciem mortis sibi eligat, Luc. de pœn. in l. 1. n. 34. C. de desertor. lib. 12. Baiar. q. 67. n. 12. Nec minus si a statuto pro aliquo delicto imponatur pœna mortis pro quo non est imposta de iure d. pœna iudex poterit imponere pœnam mortis pro alio crimine pro quo de iure communi esset imposta maior pœna, q̄ imposta esset p̄ illo delicto, vt late tuetur Vinc. de Frac. dec. 324. per totā par. 2. vbi dicit, q̄ si p̄ furto imponatur pœna mortis a statuto non tamen posset imponi d. pœna mortis pro peculatu. nēp̄ cōtra fur ripiētem pecunias. fisci licet de iure cōi. sit imposta maior pœna q̄ pro simplici furto, q̄ Aduocatus bene notet, q̄a sæp̄ pōt in facto contingere similis casus & fore si an possit puniri pœna statuti loci cōmissi delicti solet distingui aut factū est punibile de iure cōi. & pœna augetur p̄ statū, & tūc puniat d. pœna statuti aut nō est punibile a iure cōi. & tūc nō puniatur pœna eiusdē statuti latissimè Vinc. de Frac. decis. 521. p̄ totā & ibi i. fi. declarat q̄ d. si d. pœna statuti esset excessiua.

Pœna amputationis membri quando, & in quibus casibus irrogari possit.

S V M M A R I U M.

- 1 Membri amputatio, de iure antiquo erat incognita.
- 2 Membri amputatio in quibus de iure imponatur.
- 3 Manus si abscindas debeat, de qua manu intelligendum sit, & quid si non haberet nisi vnā manū, & quid si haberet alteram manū inutilem, an illa sit abscindenda, vel manus utilis.
- 4 Pœna abscissionis membri simpliciter imposta, intelligitur de manu, nisi alia vigeret consuetudo.
- 5 Causa ex quibus possit saluari reus a condemnatione abscissionis membri, vel manus.
- 6 Condemnatus in amputationem manus, vel alterius membri, quatenus non soluat pœnam pecuniariam, infra certū tempus, si possit soluere pœnam pecuniariam, cogi debet ad illam soluendam, & non est ei amputanda manus.
- 7 Pœna abscissionis non est capitalis, sed corporalis, & morti equiparatur.

**C A P. V.**  
**I**sta pœna amputationis membri antiquis legibus fuit incognita, quia nolebant homines esse inuitiles, Cur. lun. in l. Imperiū n. 37. ff. de iurisd. omni. Iud. Jul. Clar. q. 64. in princ. post Padil. in l. transigere, n. 8.  
 2 C. de transact. f. Sed in quibus casibus de iure communi amputatio membri, vt puta, pedis, oculi, & manus admittatur, vide Doct. adductos per Mod. Rom. q. 19. nu. 26. vbi recenset sex casus; & illa amputationis manus hic in Curia est maxime in vsu, quæ reis imponitur quando atrocia delicta proprijs manibus committunt; & etiam Perusij est maxime in vsu contra illos, qui de mandato alterius sfrisiant, vel crura abscindunt; quod delictum ibi maxime viget. Et ego vidi in persona vnus Barbitonforis abscindere totaliter vnū crus a corpore vnico ietu; Sed pœnam oculi, vel pedis, seu alterius membri nunquam vidi; nec audiui hic in Curia, nec in statu Ecclesiastico imponi, prout etiam testatur Petr. Cabal. cas. 236. num. 30. vt hodie non amputetur aliud membrum, quam manus. Et in Regno Neapolitano imponitur pœna amputationis manus vulneranti cum armis prohibitis per Constit. si quis aliquem, Franc. decis. 324. volu. 2. Baiard. q. 69. num. 14. & in quibus casibus possit deueniri ad istam pœnam abscissionis, late tradit nouissimè, Petrus Caballus, cas. 236. num. 1. & seqq. Cent. 3.  
 3 Et si vigore statuti, vel iuris municipalis sit imponenda pœna abscissionis manus erit intelligendum de manu sinistra, Menoch. de Arbitr. cent. 6. cas. 589. num. 1. in fin. lib. 2. si lex, vel statutum manū non exprimat, cum illa sit debilior, & in pœnis semper sit facienda benignior interpretatio, Jul. Clar. q. 64. versic. pone, quod Cartar. de execut. sent. cap. fin. nu. 282. & seqq. qui testatur de communi, quicquid aliter fenserit Modern. Rom. q. 13. n. 27. in fin. vbi subdit, nisi aliter fuisset expressū in sētētia, prout vidit hic in vrbe in Tribunali Gubernatoris Urbis cuius arbitrium est latissimum; sed circumscripto dicto arbitrio, Aduocatus exclamet, quod sententia late in amputationem manus dextræ non sit exequenda tanquam notoriè contra communem iniustā; Sed tamen intelligi debeat de sinistra



sinistra, testatur etiam de communi Petr. Cabal. casu 236. nu. 32. & seq. & procedat etiam quod per statutum disponatur, quod esset amputanda manus destra quando reus debet māducare labore manuum suarum, Caualean. de Brach. reg. par. 4. nu. 123. in fine ubi etiā dicit si esset amputanda manus Patri, qui habet plures filios alēdos industria suarum manuum, Nisi reus magis operaretur cum manu sinistra, quam cum dextra, quia tunc esset ei amputanda manus dextra, cum respectu illius rei debiliior dicatur manus dextra, quam sinistra. Et pro maiori corroboratione istius opinionis aduocatus deducat, quod delictum per reum commissum poterat æquē facilliter fieri, & committi, tam cum vna manu, quam cum altera, vt eo magis delinquens puniatur in manu debiliiori, secundum communem opinionem attestatam de Grafs. com. opin. cap. 2. q. 19. & illam sequitur Baiard. q. 69. nu. 10.

Si vero non haberet Reus nisi vnam manum; tres sunt opiniones inter Doctores, an possit dicta manus amputari. Et prima fuit, vt debeat amputari, Bal. in Auth. sed nouo iure nu. 12. C. de seru. fug. quam secutus fuit in iudicando Consilium Neapolitanum teste Gram. decis. 94. & super constit. Regn. fol. 116. & refert Mant. in l. transigere nu. 23. C. de transact. Secunda fuit, vt dicta manus non sit abicienda, sed commutari debeat in aliam pœnam, ne in totum deformatur corpus humanū, & inutile penitus remaneat, secundum communem opinionem attestatam per Iul. Clar. q. 69. vers. sed quid si Reus, ubi etiam dicit eam æquiorē, & mitiorem, Caualean. de Brach. reg. par. 4. nu. 121. ubi similiter dicit de pœna funis idem pœnis quia si sit apertus in genitalibus, vel in ipadolis, vel in brachijs, seu in manibus, vel si alia de causa sit inhabilis vt puniatur pœna extraordinaria. Tertia est Cæpoll. in dict. Auth. sed nouo iure, nu. 38. vt si facto, vel culpa sua, siue delicto amiserit illam manum, vt ei possit altera amputari, secus si causa aliā amiserit, Flam. Cartar. de execut. sent. cap. fi. n. 287. in fine dicit, quod in hac varietate tutius erit consulere, Principe, si iudex potest, sin minus, erit attendenda secunda opinio; tamquam mitior, & æquior. Et ideo caueat ad prædicta diligenter aduocatus in contingentiā facti. A qua opinione non dissentit Modern. Roman. q. 19. nu. 28. Sed Petr. Cabal. cas. 237. n. 42. & seq. refert tenentes opinionem negatiuam, per rationes, per eum ibi allegatas: sed sub nu. 48. & seq. refert etiam Doct. tenentes opinionē affirmatiuam, & quod ita per sacrum Concilium Neapolitanum fuit resolutum, teste Gram. decis. 94. n. seq. & sequitur Cæpoll. in dict. Auth. sed nouo iure q. 4. nu. 38. Et idem Cæpoll. in eadē Auth. sed nouo iure nu. 35. 36. & 40. dicit quod si reus vnam habeat manum aridam, & inutilem, illa erit abscindenda, & etiam dicit ibi quid si nullā habeat manum vt tunc debeat imponi alia pœna arbitraria, vt tenent omnes, teste Baiard. q. 69. n. 13. ubi sub lit. quando commutatio fieret ante sententiam, sed si lata esset sententia, & nullam reus haberet manum, tunc sententia non esset nulla, late Petr. Caball. cas. 236. n. 38. & seq. ubi dicit, quod lata sententia non sit commutatio pœnæ, sed sententia est nulla, & ideo iterū erit iudicandū, sententia habita pro nulla ita etiam expressē declarat Menoc. de Arb. cas. 589. nu. 1. cent. 6. lib. 2. Vide et Iul. Clar. q. 69. vers. pone quod aliquis. Et inutile manum abscindi debere, post alios quos allegat, firmat

Petr. Caball. cas. 236. n. 66. & seq. Quæ opinio est magis vera, quando statutum disponeret de certa manu, quia licet fuerit inutilis, illa omnino abiciendā erit, late Petr. Cabal. d. cas. 236. n. 73. & seq. & si erit in electione, vel arbitrio iudicis, inutilem manū abscindere debet, Bald. in d. Auth. sed nouo iure n. 18. Fulg. nu. 8. Cæpoll. n. 36. Caball. d. cas. 237. nu. 79. Nec erit in electione rei sibi amputandi manū vtilē, & vellet renunciare favori suo cum potius respiciat fauorem publicum totius humanæ generationis, quam ipsius rei, vt late ostendit Petr. Caball. dict. cas. 236. nu. 80. & seq. & sub n. 52. & seq. dicit, qd̄, oīno erit amputanda manus inutilis, & ibi concordantes allegat. Et hæc omnia locum habent ante sententiā, secus lata sententiā, quia erit sententiā exequenda iuxta illius tenorē, & nō fieret commutatio pœnæ, Caball. d. cas. 236. n. 81. & seq. ego autem omnino arbitror, post sententiam esse consulendū Principē. Et ad hoc Aduocatus bene enīaduertat, & excipiat ante sententiam, aut petat recursum ad Principem.

4 Sed sciat Iudex, q̄ ubi lex imponit pœnam mēbri, intelligitur de manu, tex. in Auth. vt nulli iudices §. fi. & ibi Doct. vt refert Baiard. d. q. 69. n. 1. Et quando statutum imponit percutienti pœnam manū, in querela, vel in articulis erit exprimēda manus, quæ percussit, Luc. de Penn. C. de erog. milit. ann. lib. 12. sequitur Baiard. q. 69. n. 11. Et quod intelligatur de manu, late Petr. Cabal. dict. cas. 236. n. 29. & ibi reddit bonam rationē, nisi aliter se haberet consuetudo, sed in ius fructuosa, Cauale. de Brach. reg. p. 4. n. 15. ubi alios allegat.

4 Aduocatus etiam pro defensione dictæ manus abscissionis deducat, quod Reus est adeo senex, puer, vel debilis q̄ si sequeretur manus abscissio, moreretur, & tunc Iudex potest illam pœnam commutare, vt post B. 14. & Alex. firmat Cæpoll. d. Auth. sed nouo iure nu. 26. C. de seru. fug. & ibi decidit, si non commutet, an possit appellari, Baiard. q. 6. nu. 52. tenet negatiuē, & si non dispenset iudex non tenetur in syndicatu isto casu, late Petr. Cabal. cas. 236. nu. 103. & seq.

6 Si verò extaret statutum, quod, nisi Reus solueret infra tantum tempus certam pœnam pecuniariam, amputetur ei manus, vel pes; si dictam pœnam pecuniariam soluere possit, non debet ei amputari pes, vel manus, etiam ipso volente, vt post Bald. Salyc. Fulgos. & alios, firmat Petr. Caball. cas. 78. n. 13. & seq. & cas. 236. nu. 84. & seq. & ego dixi in tract. de confic. bonor. conclus. 31. num. 28.

7 Et pro complemento sciat quilibet, quod pœna abscissionis membri non est capitalis, sed tantum corporalis, licet morti æquiparetur, & sit maior pœna, quam sit pœna treremium, ad late tradita per Petr. Caball. dict. cas. 236. n. 18. & seq. Et quod non sit capitalis, de crebriori, & veriori, sententia dicit Menoch. q. 86. n. 15. vers. non est pariter. de Arb. Sed nec Mediolani, nec Romæ proceditur ad executionē mortis, seu abscissionis mēbri in consulto Pōtifice, & Senatu, scacc. de Iul. lib. 1. c. 13. nu. 5. Clar. q. 40. vers. sed ne quid in fin.

#### Membrorum appellatione quæ veniant.

##### SUMMARIUM.

1 Membrum dicitur a metior metiris, & sic dicitur pars corporis, & hic referuntur, quæ veniant appellatione membri.



- 2 *Lingua dicitur membrum distinctum.*
- 3 *Oculus dicitur membrum distinctum.*
- 4 *Nasus, labia, dentes, mammillæ, an sint membra.*
- 5 *Barba quando dicitur membrum.*
- 6 *Digitus non est membrum, & ob id abscondens alicui digitum, non tenetur pœna inflicta pro abscissione membri; nisi ex tali abscissione digiti, tota manus efficeretur inutilis.*
- 7 *Pollex digitus non dicitur propriè membrum, & quid in artifice, an digitus dicatur membrum.*
- 8 *Membrum debilitatum, vel deturpatum, quando dicitur.*
- 9 *Dens non dicitur membrum, & ob id non comprehenditur in statuto puniente abscidentem membrum.*
- 10 *Membra in corpore nostro alia dicuntur instrumentalia, alia formalia, alia maiora, & alia minora.*
- 11 *Clericus, quando incidat in panam irregularitatis ob truncationem alicuius membri.*

## C A P. VI.

**I**N homine membrum dicitur a Metior, metiris, unde membrum dicitur, quasi corporis pars. Et hoc modo, secundum latam significationem, quælibet particula corporis dicitur membrum, sicut quilibet lapis dicitur pars domus, sed propriè loquendo, illæ dicuntur per partes officiorum, seu ministeriorum, & propterea, sicut in domo multa dicuntur esse membra, videlicet, Aula, Camera, & Coquina, ita in homine membra dicuntur propriè, quæ habent diuersa officia, seu ministeria, vt pedes ad deambulandum, manus ad palpandum, os ad gustandum, nares ad odorandum, oculi ad videndum, aures ad audiendum Doct. in Auth. sed nouo iure, C. de seru. fug. & præcipuè Bal. nu. 2. Ang. nu. 2. Fulgos. nu. 1. Castren. nu. 2. Cepol. q. 8. nu. 43. cum alijs adductis per Petrum Cab. casu 236. nu. 3. & seq. cent. 3. & membra proportionata in corpore mores proportionatos indicant. Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 112.

2 *Lingua etiam dicitur membrum distinctum, quia operationem distinctam habet in corpore ad loquendum. Bart. in l. 2. num. 13. ff. de public. iudic. Pal. in l. si fugitiui, n. 1. C. de seru. fugit. & in l. 3. n. 15. C. de accus. Ang. in l. 2. num. 8. & ibi Imol. nu. 2. ff. de public. iudic.*

3 *Petr. Caball. d. casu 236. nu. 9. & seq. 7. Et quod oculus sit membrum, post Aristot. & Imol. tenet. Baiar. q. 69. nu. 6. Io. de Arn. Episo. 54. Cauale. de Brach. reg. p. 4. nu. 15. 2. lit. O, dicit non esse membra principalissima, sed accessoria.*

*Barba autè, quando accipitur propriè, non est membrum. Cassan. vbi supra. Baiard. d. q. 69. in prin. d. n. 9. sed desumpta in genere barba dicitur membrum in homine; & ob id, si quis alicui barbam recidat, tenetur pœna, qua plectitur is, qui membrum alicui abscidit. Bal. in l. Reos, nu. 9. C. de accus. & sequitur Baiard. d. q. 96. nu. 3. in princ. Menoch. de arbit. casu 392. in fi. Imo maior pœna punitur abscidens barbam, quam qui pugillo, vel manu aliquem percutiat. Gram. super constit. regni, lib. 1. rubr. de homicid. punien. n. 9. m. h. fol. 13. sed Cauale. vbi supra dicit, quod non erit puniendus ita, qui barbam in aliqua parte tradit, sicut qui totam scarpinat, sed Marian. Soc. in c. ad audientiam n. 201. de homic. in 6. dicit, quod barba siue capiatur pro pilis, siue pro mento, non possit dici membrum instrumentale, sed formale, quia dat formam cor-*

pori, & sine ea corpus sit difforme.

- 6 *Digitus autem propriè nostri corporis non dicitur membrum, & consequenter statutam puniens abscidentem membrum, non habet locum in abscidente alicui digitum. Marian. Socin. in d. c. ad audientiam nu. 190. & seq. Nat. in Manual. c. 27. n. 206. Igu. Lopez ad Diaz in præf. crimin. c. 99. in lit. D. Clar. q. 96. vers. item quæro, vbi de communi, & est tex. in l. non sunt liberi, ff. de statu homin. Doct. in d. Auth. sed nouo iure, & præcipuè Bal. nu. 3. Ang. nu. 2. Fulgos. n. 2. vers. unde nec digitus. Castren. nu. 2. Pet. Cabal. casu 236. nu. 11. Gerar. Mazzol. conf. 12. nu. 8. Nisi tamen per abscissionem digiti tota manus esset facta arida, & inutilis, quia puniretur pœna abscissionis membri, vt post Vitalm. firmat Baiard. d. q. 69. num. 101. & si imposita sit pœna pro membro debilitato per truncationem digiti, erit locus dictæ pœnæ. Cauale. de Brach. reg. p. 4. nu. 152. in fin. vbi alios allegat.*
- 7 *Imò nec etiam digitus pollex propriè dicitur membrum, sed solum largo sumpto vocabulo. Mazzol. d. conf. 13. nu. 12. & ob id inquit, non comprehenditur statuto puniente abscidentem membrum, & maxime, quando non remaneret penitus inhabilis, sed faceret officium suum. Nec dicitur digitus amputatus, sed solum debilitatus, quando absciditur extrema pars digiti ab extremo nodo infra, & successuè non comprehenditur in dicto statuto. Mazzol. d. conf. 13. n. 1. & seq. sed quid in artifice, qui fuit debilitatus in digito, quo principaliter utebatur, vide Felin. in c. ego enim nu. 6. de iureiur. ad quem se refert Baiar. in d. q. 69. nu. 2. Sed Pet. Cabal. in d. casu 238. nu. 120. & seq. dicit esse æquitatem inspiciendam in proposito, an ex debilitatione dicti pollicis manus impediatur, ne facere suum valeat exercitium. Et quid dicendum sit de auricula, & de mammillis, vide Mar. Socin. in d. c. ad audientiam, nu. 197. & Lopez in d. c. 69. in lit. D.*
- 8 *Et in proposito sciendum est, quod differentia est inter membrum deturpatum, & debilitatum, quia deturpatum non dicitur debilitatum. Ang. in l. non solum de rei vin. Abb. in c. accusasti in fi. extra de accus. vbi declarat, quando membrum dicatur debilitatum, vel amputatum. Baiard. q. 69. n. 7. Et debilitatio membri dicitur, quando eius officium aliquantulum debilitatur. Menoch. casu 60. num. 15. & dicitur impedimentum principalis, & proprii officij ipsius membri, & ob id, post Bal. in l. si fugitiui, n. 9. Pet. Cabal. d. casu 236. nu. 23. & seq. firmat, quod oculus non dicitur debilitatus si quis videt, vt prius, licet propter istum oculus sit aliquantulum deturpatus. Nec propter debilitationem membri quis incidat in pœnam irregularitatis, cum licet membrum indebilitatum sit inutile quoad operationem, valet tamen quoad puriorem, & in penis infligendis mitior est facienda interpretatio, vt constat Ausfred. prout ipse refert in add. ad Capel. Tholof. q. 208. num. 3. & seq. vbi subdit, nisi forsitan esset in totum debilitatum, & ob id etiam subdit, quod quando quis in totum membrum debilitat, teneatur pœna statuti imposita pro obtruncatione membri.*
- 9 *Dens nec etiam dicitur membrum, cū per se operationem propriam, & distinctam non habeat, sed mediantibus alijs membris, l. cui dens, ff. de edil. edic. vbi Cepol. nu. 12. 13. in 5. quæst. Bar. in l. 2. n. 13. Ang. nu. 11. Imol. nu. 4. de public. iudic. & alij adducti per Pet. Cabal. in d. casu 236. num. 12. & seq. Marian. Soc. in d. c.*

in d. c. ad

Vnde  
non comp  
nisi ex me  
diceret; si  
quod me  
quia ex qu  
ret digitu  
nu. 3. Fulg  
membrum  
casu 236.  
10 Postren  
sunt in cor  
strumenta  
ra, & alia  
casu 236  
4. nu. 87. 8  
11 Et cleri  
latione me  
tiam, de  
de irregula  
27. nu. 106  
in litt. D. &  
mutilation  
mamillam  
culam, &  
similia me  
ad Diaz. in

Pœna cap

S

- 1 *Mortis pœna ex comm*
- 2 *Pœna mort nonico.*
- 3 *Mortis pœna naturali, & a morte ciuili to, vel a iur*
- 4 *Pœna capit*
- 5 *Pœna capit & sic de pœ*
- 6 *Cautela est gare pœnam quod moriat a spatulis.*
- 7 *Sententia ce la, & de qu*
- 8 *Pœna inflig ma, igne se ultimo sup*
- 9 *Pœna loque debeat de*
- 10 *Pœna mort paret ex me*
- 11 *Pœna mort pœna mortis pœna mortis*
- 12 *Pœna mort intelligitur*
- 13 *Pœna mort*



in d. c. ad audientiam, num. 200. de homicid. in sexto.

Vnde statutum loquens de debilitante membrum non comprehendit debilitantem digitum, vel dentem, nisi ex mente eiusdem statuti aliud appareret, vt quia diceret; si quis alicui debilitauerit, vel inciderit aliquod membrum, simile membrum sibi abscindatur, quia ex qualitate relationis, statutum comprehenderet digitum, & dentem. Bal. in d. Auth. sed nouo iure, nu. 3. Fulgos. nu. 2. Castr. nu. 2. Ang. de malef. in verb. membrum, num. 2. & ideo Aug. nu. 10. Pet. Caball. d. casu 236. num. 17.

30 Postremo est dicendum, quod ultra supra narrata, sunt in corpore nostro alia membra, & quædam instrumentali, quædam formalia, & ex his alia maiora, & alia minora. Doct. adducti per Pet. Caball. in d. casu 236 n. 125. & latè vide Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 87. 88. & 152. littera O, & P.

31 Et clericus, quando efficiatur irregularis ex mutilatione membri, latè tradunt Mar. Soc. in c. ad audientiam, de homic. in 6. Gondisal. a Villadiego in tract. de irregular. rubr. de percussor. col. 1. Nau. in Man. c. 27. nu. 206. Ignat. Lopez, & Diaz in pract. crim. c. 99. in litt. D, & in specie firmant non effici irregularè per mutilationem alicuius digiti, & quid per barbam, per mamillam tam in femina, quam in homine per auriculam, & per truncationem membri aridi, & per alia similia membra, latè ponit post alios Ignat. Lopez, ad Diaz. in d. c. 99.

**Pœna capitis imposta a Constitutione, vel Lege, de qua sit intelligendum.**

**S V M M A R I V M.**

- 1 Mortis pœna inflicta de iure canonico intelligitur de pœna excommunicationis.
- 2 Pœna mortis, vel sanguinis non est cognita de iure canonico.
- 3 Mortis pœna de iure ciuili intelligi potest de morte naturali, & de morte ciuili, sed in dubio debet intelligi de morte ciuili idque erit, quando reperitur inflicta a statuto, vel a iudice in sententia.
- 4 Pœna capitalis idem importat, quod pœna capitis.
- 5 Pœna capitalis de iure ciuili semper intelligitur de mitiori, & sic de pœna exilij.
- 6 Cautela est vt iudices in sententia, quando volunt irrogare pœnam mortis naturalis, apponunt illa verba, ita quod moriatur, vel anima separetur a corpore, vel caput a spatulis.
- 7 Sententia continens pœnam capitis simpliciter, an sit nulla, & de qua pœna capitali intelligi debeat.
- 8 Pœna inflicta per ista verba, furca, gladio, ferro, Flamma, igne seuerissimo, grauissimo, durissimo, amarissimo, ultimo supplicio ferali peste vel laqueo, intelligitur de pœna mortis naturalis.
- 9 Pœna loquens per verbum, gladio seu ferro, an intelligi debeat de morte naturali.
- 10 Pœna mortis naturalis intelligitur inflicta, quando apparet ex mente legis, statuti vel iudicis.
- 11 Pœna mortis inflicta a statuto in casu pro quo est etiam pœna mortis iure communi inflicta intelligitur de eadem pœna mortis naturalis.
- 12 Pœna mortis inflicta, vna cum publicatione bonorum, intelligitur de morte naturali.
- 13 Pœna mortis inflicta a lege, vel statuto post alias pœnas

*mortis naturalis, intelligitur de pœna mortis naturalis, declarando tamen, vt hic per Authorem.*

**C A P. VII.**

**P**RO Aduocatis est valde utilis determinatio præsentis quæstionis, cum iudices, vt plurimum facillimè decipiantur circa istam pœnam capitis, & maximè quando sunt iuris ignari, & vanam gloriam in populo, per mortem hominum anhelant. † Et ideo dicas, quod si ista pœna mortis infligatur per ius canonicum, non intelligi debeat de morte naturali, quæ separat animam a corpore, sed de illa, quæ separat animam a gratia Dei, & sic de pœna excommunicationis, per tex. apertum in c. per venerabile, vers. mori præcipitur, idest per excommunicationem, qui filij sint legitimi. Arnald. Albert. de agnosc. assert. Cathol. & hæret. q. 25. sub nu. 30. Petr. a Plach. epit. delict. c. 17. n. 16. & seq. Foller. in pract. crim. can. in verbo, & confessi, aut conuicti sint. nu. 12. cum alijs adductis per Modern. Rom. q. 19. nu. 12. † cum ius canonicum pro quocunque grauissimo crimine pœnam mortis, vel sanguinis non imponat gl. in c. delatori 5. q. 6. c. sententiam sanguinis, ne clerici, vel monach. c. clericum eod. tit. c. ex his, de excess. præl. & alia iura adducta per Petr. Plac. in loco supra citato. Et quatenus etiam ad pœnam corporalem ius canonicum velimus extendere, deberet intelligi, non de pœna mortis, sed ciuilis vt amissionis dignitatis, vel depositionis. Foller. in pract. crim. in verbo, & si confessi, siue conuicti. nu. 34. post Abb. in c. 1. de homic. & post istos Fab. a Mont. Leon. in prax. p. 4. q. 7. num. 13.

3 Si verò imponatur pœna mortis a iure ciuili, cum ius ciuile habeat duas species mortis, scilicet ciuilis, & naturalis, l. 2. & ibi gl. in verb. mors, de public. iud. & in dubio benignior est facienda interpretatio, l. si Præses, ff. de pœn. l. pœna, eod. tit. l. semper, de reg. iur. c. hæc autem, §. pœnæ, de penit. dist. 1. & debet intelligi de morte ciuili, & non de morte naturali, quando agitur de impositione pœnæ. Foller. in pragmat. de soldo. num. 58. in fi. & alij, quos refert. & sequitur Fab. a Mont. Leo. in prax. p. 4. q. 7. nu. 12. latè Iul. Clar. q. 76. nu. vbi alios allegat, & testatur de communi, & latè tractetur Farin. q. 19. n. 13. Misng. obseru. sing. 45. cent. 2. latè Rimin. iun. conf. 273. n. 32. cum plur. seq. vol. 7. vbi firmat non esse recedendum ab ista opinione tanquam communi in iudican. lo. Anchar. in qq. famul. lib. 2. q. 30. Pet. Cabal. casu 134. nu. 5. in fin. Lup. de ill. g. & de uat. rest. lib. comment. 1. §. 6. nu. 88. circa finem. Et caueat Aduocatus, ne decipiatur in isto articulo a Flam. Cartar. in tract. de execut. sent. c. fi. nu. 302. qui contrarium tenet, vt intelligi debeat de pœna capitis naturalis. ex iuribus per eum allegatis, quia illa liquantur, quando de morte fit mentio, non per modum impositionis pœnæ, sed in contractibus, vel ultimis voluntatibus, vel in alia dispositione, & tunc de morte naturali fiat interpretatio, vt bene respondet Farin. d. q. 19. nu. 13. in fi. eoque magis procedit si partes in contractu expriment mortem cum alio verbo naturali, quia tunc intelligitur de morte naturali, per quæ separatur anima a corpore, l. ite Fran. Castr. de tract. societ. offic. e. 7. per totum, vbi infert ad decisionem vnius quæst. in materia societ. officio.

Itemque erit dicendum, quando talis pœna reperiatur inflicta a statuto, siue a iudice in sententia vt fiat



etiam quādo quis alicui ostendit vnam rem sed aliam tradit titulo venditionis, quæ non sit eiusdem bonitatis, l. 3. §. sed & si quis, ff. eodem titulo, vbi communiter Doct. vt testatur Ant. Gomez. d. c. 7. nu. 1. vers. tertius est casus, Petr. Caball. casu 177. nu. 2. & seq. Ac etiam in mercatore, qui fraude, & machinatione vendit merces, vitia earum occultando, & varijs actibus, & mendacijs ementes decipiendo, & seducendo, & hoc modo thesauros iniquitatis sibi parando, idem Caball. casu 177. num. 3. Ioan. Bott. conf. 73. nu. 1. Ac etiam quando quis imposturam facit in vendendo, l. 3. ff. de crim. Stellion. Iul. Clar. q. 83. num. 3. vbi refert plures casus de simili impostura, & qua pœna puniatur, & ibi Baiard. num. 13. alios allegat, & ibi Clar. ponit alia exempla Bertazz. conf. 11. Claud. in addit. in lit. A, Car. Tusch. in lit. P, concl. 336. nu. 13. Porrus in quodam suo responso iuris ad decretum Med. in quibus casib. crim. proced. non pos. & ibi plura exempla ponit Io. Bot. conf. 73. nu. 1. cum plur. seq.

5 Et in proposito solet quæri, an qui partē frumenti corrupti, seu aliquo modo vitiat, & infecti, aut polluti: quod de per se vendere, vel consumere non potest, & misceat cum frumento bono, possit dicta pœna puniri, & peccatum committat, & pro parte negatiua adducitur tex. in l. 1. C. de condit. in publ. hon. lib. 10. vbi Bar. Bal. & Luc. de Pen. Franc. Marc. decis. 540. nu. 4. p. 1. Io. de Arn. epithom. 1. vbi in terminis constit. Regni Siciliae. De pœna mercatoris vendentis merces corruptas cum incorruptis: vt non puniatur per tex. celebrem in l. 1. vbi Bart. loquitur de aromatarijs vendentibus suas merces corruptas cum incorruptis, vt non puniatur Ant. Corset. sing. in verb. commixtio sing. incip. licitum est commiscere, sed quando Aromatarius miscens rem vitiosam cum mercibus puniatur, tradunt Rip. in tract. de peste. tit. de remed. præseru. contra pest. nu. 147. Rom. sing. 532. Alciat. lib. 2. Peregr. c. 22. Menoch. casu 382. nu. 4. & latè Io. Bott. conf. 73. n. 2. & seq. vbi ponit multa exempla, sed fiscus videtur hoc restringere in frumentis, & bladis publicis, & a communi ad totius populi commoditatem, & beneficium repositis in publicis horreis fauore ipsius fisci, secus autem est in priuatis, in quibus non est prohibitum immiscere bladum corruptum cum incorrupto. Franc. Marc. decis. 540. sub nu. 4. Ac etiam quando summa corrupta est adeo modica, vt non possit humanis corporibus afferre nocuum, alias secus, si immineret dictum periculum, quia puniretur pœna extraordinaria. Caball. casu 80. nu. 3. & seq. extra d. per Menoch. casu 382. per tot. & quod si res fuerit modicæ quantitatis, quæ fuit posita cum mercibus, aromatarijs, vel alius mercator priuatur, latè tuetur Io. Bot. conf. 73. nu. 13. & seq. & sub num. 7. & seq. tuetur etiā si filius, vel consuetudo mercatorum aliter suaderet, vt nulla pœna puniantur, & ibi concordantes allegat, & maximè subdit, quando essent bonæ.

6 Sed Aduocatus in isto crimine pro defensione rei potest multa deducere. Et primo, quod delictum sit præscriptum per biennium prout præscribitur. Add. Farin. conf. 7. n. 8. in lit. B, vbi plus firmat, quod fiscus nec poterit habere restitutionem in integrum; & ego alias dixi in 2. Defens. in materia præscriptionis. Item quod est paratus damnum passis satisfacere. Höded. conf. 96. nu. 71. & seq. vol. 2. item quod contractus sit

ipso iure nullus. Bal. conf. 15. nu. 1. vers. præterea, vol. 1. Ponzinib. super decreto Mediol. quando delictum habet originem ex contractu. ver. 3. vt habeat. Item, quia ille dolus potest actione ex contractu, & ciuilitè expurgari. Bal. conf. 14. nu. 3. in fi. & conf. 15. vol. 1. Crauet. conf. 6. n. 105. Rolan. conf. 75. n. 31. & seq. lib. 1. Ofasc. decis. 37. nu. 5. Menoch. casu 381. nu. 5. & conf. 98. nu. 83. & 84. vol. 1. Ponzinib. vbi supra. Et si licet ex crimine stellionatus, vltra pœnam arbitrariam stetur etiam actio ad interesse, tot. tit. ff. & C. de dol.

7 † Tamen nulla actio criminalis datur, quando potest alia actione ciuili ex eodem contractu, vel quasi resultate, purgari. Bal. d. conf. 14. nu. 3. in fi. d. conf. 15. nu. 1. Rolan. conf. 75. nu. 33. vol. 1. Crauet. conf. 6. nu. 105. vbi ponit plura exempla, latè Farin. q. 19. nu. 36. conf. 7. nu. 8. vbi Add. in lit. B, vbi testantur esse quotidianū fundamentum, quod ab Aduocatis in practica fit, & deducitur. Höded. conf. 109. n. 59. vol. 1. Eoque magis erit verum, si factum non transfret in propriū nomen delicti, citra nomen furti, vsuræ, & similibus, vt non detur actio criminalis, sed actione ciuili sit experiendum, & sic materia non sit ordinata, ad crimen committendum, sed ad ciuilitè contrahendum. Farin. d. q. 19. nu. 37. Ofasc. decis. 137. num. 5. & 17. Bald. d. conf. 15. Höded. conf. 109. n. 59. vol. 1. & latè scribit Ponzinib. super decreto Mediol. quando delictum habet originem a contractu, & latius reasumit, & declarat scripta per d. Ponzinib. Porrus in fine suorum responsoforum.

#### Auxilium præstitum ad homicidium committendum, quomodo puniatur.

##### S V M M A R I V M.

- 1 *Auxilium præstitum in homicidio, an puniatur pena mortis naturalis, disti. guntur tres casus per Bart. in loco relato, quæ distinctio non est per Authorem admissa, sed illa pluribus modis declaratur, vt hic est videre.*
- 2 *Auxilium simplex præstitum in homicidio non punitur pœna mortis, & quando dicatur simplex auxilium.*
- 3 *Auxilium ante delictum, si non fuerit ordinatum ad committendum homicidium, sed de eo posset dubitari, nequaquam puniretur pena mortis.*
- 4 *Auxilium remotum non punitur pena mortis. Et quando dicatur auxilium proximum, & auxilium remotum, traditur hic per Authorem.*
- 5 *Assistens homicidio, si non vulnerauit, & ille fuit interfectus vnico vulnere, an puniatur pena mortis.*
- 6 *Arma, equum, vel famulum commodans ante homicidium, an puniatur pena mortis, si homicidium ignorauerit esse committendum, sine dubio non punitur pena mortis.*
- 7 *Auxilium præstitum post delictum non punitur pena mortis, & maximè si delinquens nullum commodum recepit ex dicto auxilio.*
- 8 *Associatio facta post delictum, nõ ad malum finem sed ad euitanda alia delicta, non punitur aliqua pena.*
- 9 *Statutum puniens præbentem auxilium post delictum in delicto capitali, vt intret, debet probari, quod delinquens fuerit imputatus de delicto capitali.*
- 10 *Bulle Gregorij XIII. & Sixti V. punientes auxilium præstitum post delictum, quomodo intelligantur.*
- 11 *Associatio facta post delictum, ad euadendum delinquentem*

que  
12. Aff  
rij p  
nitu  
13. Aff  
uall  
14. Aff  
ex p  
hom  
pres  
15. Aff  
bus  
16. Aff  
fuit  
18. Aff  
si de  
19. Aff  
etian  
Eto n  
20. Conf  
ras,  
quom

Q  
na m  
sed e  
ff. ad  
1. Na  
doct  
per I  
qui o  
eti au  
Crau  
rif. co  
fu 34  
58. no  
resol  
stin  
nu. 2.  
lium  
socia  
punir  
actu,  
vt pu  
delict  
fuger  
tener  
stin  
quart  
ope,  
præst  
& sci  
casu,  
qua d  
res tr  
bitr.  
mate  
130.  
Q  
est, &  
struat



- quentem de manibus inimicorum, nulla pœna puniatur.
12. Associatio facta post delictum si non aderant birroarij parati ad capiendum delinquentem, nulla pœna puniatur.
13. Associans delinquentem, non incontinenti, sed ex interuallo, non puniatur.
14. Auxilium præstitum super homicidio non puniatur, nisi ex parte fisci probetur, quod præcesserit tractatus ad homicidium committendum, & in dubio tractatus non præsumitur.
15. Auxilium non puniatur, quando non constat de principalibus delinquentibus, nisi per ipsorum contumaciam.
16. Auxilium non puniatur, quando principalis delinquens fuit absolutus.
18. Auxilium non puniatur de qualitate aggravante delictum, si de eo auxilium præstans scientiam non habuerit.
19. Auxilium præstitum in atrocioribus criminibus, & etiam in crimine læsæ maiestatis, quando puniatur delictum non sequitur.
20. Consilium, persuasio, vel inflammatio, ac portans literas, seu ambasciatas ad homicidium committendum, quomodo puniatur.

## C A P. X.

**Q**uoniam sæpè contingit in facto disputare, an auxiliu præstitum in homicidio puniatur pœna mortis, quod auxiliu præstatur nõ solum facto, sed etiam verbis, l. 1. §. hoc rescriptum, l. cum dominus ff. ad Syllan. Marc. Ant. Macerat. lib. 3. resolut. 10. nu. 1. Nat. conf. 240. nu. 14. vol. 2. Baiard. q. 90. nu. 25. & doctores dicant hanc quæstionem esse arduam, ut per Iul. Clar. q. 90. & disputabilem reddit Bart. in l. is, qui opem nu. 5. ff. de furt. qui voluit eadem pœna plecti auxiliu, qua puniatur ipse principalis delinquens. Crau. conf. 220. nu. 12. Bero. conf. 192. n. 8. lib. 2. Paris. conf. 154. nu. 21. conf. 166. nu. 6. lib. 4. Menoch. casu 349. nu. 3. vbi de magis recepta opinione, Nat. cõf. 58. nc. 9. Surd. conf. 49. nu. 45. Mar. Ant. Macerat. d. resolut. 10. nu. 1. & magis dubitabilis redditur per distinctionem facta ab eodem Bar. in l. in furti. §. ope, nu. 2. ff. eodem dum firmat, quod aut præstatur auxiliu ante maleficium si quis commodauit arma, associavit amicum, vel eundem instruxit, & tunc voluit puniri eadem pœna. Aut præstatur auxiliu in ipso actu, & tunc etiam res minorem habeat difficultate, ut puniatur eadem pœna. Aut præstatur auxiliu post delictum, commodando equos illi, qui deliquit, ut aufereret, vel delinquentem occultando, & tunc voluit teneri pœna, l. 1. & fin. C. de his, qui latron. quam distinctionem sequitur Clar. in d. q. 90. addendo tamen quartum casum, de quo etiam meminit Bart. in d. §. ope, nu. 6. nempe, quando is, qui auxiliu post delictu præstitit, fuit auxiliator quoquomodo ante delictum, & sciuit delictum fore committendum, & voluit hoc casu, auxiliatorem eadem pœna mortis puniri; cum qua distinctione videntur magis communiter Doctores transire, ut demonstrat Menoch. casu 349. de arbitr. & dicit Ant. Thesaur. q. 46. num. 1. in fi. & de ista materia auxiliij multa dixit Moder. Rom. Farin. quæf. 130. per totam.

Quæ Bart. distinctio ita simpliciter recipienda non est, & Aduocatus pro defensione firmet, ac bene instruat iudicem, ut simplex auxiliu præstitum non

puniatur pœna mortis naturalis. Ioan. Andr. c. Felgis §. illud, de pœn. in sexta. Ang. in l. is, qui opem de furt. Bellam. in c. 1. nu. 5. de offic. deleg. lat. conf. 136. in fi. vol. 1. Laderch. Imol. conf. 124. n. 5. vbi subdit, ut simplex auxiliu dicatur, quando delictum abique illo auxiliu, mandatum fuisset executum. Rim. in. conf. 59. num. 13. vbi excusat quemdam, qui hospitatus fuerat homicidas nocte ante homicidium commissum, quæ opinionem etiam sequitur Didac. Ganter. quæf. crimin. c. 6. nu. 19. in fi. Ant. Thesaur. q. Forens. lib. 1. d. q. 46. nu. 3. Farin. q. 130. nu. 44.

Et multo magis vera erit ista opinio, quando auxiliu ante delictum commissum, non fuerit ordinatum ad certum homicidium, sed posset dubitari, si ille esset commissurus homicidium, vel delictum circa homicidium inferendo vulnera, vel quid simile, quia licet sequatur homicidium, ille auxiliator non tenebitur eadem pœna homicidij, ut consuluit Laderch. Imolen. in d. conf. 194. nu. 1. & seq. vbi defendit a pœna mortis quemdam Capitaneum, cui quidam homicida, dixit, vno ha fatto correre mio fratello, dandoli, mi saluare io in casa vostra, cum verbum, dare, non referatur proprie ad homicidium, sed ad aliud genus percussionis, vel possit habere plures intellectus extra homicidium, de quo verbo, dare, latè consuluerunt, quod sit interpretandum citra mortem, Dec. respon. 104. Honded. conf. 87. nu. 166. vol. 2. Baiard. q. 89. nu. 21. & quia in delictis semper defumitur in trepretatio, quæ minus delictum contineat. Aret. conf. 31. nu. 6. Ruin. conf. 122. nu. 8. vol. 4. conf. 1. nu. 3. conf. 165. nu. 8. vol. 5. Marf. conf. 21. num. 1.

Et quia etiam non posset defumi, nisi præsumptiuè quod ille voluerit committere homicidium, & ex præsumptionibus nemo damnetur ordinaria pœna. Cæpoll. in terminis nostris, conf. 27. nu. 12. qui inquit, possibile est, quod sine auxiliu fecisset, ac etiam possibile est, quod non fuisset, nec dissentit Caualean. de Brach. reg. p. 4. nu. 189. & ideò locus erit solum pœnæ arbitrariæ, ut inferius in hac defensione dicam.

Ac etiam Aduocatus instruat, quod auxiliu remotum a delicto non puniatur eadem pœna, qua puniatur delinquens, ut in terminis contra Bart. tenet Salic. in l. 1. nu. 24. C. de rapt. virg. vbi bene firmat, quod iniquum sit, ut vbi minus auxiliu sit, sit eadem pœna, & quod exigatur, auxiliu esse causam delicti, & cooperatiuum, quem sequitur Cæpoll. conf. 27. vbi defendit quemdam qui dixerat, ite ad occidendu, portabo enim instrumenta, quibus eum sepelliemus. Blach. in pract. crim. c. 120. & eandem opinionem cõtra Bart. tenet Barbat. in c. 1. nu. 73. & seq. de offic. deleg. vbi Felin. n. 13. & Dec. nu. 12. vbi inquit, communem opinionem Bar. non habere locum, quando auxiliu non præbuit causam delicto, & ibi Bero. nu. 98. & sequent. Grat. respon. 52. nu. 15. vol. 2. vbi in casu suo, auxiliator inuestigauerat offensam, denunciauerat domino exiisse, curaueratque, ut veniret ad locum in quo fuerat occisus, & tamen concludit non teneri pœna ordinaria. Soci. iun. conf. 34. nu. 16. vol. 2. Paris. conf. 152. nu. 37. conf. 154. nu. 2. vol. 4. latè Carrer. in pract. §. homicidium, nu. 69. vbi dat exempla de illo, qui auxiliatus est ante delictum, inter quæ ponit illud Cæpoll. d. conf. 27. & alij relati, quos sequitur Laderch. Imol. d. cont. 194. nu. 5. vers. secunda sit conclusio, & sub nu. 6. concludit pessimè Clar. in d. q. 90. loquantium fuisse



fuisse, dum tenet eum, qui dedit spem homicidæ de eum adiuvando ad fugam, teneri pœna ordinaria, cū tale auxilium non sit consubstantiale, nec mediū, sed valde remotum, & fiscus teneatur probare, quod sine tali spe delinquens non fuisset aliter occisurus; & eandem opinionem tuetur Ant. Thesaur. in d. q. 46. nu. 3. quia, vt inquit Boer. decis. 167. num. 3. oportet, quod præstatio operis dederit causam maleficio, vt possit accommodari pœna ordinaria delicti, & cum hac opinione, inquit ibi Thesaur. transiit ille Senatus, respōdens ad Plac. epit. delict. lib. 1. c. 16. nu. 5. quod in casu suo auxiliator fuit in ipso delicto cooperatus, & assistit homicidio, latè Farin. q. 130. num. 47. & seq. & latè Menoch. casu 349. nu. 9. & seq. vbi loquitur in auxilio remoto præstito tam antequam in actu delicti, vt puniatur pœna arbitraria, & ibi concordantes allegat, & contra Iul. Clar. tenet etiam Hieron. Giach. in d. q. 50. in litera B, & Baiard. nu. 5. post Cepol. in d. conf. 27. per totum, & post Paris. conf. 152. per totum vol. Immo statutum puniens auxiliantem eandem pœna, qua punitur delinquens, intelligi debet de ope, quæ fuit causa homicidii, & non de quolibet modo auxiliandi, Ruin. conf. 82. n. 5. vol. 4. Rimin. iun. conf. 106. nu. 12. to. 2. crim. diuers. & Baiard. d. 90. nu. 28. & latè declarat Marf. sing. 15. Item remotum auxilium est, quando quis commodauit arma. Menoch. casu 349. nu. 5. vel equum, seu famulum. Burf. conf. 146. nu. 23. vol. 2. vbi alios allegat, & vide Ant. Gomez. tit. de delict. c. 3. nu. 48. vers. sed dubium. Iul. Clar. q. 90. num. 1. qui loquitur in eo, qui commodauit equos, latè Farinac. q. 130. nu. 9. 10. & seq.

Exempla autem auxilii proximi, & cooperatiui ad delictum referuntur per Laderch. Imol. in d. cōf. 194. nu. 5. vers. cum itaque, vt si quis in furto commodauit ferramenta ad effringendum, scalam ad ascendendum cum fractura, & ascensio sint actus præcipui, & necessarii ad furtum, vt colligitur in l. pignora, ff. de furt. Item si quis subministrat pecuniam ad veneni comparationem, licet Mar. Anton. Macerat. lib. 3. resolut. 47. nu. 19. post Grammat. dec. 38. nu. 28. & Add. ad Diaz. in pract. canon. c. 96. dicat auxilium proximum in crimine veneni tunc dici, si fuerit porrectum venenum ad bibendum, & comedendum, licet non fuerit secuta mors, vel vt daretur pecunia ficariis, qui homicidium committeret, qui actu sunt principales ad delictum. Anto. Gomez. tit. de delict. c. 3. nu. 48. vbi de communi Nouell. in pract. crimin. in prin. nu. 90. mihi fol. 29. Eugen. conf. 90. nu. 5. lib. 1. Pet. Cabal. casu 243. nu. 4. qui loquitur, quando datur pecunia pro emendis armis ad delictum committendum: dummodo tamen sciēter pro homicidio committendo dederit pecuniam, secus si ignoranter pecuniā amico mutuauit, quia licet ille deinde emerit arma, & commiserit homicidium, ille qui pecuniā mutuauit nulla pœna puniretur. Marf. l. sciente, nu. 2. ff. de ficar. Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 86. in fi. latè Farin. q. 130. nu. 5. & seq. vbi firmat in dubio, q̄ ignoranter mutuauerit, vel accommodauerit dicendū sit. Menoch. casu 349. nu. 6. de arbit. & Caball. vbi supra loquitur, si quis sciēter portauit litteras, vel ambasciatas ad homicidium etiam patrandum. Idem dicit esse in portante ambasciatas de alio delicto atroci. Idemque dicit esse in Notario conficiente instrumētum foeneratium, vt teneatur, sicuti tenetur princi-

palis. Et idem, si quis subministrat pecunias pro parricidio committendo, teneatur pœna parricidij. Et ideo auxiliator eadem pœna punitur. Idemque Laderch. vbi supra, dicit esse in eo, qui sciēter ad homicidium committendum vendidit venenum, & ibi etiam ponit nonnulla exempla de auxilio proximo, & consubstantiale, & immediatè ordinato ad delictū, & Eugen. conf. 90. nu. 8. ponit quatuor modos præstandi auxilium cooperatiuum, & in crimine assassini, vt mandans, & mandatarius possint puniri pœna mortis non secuto effectu, requiritur vt mandatarius deuenit ad actum proximum, qui erit, quando fuit secuta percussio, vel insultus, & fecerit quicquid potuerit, vt mandatum exequeretur, sed exequi non potuerit secundū veriorē opin. & magis communem attestatam per Farin. q. 122. nu. 108. Cabal. de omni genere homic. nu. 508. nisi essent soliti similia committere, quia non requiritur, quod deueniant ad actum proximum.

5 Si quis autem assistit homicidio, sed non vulnerauit, & vnico vulnere offensus interijt licet de occifore non constet, quod non possit puniri pœna mortis, cōtra Bart. multi tenent, quos citat Clar. d. q. 90. & Carrer. in praxi de homic. §. circa testiu, fol. 134. testatur de cōmuni cōtra eundē Bar. & cōtra eundē tenet Boer. in d. dec. 167. sequēdo opinionē Dyni in conf. 51. qui consuluit præbentem auxilium non teneri pœna statuti, quando ipse non interfecit, sed vnico vulnere fuit, quis occisus, & quod alij non teneantur pœna ordinaria etiam quando est certus, qui occidit, latè Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 185. nisi tamen auxiliator fuerit in tractatu ab initio, & inde in actu eidem delinquenti appensatè auxilium dedit, reddendo illum animosiores, vt tunc sit vera opinio Bart. licet ille fuisset vnico vulnere interfectus, quia tūc opinio Bar. vera est, vt testatur Nat. in conf. 458. lib. 2. & fortius, si ipse etiam admenauit, vel sclopum explosit contra personam occisi; prout in contingentiā facti Senatus Pedemontani exequutus fuit, teste Anton. Thesaur. d. q. 46. nu. 3. secus vero si alias bonus vir incautus fuerit ductus ad locum in quo ab inimicis aliquis expectaretur tanquam ovis ad occisionem, quia ex illa assistentiā nullam pœnam incurrit. Grat. conf. 52. vol. 2. Nouell. in pract. nu. 67. & seq. Caualc. d. p. 4. nu. 186. in fine, quod est notandum, quia sæpè contingit in facto, & maximè si constaret, quod in ipsa fuit neutralis, vt ibi per Caualc. nu. 186. sub vers. & quoniam, & si quis extiterit in rixa armatus non causa auxilii, sed præter cogitatū, & ipsius scientiam aliqua pœna non puniatur, etiam si sequatur homicidium. Nou. confil. 191. n. 16. Paris. conf. 152. nu. 30. conf. 164. nu. 11. vol. 2. Burf. conf. 216. nu. 58. vol. 2. Quæ scientia requiritur Carrer. in §. homicidium, nu. 48. 54. Menoc. casu 359. nu. 2. & seq. Marc. Ant. Macerat. lib. 3. resolut. 8. nu. 7. vbi subdit, quod erit standum iuramento inquisiti, an deliberatè accesserit Ruin. conf. 1. num. 3. vol. 5. Nou. conf. 96. nu. 4. Burf. d. conf. 216. nu. 58. Gram. dec. 25. nu. 2. Caualc. de Brach. reg. prag. 91. Nisi ille, qui associat delinquentem armatus, esset solitus sine armis ire, & nisi post delictum commissum auxilium præstiterit delinquenti ad fugam, quia non careret pœna pro modo culpæ. Caualc. d. fragm. 91. in fine, vel nisi postquam detegit delictum potuerit recedere, & non recessit, vt post Fulgos. Cepol. Caccialup. & An-



& Anguis. tradit Baiard. q. 90. num. 24.

- 6 Quod autem supra dictum fuit, quod si quis commodavit arma, equum, famulum ad delictum committendum, puniatur pœna extraordinaria, intellige esse verum, quando sciuit illum esse delictum commissurum; secus si ignorauit, quia nulla pœna teneretur, Bal. in l. quicumque num. 22. C. de seru. fugit. Marf. in pract. §. constante, num. 55. vers. 5. limita, Tob. Non. consil. 101. nu. 19. Bursatt. consil. 146. nu. 20. in princ. & sub n. 22. vol. 2. post alios, quos allegat, dicit commodantem arma non teneri, nisi dolose, vel ex proposito, vel lata culpa commodauerit, Boer. decis. 167. num. 2. qui loquitur in eo, qui commodauit balistam, Menoch. cas. 349. n. 6. loquitur in eo, qui commodauit arma, vel equum, Clar. d. q. 60. n. 2. in fin. etiam in crimine læsæ maiestatis Diuinæ, & humanæ, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. num. 50. vers. aduertendum, tenet nulla pœna posse puniri, latè Farin. q. 130. nu. 4. & seq. vbi plus subdit, quod in dubio præsumatur ignorantia. Maccerat. lib. 3. resolut. 8. n. 7. vbi alios allegat, & Menoch. d. cas. 349. nu. 6.

Et Aduocatus sciat deducere, quod in proposito talis scientia debeat probari per Fiscum, alias reus absolui debeat, cum non præsumatur, Ant. Gom. d. cap. 3. n. 50. vers. adde quod semper, vbi subdit: nisi tamen fuisset delictum notoriū, Paris. consil. 152. n. 37. 38. vol. 4. Horat. Luci. consil. 168. n. 41. & seq. tom. 1. crim. Fachin. consil. 79. n. 10. lib. 3. vbi alios allegat Bursatt. d. consil. 146. num. 20. vbi post Boer. in d. decis. 167. nu. 1. & seq. testatur fuisse quemdam absolutum; quia non fuit probata scientia accomodantis arma ad homicidium; licet Clar. in d. q. 90. n. 2. in fin. dicat, quod ille, de quo per Boer. non euasisset torturam in manibus suis, cum esset in mendacio circa commodatam balistam. Eoque magis excusaretur, si ille esset solitus commodare arma, & equos, vt ex ista consuetudine excusetur ab omni pœna, Emil. consil. 52. in fin. Bursatt. d. consil. 146. n. 21. Et si scienter fuerit datum auxilium per affinem, vel consanguineum, mitius puniretur, Ant. Gomez. d. cap. 2. num. 50. vers. item adde, vbi de communi.

- 7 Si verò agatur de auxilio præstito post commissum delictum, nulla præcedente scientia de delicto committendo, tunc sine altercatione non puniretur pœna ordinaria, sed alia extraordinaria: cum istud non dicatur propriè auxilium, Horat. Luci. consil. 168. num. 25. tom. 1. crim. Marf. in l. vnic. num. 179. C. de rapt. virg. consilio trigesimo, numero vigesimotertio, Paris. consilio 182. numero quadragesimo primo, vol. 4. Anton. Gomez. tit. de delict. c. 3. n. 59. vbi de communi, Clar. d. q. 90. vers. aut vero, Eugen. consil. 90. num. 9. & 27. Bursatt. consil. 216. num. 85. vers. 2. prope vol. 2. & consil. 402. num. 2. & 3. vol. 4. vbi post Menoch. cas. 349. num. 21. tradit, quod in practicata seruatur, vt tantum puniatur pœna exilij, vel alia pecuniaria. Et si statutum dicitur, quod præstans auxilium consilium, vel fauorem maleficio tali pœna puniatur debeat intelligi quando maleficio est in fieri, secus vero in maleficio iam facto consumato, & perfecto, quia de illo statutum non loquitur. Marf. consil. 30. num. 21. & seq. Baiard. q. 90. nu. 27.

Imo deducat Aduocatus, quod delinquens ex dicto auxilio nullum commodum, vel vtilitatem recepit: & ideo auxiliator nulla pœna sit puniendus, Roland.

Tomus Secundus

consil. 45. num. 28. & seq. vol. 1. Horat. Luci. d. consilio 168. n. 25. Rim. iun. consil. 758. n. 20. vol. 7. & Fab. Turret. consil. 66. num. 8. & seq. ponit etiam alias præsumptiones excludentes indicium, vel præsumptionem resultantem ex ipsa associatione post delictum commissum, & inter alias si associator fuerit bonæ famæ, si pauco tempore fuit facta, si se spontè in carceribus constituit, & si nullus posset excogitari tractatus.

- 8 Ac etiam deducat, quod auxilium, seu associatio non fuit facta ad malum finem, neque ad aliquid illicitum peragendum, & ob id non puniatur auxiliator, Bertazz. consil. 167. num. ... & consil. 439. Rim. iun. consil. 704. n. 54. & seq. & consil. 751. num. 1. vol. 6. vbi loquitur in eo, qui dedit pecuniam cuidam adultero, vt Ferrariæ permaneret, nec amplius rediret Cæsenam, ne iterum adulterium committeret cum quadam muliere, cuius ipse adulter erat amore captus; & quod sibi non posset imputari culpa, quia fecerit contra prohibitionem legis, vel officialis, si ex illo facto Fiscus non fuit læsus, & quod auxilium ad malum finem non puniatur dicam infra nu. 12.

- 9 Et quamuis dicitur Constitutio, vt auxilium præstans delinquenti in causa capitali, puniatur de auxilio vt ¶ adest in Statu Ecclesiastico, præcipuè per Bullam Gregorij XIII. & Sixti V. Fiscus tenetur probare delictum fuisse capitale, alias pœna Constitutionis locum non haberet, vt post alios, quos allegat, firmat in terminis dictæ Bullæ Gregorij XIII. Rim. iun. consil. 758. num. 36. & sub num. 37. & seqq. etiam dixit, pro declaratione dictæ Bullæ prohibentis receptari, vel auxiliari diffamatos pro delictis capitalibus, vt debeat probari, & verificari qualitas diffamationis capitalis: quod est notandum etiam per Bullam Sixti V. quæ vtitur eisdem verbis.

- 11 Ac etiam Aduocatus deducat, dictam associationem post delictum non fuisse factam ad euadendum delinquentem a manibus Curie, sed ne offenderetur ab aliquo priuato, vel inimico, quia tunc non punitur, Horat. Luci. d. consil. 168. n. 24. Thob. Non. consil. 96. num. 10. & seqq. Gramm. consil. 58. num. 22. & seq. Bertazz. consil. 315. num. 8. volum. 2. Eugen. consil. 76. num. 81. consil. 90. num. 29. & 34. & in dubio ita præsumitur, Sforz. Odd. consil. 15. nu. 18. Idemque erit si associauerit, ne alia delicta committeret, vt in casu Eugen. consil. 76. numero 82. & seq. Et auxiliator, seu associans suo iuramento poterit se tueri, opem præstitisse, non ad malum finem, Barthol. Gritt. consilio 158. num. 3. tom. 1. criminal. Bertazzol. consilio 315. num. final.

- 12 Et etiam deducat, quod non aderant officiales parati ad delinquentem capiendum, & ob id non possit dici illum associasse ad effectum euadendi è manibus Curie, Horat. Lut. d. consilio 168. numer. 26. Bertazz. d. consil. 315. num. 7. Rim. iun. consilio 675. numer. 11. Turret. consilio 66. num. 20. in fin. Et quia non associauit delinquentem, ad locum tutum, Thob. Non. consilio 102. numero decimonono, Riminal. un. dicto consilio 675. numero vndecimo, vbi subdit, quod ista qualitas loci tuti debet probari per Fiscum, Bertazzol. consilio 310. numero octauo libro secundo Fab. Turret. consilio sexagesimo sexto, numero 20. vbi etiam tenet, quod requiratur, vt associatio fuerit perfecta, & si per statutum puniatur præstans auxiliū non contèplatione veri actus

N puta



puta quia dicitur, quod quicumque dederit opem, & auxilium delinquenti puniatur tali poena, non intrat poena d. statuti nisi praestiterit auxilium, ut delinques eua-  
dat e manibus Iustitiae, & non procedit in simplici af-  
fociatione, ut post Bertazzol. in consilio 125. numero  
9. & seq. & consilio 323. num. 5. vers. quo vero secun-  
dum, Foller. in fragm. num. 66. & alios quos allegat  
ita declarat, And. Fach. in consilio 79. num. 2. & seqq.  
lib. 3. vbi plus subdit, quod licet statutum ulterius pro-  
cederet; ut non praestet auxilium nullo modo, ut illa  
generalitas non comprehendat affociationem, quae  
non iuuat delinquentem, nec illi opem aut auxilium  
affert, & quae non sit ad malum finem, nec in perni-  
ciam fisci, vel alterius personae, ut late ibi Fachin.  
prosequitur plures doctores in puncto hanc opinio-  
nem sequentes refert.

13 Ac etiam debet probari per Fiscum, quod in con-  
tingenti post commissum delictum recuperauerit, vel  
affociauerit: fecus si ex interuallo, Honded. consil. 87.  
nu. 168. vol. 2.

14 Nec omittat Aduocatus deducere, quod non possit  
teneri de auxilio super homicidio commisso; quia ex  
parte Fisci non fuit probatus tractatus praecedens ad  
homicidium committendum; & ideo, quamuis plures  
interuenerint homicidio ex tempore, vnusquisque se-  
culum teneatur de eo, quod fecit in ipso facto, vel ri-  
xa, Marf. sing. 400. & in pract. §. constante, numero  
45. Natt. consil. 240. nu. 13. vol. 2. Marf. consil. 26. num.  
9. & 8. Rim. iun. consil. 349. num. 6. & seqq. vol. 3. Bur-  
fatt. consil. 404. numero 1. vol. 1. vbi expresse dicit, ut  
quis possit puniri de auxilio, siue ante, siue post deli-  
ctum probetur tractatus, Honded. consil. 98. num. 24.  
vol. 1. vbi ponit pulchrum casum, Eugen. consil. 90. nu.  
11. & seq. Petr. de Surd. consil. 40. num. 46. vol. 1. Fab.  
Turret. consil. 12. nu. 30. Decian. respons. 67. num. 20.  
& respons. 125. num. 9. lib. 3. late Mar. Ant. Macerat.  
lib. 3. resolut. 10. num. 4. & seq. vbi alios allegat, Me-  
noch. cas. 349. n. 23.

Et in dubio non praesumitur, quod communicato  
tractatu, interuenerit, Burfatt. consil. 95. num. 7. volum.  
1. consil. 216. nu. 56. in fin. vol. 2. Rim. iun. consil. 675.  
num. 7. vol. 6. Caualc. de brach. reg. p. 4. numero 186.  
vers. & quoniam: vbi subdit nisi aliter exconiecturis co-  
staret ex traditis per Cepol. in consil. 60. col. 3. & Cra-  
uet. consil. 151. num. 18. & ibi ponit exempla, & quod  
tractatus debeat probari per allegantem siue fuerit  
fiscus siue alius Burf. consil. 56. n. 6. lib. 1. Decian. resp.  
204. numero 14. vol. 3. Plac. de delict. cap. 12. in princ.  
Mar. Anton. Macerat. lib. 3. resolut. 10. num. 6. & sub  
num. 4. dicit magis procedere ex breuitate temporis.  
Immo stabitur eorum iuramento, ut non deliberate  
quis interuenerit, Burfatt. consil. 216. numer. 50. in fin.  
vbi alios adducit, & dixi supra, num. 5. Nec testes pro-  
barent auxilium, si dicerent, credere, vel iudicare,  
quod nisi praestiterit auxilium, Sim. de Pret. consil. 178.  
numer. 3. Nec probarent, si dicerent vidisse illos cum  
delinquentem in aliquo loco, vel transire in simul per ali-  
quem locum, late Grat. consil. 73. nu. 4. 5. & seq. Ac etiam  
deducat, quatenus probaretur tractatus, quod non  
conuenerunt ad homicidium committendum, sed ta-  
tum ad bastonandum: quia, si sequatur homicidium,  
auxiliatores non tenentur poena ordinaria delicti, Ca-  
stren. consil. 192. In caus. carcerat. vol. 2. Ias. consil. 137.  
n. 2. vers. 2. adduco, vol. 1. Caualc. late in d. p. 4. n. 194.

cum plurib. seq. vbi plene tractat istum articulum Cas-  
strensis, & in fortioribus terminis quam posuerit; &  
consuluerit ipse Castrensis.

15 Atque etiam deducat, non constare de principali-  
bus delinquentibus aliter, quam per eorum contuma-  
ciam, ideo non posse inquietari pro auxilio, Burfatt.  
consil. 146. num. 10. vol. 2. vbi de communi, consil. 116.  
num. 60. vol. 2. Clar. q. 90. n. 6. Surd. consil. 40. sub nu.  
47. vol. 1. late Menoch. cas. 349. numer. 13. qui etiam  
alios allegat. Et licet Clar. ibi dicat, quod aliter ser-  
uetur in illo Ducatu Mediolani; tamen Burfatt. in d.  
consil. 146. num. 10. affirmat, talem consuetudinem  
esse restringendam ad illum statum, ut refert Baiard.  
in d. q. 90. num. 9. Et idem erit dicendum de consue-  
tudine contraria, quae viget in Vrbe, attestatur Pa-  
rin. q. 3. n. 5. late Moscatell. de cognit. & prob. delict.  
tit. de Homicid. me d. mandat. num. 6. & seq. Sed rela-  
tas opiniones, & contrarias sub nu. 17. videtur con-  
cludere, quod non requiratur, ut constet de delinque-  
te principali per nomen, & cognomen, sed sufficiat,  
quod testes explicitè deponant de auxilio praestito ali-  
cui absque eo quod exprimat, qui fuit ille talis, &  
quo nomine nuncupabatur, qui auxilium recepit, sed  
si posset haberi, clarior esset inquisitio.

16 Nec non deducat, quod non constet de delinque-  
te principali, prout omnino requiritur, ut procedi  
possit contra auxiliatores, late Honded. consil. 98. nu.  
13. & seqq. vol. 1. Petr. de Surd. consil. 40. n. 47. vol. 1.  
qui ambo alios allegant; & Honded. sub numer. 18. &  
seqq. plus firmat, ut non sufficeret sententia condura  
principalem, & multo minus si esset sententia contu-  
macialis; & idem voluit Petr. de Surd. d. consil. 40. nu.  
47. vers. quinimo, & sic requiritur, ut constet de ho-  
micidio priusquam deueniatur ad auxilium praestitum,  
ut bene declarat Moscatell. de cognit. seu probat. de-  
lict. de Homicid. mediante Mandato, n. 20. & seq. post  
alios quos in terminis allegat: & quod requiratur, ut  
prius constet de principali delincente Bos. tit. de de-  
lict. num. 34. Paris. consil. 71. nu. 10. vol. 4. Mar. Anton.  
Macerat. lib. 3. nu. 29.

17 Et, si fuerint principales delinquentes absoluti, mul-  
to magis absolui debent imputari de auxilio, Marf.  
consil. 24. n. 23. Sylu. Nuptial. l. 1. num. 10. Menoch. cas.  
349. num. 15. & in consil. 230. lib. 3. Honded. d. consilio  
98. num. 22.

18 Ac etiam deducat, quod auxiliator non tenetur de  
qualitate aggravante delictum, si de ea scientiam non ha-  
buerit, Menoch. cas. 249. nu. 17. & seq. de Arb. & late  
post alios, quos allegat, tradit Petr. Caball. cas. 198.  
num. 24. sed solum tunc teneatur de simplici auxilio;  
& ponit exemplum in auxilio praestito ad rumpendam  
pacem, ut auxilium praestans non teneatur de pace  
rupta; nisi scientiam habuerit de ipsa pace; & in om-  
ni casu non tenetur de poena conuentionali, sed  
tantum de poena legali, Caball. d. cas. 198. n. 20. & seq.  
vbi alios allegat, & Baiard. q. 90. nu. 2. Et ego late dixi  
in meo Tract. de Pace, prout auxiliator non tenetur uti  
principalis quando fuit indicta a statuto pro auxilio,  
quia auxiliator erit puniendus Marf. in §. constante nu.  
55. in pra. Men. d. cas. 349. n. 19.

19 Et quamuis in atrocioribus criminibus Doctores  
non videantur recedere ab opinione Bart. & prae-  
cipue in crimine laesae maiestatis; ut per D. Jac. Can-  
cer. q. crimin. cap. 6. numer. 10. & in omni alio crimine  
atroci,



atroci, Decian. part. 2. lib. 7. cap. 34. in tract. crimin. Tamen Aduocatus videat Ant. Thesaur. in d. q. 36. num. 4. qui firmat, quod circumscripto crimine læsæ maiestatis, quando auxilium non fuisset cooperatiuum homicidio, vel delicto per actum proximum, dicit non esse recedendum ab alia benigniori sententia; & adducit Berò. consil. 192. lib. 3. Mascard. conclus. 158. num. 1139. Burfatt. conf. 216. lib. 2. vbi tamen subdit, quod si quis fuit particeps tractatus, & cooperatus fuerit, aperiendo ostium inimico, vt in domo aliquem occideret, tunc talis auxiliator dignus esset morte, prout Senatus ille censuit, qui fecit quemdam famulum minorem 25. annis suspendere, quamuis homicidium in personam sui Domini solum fuerit attentatum, & non consummatum; qui famulus, habito tractatu, quemdam in domum sui domini de nocte introduxerat, vt ab eo Dominus occideretur.

20 Et an quis teneatur de consilio, persuasione, vel inflammatione, vel quando. vide Caualc. de brach. reg. part. 4. num. 192. seqq. Menoch. de arb. cas. 351. lul. Clar. quæst. 88. vbi latè Baiard. Rim. iun. consil. 310. vol. 3. Farin. q. 139. per totam vbi latissimè.

Et si quis portauit literas pro homicidio committendo scienter, an puniatur pœna homicidij, latè disputat nouissimè Petr. Caball. cent. 3. cas. 243. vbi videtur concludere, quod, homicidio secuto, teneatur pœna homicidij, & quid in exploratore, & conducente interficiendum ad locum delicti, Grat. consil. 52. vol. 2. Baiard. q. 90. num. 9.

**A**ssocians delinquentem post delictum commissum quando possit ex sola associatioue torqueri super delicto principali.

S V M M A R I V M.

1 *Auxiliū præstitum post delictum commissum an præbeat indicium auxilio occulto super delicto principali; adeo quod auxiliator ex isto inditio possit torqueri.*

2 *Indicium resultans ex associatione delinquentis potest tolli per contrarias probationes.*

*Item non facit indicium, si fuerit facta ex interuallo.*

*Item quando non erat auxilium præparatum ad delinquentem euadendum, sed auditio rumore, quis delinquenti auxilium præbuit.*

*Item quando ignoranter delinquentem associauit, & scientia ex parte Fisci erit probanda.*

C A P. XI.

1 **L**icet Doctores concludant, quod, si quis superueniat in rixa, & associauerit delinquentem ad euadendum, ex dicta associatione oriatur indicium occultum auxiliij, & consilij in delicto principali, Blanch. de indic. num. 201. Thob. Non. conf. 96. num. 7. Marf. in pract. §. constante num. 55. Gram. consil. 32. num. 5. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. numer. 50. Nouell. in pract. crim. in princ. num. 92. lul. Clar. q. 90. numer. 2. vers. maxima enim est, Burfatt. consil. 216. numero 35. vol. 2. Eugen. consil. 90. num. 9. Farin. consil. 55. n. 52. vbi subdit, quod multo magis arguitur de tractatu ex ipsa associatione, si fuerit in mendacijs: & ibi concludit, quod ex ipso euentu liberationis, & auxiliij concludatur tractatus præcedens: & ex isto solo indicio resultante ex associatione poterit torqueri su-

*Tomus Secundus.*

per delicto principali, & eius participatione, Nouell. in pract. in princ. m. hi fol. 32. num. 104. in fin. Mant. consil. 67. volum. 1. Burfatt. d. conf. 216. nu. 35. vers. & si non. Clar. vbi supra, Caualc. de brach. reg. part. 4. nu. 186. circa finem vbi sine fiat tempore delicti, & in loco, siue post, & in pertinentijs loci delicti, & ibi alios allegat, sed Aduocatus videat Fab. Turret. in conf. 66. nu. 7. cum plurib. seqq. qui tuetur totis viribus, quod ex d. Associatione post delictum non oriatur indicium ad torturam, sed solū quædam præsumptio, quæ dicitur minus quam indicium, & quod solum oriatur præsumptio consilij, & occulti tractatus adducit Felin. in c. sicut dignum, num. 4. de Homicid. Marf. in §. constante, num. 55. cum alijs adductis per Bertazz. in consil. 474. num. 22. lib. 2.

2 Tamen dicta præsumptio poterit per contrariam probationem tolli, & elidi, Marf. d. §. constante, num. 55. Thob. Non. conf. 66. num. 8. & seqq. vbi ponit plures præsumptiones, ex quibus excludatur indicium participationis, ex ipsa associatione: ad quod conf. Aduocatus habeat recursum, Marf. in l. vnica, num. 179. C. de rapt. virg. Natt. consil. 499. nu. 12. volum. 3. Baiard. quæst. 90. num. 18. Caualc. de brach. reg. part. 4. num. 186. vers. Nisi aliter latè Fab. Turret. consil. 66. num. 11. vbi etiam adducit plures præsumptiones excludentes assertam præsumptionem, vel indicium consilij, vel occulti tractatus, & inter alias, si fuerit bonæ famæ, si sponte se constituerit in carceribus, si delictum fuerit sine tractatu, & in pura rixa commissum, & ob id non posse considerari nullum consilium præcessisse prout non posset torqueri super delicto, & eius auxilio quando quis cibum dedit delinquenti, vel accomodauit ei arma non data scientia delicti patrandi Bal. in l. quicumq. num. 22. in 6. notab. C. de seru. fugit. Marf. in pract. §. constante, numer. 55. vers. quinto limita Andr. Fachin. consil. 79. num. 12. lib. 3. Ac etiā deducat, quod associatio non fuit incontinenti statim commisso delicto, sed ex interuallo, & ob id non in surgere indicium occultum auxiliij, vt post Grilland. de relaxat. carcerat. l. 5. quæst. 7. declarat Matt. in consil. 399. num. 12. vol. 3. Eugen. conf. 79. num. 98. lib. 1. Ac etiam deducat, quod non erat præparatus ad dictum delinquentem occidendum, sed auditio rumore occurrit, & inuenit eius amicum, vel consanguineum, & quamuis ad locum tutum conduxerit, non præsumitur conscius delicti, Grilland. d. q. 7. vers. idem est si post delictum, Thob. Non. consil. 66. num. 9. Ac etiā deducat, quod ignoranter eundem delinquentem associauerit, Ant. Gomez. de delict. cap. 3. num. 50. vers. adhuc tenendum tamen, Bertaz. consil. 315. nu. 6. & seq. Rim. iun. consil. 675. nu. 10. vol. 6. vbi plus firmat, quod per Curiam erit probanda ista qualitas scientiæ, & sub n. 7. quod in dubio præsumatur ignorantia; prout firmat Ant. Gomez. d. c. 3. n. 59. vers. & adde, quod semper, vbi subdit; nisi delictum esset notorium; Mazol. conf. 64. numer. 21. & seq. Bertazz. conf. 309. numer. 8. Claud. Bertazzol. consil. 517. in litt. A, Andr. Fachin. consil. 76. numer. 13. lib. 3. qui omnes concludunt vt Fiscus teneatur probare scientiam, & ipsa non præsumatur. Imò, quod d. scientia sit probanda specificè cum suis qualitatibus, & circumstantijs, nec sufficeret in genere si probaretur, quod dicebatur, vel rumor erat, quod illè commiserit delictum, vt post Plot. in l. si quando numero



859. Menoch. cas. 47. num. 15. Bertaz. conf. 439. nu. 7. & seqq. ita in terminis declarat Andr. Fachin. in d. conf. 79. nu. 11. Et finaliter concludunt, quod ex processu resultent presumptiones, ex quibus excludatur, quod non associauerit illum delinquentem ad malum finem, & quod verisimiliter non potuerit habere participationem criminis; vt bene declarat Eugen. conf. 90. n. 15. lib. 1. & dixi supra Defens. 5. c. 14. n. 20. & seqq.

In alternatiuis, quæ poena fit reo infligenda.

S U M M A R I U M.

1. *Pœna in alternatiuis, si verba statim dirigantur ad iudicem, potest eligi per iudicem: si dirigatur ad reum, potest eligi per reum: si vero verba sint passiuæ ad reum etiam electio est in reo; secus si verba sint impersonaliter prolata: quia tunc electio est in iudice.*
2. *Pœna a Statuto influcta pecuniaria, postea corporales, dicuntur pœna subordinatae, & non alternatiuae.*
3. *Pœna electio, quando verba sunt directa, partim ad iudicem, partim ad reum, spectat ad reum.*
4. *Pœna electio, quando verba Statuti sunt impersonaliter prolata, ad quem spectet.*
5. *Pœna in alternatiuis semper a iudice mitior imponi debet nisi aliæ circumstantiæ resistant: & quid in iudice habente brachium Regium.*
6. *Pœna vna electa in alternatiuis, an possit altera eligi.*
7. *Pœna imposita a Statuto pecuniaria, cum præfixione termini ad illam soluendam infra decem dies, & non soluerit, vt amputetur ei manus: an reus possit se subijcere dicitæ pœnæ corporali.*

C A P. XII.

**A**Duocatus in ista quæstione debet attendere verba Statuti, vel legis; quia si dirigantur ad iudicem, ad ipsum spectat eligere pœnam; vt si disponatur, quod si aliquis committat aliquod delictum, iudex faciat illum fustigare, vel condemnet in scutis centum, Iul. Clar. q. 85. num. 6. vers. primus est, vbi reddit bonam rationem, Menoch. de arb. q. 84. num. 2. Caualc. de brach. reg. p. 4. nu. 113. Si vero dirigantur ad reum, quia dicat: qui fecerit tale delictum soluat scuta centum, vel relaxet certam partem bonorum: & tunc electio spectat ad ipsum reum, Iul. Clar. d. q. 85. num. 6. vers. 2. est casus, vbi de communi, Menoch. d. q. 84. nu. 4. Caualc. d. p. 4. num. 113.

Et in proposito quilibet sciat, quod si verba passiuæ ad reum referantur, puta, si dicat, patiat hanc, vel illam pœnam, tunc sit electio ipsius rei, Menoch. d. q. 84. num. 5. in princip. Secus si dicat, plectatur, vel puniatur, quia tunc verba directa dicuntur ad iudicem: & ideo electio erit ipsius iudicis, Menoch. d. q. 84. n. 6.

Ac etiam sciendum erit, quod si Statutum primo pœnam corporalem inducat, postea vero aliam pecuniariam, vel primo pecuniariam, postea corporalem, istæ pœnæ non sunt alternatiuæ, sed subordinatæ, & sic in subsidium: & quancumque illa, quæ prior est in ordine locum habere non potest, altera imponitur: vt de primo casu est exemplum in eo, cui manus dextera est amputanda, vel tenetur soluere pœnam pecuniariam, nam, si habeat ambas

manus, dextera venit amputanda, nec potest se eximere per pœnam pecuniariam: & de secundo est exemplum in eo, qui non habet in ære, quod luere debeat in corpore, vt late declarat Caualc. de brach. reg. p. 4. nu. 114. Si vero disponatur, quod imponatur pœna corporalis, vel pecuniaria, arbitrio iudicis; tunc non erit pœna subordinata, sed alternatiua, & iudex quam malit eligere potest, & considerata qualitate delicti, & delinquentis, eliget illam pœnam, quæ aptior, & proportionabilior erit, Put. de Synd. in verb. pœna, cap. fin. num. 9. Menoch. q. 90. numero 38. Caualc. d. p. 4. num. 115.

3. Si vero verba dirigantur, partim ad iudicem, & partim ad ipsum reum, electio erit ipsius rei, Abb. in c. a crapula, num. 4. de vit. & honest. cleric. Caualc. de brach. reg. p. 4. num. 113. in fin. Baiard. q. 85. numer. 5. vers. adde.

4. Quando vero verba non sunt directa neque ad iudicem, neque ad reum, sed sunt impersonaliter prolata, tunc electio spectat ad iudicem, Iul. Clar. q. 85. n. 6. vers. tertius est casus, Menoch. de arbitr. quæst. 84. num. 9. dummodo tamen pœna sit corporalis; secus si esset pecuniaria: quia spectaret electio ad reum, Iul. Clar. d. quæst. 85. num. 9. vers. tu vero dic: Menoch. d. q. 84. nu. 9. Si vero ex verbis Statuti, vel legis colligeretur, quod verba sint directa ad iudicem; vt quia dicat: secundum qualitatem personarum, vel: inspecta qualitate, vel similibus, tunc electio est iudicis, Iul. Clar. d. q. 75. num. 9. in fin. Idemque erit si in vna parte alternatiuæ esset imposita pœna mortis: quia reus illam eligere non potest, Menoch. d. 84. q. numer. 7. Baiard. q. 85. num. 9. Caualc. de brach. reg. part. 4. num. 114. vbi tamen subdit in fine, quod fallit in iudice, habente brachium Regium, ex traditis per Canon. in cap. inter cetera de rescript. Ac etiam ex ordine scripturæ colligitur, si legislator voluerit pœnam primo loco relatam esse indicendam, quamquam alternatiuæ loquatur, Menoch. dicta quæst. 84. num. 8.

5. Et in dubio deducat Aduocatus, quod in pœnis alternatiuis iudex debet imponere mitiorem pœnam, l. semper in dubijs, & l. semper in obscuris, vbi Dec. nu. 12. de reg. iur. Dyn. in cap. in obscuris de reg. iur. in 6. Put. de Syndic. in verb. pœna, cap. 4. num. 9. Menoch. post alios, quos allegat quæst. 84. nu. 1. lib. 1. Baiard. quæst. 85. numer. 7. Caualc. de brach. reg. part. 4. numero decimo quarto vbi subdit, quod in delictis occultis, & nocturnis pœnæ grauiores sint imponendæ, Scacc. libero 1. de iud. cap. 12. numero 87. Quod tamen est traditum per modum consilij, non autem necessitatis; & si ipsi iudici videbitur, late Menoch. dict. quæstione octuagesima quarta, numero 2. & seqq. & ibi alios allegat, & reddit bonas rationes; vel nisi circumstantiæ, & qualitates aliter suaderent, quia tunc deberet imponi maior pœna, Menoch. d. q. 84. num. 3. & q. 94. num. 2. vers. verum inquit, & late Caualc. de brach. reg. dict. 4. part. numero 106. in fin. vbi subdit; & è contra ex qualitatibus, & circumstantijs poterit imponere minorem pœnam.

In iudice autem habente brachium regium, cessat regula supra allegata, vt mitior pœna in arbitrarijs imponenda sit, & de pœna pecuniaria intelligenda sit, quia poterit ipse arbitrari etiam pœnam mortis, si delicti qualitas exposculet. Item poterit punire pœna corporali loco pœnæ pecuniariæ, & corporali, & pecu-



& pecuniaria simul, ac etiam reo morem gerere, imponendo minorem pœnam; vt latè de his omnibus tradit Cauale. d. p. 4. num. 116. de brach. reg. Quod est valde notandum hic in Curia pro Gub. Urbis, qui vigore facultatum in crim. habet brachium regium.

6 Et vna pœna electa a iudice, vel a reo, non erit amplius pœnitentiæ locus, Socc. in cap. sicut iudæi, nu. 54. de iud. Baiard. q. 85. num. 8. Cauale. d. p. 4. nu. 116. in princ. vbi subdit, quod iudex supremus poterit reo morè gerere, & recedere à prima electione pœnæ maioris, & redire ad pœnam minorem.

7 Si verò Statutum disponat, quod vulnerans puniatur in centum aureis, quæ, si non soluerit intra decem dies, amputetur ei manus dextera; si reus non soluerit in dicto termino, adhuc iudex poterit, omiſsa pœna corporali, facere executionem pro dictis scutis centum in bonis ipsius rei, Iul. Clar. d. q. 85. n. 7. Quod dictum limitatur, & declaratur ibi à Baiard. n. 10. cum plurib. seq. multis modis, ad quem lectorem remitto.

Pœna quæ sit imponenda, quando disponitur pro aliquo delicto, vt imponatur certa pœna, vel alia arbitrio Iudicis.

S V M M A R I V M.

*Pœna pecuniaria inflicta à lege, vel statuto, & ultra arbitrio iudicis, an iudex possit arbitrari maiorem pœnam pecuniariam, vel corporalem.*

2 Et quid si dicat Statutum, vel lex, plus, & minus, arbitrio iudicis.

3 Et quid si dicat: alijs pœnis; quid importet illa dictio (alijs) circa pœna impositionem.

4 Dictio (alia) importat similitudinem.

C A P. XIII.

1 **S**per hac quæſtione inuigilet Aduocatus, quod, si per Statutum imponatur pœna pro aliquo delicto pecuniaria, puta in centum, & ultra arbitrio iudicis, non poterit iudex arbitrari, nisi pœnam maiorem pecuniariam, & non corporalem, vel exilij, vel aliã similem, Bald. in l. 2. n. 9. vers. considera etiam, C. de probat. vbi firmat, quod in pœnis est reperire positium, comparatum, & superlatiuum; & ob id, si Statutum disponat, quod in insultu cum armis sine sanguine, imponatur maior arbitrio iudicis; & cum cicatrice, maxima non poterit imponere nisi pœnam pecuniariam; quia comparatum non potest excludere qualitatem positium, nec superlatiuum qualitatem vtriusq. Et Iaf. in l. stipulationem nu. 3. vers. Idem adde. ff. de verbor. oblig. etiam dicit, quod comparatum, non solum debet participare de positio, sed etiam, de eodè genere, & non inducere quid diuersum. Moder. Rom. q. 17. nu. 50. vers. limita quarto, Petr. Caball. cas. 246. num. 2. & 3. vbi alios allegat, & sub num. 6. ita in facti contingentia obseruasse testatur, Cauale. de Brach. reg. p. 4. n. 94. & seq.

2 Imò, si diceret Statutum, quod plus, & minus possit pœnam arbitrari, debet intelligi, vt sit eadem species pluris, aliter nõ esset plus, immo omnino diuersũ; & sic, si pœna esset pecuniaria, non transibit ad corporalem; quia hoc non se haberet per modum pluris, sed per modum diuersitatis, Ang. de Perus. in l. si fugitiui, num. 5. C. de seru. fugit. & ibi Cepoll. num. 40. vers. Idem dicit Moder. Rom. quæst. 17. num. 52.

Tomus Secundus.

vbi subdit, quod iudex isto casu non potest pœnam absolute alterare, prout sibi placet, sed arbitrio boni viri, & in modico: quia verba illa (plus, & minus,) hoc importare videntur; & intelligitur etiam de modico in quantitate, & non in alio genere, & sic non poterit imponi alia pœna corporalis, Iaf. in d. stipulationem, sub num. 3. latè Petr. Caball. d. cas. 249. nu. 3. & seq. Cauale. de brach. reg. p. 4. nu. 64.

Nec in hoc mihi placet, quod voluit Cepoll. in d. l. si fugitiui, nu. 42. & seq. quod iudex non debet isto casu excedere ultra pœnam Statutam à Constitutione per illam dictionem (plus,) vt, si pœna fuit centum, illud plus referatur ad tantumdem, nempe ad alia centum; sed credo verius esse, vt illud plus reducatur arbitrio boni viri ad aliquam paruam summam, ultra illam centum, vt dicit Moder. Rom. vbi supra, vel saltem illud plus intelligatur ad medietatem pœnæ determinatæ in Statuto, & sic ad scuta cētum, & quinquaginta, vt firmat Cauale. d. p. 4. nu. 65. sed arbitrium positum in superlatiuo, nempe quod possit condemnare in maximam pœnam, intelligi potest de omni bonorum ademptione, vt post Bald. & alios, quos allegat, firmat Petr. Caball. d. cas. 249. num. 2. vers. sic. & subdit Bal.

3 Ac etiam multo magis iudex non potest uariare speciem pœnæ, quādo utitur Statutum illis verbis: & alijs pœnis; quia illa dictio (alijs) est repetitiua similitum, Felin. in cap. sedes, num. 6. extra de rescript. Marant. disput. 3. num. 3. vers. pro parte uero, & nu. 14. Moder. Rom. q. 17. num. 51. & de communi testatur Petr. Caball. d. cas. 249. nu. 3. Et ob id, si Statutum puniat delinquentem in amputationem pedis, vel alia pœna, est intelligendum de simili; nec intelligi potest de pœna pecuniaria, nec de pœna amputationis capitis, Bald. in l. conuentulam, num. 4. C. de Episc. & Cleric. & sequitur Cepoll. d. rep. l. si fugitiui, num. 41. Modern. Rom. q. 18. num. 25. & post alios, quos allegat, Petr. Caball. d. cas. 249. n. 3. Cauale. d. p. 4. nu. 66. ubi subdit procedere etiam in iudice habente brachium regium.

Reus ex quibus probationibus, & qua pœna sit puniendus.

S V M M A R I V M.

1 Probatio in criminalibus debet esse luce meridiana clarior, & hoc est verum in omnibus pœnis legalibus, & conuentionalibus, etiam si procedatur ex officio, & pœna pecuniaria, & etiam, non solum quoad personas testium, sed etiam quoad dicta illorum.

2 Testium depositiones debent esse idoneæ, & concludentes per necesse, & non per possibile, ac inferre saltem præsumptiue ad delictum.

4 Testes debent deponere per vnum ex quinque sensibus corporis.

4 Testes debent se examini subscribere, vel signum crucis facere, si nesciant scribere.

5 Testes duo saltem requiruntur in criminalibus ad probandum delictum, & debent esse omni exceptione maiores, & quid si non fuerint tales, quam probationem faciant. & quid si isti duo testes deposuerint cum tortura.

6 Testis vnus non sufficit ad condemnandum, etiam si esset



- esset omni exceptione maior, & quacunq; magna dignitate præfulgeret.
- 7 Papa vel Imperator non possunt statuere, vt vnicus testis plene probet; & maxime si esset pars aduersa iste testis.
- 8 Testis vnus deponens super re, quæ verisimiliter ab alijs scripoteft, & alij eam nesciant, est suspectus de falso.
- 9 Testi vni fide digno, cum iuramento damnnum passi, non est credendum quoad pœnam corporalem.
- 10 Testis vnus sufficit ad excusandum aliquem à pœna talioms.
- 11 Testis vnus inductus à Fisco, vel accusatore, plene probat contra ipsum Fiscum: etiamsi non esset omni exceptione maior, & deponeret de iudicio suo, & esset vnus ex principalibus delinquentibus: declara tamen vt hic per Authorem.
- 12 Testis vnus corroboratus alijs adminiculis, & præsumptionibus, quam probationem faciat.
- 13 Condemnatio ex præsumptione iuris quando sequi possit.
- 15 Pœna infligenda ex præsumptionibus an possit esse corporalis, vel pecuniaria; declara latè vt hic per Authorem.
- 16 Cautela ad effugiendam pœnam quamcunq; ex indicijs indubitatis; & quid proponere debeat Aduocatus, ad dictam pœnam euitandam.

## C A P. XIV.

1 **Q**uoniam in quolibet delicto agitur de condemnatione, & pœna infligenda; ob id est videre, quæ probationes requirantur ad illam irrogandam. Et Aduocatus habet regulam pro se, vt in crimine, vbi agitur de maiori periculo, probationes requirantur luce meridiana clariore, l. sciant cuncti. C. de probat. vbi Doct. communiter; quæ est canonizata in cap. sciant cuncti 2. q. vlt. Boss. tit. de conuict. numer. 9. l. Clar. q. 66. num. 3. Bursat. conf. 445. num. 10. vol. 4. Mascard. de probat. concl. 460. num. 2. conclus. 497. numer. 1. Menoch. de arb. cas. 279. in princ. lib. 2. Bertazz. conf. 251. num. 2. Sim. de Pret. confil. 118. n. 8. & sub num. 14. dicit procedere in omnibus pœnis legalibus, siue conventionalibus, & siue procedatur ex officio, siue per accusationem, Mascard. d. conclus. 497. num. 1. vbi alios allegat. Quæ opinio procedit in quacunq; pœna corporali infligenda, Crott. de testib. part. 3. num. 108. in fin. Boss. tit. de conuict. num. 9. vers. & non solum, & num. 10. vers. ex his procedit: Et quamuis Bologniet. in addit. ad Anan. confil. 49. dicat, quod non procedat vbi agitur de pœna pecuniaria; & ita seruari de consuetudine; vt sequitur, Sim. de Pret. conf. 90. numer. 11. & Baiard. q. 66. nu. 12. vbi etiam alios allegat: tamen Petr. de Surd. conf. 132. nu. 77. vol. 1. dicit, quod dispositio d. l. sciant cuncti procedit etiam vbi agitur de pœna pecuniaria, & in conf. 328. nu. 8. vol. 1. dicit procedere, si de crimine ciuilitè agatur, & Bos. tit. de conuict. nu. 20. extendit ad causam ciuilem arduam, vel vbi cunq; agitur de pœna: vt post alios, quos allegat, etiam firmat Decian. respons. 48. num. 4. vers. & prædicta procedunt, volum. 3. Imò etiamsi ageretur de pœna parti applicanda, Boss. d. tit. de conuict. num. 10. & siue agatur de pœna legali, siue de pœna conventionali, vt supra dixi, & tenent etiam Natt. conf. 174. numer. 24. Rim.

Iua. confil. 299. numero 17. volum. 3.

2 Quæ conclusio procedit, non solum quoad personas ipsorum testium, vt debeant esse idoneæ, prout expresse loquitur dicta l. sciant cuncti, l. Clar. q. 66. num. 3. latissimè de qualitatibus testium scribit Caualecan. in pract. de testib. par. 1. per totam, & Farinac. in tract. de apposit. contra personas testium, sed etiam quoad dicta testium, vt sint idonea, & content, vt testes facto interfuisse dicant, Boss. tit. de conuict. num. 11. Felin. conf. 2. num. 9. vbi dicit: quia in eis stat totum pondus; & debent esse certa, & specialia, & non generalia; & si sonarent, quod Titius sit fur, latro, homicida, vel similis: si non specificant speciem criminis, & eius seriem, non probant, Boss. tit. de Inquis. num. 30. & 75. vbi refert liberasse quemdam Notarium a crimine falsi, ex illa defensione opposita ex generalitate depositionis, Curt. de testib. conclus. 51. num. 100. Bertazzol. conf. 283. num. 21. volum. 2. Caputaq. Decif. 275. nu. 6. par. 3. Ac etiam debent necessario concludere, per necesse, & non per possibile, Boss. tit. de opposit. contra test. numer. 45. Marfil. in rubr. de probat. numer. 350. seq. Caputaq. dict. Decif. 275. num. 6. Bertazzol. conf. 3. nu. 16. conf. 283. num. 6. & seq. Decian. respons. 93. numer. 58. lib. 2. Soccin. Sen. confil. 8. numer. 7. & seq. vol. 1. Petr. de Surd. conf. 328. nu. 8. volum. 1. & hoc magis procedit in delicto, quod infamiam irrogat, Soccin. Sen. d. conf. 8. sub num. 3. vbi loquitur in furto, Houde l. confil. 95. num. 32. volum. 2. Crauett. confil. 262. in princip. Hieron. Giach. ad Clar. quæst. 20. in littera D, num. 3. & hoc adeo est verum, vt liberum arbitrium datum iudici supremo adhibèdi fidem testibus, procedat quo ad personas, & non quo ad dicta testium, Caualec. de Brach. reg. par. 3. numer. 77. vbi subdit, quod nec magna ceterua testium potest sanare defectus, qui insunt in dicto testium; nec tollere minusque supplere, & idem voluit in pract. de testib. p. 5. num. 45.

Et cum omnes probationes sint iudici arbitrariæ, Doct. adducti per Menoch. cas. 90. nu. 2. & 3. Ideo potest iustus iudex ex causa non credere testibus etiam plene probantibus, Vulpel. respons. 118. nu. 26. vers. sic. Nec repugnat Menoch. d. cas. 90. n. 5. & ex duabus contrarijs probationibus, liberum habet arbitrium eligendi quam velit Menoch. dict. cas. 90. nu. 4. & ob id consideratis attestationibus testium, & sumptis hinc inde coniecturis poterit fidem adhibere, & non adhibere prout ei videbitur, Menoch. dict. cas. 90. in princip. per text. in l. 3. vers. sic. tu magis scire potest, ff. de testib. latè Petr. Caball. cas. 231. num. ... & seq. cent. 3.

Nec non debent testes deponere circa ea, quæ necessario inferunt in delictum concludenter, vel saltem præsumptiuè: vt alia non possit haberi, neque excogitari præsumptio, quæ excludat delictum; alias enim non sufficeret eorum depositio ad condemnandum, Bertazzol. conf. 283. n. 20. Rim. lun. conf. 470. num. 9. conf. 684. num. 24. Mascard. de probat. conclus. 36. nu. 64. Sim. de Pret. confil. 178. nu. 4. & seqq. Mazol. confil. 47. num. 66.

3 Ac reddere debent congruam rationem per vnum sensum corporis, Ant. Gomez. tit. de delict. c. 12. n. 9. Bursat. confil. 216. num. 40. vol. 2. vbi de communi, Mascard. de probat. concl. 560. n. 5. vbi alios allegat. Ac deponere de certa sciètia, & nō de credulitate. Anton. Gomez. d. c. 12. nu. 10. Et debent esse cōtestes de loco, &



loco, & tempore, Gomez. dict. cap. 12. numero 10. De quos alias latè dixi. Ac etiam deponere cum iuramento, cap. nuper. de testib. Rim. Iun. consilio 554. num. 38. De quo etiam dixi latè suo loco.

4 Et aliqui volunt, quod testes debeant se subscribere, vel saltem signum crucis in calce examinis apponere, si scribere nesciant, cap. post cessionē, vbi Abb. num. 5. de probat. Cassan. consil. 44. nu. 20. decis. Auenion. 33. num. 17. vbi tamen subdit, hoc iure cautum non reperiri: & ideo, si fuerit ommissa talis subscriptio, non vitaretur depositio.

5 Et debent esse saltem duo testes, l. vbi numerus, de testib. l. Teopompus, de dot. prælegat. l. in omni negotio, de testib. Marfil. sing. 47. Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 12. n. 9. vbi de communi, Roland. consil. 73. n. 1. vol. 3. Mascard. de probat. conclus. 467. n. 7. Rim. Iun. consil. 344. nu. 48. vol. 3. Petr. de Surd. consil. 328. num. 21. vol. 1. & Decian. respons. 48. num. 38. & respons. 59. num. 1. & volum. 3. vbi dicit, quod multo fortius sufficerent, si essent plures Farin. q. 63. n. 232. & seqq. Cauale. in præct. de testib. p. 2. n. 1. & seqq. vbi firmat, q. modo minor modo maior numer. testiu requiritur secundum qualitatem negocij, sed quod regula sit, vt in ore duorum, vel trium testium sit legitima probatio, & ibi recenset casus in quibus requirantur ultra duos testes, sed regula est, quod per duos, vel tres testes quilibet Clericus damnari possit etiam si esset Summus Pontifex, & Imperator, Clar. q. 66. versic. penult. & versic. fin. Bero. in cap. at si clerici, num. 8. de iudic. Suarez. recept. sent. in verb. testes duo, num. 221. sed quia est magna quæstio; ideo illam pro nunc relinquam, sed me iuuat dicere esse etiam superflua; cum nullus Pontifex fuerit Hæreticus, nec nullus Imperator Vgonottus, vt tradit Cauale. dict. p. 2. nu. 44. ex relatione cuiusd. Episcopi Aquensis.

Qui duo testes debent esse omni exceptione maiores, fide digni, ac probatæ fidei: vt contra eos, & eorum dicta nihil opponi possit, Ant. Gomez. dict. cap. 22. n. 11. in fin. vbi de communi, Paul. Merend. consil. 86. nu. 23. tom. crim. A fin. cal. 109. n. 12. eodem tom. Mascard. de probat. concl. 497. n. 9. & conclus. 460. n. 6. Burfatt. consil. 216. num. 39. vol. 2. vbi de communi, Rim. Iun. consil. 704. n. 4. & 16. vol. 6. Bertazzol. consil. 251. n. 3. Farin. consil. 61. n. 17. consil. 78. n. 15. Sim. de Pret. consil. 188. n. 13. Petr. de Surd. consil. 121. nu. 42. vol. 1. cõsil. 328. n. 2. vol. 3. Cauale. in præct. de testib. part. 3. num. 94. docet generaliter, quod testis masculus, liber, sanus mente, non vilis, & annorum vigin-tiquinque, non delinquens, sed vir probus, & Christianus, & non habens interesse in causa, dicatur testis, omni exceptione maior, sed subdit quis est hic, & laudabimus eum, & paria sunt dicere testē esse idoneum, vel legitimum, & omni exceptione maiorem, exceptis quibusdam casibus, Villagutt. in præct. crim. lib. 8. tit. de testib. cap. 4. conclus. 1.

Si verò non fuissent omni exceptione maiores, quā probationem facerent, vide Baiard. quæst. 22. nu. 10. & seqq. & quæst. 69. num. 23. dicit, quod, si ambo isti duo testes fuissent torti, non sufficerent ad condemnandum eum, contra quem deposuerunt, & ob id et duæ semiplenæ probationes in crimin. non sufficiunt ad condemnandum, Iul. Clar. quæst. 63. versic. penult. Cauale. de testib. p. 3. nu. 99.

6 Vnus autem testis, sine altercatione non sufficeret

Tomus Secundus.

ad condemnandum, quia probatio ex eo resultans nõ dicitur vera probatio, Bald. in l. fin. C. de proba. Marfil. singul. 433. & sing. 112. dicit esse pessimi exempli dicto vnus testis credere, & omni lege, tam Diuina, quam humana, detestatur, vt vnus testimonio credatur, capitulo admonere. 33. quæst. 2. Anton. Gabr. conclus. 1. de testib. Magon. decis. Lucen. 57. num. 6. & 7. & decis. 75. nu. 4. Iodoch. in præct. crim. cap. 10; nu. 15. Rim. Iun. consil. 344. n. 47. & seq. consil. 488. num. 1. & seq. Petr. de Surd. consil. 328. num. 19. vol. 1. Odd. consil. 15. num. 2.

Etiamsi esset omni exceptione maior, & quauis dignitate præfulgeret, cap. testes, §. vnus q. 3. Marfil. in præct. §. diligenter, num. 131. Rim. iun. d. consil. 444. num. 47. consil. 554. nu. 30. 32. consil. 571. nu. 25. Iul. Clar. quæst. 53. num. 19. qui loquitur in Papa, & Imperatore, ibi Baiard. numero 42. & seqq. Decian. respons. 93. num. 23. vol. 2. loquitur in Episcopo, & Cardinale.

7 Immo nec Papa, vel Imperator potest statuere, vt vnus testis plenè probet, post alios Decian. d. respons. 93. nu. 27. Baiard. q. 53. num. 44. in fin. Nec minus potest induci per Statutum, Ang. de malefic. in verb. & fama publica, nu. 47. & seq. Rom. singul. 715. An Papa, Bal. & Plot. consil. 5. per tot. tom. 2. crim. Bertaz. consil. 261. num. 46. Decian. d. respons. 93. nu. 26. vol. 2. Eoq; magis, si iste testis solus esset pars aduersa: cũ nec Papa, nec Imperator possit inducere, vt ei credatur in præiudicium alterius, latè Petr. Caball. casu 200. numero 115.

8 Imò, si esset materia, quæ posset verisimiliter probari per alios testes, & vnus tantum de crimine deponeret, redderetur suspectus de falso, Natt. consil. 666. num. 12. Rim. iun. consil. 489. n. 5. vol. 5. Et eo minus probaret, si non esset iuratus, Decian. d. respons. 92. n. 29. Et etiamsi ageretur de causa pia, Deci. cõs. 159. n. 6. vol. 1. Rim. iun. consil. 554. n. 33. consil. 521. n. 27. vel sola facti veritate inspecta, Rim. iun. d. consil. 554. num. 34. consil. 751. num. 28. immo nec etiam de consensu partium potest stari vnico testi, vt plenè probet Rim. iun. d. consil. 554. num. 35. vbi concordantes allegat. Nec minus in causa hæresis ad plenam probationē, Burfatt. consil. 369. per tot. vol. 4. Pet. de Surd. consil. 327. num. 21. vol. 1.

9 Et si vigore Statuti standum esset iuramēto damnū passi cum vno teste fide digno, iudex non poterit vigore dicti Statuti poenam corporalem imponere delinquenti, Boss. tit. de iureiur. n. 30. circa fin. Et etiamsi dictaret Statutum, vt standum esset indicij ad plenā probationem. Et indicium resultans ex vnico teste de visu omni exceptione maiori, non sufficeret, Marfil. sing. 269. & in præct. §. diligenter, numero 4. Baiard. q. 21. num. 18.

10 Si vero ageretur ad poenam talionis euitandam vnicus testis plenè probaret exculpationem rei, Marfil. sing. 47. Ioann. de Arn. Problem. 59. Plot. consilio 37. numero 14. Scacc. de iudic. lib. 1. capit. 51. numero 16. versic. quæ conclusio. Et ego alias liberare feci quemdam Equitem, qui dederat memoriale Sanctissimo contra quemdam Gubernatorem Assisij de pluribus excessibus cum obligatione de iustificando dictos excessus, quos solum probauit per vnum testem, latè Honded. consilio nonagesimo sexto numero 30. & seqq. libro 1. Sed an

N 4 excuset



excuset a condemnatione expēfarū, vide latē Thom. Triuif. decis. 52. per tot. n. 11. lib. 1. & decis. 45. & per tot. lib. 2. & dixi in Defens. Circa Accusationem, c. fin.

11 Ac etiam, si vnus testis produceretur a Fisco, vel accusatore, plenē probaret contra eas in fauorem rei inquisiti, Ant. Gabr. conclus. 1. nu. 14. de testib. vbi de communi, Bursatt. conf. 20. num. 23. lib. 1. consil. 156. num. 46. lib. 2. vbi de communi, conf. 311. nu. 21. lib. 3. Thob. Non. consil. 96. n. 10. Hond. consil. 102. nu. 13. cōsil. 99. n. 16. & seq. vol. 1. vbi de communi Rim. iun. consil. 571. n. 14. Magon. decis. Lucen. 56. n. 9. & seq. vbi de communi, Eugen. consil. 63. n. 27. Sim. de Pret. consil. 15. num. 65. Surd. consil. 50. n. 20. vol. 1. Aector. Aemil. in tract. de testib. par. 1. n. 1. fol. 40. etiam si fuisset examinatus ex officio Curiae, Farinac. consil. 78. num. 28. & 35.

Immo probat plene contra Fiscum, etiam si alias non esset fide dignus, Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 51. nu. 28. Et maximē si fuisset tortus magis probat contra Fiscum, Farin. conf. 37. n. 4. in fin. Et si deponeret de iudicio suo, Sim. de Pret. consil. 15. nu. 64. vel de auditu, Thob. Non. consil. 99. nu. 19. & 26. Bursatt. consil. 141. nu. 27. vel de iudicio suo, Bertazz. consil. 71. n. 15. consil. 558. n. 15. Thob. Non. d. conf. 99. n. 19. Honded. conf. 102. n. 13. vol. 1.

Immo, si ipsi testes essent principales delinquentes & deponeret contra Fiscum plene probarent in fauorem alterius delinquentis, Sim. de Pret. consil. 178. num. 10. vers. clarius, & nu. 11. vbi subdit, quia Fiscus nō potest diuidere dictū testis pro eo examinati, Farin. q. 43. num. 10. & seq. Caualean. de testib. p. 3. n. 70.

Quod tamen aliqui videntur restringere, quādo esset a Fisco, vel accusatore productus vnus testis tantum, & tunc plenē probet contra Fiscum: secus si essent plures testes producti, quia tunc staretur maiori num. Bar. in l. 1. ff. de ventr. inspicien. qui dicit, quod est quæstio pulchra, & quotidiana, Gram. vot. 2. n. 16.

Ac etiam probatur per vnum testem defensio: de quo latē dixi supra in priuileg. defensionis.

12 Si verō cum teste vnico concurrerent aliæ præsumptiones, tunc sequi posset condemnatio, Crauet. cōf. 36. n. 6. Decian. respōf. 63. n. 8. vol. 2. Et si esset materia, quæ non posset probari, nisi per eum testē, Doct. adducti per Bertazz. conf. 106. n. 9. Et, si vis alias ampliationes, & limitationes, vide Ant. Gabr. de testibus conclus. 1. & Lancell. Corrad. in sua pract. cap. Dicta testium, num. 5. vbi ponit 35. casus, in quibus vnico testis plenē creditur, Farin. q. 62. n. 237. latē Caualean. in pract. de testib. p. 3. n. 19. 64. 135. & 177. & p. 2.

13 Ex præsumptionibus autem, & ex indicijs an possit sequi condemnatio, oporteret hic ponere illā quæstionem quando, & in quibus casibus plures præsumptiones iungi ac cumulari possent, & etiam exempla hic recensere, quæ quidem sunt multa, quæ omnia habeo recollecta longa serie, sed pro nunc illa omitto, & conclusionē procedendo dico, qd si agatur de præsumptione iuris, super qua lex non solum præsumat, sed etiam disponit, tunc est conclusio, vt sequi possit condemnatio in pœnam ordinariā delicti, l. eum qui ff. de adulter. Marf. in rub. C. de prob. n. 252. & 255. & in l. repeti, num. 29. ff. de quæst. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 12. n. 25. vers. quod tamen, vbi de communi, Farin. q. 86. n. 52. lul. Clar. q. 20. vers. fin. vbi de communi, Joseph. Ludou. concl. 45. in 4. ampliati. Vulpell.

responf. 136. n. 35. Mascard. de prob. conclus. 199. n. 4. conclus. 1221. n. 41. & seq. vbi alios allegat, & testatur de communi, & n. 51. & seq. vbi Doct. ponunt plura exempla: & ob id Petr. Caball. cas. 288. n. 2. dicit, quod ad hoc, vt quis possit condemnari, alterum de tribus requiritur, vel quod sit spontē confessus, vel quod sit testibus necessario, vel præsumptione iuris, vel probationibus concludentibus cōuictus, vel quod sit cōuictus indicijs violentis, & indubitatis.

Sed in præsumptione iuris, vel de iure, vel (vt aliqui dicunt) a iure approbata, licet Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 92. num. 1. & seq. & in q. 97. n. 1. & seq. voluerit posse sequi condemnationem in pœnam corporalem, & ordinariam, tamen alij tenent contrariū, vt per Bursatt. conf. 346. num. 19. 20. 32. in fin. lib. 4. & latē, & benē declarat Mascard. d. conclus. 221. n. 51. & seq. & n. 59. & seq. Idemque erit in præsumptionibus Indicis, vel hominis, si fuerint efficacissimæ, ac violentissimæ, Boss. tit. de cōuict. n. 37. vers. nisi tamen, vide Mascard. de probation. conclus. 1221. nu. 47. & seq. cum regulariter præsumptiones hominis non sufficiant ad condemnandum, Ant. Gomez. cap. 12. num. 15. vers. quod fama, Nat. consil. 633. n. 4. Decian cap. Tertio loco, nu. 14. de probation. Rim. iun. consil. 571. n. 40. Bursatt. consil. 389. nu. 6. vol. 4. Bertazzol. conf. 251. n. 59. & conf. 98. n. 15. & ita fuit resolutū in vna Hispanen. præsentia simoniæ coram Illustrissimo Domino Blanchetto ad fauorem Varellæ, vbi etiam declaratur, quæ sint præsumptiones hominis.

14 Ex indicijs autem indubitatis videntur Doct. cōcludere, posse deueniri, non ad pœnam ordinariam, sed ad aliam extraordinariam, Scacc. de Iud. lib. 1. cap. 97. nu. 1. vers. sed prædictum consequens, Boss. tit. de cōuict. n. 34. vbi de communi, Aug. ad Ang. de malefic. in verb. & fama publica, nu. 27. & seq. vbi de communi, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. sub num. 45. lul. Clar. q. 20. vers. scias tamen, Menoch. de Arbitr. casu 279. Cepol. conf. crim. 6. numer. 11. Magon. decisione Lucen. 39. num. 10. Bertazzol. consil. 251. nu. 90. vol. 3. Mascard. de probat. conclus. 1223. num. 30. & seqq. Petr. de Surd. conf. 132. n. 94. in fin. vbi alios adducit, & testatur de communi vol. 2. latē Farin. conf. 82. n. 1. vbi Adden. in lit. A, & q. 86. nu. 10. & seq. vbi alios cumulat, & sub num. 112. postquam retulit alios contrarium tenentes, testatur pro hac parte de magis communi, & non esse ab ea recedendum in praxi, & decisione Auenion. 15. in fin. testatur, quod Rota declarauit, iniuste fuisse quemdam condemnatum ad pœnam mortis, ex præsumptionibus. Et si Aduocatus velit habere plenā declarationem quando condemnatio sequi possit in pœnam ordinariam, vel extraordinariam, videat Petr. de Surd. dicto consil. 132. nu. 56. cum pluribus seq. vbi ponit quinque conclusiones, & illas auctoritatibus exornat, & eandem opinionē, & communioem esse dicit post alios, quos allegat Hieronym. Hispan. in tract. comm. contra commun. quest. 337. vt ex præsumptionibus non possit irrogari pœna ordinaria, & de comm. & veriori opinione testatur etiam Vinc. de Franc. decis. 172. nu. 2. p. 2. vbi etiam infinitos alios allegat.

15 Sed dubiū est inter Doct. an dicta pœna possit esse corporalis, vel debeat esse pecuniaria, vel alia, quæ corpus non affligat, & alij tenent, quod debet esse pecuniaria, Grand. de malefic. tit. de præsumpt. & in-

dit. in-



dit, indubit. nu. 2. vers. quidam nomine Titius, vbi testatur ita vidisse Bononiæ seruari. Castren. conf. 299. nu. 3. & 4. lib. 2. Alex. conf. 14. num. 2. lib. 3. Iul. Clar. q. 20. n. 6. vbi alios allegat, & testatur de communi Menoch. de arb. casu 279. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 12. nu. 24. Magon. decif. Lucenf. 39. n. 10. & quamplures alij relati per Farin. q. 86. nu. 113. vbi concordantes cumpluribus etiam testantes de communi, vbi admonet Aduocatum, quod licet Senatus Mediolan. & cōsiliū Neapolitanum aliquando tanquam suprema tribunalia condemnauerint reos, ex præsumptionibus in pœnam corporalem, talis obseruantia non sit trahenda ad iudices ordinarios. Pet. Cabal. casu 288. nu. 6. Pet. de Surd. conf. 132. n. 14. vol. 1. vbi alios allegat decisio Auenion. 93. per totā, vbi refert, quod in causa homicidij quidam fuerint condemnati in pœnam pecuniariam, & ad commorandum per quinque annos in Ciuitate Auenionis: eandem distinctionem de supremis iudicibus, & alijs ordinarijs post alios, quos allegat, sequitur Cauale. de Brac. reg. p. 4. n. 69. & seq.

Et erit vera ista opinio, quando a statuto esset inflicta pœna corporalis, quia ex præsumptionibus non poterit illa irrogari, sed alia pecuniaria, Bertaz. conf. 251. n. 89. vers. quarto loco, vol. 2. & in alij etiā penis arbitrarijs. Boff. tit. de conuict. nu. 42. & 45. Farin. q. 86. nu. 112. in fi. Quod est notandum, quia hic in Curia aliter, & malè fuit seruatum per quemdam iudicem, qui condemnauit vnum Cauponem in pœnam fustigationis, pro inductione, & productione falsorū testium cum vigore statuti Urbis lib. 2. c. 46. sit imposita pœna fustigationis, & ipse iudex in dictam pœnam condemnauit ex præsumptionibus, & huiusmodi cōdemnationem executioni demandauit, quæ sententia, executione secuta fuit declarata iniusta, & contradictam sententiam Farin. conf. 82. nu. 1. & seq. vbi Add. in lit. B. latè scripsit, prout ego etiā latè in voce, & in scriptis deduxi in fauorem eiusdem hospitis.

Alij autem tenent, quod ista pœna extraordinaria debeat esse corporalis, prout fuit originale dictum Innoc. in c. quia verisimile de præsumpt. quem sequuntur Doctores relati per Decian. respons. 115. nu. 9. vbi etiā de communi vol. 3. & prius dixit respons. 48. n. 38. eod. vol. Clar. q. 20. nu. 6. in fi. vbi testatur ita fuisse pluries seruatum, Boff. tit. de commit. num. 35. Marf. in pract. §. quoniam n. 31. vers. sed contrarium, Burs. cōf. 430. nu. 4. vol. 4. Rim. iun. conf. 571. nu. 42. vol. 5. Sur. conf. 134. nu. 15. vol. 1. & Pet. Cabal. casu 288. nu. 15. & seq. vbi dicit, quod ipse vidit non solum semel, sed infinitis vicibus seruari, reos, in pœnas corporales mitiores tamen penis ordinarijs condemnari, & in causis homicidiorum, etiā ad triremes, non solum per decennium, iuxta resolutionem Senatus Mediolani contra quemdam Antonium Mariam Faustam, quam refert Clar. in q. 21. sub nu. 6. sed etiā in perpetuum quando indicia erant adeo vrgentia, & indubitata, vt nihil deesse videretur, quam ipsorum reorum confessio, & quod ita etiā ipse obseruauit, & Moder. Roman. quæst. 86. num. 114. refert plures decisiones, ac resolutiones factas in pœnam triremium ad tempus, sed quod nunquam sequi possit cōdemnatio in pœnam capitalem, & confiscationem bonorum, Bursat. conf. 445. nu. 11. vol. 4. in conf. 239. nu. 1. vol. 3. vbi dicit, quod ita seruatur in pract. & Vinc. de Franc. dec. 372. in fi. par. 2. testatur, quod nunquam fuit seruata

opinio, vt cōdemnatio sequatur in pœnam pecuniariam in illis Tribunalibus Ciuitatis Neapolis.

Et maximè hoc affirmant Doctores procedere in delictis occultis, & secretis tractatibus, Gram. dec. 42. nu. 14. & seq. vot. 21. n. 8. & 10. Pet. Cabal. d. casu 288. nu. 15. vbi alios allegat, Farin. d. q. 86. nu. 114. circa finem. Et etiā quoad pœnam fustigationis, l. 3. vers. & quia plerique, ff. de offi. præfec. vig. Clar. q. 20. vers. scias tamen, in fi. Boff. in de conuict. num. 37. & 49. Masc. de prob. concl. 1280. nu. 20. & seq. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 97. nu. 17. Farin. q. 86. nu. 115. Pet. de Surd. conf. 132. n. 14. vol. 1. Pet. Cabal. d. casu 288. nu. 7. Quod admitti non debet quoad pœnam fustigationis, cum hodie sit maior pœna, respectu infamiae, quā ipsa cōdemnatio ad triremes, & ob id multi potius voluerint transmitti ad triremes, quam fustigari, vt tradit Farin. d. q. 86. num. 116. vbi etiā respondet ad d. l. 3. vt illa loquatur in casu incendij, in quo lex præsumit, & super præsumptione disponit, vt irrogetur dicta pœna fustigationis, & ob id non sit trahenda dispositio illius legis ad alios casus, & eandem declarationem latè ponit in conf. 82.

Tandem Aduocatus, & causæ defensor deducat, quod opinio, vt non possit sequi pœna corporalis ex præsumptionibus, de iure est verior, & magis cōmuniter à doctoribus recepta, & quod alia opinio contraria recipiatur aliquando in tribunalibus supremis in praxi, sed non à iudicibus ordinarijs, & plenariam iurisdictionem non habentibus, qui non debent recedere à prima opinione, etiā quod delictum esset capitale, & atrocissimum, nisi vellent imponere pœnam exilij, vel ictuum funis publicè, vt bene in hoc concludit Farin. d. q. 86. num. 118. & seq. quicquid nouissimè tradat Cabal. in d. casu 288. nu. 15. Quia, aut eius opinio est intelligenda de maioribus iudicibus, aut est nimis rigorosa, & maximè circa cōdemnationem ad triremes in perpetuum, quia non inueni huc vique aliquem, qui testetur de tali opinione, sed bene totum contrarium, & præcipuè Clar. d. q. 20. vers. scias tamè loquitur de cōdemnatione triremium per decennium Rim. iun. conf. 84. nu. 17. & seq. & 26. & seq. ad tempus. Et melius dixit idem Petr. Cabal. in quadam sua informatione posita post d. casu 288. nu. 79. vers. hoc tamen, vbi post alios quos cumulauit, firmat debere condemnari in pœnam pecuniariam, vel in aliam corporalem minimam. Alij autem tradunt, quod si pro delicto principali esset imposita pœna mortis, tunc ex præsumptionibus violentis, & indubitatis, possit irrogari pœna triremium; si vero pœna principalis esset triremium, tunc ex præsumptionibus possit imponi pœna fustigationis, ictuum funis, vel similis, vel alia pœna extraordinaria, pecuniaria, vel exilij ad tempus loco pœnæ ordinariæ corporalis, & sic in aliam speciem pœnæ puniatur. Clar. q. 20. vers. scias tamen. Olasc. decif. 72. Cauale. de Brach. reg. par. 4. num. 191. vbi latè.

16 Aduocatus verò ad effugiendam omnem pœnam ex dictis indicijs indubitatis, videat, si sint dicta indicia in suo genere plene, ac legitimè probata, alias nō sufficerent ad condemnandum, quicquid sit quoad torquendum, quia quoad condemnandum, debent legitimè probari, vt de veriori, & cōmuniore opinione testatur Farinac. quæstion. 86. numero 99. & an ex duabus semiplenis probationibus possit sequi pœna



pœna corporis afflictiva est videndus. Caccialup. in l. admonen. numer. 207. ff. de iureiuran. Menoch. casu 492. & de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 41. Ant. Gabriel. lib. 1. tit. de probat. concl. 1. nu. 33. & 26. qui omnes videntur concludere in supremis magistratibus posse sequi pœnam corporis afflictivam, secus in alijs iudicibus ordinarijs, vt testatur Cavalcan. de Brach. reg. p. 4. nu. 69. vbi subdit maximè procedere in simplicibus probationibus resultantibus ex diuersis processibus diuerso tēpore factis, & indicia sine altercatione debent probari per duos testes contestes de loco, causa, & tēpore, vt dixi supra suo loco. Et mihi nunquam placuit illa differentia, quæ fit quoad probationem, inter indicia, & præsumptiones, vt indicium quodlibet probari debeat per duos testes; præsumptio autem sufficiat probari per vnum testem, vt dicit Boff. tit. de part. suppos. nu. 36. vers. item aduertatur, & refert Modern. Rom. d. q. 86. nu. 97. quia vt supra vidimus in Defens. 3. 1. quodlibet indicium proximum, vel remotum, & quodlibet adminiculum, vt de eo cōsideratio haberi possit, debet probari per duos testes, & sic non possum cōsiderare, quare præsumptio possit tantum probari per vnum testem.

Ac etiam Aduocatus contra istas præsumptiones violentas, & indubitatas, deducat alias præsumptiones, per quas valeat elidere dictas præsumptiones ficti, quia est regula satis trita, vt vna præsumptio elidat aliam, & illa, quæ est fortior, & maior confundat minorem. Mascari. de probat. concl. 1224. per tot. vbi ponit, quæ sit potentior, & verisimilior, vbi data paritate præsumptionum, vna confundat aliam. Bero. conf. 19. nu. 2. conf. 119. nu. 18. lib. 2. Burf. conf. 89. nu. 2. & conf. 111. nu. 19. lib. 1. Decian. respons. 100. q. 48. lib. 2. Imò quamuis præsumptio rei esset minor, tollit præsumptionem fisci, quia satis est reo adumbrare intentionem fisci, & accusatoris. Farin. quæst. ... n. 76. vbi alios allegat, & ego latè dixi supra suo loco.

Nec non deducat, q̄ pro delicto, de quo agitur, non imponitur pœna capitalis, sed alia corporalis, & idè ex præsumptionibus quamuis violentis non possit imponi alia pœna corporalis, quæ esset ordinaria illius delicti, sed erit imponenda pœna pecuniaria; & quod pœna pecuniaria non ex omnibus præsumptionibus, & indicatijs possit imponi, sed tantum, quando indicia sunt vrgentiſſima, violentiſſima, & indubitata; secus si verisimilia, probabilia, & etiam proxima, quia tunc sufficerent ad torquendum, non autem ad condemnandum in pœnam pecuniariam, alias esset confundere terminos torturæ, & condemnationis.

Sed an ex præsumptionibus iudex possit reum cōdemnare ad restitutionem rerum ablatarum, & ad damna, & interesse in meo tract. de pac. p. 1. q. 42. nu. 21. tenui, quod sic, & quod alias ego bis pronunciaui, quicquid in contrarium tenuerit Pet. Caball. casu 82. nu. 14. & sequent.

Et tenent Adden. ad Farin. conf. 78. in littera A, sed tamen vide ea, quæ dixi in c. 12. in fi. Defens. 1. Sciatur Aduocatus, quod condemnatio facta in duplū, triplum, vel quadruplum continet simplum, glo. in l. ab ijs, & ibi Bart. C. de nau. seu nauil. lib. 11. tex. in l. hoc edito, ff. de public. l. cum exceptione, §. sed & si quis, ff. eod. Nisi duplum, triplum, vel quadruplum sit mera, & principalis pœna, & separata a simpli, vt si iudex mandet rem restitui, & vterius in duplum, aut

triplum, seu quadruplum condemnet, post alios declarat Caval. de Brach. reg. fragmen. 115. vbi in fine dicit, quod in dubio semper res, vel rei æstimatio cōtineatur in duplo, triplo, vel quadruplo, & de ista materia plene tractat Taf. in §. omnes autem, nu. 10. & in §. in duplum, & §. seq. in lit. de act. & ibi Gomez. in §. ytiq̄, & in §. ex maleficijs sub num. 14. & nu. 15. eodem tit. de act. & nouissimè latè Pet. Caball. casu 129, 130. 131. cum sequent.

### Præsumptiones, & indicia indubitata, quæ sint.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Indicia, & præsumptiones indubitata quæ sint, & hic ponuntur exempla,
- 2 Rixa habitata inter duos, si vnus reperiat, deinde vulneratus, censetur vulneratus a corrixante.
- 3 Allocutione secreta ad aures famuli inimici capitalis facta, si homicidium per famulum fit incontinenti, censetur commissum de mandato illius alloquentis.
- 4 Indicia plura dubitata, quando constituent indicium vnum indubitatum.

#### C A P. XV.

**I**N hac quæstione Doctores firmant, quod illa dicantur indicia indubitata, seu præsumptiones, quæ taliter vrgent, vt animus ius dicentis non possit persuaderi ad credendum contrarium, nec eius intellectus verti in oppositam conscientiam. Marfil. in rubr. C. de probat. nu. 260. Magon. decis. Lucen. 39. nu. 13. in fi. Pet. Caball. casu 288. nu. 10. vbi refert, & concludit, quod sint plura negocia, quam vocabula Farin. conf. 70. nu. 2. vbi etiam alios allegat.

2 Sed pro clariori intelligentia istius quæstionis nonnulla specialia recensere volui, & præcipuè erit in duobus rixantibus, quorum alter, rixa finita, repertus est vulneratus, vt ab altero corrixante percussus dicatur, vt sequi possit condemnatio. Marfil. in rubr. de probat. nu. 249. Magon. decis. Lucen. 39. nu. 11. cum alijs allegatis per Petr. Caball. casu 288. nu. 8. Burfat. conf. 420. nu. 3. in fi. vol. 4. Marfil. sing. 268. Grat. cōf. 47. nu. 3. vol. 2. Farin. conf. 31. num. 8. in fi. Surd. conf. 132. nu. 94. in princ. vol. 1. Baiard. q. 66. nu. 21. Camil. Lepid. decis. 149. in princ. & nu. 1.

Item quando quis fuit visus exire de aliqua domo, quæ non habet nisi vnum exitum, & aditum, & erat pallidus, & trepidans cum ense nudo sanguinolento in manu, & statim post illius exitum, fuerit repertus homo de recenti occisus. Guid. de Suz. de tert. num. 99. vbi Bolog. Iul. Clar. q. 21. nu. 29. Nouel. in præf. mihi fol. 44. nu. 8. Magon. decis. Lucen. 39. num. 12. Pet. Caball. d. casu 288. nu. 9. & ibi alios concordantes cum iur. Pet. de Surd. conf. 132. nu. 90. vol. 1. licet ibi dicat, quod multi contrariū tenent, & Rimin. iun. conf. 765. nu. 10. vol. 7. dicit, quod ista opinio affirmatiua magis procederet, quando iste exiens haberet vestem sanguine aspersam.

Item quando quis est visus persequi aliquem fugientem repertum postea vulneratum, vt per Camil. Lepid. dec. 149. per tot. Ang. de malef. in verb. & fama publica, sub nu. 18. Brun. de indic. in q. 9. p. 1. nu. 6. Pet. Caball. casu 288. nu. 9.

Item quando vnus fuit occisus in aliqua vinea, vel



vel fundo, & probatur, quod seius erat illius inimicus, quod testes viderunt Seium admenatem gladiū, quod Seius aufugit tempore delicti, & quod erat fama publica contra dictum Seium, quæ quatuor indicia sufficiunt ad condemnandum, Guid. de Suz. de iudic. nu. 100. vbi Bologn. alios adducit Nat. conf. 43. num. 4. in fin. Blanch. de iudic. num. 12, Surd. d. conf. 132. num. 94. vol. 1.

3 Item quando datur secreta alloquutio facta ad aures famuli, & delictum per famulum fiat incontinenti, ac existeret inimicitia capitalis cum interfecto, vt censeatur homicidium factum de mandato illius alloquentis, & sequi possit condemnatio. Crau. conf. 35. nu. 4. & seq. Nouel. in pract. nihil, fol. 22. num. 51. Rim. iun. conf. 88. nu. 31. vol. 1. Iul. Clar. q. 86. nu. 7. Baiard. nu. 23. Mascar. de probat. concl. 80. nu. 3. concl. 497. nu. 17. Decian. respons. 65. nu. 1. & seq. vol. 3. Eugen. conf. 27. nu. 35. Honded. conf. 81. num. 21. & seq. vol. 2. licet aliqui voluerint, non posse sequi condemnationem, sed tantum indicium ad torturam. Hond. conf. 87. & ego latè dixi alias in materia indiciorum. Sed si ex verbis præcedentibus, vel ex alia causa posset colligi, vt dicta secreta allocutio non sonet in delictum, non induceret effectum probationis. Rui. iun. conf. 806. nu. 11. & seq. vol. 6.

4 Sed an ex pluribus indicijs dubitatis resultet vnum indicium dubitatum, traditur distinctio, quod, si illa plura indicia indubitata non sint remota, & leuia, sed graua, & valde proxima, vt si concurrat vnus testis de visu, duo de confessione extraiudiciali, & etiã confessio iudicialis licet reuocata, sufficiant ad vnum indicium indubitatum ad penã pecuniariam infligendam, vt post alios, quos allegat firmat Farin. q. 86. nu. 61. & seq. & dummodo sint plura, quam duo indicia, vel præiudicia, dubitata, verisimiles, & probabiles, vt per Modern. Rom. d. q. 86. nu. 93. & seq. Si vero fuerint indicia indubitata, & violenta, tunc sufficiant duo ad condemnandum. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 40. num. 10. Ludou. concl. 46. vers. si tamen Moder. Rom. d. q. 86. nu. 93.

Penã arbitraria, an extendi possit vsque ad mortem.

S V M M A R I V M.

- 1 Penã arbitraria, an extendi possit vsque ad mortem, aliqui tenent, quod sic alij tenent contrarium. Author hic ponit conciliationem inter istas contrarias opiniones.
- 2 Penã hodie quando sint arbitraria, & arbitrium iudicis, debet esse iuri rationi consonum.

C A P. XVI.

1 **I**n hac quæstione duæ sunt opiniones, & prima est, vt iudex possit vsque ad penã mortis arbitrari, ex gl. in §. summa inst. de iniur. in verb. extraordinaria, quam communiter Doctores sequuntur, vt testatur Iul. Clar. q. 83. n. 11. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 6. nu. 8. Farin. q. 17. num. 34. vbi refert alios testantes de communi, & magis communi Vinc. de Franc. decif. 504. nu. 10. & seq. par. 3. & alij quos allegat Petr. Cabal. casu 92. nu. 2. Marant. de ordin. iud. disput. 4. num. 14. vbi de magis communi Menoch. q. 86. num. 4. & quamplures alios nouissimè adducit Hieron. Cqual.

Hisp. in tract. com. cont. com. q. 304. nu. 1. Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 64.

Altera est opinio, vt nullo modo vigore dicti arbitrij iudex possit extendere penã ad mortem. Iul. in l. qui iurisdictioni, nu. 4. ff. de iurisd. omn. iud. vbi dicit, quod illa glos. communiter reprobatur, vbi etiã Dec. nu. 9. Gram. conf. 48. nu. 2. Joseph. Ludou. concl. 1. nu. 26. Clar. q. 33. & q. 83. vbi de communi, & non esse ab ea recedendum in consulendo, & iudicando. Farin. q. 17. ampliat. 12. vbi alios allegat Thesaur. dec. 12. nu. 9. vbi de communi, & decif. 261. nu. 6. & decif. 243. n. 3. Pet. Cabal. casu 92. nu. 3. vbi alios allegat, & quamplures alios cumulat Hieron. Hisp. d. q. 304. nu. 1. & Maur. Burg. in tract. de modo proced. ex abrupto, q. 24. num. 274. dicit in iudice habente supremum arbitrium, possit extendi vsque ad mortem, secus in alijs iudicibus inferioribus.

Advocatus autè pro defensione carcerati sciat deducere, quod pro tali delicto, nec pro eius circumstantijs, & qualitatibus de iure, nec de consuetudine solet imponi penã mortis, & ideo iudex non possit dictum arbitrium ad penã mortis extendere. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 6. num. 8. Padill. in l. transigere, n. 27. C. de transact. & alij quos refert, & sequitur Hieron. Hispan. in d. q. 304. in fin. & quamplures alij, quos etiam allegat Pet. Cabal. d. casu 92. nu. 4. & seq. licet ipse ibi teneat, quod quamuis de iure, & de consuetudine non sit imposta penã mortis, possit tamen ex circumstantijs, & qualitatibus aggrauantibus arbitrari dictam penã mortis, communis distinctio est, qd si atrocitas, & qualitas delicti exposularer, possit penã mortis imponere; alias secus, vt testatur Andr. Fachin. controuer. iur. lib. 9. cap. 45. in princ. Vinc. de Franc. decif. 545. & dec. 555. nu. 11. Sed Caualc. de Brach. reg. p. 4. n. 109. loquens de iudice habente brachium Regiū dicit, quod in arbitrarijs iudex semper debet se informare, quid fuerit seruatum ab alijs, & ita ipse similiter iudicaret, cum in penis arbitrarijs procedatur de similibus ad similia. Menoch. de arbit. q. 14. n. 3. maxime, quando casus est omissus, gl. in l. si id quod ff. iurisd. omn. iud. Caualc. d. p. 4. num. 109. vbi alios allegat Vinc. de Franc. dec. 553. nu. 12.

Penã hodie omnes arbitrariæ dicuntur Marant. in Specul. p. 3. nu. 8. & doct. adducti per Moder. Rom. q. 17. nu. 65. vbi de verã, & comm. opinione Scac. de iud. lib. 1. c. 12. n. 98. vbi tamen subdit, quod si delictum non habeat aliquam causam aggrauantem, vel grauantem delictum, & tunc non sit locus penã arbitrariæ, sed tantum quando aliqua causa extrinseca, vel intrinseca delicto coheret, sed si superueniret aliqua causa aggrauans pro qua esset a lege penã determinata, iudex teneretur sequi penã legis, nec erit locus arbitrio, vt per Scac. d. nu. 98. vers. finge nu. & in materia criminali arbitrium datum iudici non potest inducere, vt aliquid faciat, quod non sit iuri, aut rationi consonum, & latè tradita per Menoch. q. 9. nu. 3. & seq. & q. 77. nu. 4. & q. 87. nu. 2.

Quando penã est minoranda ex aliqua causa, quæ penã sit per iudicem imponenda.

S V M M A R I V M.

- 1 Minor 25. annis non potest penã mortis puniri, licet in aliquibus loci aliter prouisum sit.

2 Minor



- 2 Minor in Statu Ecclesiastico, per Bullam Pij IV. in homicidio non excusatur a pœna ultimi supplicij, declaratur tamen, vt hic per Authorem.
- 3 Bulla Pij IV. imponens pœnam mortis minori 25. maiori tamen 14. annorum pro homicidio, quomodo intelligi debeat.
- 4 Pœna, quando ex aliqua causa venit minoranda, secundum aliquos, debet esse pecuniaria, & exilij, aut relegationis, & similis, non autem corporalis, licet aliter de consuetudine seruetur, declarata tamen vt hic per Authorem.
- 5 Iudex volens pœnam minorare, debet inferere causam in sententia talis minorationis, & an sufficiat, quod dicat, ex nonnullis, causis animum nostrum mouentibus.

## C A P. XVII.

**Q**uoniam de iure communi iudex habet arbitrium commutandi pœnam, & alterandi, & in aliam speciem reducendi, latè Grillan. de relaxat. carcer. c. 1. vers. sexto non omittam Paris. de Put. de indicat. in verbo pœna, §. licet dicatur, & §. an si statutum, & §. quia multa, Mi sing. cent. 2. obseru. 30. vbi subdit huius modi arbitrium procedere, quando iudex procedit ex officio: secus si ad querelam ex traditis per Marf. sing. 524. tamen ibi Mi sing. testatur Cameram Imperialem talem distinctionem non admittere, & contingere potest, quod pœna reo imponenda, sit minoranda ex aliqua causa, quas recensent Bart. in l. denunciaffe, ff. de adult. Tiraq. in suo tra&. de pen. temper. vbi recenset causas 64. minorandi pœnam. Modern. Rom. q. 17. nu. 10. & in tot. tit. de minor. pœn. & multas etiam seriatim ponit Caualecan. de Brach. reg. p. 4. 79. & seq. & sub n. 85. & seq. ponit etiam causas augendi pœnas, & inter alias est causa minorandi pœnâ, vt si delinquens fuerit minor 25. annis, cui pœna mortis irrogari non potest, etiam in pluribus furtis, sacrilegio, periurio, abortu, homicidio, parricidio, falsa moneta, & in alijs etiam criminibus, quamuis atrocibus, vt est latè videre per Iul. Clar. q. 64. Ioseph. Ludovicus, decis. Lucens. 17. Rimin. Iun. conf. 135. nu. 12. & seq. Theaur. decis. 161. Vinc. Franc. dec. 230. Moder. Rom. q. 92. ferè per totâ, & melius Pet. Caball. casu 134. per totum vbi alios allegat, & dicit quid in atrocissimis delictis. Adden. ad Farinac. conf. 1. in lit. B, in conf. 33. in lit. N, & idem Farin. conf. 66. nu. 7. & seq. vbi refert plures casus in quibus pœna fuit minoribus minorata, & latè ego deduxi Paulo V. Pontifici Max. quod Iacobus Bellus de Assisio ætatis annorum 17. debebat puniri citra mortem naturalem pro copula carnali habita cum quadam moniali professa intus monasterio, ex eo maximè, quia fuerat sollicitatus varijs modis, & muneribus ab ipsa moniali, & pœna mortis in proposito reguletur a sollicitatione, & interpellatione, vt tradita per Marf. in l. 1. nu. 57. C. de raptu Virg. cum etiam in nefando, & scelestissimo crimine Sodomie minor ætas excuset, ad latè tradita per Hond. conf. 98. num. 29. vol. 1. Rol. conf. 77. nu. 9. libro 2. & quod in delicto carnis minor ætas excuset de magis communi testantur Add. ad Farin. conf. 33. in lit. G, latè Cabal. casu 134. per totum.

Et quod propter minorem ætatem sit recedendum a pœna ordinaria delicti in crimine homicidij tradit Gram. decis. 23. n. 11. & seq. Rol. conf. 77. vol. 3. Rim. Iun. conf. 135. vol. 1. diuers. crim. Bonif. Aug. conf. 35.

p. 2. Moder. Rom. q. 92. num. 112. & seq. In parricidio Menoch. in add. ad cas. 39. nu. 18. & 19. de arbit. Moder. Rom. conf. 66. per totum. Pet. Cabal. casu 134. nu. 4. in assassinio, Bertaz. conf. 143. nu. 14. vol. 1. crim. in famoso latrone Rafael. Fulgos. conf. 157. vbi Cömen. in subscrip. & Caccialup. conf. 92. lib. 1. crim. diuers. in crimine nefando Soc. iun. conf. 7. vol. 3. Menoch. casu 286. nu. 19. & casu 329. nu. 3. Caro. de min. indubit. exc. q. 27. Moder. Rom. q. 92. nu. 75. in christiano cognoscente iudæam, idem Modern. Rom. q. 92. nu. 88. Caro. de min. in delict. excus. q. 38. Menoch. d. casu 326. nu. 17. in Add. in sacrilegio Cotaf. in Arest. Tholos. ann. 85. Menoch. d. casu 329. in crimine falsæ monetæ Caccialup. d. conf. 92. Moder. Rom. d. q. 92. nu. 109. in crimine hæresis. Brun. de hæret. li. 5. c. 5. & 19. Decian. lib. 5. c. 37. n. 45. to. 1. Pegna in add. addixit in quis comment. 13. col. 2. Menoch. in d. casu 329. sub nu. 16. Caro. de min. in delict. exc. q. 59. & generaliter in criminibus grauissimis, atrocissimis, Menoch. d. casu 329. nu. 18. Moder. Rom. d. q. 92. nu. 106. Et procedit etiam non obstantibus Bullis Summorum Pontificum, vel statutis disponentibus, vt in certis casibus minor ætas non profit, adhuc non censentur ligare manus ad pœnam ex ætatis miserationis temperandam, vt post alios firmat idem Modern. Rom. q. 92. n. 19. & minores non comprehendi in constitutione, vel statuto, vel in consuetudine puniente delictum, qd a iure communi non reputatur delictum, vt firmat idem Moder. Rom. d. q. 92. nu. 153. Et in omnem casum non potest pœna irrogari ordinaria pro delicto minori, nisi consulto principe, & quantum fieri potest suadendum est, vt in mitiorem partem inclinet, idem Moder. Rom. d. q. 92. nu. 108. vers. 2. & num. 109. vers. sed vtinam.

Sed in d. q. 91. nu. 107. idem Farin. refert plures casus, in quibus etiam minor fuit laqueo suspensus, & morti traditus, ad quem Lectorem remitto, latè Carroc. de min. in delict. exc. q. 51. & 58. & Fran. d. decis. 230. loquitur in illo minore 18. ann. qui patrem veneno necauit, fuit morti traditus.

Sed quia in homicidio in pluribus locis per particulares Constitutiones prouisum fuit, vt minor ætas non excuset a pœna mortis, & præcipue in Regno Neapolitano, vt maior 18. annis sit morti tradendus, Afflic. lib. 2. Constit. Regn. rubr. 38. de restit. minor. Constitutione Minor. sub nu. 14. Vinc. Franc. decis. 230. nu. 4. idem prouisum erat per literas Ducales in ciuitate Ferrariæ, vt testatur Rim. Iun. conf. 135. sub num. 9. Et ita statuta loquentia de minorandis pœnis ob minorem ætatem interpretantur, vsque ad decimum octauum annum, vt in Statuto Lucano considerat Soci. conf. 157. sub num. 12. & in statu Mediolani Boss. tit. de confess. sub num. 69. & in statu Florentino. Pet. Cabal. casu 134. nu. 11. & in Hispania, si delinquens sit minor 17. annis ei minoranda sit pœna ex necessitate, si vero sit maior si iudici videbitur, atenta qualitate delicti, personæ, & aliorum, vt per Gomez. de delict. c. 1. sub nu. 63. † Et in statu Ecclesiastico per Bullam Pij IV. est prouisum, vt maior 14. annis non excusetur a pœna mortis, vt testantur Farin. e. 92. nu. 189. & seq. latè Honded. conf. 99. nu. 48. vol. 1. Pet. Cabal. casu 134. nu. 12. Baiar. q. 60. nu. 14.

3 Quæ Bulla Pij IV. est restringenda, quando minor effectualiter manibus proprijs commisit homicidium, secus



secus si fuisset imputatus de auxilio, ope, persuasione, consilio, vel inflammatione, seu de aliqua participatione, quia tunc Bulla præfata non ligaret minorem, ut in terminis post Cartar. de exec. sent. c. fin. nu. 233. declarat Farin. conf. 66. nu. 10. Ac etiam intelligitur, quando minor fuisset condemnatus in pœnam ultimi supplicij in contumaciam, & deinde fuerit captus, ut tunc vigore dictæ Bullæ, pœna ei non sit minoranda, si fuerit maior quatuordecim annis, ut latè declarat Honded. conf. 99. nu. 48. vol. 1. Farin. q. 92. nu. 189. & seq. & in conf. 66. nu. 9. Et sic concludunt Bullam præfaram non procedere in non bannitis.

Ac etiam intellige, ut vigore dictæ Bullæ, si minor fuerit captus postquam fuit condemnatus in pœnam ultimi supplicij pro homicidio commisso, non possit se tueri, probando minorem ætatem ad pœnam illam euadendam; sed si ex processu met Curia constaret illum esse minorem, non poterit, nisi aliter extaret consuetudo in contrarium, dictus minor morti tradi, ut alias fuit in contingentia facti in Tribunali Gubernatoris Urbis resolutum de anno 1606. Et in omnem casum non sunt ligatæ manus iudici, ut nõ possit propter minorem ætatem pœnam diminuere, ut in terminis dictæ Bullæ dicit Odd. de resit. in integ. p. 2. q. 81. num. 33. & seq. & latè consuluit Honded. d. conf. 99. nu. 48. & seq. ubi testatur ita Perusia fuisse seruatum, & iudicatum, & sequitur Farinac. conf. 66. nu. 9. ad quæ Aduocatus debet diligenter animaduertere, cum sint quotidiana.

Et in quibus causis pœnam iudex diminuere possit, post Tiraq. in tract. de pœn. latè tradit Moder. Roman. in toto tit. de pœn. temperan. quæ minoratio, & alteratio pœnæ fieri potest per iudicem etiam si pœna esset imposita ipso iure. Bonacof. in qq. crimin. super statuto in verbo ipso iure, ubi concordantes allegat Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 102. & 302. & in fragment. 17.

4. Et quando pœna ex aliqua causa venit temperanda, Doct. concurrunt, ut pœna debeat esse non corporalis, vel corporis afflictiva, sed alia mitior pecuniaria, vel exilij, aut relegationis, aut carceris, aut similis Io. de Arn. soliloq. 23. Roland. conf. 51. nu. 40. vol. 1. Bertazz. conf. 27. nu. 6. vol. 1. ubi de communi cõl. 70. nu. 37. & latè Rimin. iun. conf. 69. num. fin. to. 2. crimin. diuers. & in conf. 245. num. 31. & seq. vol. 2. inter eius consilia, ubi adducit tres solidissimas rationes Farin. q. 17. n. 72. & est verissima conclusio, & a Doctoribus communiter recepta, ut testatur post alios, quos allegat, Petr. Cabal. casu 135. n. 1. & Rimin. iun. in d. conf. 245. n. 35. & seq. & refert plures casus, in quibus reus fuit condemnatus non in pœnam corporalem, sed in aliam mitiorem, & de receptorij opinione etiam testatur Mar. Ant. Macer. lib. 3. resol. 47. nu. 17. in fi.

Sed quicquid sit de iure, de consuetudine aliqui tenent, ut ista pœna possit esse corporalis, iuxta qualitatem personæ, & delicti, ac aliarum circumstantiarum, & ad triremes in perpetuum, ad tempus, in fustigationem, & in alias pœnas corporales. Clar. 85. sub nu. 10. ubi testatur ita seruari Mediolani, & Neapoli, Gram. dec. 8. in fi. dec. 25. in fi. dec. 96. in fi. conf. 39. in fi. vot. 5. in fi. Mar. Ant. Macer. lib. 3. resol. 47. n. 17. in fi. Farin. d. q. 17. sub num. 73. ita seruari in statu Ecclesiastico, & q. 92. nu. 171. & in magno Ducatu Heretrizæ seruari testatur Petr. Cabal. casu 135. nu. 3. & si

Curia indigeat remigibus solent cõdemnari ad mortem naturalem, & postea remitti ad mortem ciuilem triremium. Thesaur. dec. 31. n. 4. Capobl. de auctorit. Baron. prag. 7. num. 5.

Sed aduersus huiusmodi consuetudinem insurgat Aduocatus, ut ipsa non vigeat in loco, ubi ageretur de pœna infligenda, nec de ea cõstet, nec Doctoribus attestantibus de consuetudine in aliquibus locis sit credendum, vel saltem illa consuetudo erit restringenda ad loca, in quibus erant uersati, & non extendenda ad alia loca, tanquam contra dispositionem iuris communis, ut pluries dixi, & ob id in loco suo esset firmanda, & seruanda supradicta iuris conclusio, ut reus non sit puniendus pœna corporali, uel alia corporis afflictiva, iuxta dispositionem iuris communis, ut post Farin. q. 17. sub nu. 74. firmat Petr. Cabal. casu 135. nu. 3. in fine.

Et quando iudex ex aliqua causa pœnã diminuere uelit, debet in sententia causam diminutionis, uel commutationis pœnæ exprimere. Iul. Clar. q. 85. num. 10. Viu. commun. opin. in verb. iudex ubi cunq. Menoc. de arbit. q. 96. lib. 1. Magon. decis. Lucen. 42. nu. 9. ubi de communi Scac. de iud. lib. 1. c. 12. num. 95. Bertaz. conf. 251. nu. 92. uol. 2. licet Clar. in d. q. 85. nu. 20. circa fi. dicat, quod satis sit, ut iudex in sententia minorando, uel commutando pœnam, dicat; ex iustis causis animum nostrum mouentibus, & ibi testatur de communi, & quod sufficiat exprimere causam in genere post alios, quos allegat Scac. d. c. 12. num. 95. ubi etiam testatur de communi Mising. cent. 4. obseru. 82. uers. an debeat. Sed sciat iudex, quod quoad ualiditatem sententiæ, non est opus exprimere causam, quia in dubio præsumitur pro sententia. Sed ut liberetur a molestijs in syndicatu, cum tunc non præsumatur pro iudice recedente a pœna legali, ut post Bal. & Io. Ant. de Nigr. declarat Baiard. q. 85. nu. 38. & ibi ipse subdit, quod non erit regula magis tuta, quam quod iudices, qui non habent latas habenas, superiores consulant, & Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 101. & seq. firmat causam esse exprimendam in iudicibus ordinarijs non quoad ualiditatem sententiæ, sed ad illos excusandos in syndicatu, & ob id in iudicibus supremis, qui syndicati non subiacent non requiritur ista expressio causæ, quando recedunt a pœna legis, vel statuti, & ibi etiam ponit, an possit ex causa minorari pœna, ubi inflingitur ipso iure, & uidetur concludere affirmatiuè, & quod dictum est de iudicibus ordinarijs, ut non requiratur expressio causæ quoad ualiditatem sententiæ intelligas, quando de causa minorandi pœnam constat in actis, secus si de ea non constaret, quia sententiæ erit nulla, ut bene declarat Scac. d. c. 12. nu. 96. Mising. cent. 4. obseru. 82. in fine.

Pœna, quæ sit imponenda pro delicto, ubi non datur dolus, sed culpa.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Dolus requiritur in delictis ad pœnam irrogandam, & ubi non est dolus, semper minor pœna imponitur.
- 2 Culpa lata in criminalibus, an dolo equiparetur quo ad pœnam irrogandam.
- 3 Dolus in criminalibus in dubia non præsumitur, & an sufficiat præsumptus dolus, uel requiratur uerus.
- 4 Dolus bonus non punitur, Dolus, qui non habet speciale



*ziale nomen delicti, an puniatur pena ordinaria, vel extraordinaria.*

- 5 *Culpa triplex est, lata, leuis, & leuissima.*
- 6 *Culpa lata in panis corporalibus non equiparatur dolo, & mitius punitur, sed an possit puniri pena corporali.*
- 7 *Culpa leuis, vbi non datur accusator, non punitur, & vbi datur accusator, si consistat in omittendo, non punitur, si vero consistat in committendo, leuiter punitur.*
- 8 *Culpa leuissima, vbi non datur accusator, non punitur, & vbi datur accusator, si reficiantur damna parti laesa, nec etiam punitur.*
- 9 *Culpa lata, leui, vel leuissima grauatus, an in foro conscientiae teneatur parti laesa damna, & interesse reficere.*

## C A P. XVIII.

**S**emper Aduocatus inuigilet, an ex processu resultet, quod reus dolo deliquerit, vel sine dolo, quia si sine dolo mitius erit puniendus. Tiraq. de poen. temper. caus. 14. nu. 1. Decian. in tract. crim. lib. 1. c. 4. nu. 9. in fi. Capr. concl. 66. nu. 25. Menoch. de arb. cal. 324. nu. 12. fuit originalis doctrina Bar. in l. 1. §. 1. nu. 6. ff. si quis testam. esse ius. fuerit, quam communem dicit Cepoll. conf. crim. 33. & receptissimam appellat Ceuall. commun. contra com. q. 580. nu. 1. Et quod lata culpa in delictis, quoad poenam corporalem irrogandam, dolo non equiparetur. Capra conclus. 78. nu. 36. vbi de communi, Ant. Gom. c. 3. nu. 16. Iul. Cla. q. 84. in prin. vbi de communi Cephal. conf. 76. nu. 71. lib. 1. Burf. conf. 77. nu. 14. & conf. 82. num. 8. de communi vol. 1. & vide Moder. Ro. q. 87. n. 21. & seq. vbi ponit suas ampliaciones, & limitationes Baiar. q. 84. n. 10. Add. ad Farin. conf. 1. in lit. E. vbi alios allegant, & testantur de verissima opinione, & in conf. 30. litt. K, post alios, quos allegant, dicunt magis procedere, quando agitur de pena mortis, qui Baiard. d. q. 84. nu. 9. dicit post Plot. de in lit. iur. §. 6. nu. 32. quod nec etiã in poenis pecuniarijs equiparatur lata culpa, dolo, quando lex, vel statutum facit expressam mentionem de dolo, & etiam quando vigore banni imponitur pena, vt lata culpa non sufficiat. Caualc. de Brach. reg. nu. 108. p. 5. Burf. conf. 141. nu. 13. vol. 2. & quod lata culpa non equiparetur dolo in crim. Ias. in l. in actionibus num. 23. & 26. ff. de in lit. iuran. vbi de communi Diaz. reg. 540. vbi ponit tres ampliaciones, & decem limitationes, & latissimè, qui alios concordantes cumulauit Ceuall. com. contra com. quæst. 580. nu. 1. & seq. & sub nu. 14. testatur hanc esse veriore, & communior opinionem tam de iure communi, quam de iure Regio Hispaniarum, licet Iul. Clar. q. 84. in fine post Marant. in suo Speculo in 4. p. num. 85. dicat quem pro culpa posse etiam corporaliter puniri, & ita quandoque vidisse seruari per Senatum Mediolani, & in §. homicidium, nu. 3. etiam referat, quod pro homicidio culposo aliquando imponitur pena exilij, vel pena pecuniaria, vel pena tiremium ad tempus pro modo culpæ, & quod ita alias in contingencia facti fuit per Senatum resolutum, & ibi testatur etiam de communi, quam etiam sequitur Menchiac. lib. 2. controuerf. illustr. c. 96. nu. 32. sed nunquam pro culpa imponatur pena ordinaria delicti Ceual. d. q. 580. in fi. & pena confiscationis non imponatur, vbi non interuenit dolus. Sforz. Odd. conf. 27. nu. 4. sed omnino requiritur dolus ad dictam penam ordinariam de-

licti imponendam, l. 1. §. diuus Adrianus, l. lege Cornelia, de ficar. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 3. n. 15. Bos. tit. de inquisit. n. 113. Menoch. casu 224. nu. 2. Clar. q. 21. n. 12. Sforz. Odd. conf. 27. n. 3. Rim. iun. conf. 145. num. 3. vol. 2. & vide latissimè Farin. in d. q. 87. Quod doct. admittunt non solum quando venit imponenda pena mortis, sed etiam alia corporalis. Gram. consilio 68. nu. 2. Iul. Clar. d. q. 3. 1. nu. 12. in fi. latè Farin. consil. 35. num. 7. vbi Add. restantes de communi Rimin. iun. conf. 55. nu. 16. vol. 5. quæ opinio in statu ecclesiastico habet contradictores vigore Constitutionis Marchiæ, ideo vide Farin. in q. 99. nu. 154. vsque ad num. 171. Et vbi dubitatur, an aliquid factum fuerit culpa alicuius, tunc nec pro facto principali, nec pro culpa potest condemnari. Decian. respons. 4. num. 35. vol. 3. Et quod in criminalibus culpa lata non equiparetur dolo, latè Hond. conf. 104. nu. 16. vol. 1. & conf. 109. nu. 32. eod. lib.

3 Et quod dolus in dubio non præsumatur, sed per fscum sit probandus, l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat. Magon. decis. Lucens. 26. n. 9. vbi latè Add. in litt. A, Rimin. iun. conf. 559. nu. 23. & conf. 644. num. 20. Masc. de probat. concl. 532. nu. 11. concl. 814. nu. 2. Ripa de noctur. temp. cap. 16. num. 1. vbi dicit, hanc esse regulam notissimam, quia in dubio quilibet præsumitur bonus, & non dolosus, vulg. l. merito, ff. pro soc. Doct. adducti per Masc. d. concl. 532. nu. 2.

Nec voluntas agendi præsumitur dolosa. Ripa d. c. 16. num. 2. & maxime si factum nullum commodum posset afferre agenti, vel si ex aliqua causa iusta, vel colorata ille motus fuerit, vt latè est videre per Masc. d. concl. 532. per totam, vbi ponit ampliaciones, & limitationes, & in concl. 815. & latè et Rip. d. c. 16. per tot. vbi declarat, quod in facto illicito, & prohibito, & in atrocibus, dolus præsumatur, & an requiratur verus dolus, vel sufficiat præsumptus, & an probari debeat dolus per coniecturas, & præsumptiones, & an sufficiant coniecturæ, vel præsumptiones hominis, vide latè Add. ad Farin. conf. 30. in littera S, vbi infinitos allegat, & Masc. concl. 531.

Et quod quatenus admittatur opinio, vt sufficiant coniecturæ ad dolum probandum, tamen debeant esse perspicuæ, vt accipi non possint, nisi in malam partem. Masc. d. concl. 531. nu. 7. & seq.

Et quæ dicantur perspicuæ coniecturæ docet ibi nu. 10. & Ripa d. c. 46. nu. 17.

Et quod semper, & in omni casu dictæ præsumptiones debeant plene probari post alios, quos allegat, Ripa d. c. 16. nu. 13. Caualc. de Brach. reg. p. 5. nu. 72.

4 Ac etiã Aduoc. deducat, quod pro bono dolo nulla datur pena, l. 1. §. non fuit, ff. de dolo c. Dominus, 23. q. 2. Decian. lib. 1. c. 4. nu. 23. in tract. crim. Et quod dolus, qui non cadit, neque habet speciale nomen delicti, non puniatur pena ordinaria, sed alia extraordinaria, l. 1. & 3. ff. de crim. stellion. Anton. Gomez. tit. de cri. stellion. in fi. Menoc. de præsump. li. 5. præsump. 2. nu. 2. in fi. Decian. d. c. 4. nu. 8. & seq. vbi alios allegat.

Et quod dolus præsumptus mitius puniatur, quam dolus verus, latè Moder. Rom. q. 19. num. 3. & seq. vbi concordantes cumulauit.

Et quod dolus minor semper mitius puniatur, quæ dolus maior. Tiraq. de poen. caus. 15. nu. 1. & seq. Blanc. in pract. §. visis indicij. n. 132. vbi ponit aliqua exempla maioris, vel minoris doli.

Circa



5 Circa verò culpam, quando puniatur est sciendum, quod triplici modo considerari potest, tanquam lata, tanquam leuis, & tanquam leuissima, latè Rebell. in suo tract. de oblig. iust. lib. 1. q. 10. num. 4. vbi ponit deffinitionem doli, latæ, leuis, & leuissimæ.

6 Lata autem culpa, quamuis in capitalibus, & alijs penis corporalibus, non æquiparetur dolo, tamen punitur licet mitius puniatur, quam dolus. Ofasch. dec. 140. sub nu. 5. Clar. § homicidium, vers. culpa dicitur Carp. concl. 66. nu. 35. Menoch. casu 324. nu. 2.

Et licet Maran. de ordin. iud. p. 4. in princ. n. 59. vers. restat tamen, dicat opinionem communem esse, vt possit puniri criminaliter in penam corporalem, Clar. q. 84. in princ. & in fine dicit, ita aliquando fuisse obseruatum per Senatam, & Addent. ad Farinac. in conf. 1. in lit. E. in princ. referunt casus in quibus pro lata culpa aliqui fuerunt transmissi ad triremes, ac in exilium. Tamen Doctores in puncto iuris tenent, non posse puniri pena corporali, graui, quæ corpus affigat. Anchar. conf. 283. in fine. Teraq. de pen. caus. 14. nu. 1. Cypol. conf. 41. nu. 9. vbi dicit, quod debeat puniri pena pecuniaria, vel pena relegationis per quinque annos ad summum, per tex. in l. lege Cornelia, la seconda, §. eum quidam, ff. ad leg. Cornel. de sicar. idem tenet Boff. tit. de defen. reor. nu. 68. vt puniatur pena pecuniaria, vel exilij, & quod non puniatur pena corporali, sed alia pecuniaria, vel exilij, post alios quos allegat Honded. conf. 104. num. 15. vol. 1. vbi in fine testatur ita fuisse resolutum in casu suo per sacram Consultam: & est etiam in iure clarum, quod culpa non ordinata ad casum non puniatur. Felin. in cap. cum inter, nu. 20. de exceptio. Burl. conf. 134. nu. 29. Pet. Caball. calu 79. nu. 3.

7 Leuis autem culpa, vbi non datur accusator, vel instigator, non punitur, quia super ea iudex nunquam inquit, neque pcedit ex officio. Ang. de malef. in ver. scienter, & dolosè num. 14. Marant. in Specul. p. 4. in princ. nu. 72. & sequitur Modern. Rom. q. 87. nu. 74. si vero adsit accusator, vel instigator, tunc si culpa leuis consistat in omittendo, criminaliter non punitur. Castren. in l. 1. nu. 19. vbi Seyfell. nu. 36. ff. de legib. Dec. in c. 2. sub n. 34. Mant. num. 42. de const. Ang. de malef. in ver. incendiario, nu. 5. Marant. d. 4. p. in princ. 68. Roland. conf. 64. nu. 5. lib. 3. si vero consistat in committendo, si delictum possit per refectionem damnorum resarciri, tunc Aduocatus curet, vt dicta damna reficiantur, quia cessabit omnis pena criminalis, & ista resectio damnorum erit pena dicti delicti, vt post alios, quos allegat, firmat Burl. conf. 134. nu. 6. vol. 2. si vero non possit ciuilitè puniri per refectionem damnorum, quia quis damnum non intulit, sed aliter fecit contra legem, tunc possit criminaliter puniri. Et ita, postquam retulit Doctores tuentes vtranque opinionem declarat Moder. Rom. q. 87. nu. 76. & seq. sed in omni casu, in quo culpa leuis punitur mitius punitur, quam latè Cypoll. conf. 41. nu. 9. Nec nunquã punitur pena corporali, sed tantum pecuniaria. Bald. in l. data opera, num. 7. C. de his, qui accus. non poss. Castren. in l. 1. sub nu. 9. ff. de legib. Ang. de malef. in ver. scienter, & dolosè, nu. 14. & in verbo incendiario, nu. 5. in fi. Rimin. iun. conf. 578. nu. 35. vol. 7.

8 Leuissima aut culpa, vbi non datur instigator, vel accusator minus punitur, cum super ea iudex nõ procedat, vbi vero datur accusator, etiam magis tollitur,

si damna ciuilitè reficiantur, si vero consistat in facto, ex quo damna refici non possint, tunc etiam Doctores volunt, quod nulla puniatur pena. Marant. in d. 4. p. in prin. nu. 70. reprobato Bal. contrarium tenente. Clarus, §. homicidium vers. culpa dicitur, in fine, vb de communi Boff. tit. quomodo proced. per act. in delict. nu. 38. Masc. concl. 469. nu. 3. & seq. de prob. Simo. de Pret. conf. 189. nu. 12. Burl. conf. 134. num. 6. vol. 2. Baiard. q. 3. nu. 2. licet Bero. in c. 2. nu. 40. in fi. de constit. teneat, quod possit non solum leuis, sed etiam leuissima culpa corporaliter puniri, tamen veritas est, quod nunquam puniatur pena corporali, sed alia pecuniaria. Natta conf. 349. num. 4. Rim. iun. conf. 758. nu. 35. vol. 7. Ang. de malef. in ver. scienter, & dolosè nu. 12. Farin. q. 87. nu. 79. & seq.

9 In foro autem conscientie ex dolo, & lata culpa, quis tenetur ad damna, & interesse, secus ex leui, & leuissima culpa, vt post Bero. & Menchiac. firmat, & testatur de communi Iul. Clar. q. 62. nu. 5. Contrarium autem, quod ex leui, & leuissima culpa in foro conscientie quis teneatur ad dicta damna, & interesse, tenet Couar. in 4. decret. 2. p. c. 6. n. 12. quem refert Baiard. q. 62. num. 25. sed pro veritate istius articuli vide Rubell. in tract. de oblig. iust. lib. 1. c. 10. per tot. vbi latè, & Lectores me excusent, si aliquando me ita ad alios referam.

Quæ pena sit imponenda reo, an legalis, vel statutaria.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pœna inflicta a statuto diuersa a pœna legali extinguit ipsam pœnam legalem.*
- 2 *Pœna statutaria, licet sit minor pœna legali, tollit pœnã legalem.*
- 3 *Pœna statutaria de equitate, extinguit pœnas legales, licet statutum reseruet dictas pœnas legales.*
- 4 *Pœna statutaria semel imposta, non potest iudex deinde redire ad penam legalem.*
- 4 *Lex, statutum, vel Constitutio respiciunt futura, & non præterita delicta.*

C A P. XIX.

1 **L**icet Doctores diuersimodè loquebantur, Bart. in l. 1. nu. 1. ff. de vi bon. rapt. teneat, vt pœna inflicta a statuto diuersa a pœna legali non tollat eandem pœnam legalem, quam opinionem Bar. Doctores magis communiter sequuntur, vt testatur post Ant. Gomez. Clar. in quæst. 85. nu. 5. vers. bene verum est, & hanc quæstionem latè tractat Menoch. de recuper. possess. remed. 9. q. 51. Afflic. in Constit. Pasterrenor. num. 28. & seq. vbi firmat hanc opinionem pro regula cum decem tamen limitationibus, & sequitur Baiard. in d. q. 85. nu. 5. vers. ad quod, Tamen contrariam opinionem tenet Bald. in d. l. data opera, nu. 19. vers. item notandum, C. qui accus. non poss. & latè in conf. 59. nu. 4. vol. 1. Clar. d. q. 85. nu. 5. vers. contrariu autem, vbi alios adducit testantes de comuni, & post Alber. firmat, quod totus mundus ita obseruat, licet referat, quod in hac quæstione opus esset habere decisionem Imperatoris & quod ita seruandum est in iudicando & consulendo, & ita in Ducatu Mediolani seruatur, & quod hæc opinio etiam magis communiter est a consuetudine approbata. Ias. conf. 188. in fine



line, vol. 2. Aff. latè super Constit. Regni, prælud. q. 7. per tot. Io. Ant. de Nigr. super cap. Regni, in prælud. nu. 47. vbi etiam de magis communi, & magis prædicata opinione, & quod totus mundus illam obseruat Bertaz. conf. 263. nu. 4. vol. 2. vbi de communi latè Pet. Caball. casu 2. per tot. qui etiam testatur de magis communi, & seruata opinione per totum mundum, quam etiam ipse vidit vbiq; obseruari per omnes iudices. Rimin. iun. conf. 758. n. 24. & seq. vol. 7. Cardin. Tusc. in lit. P. concl. 234. nu. 6. vbi de magis communi, & obseruata a toto mundo opinione.

2 Et ob id, si maior pœna esset imposita a lege, quam a statuto, exclamet causæ defensor, vt reo sit imponenda minor pœna a iure municipali inflicta, prout in contingentia facti iudicatum fuit, vt testatur Dec. respons. 104. nu. 31. vol. 3. quicquid aliter dixerit Grammat. conf. 35. nu. 12. in fi. erit tamen videndus Anton. Gomez. tit. de delict. c. 1. nu. 38. vers. quarta conclus. Imò adeò est vera, vt pœna statutaria sit attendenda, etiam si legalis esset corporalis, & pœna statutaria esset pecuniaria, secundum magis communem opinionem attestatam post Burf. conf. 94. num. 4. vol. .... per Baiard. in q. 85. nu. 5. vers. ad quod quia æquitas scripta præfertur rigori scripto, vt per Bal. in conf. 250. nu. 12. lib. 1. & conf. 282. nu. 16. lib. 5. licet in crimine blasphemix aliter teneat Bar. in loco relato per Cardin. Tusc. in littera P. concl. 434. num. 3.

3 Imò etiam si in pœna statutaria referrentur pœnæ legales, & de stricto iure omnes deberentur, nec electione vnus aliq; sint sublatae per capitulum primum in fi. & ibi Gl. & scrib. de sent. & re iud. lib. 6. tamè de consuetudine, & quadam æquitate, vna tantum pœna delinquenti imponitur, quæ semel imposita, etiam si minor fuerit non poterit alia imponi. Ant. Gomez. tit. de delict. e. 1. nu. 39. † iudex enim postquam imposuit pœnam statuti, non potest redire ad pœnam legalem, secundum communem opinionem attestatam per Iul. Clar. q. 85. nu. 5. in fi. & relata per Card. Tusc. in lit. P. concl. 234. nu. 8. Et quid si per statutum disponatur, vt possit procedi de similibus ad similia, & in statuto non adsit simile, & tunc succedit pœna legalis. Et si a lege non fuit imposita, succedit pœna iudicis arbitraria. Caualean. de Brach. reg. p. 4. num. 104. in princ. & ibi etiam ponit nonnullas alias decisiones pro resolutione istius quæstionis, quas breuiter, & succinè explanauit ad quem Aduocatus habere potest recursum, & alias ponit declarationes, latè Andr. Fachin. controu. iur. lib. 9. c. 1. per totum, & solet etiam dubitari in proposito, si pœna aucta per statutum liget forenses, & solet adhiberi distinctio, aut agitur de facto, pro quo est imposita pœna de iure communi, & tunc liget dictum statutum forenses, aut de iure communi non est imposita, & tunc non liget, vt est latè videre per Vinc. de Fran. dec. 521. per totam p. 3. vbi etiam declarat, quid si daretur excessus in ipsa pœna statutaria, & si Aduocatus velit videre, quando bannimenta ligent forenses adeat nouissimè Modern. Rom. Farin. in fragmen. crim. in lit. B. nu. 8. & seq. quando ligent abentes, & ignorantes videat eundem Farinac. in dd. fragmen. in litt. B. num. 28. & seq.

5 Et scias in hac materia, quod statutum; vel Constitutio non trahitur ad præterita delicta iam commissæ, sed ad futura, l. leges C. de leg. quæ est canoniza-

ta in c. fi. de Constit. & in cap. cognoscentes. eod. tit. & de communi attestatur Alderan. Masc. concl. 13. nu. 1. de statut. vbi ponit hoc dictum pro regula, & ibi etiam ponit suas ampliationes, intelligentias, & limitationes, ad quem Lectorem remitto ne me in branas ex labore alterius occuparem.

Pœna imposita a diuersis statutis, quæ sit reo infligenda.

S V M M A R I V M.

- 1 Pœna legis nouæ non tollit pœnam legis veteris, & maxime, si diuersis personis sint applicatae.
- 2 Pœna noui statuti, si fuerit minus vigorosa, & magis congrua delicto attenditur, & non alia inflicta per primum statutum, etiam si in eo inflicta fuisset ipso iure.
- 3 Pœna duæ si sint inflictæ a statuto, pro eodem delicto, non debent omnes irrogari, sed vna tantum sufficit, declarata tamen vt hic.
- 4 Tempus in pœnis infligendis, an delicti, siue sententia attendatur.

C A P. XX.

1 **I**N ista quæstione videntur Doctores concludere, vt pœna legis nouæ non tollat pœnam inflictam a lege veteri super eodem crim. Cepol. conf. 14. num. 10. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 1. nu. 38. & seq. vbi latè tractat hanc materiam per plures conclusiones Menoch. de recuper. poss. remed. 9. q. 51. Iul. Cla. q. 85. nu. 5. vers. nam aliqui, vbi refert alios testantes pluries de communi. Burf. conf. 464. num. 6. vol. 4. Et magis procedit, quando pœnæ sunt diuersis personis applicatae. Cæpol. d. conf. 14. nu. 16. & quando etiam diriguntur contra diuersas personas. Veronen. d. cõf. 14. nu. 7. sub num. 9. etiam dicit, quod pœna inflicta a lege generali non tollatur per aliam specialem, cum generi per speciem non derogetur, & latè de ista materia vide Ant. Gomez. in c. 1. num. 38. vbi ponit quatuor conclusiones, & Io. Ant. de Nigr. super constit. Regni in prælud. nu. 48. Andr. Fachin. controu. iur. li. 9. c. 1. distinguit plures casus per conclusiones.

Sed si pœna a nouo statuto inflicta sit minus vigorosa, & magis congrua, & conueniens delicto, quam imposita per statutum antiquum, attenditur pœna noui statuti, vt per Bar. in l. omnes populi, nu. 48. & seq. ff. de iustit. & iur. vbi decidit, quod vendens sal puniatur pœna mortis, vigore antiqui statuti, & vigore secundi statuti puniatur pœna pecuniaria, tunc attendatur pœna secundi statuti tanquam mitior, quæ Bar. decisionem sequuntur Doctores, vt testatur Pet. Caball. casu 159. nu. 1. vers. Bart. autem est latius reassumit, & sequitur Alderan. Masc. concl. 13. num. 59. de statut. & ab ista opinione Bar. non esse recedendum, firmat Cabal. d. casu 156. n. 9. vers. quod si quandoque.

Et licet aliqui voluerint, quod pœna antiqui statuti sit attendenda, etiam quod sit pœna noua congruentior, si a statuto antiquo sit imposita ipso iure, vt per Felin. & alios adductos per Crot. in d. l. omnes populi nu. 144. Tamen si per secundum statutum, quod imponit congruentiorem pœnam, fuerit primum statutum expresse sublata, & habitum pro infecto, tunc diceretur pœna imposita ipso iure per antiquum statutum sublata, vt post Io. Ant. Gemin. & Felin. firmat Crot.



Crot. in dicto num. 144. & sequitur Alder. Mascard. de statut. d. conclus. 13. num. 61.

3 Si vero in eodem statuto absolute imponantur due pænæ, vna tantum sufficit, vt reus puniatur, Bal. conf. 250. num. 12. lib. 1. consilio 382. nu. 19. lib. 5. Cardin. Tusch. in lit. P. conclu. 234. num. 10. vbi subdit, post Bal. in locis supra adductis, vt multo magis procedat in diuersis statutis, & si fiat executio in vna, cessat alia dummodo non veniat expresse cumulatiue ad aliam. Et si vis habere breuem, & succinctam declarationem in ista materia vide Cauale. de brach. reg. parte 4. num. 103. & num. 104. & sub numero 111. etiam late tradit quid in proposito seruari debeat per iudicem habentem brachium regium, & si reus fuit in diuersis sententijs condemnatus, & non appareat, quæ prius data fuit, & sit condemnatus ad furcas, ad amputationem capitis debet exequi sententia amputationis tamquam minor, & mitior Io. de Anan. c. fi. num. 10. de colluf. Baiard. q. 99. nu. 14. late Caball. cas. 129. per totum sit attendenda semper mitior pænâ inflicta a pluribus iudic. & vide Clar. q. 99. num. 9.

Sed quæ nam tempora in pœnis, & puniendo attendantur nempe an tempus delicti, an verò sententiæ, & sic si delicto patrato, superuenit nouum Statutum ante sententiam: istam quæstionem tractant Alber. in 1. part. Statut. q. 85. & in part. 4. q. 54. Bart. in d. l. oēs populi in 5. q. nu. 48. & Canonistæ in locis relatis per Mascard. in d. conclus. 13. nu. 62. Et latius reassumit, illâ declarando, ac bene distinguendo, suo solito more, Petr. Caball. cas. 136. per totum, cent. 2. & vide Cauale. de brach. reg. part. 4. nu. 111. & seq. vbi etiam resoluit quid in proposito dicendum sit de iudice brachij Regij. Et an attendatur tempus delicti, aut condensationis, aut executionis, late Peregr. de iure fisci, lib. 6. tit. 5. nu. 44. Farinae. q. 8. num. 105. Cauale. fragm. 83.

Vna, vel pluribus pœnis quando Reus puniri possit.

S V M M A R I V M.

- 1 Pœna vna tantum puniatur reus pro eodem delicto, quando etiam à diuersis legibus plures pœnæ imponuntur, electione tamen iudicis, & maxime quando pœnæ sunt incompatibiles.
- 2 Pœna vna tantum in crimine falsi imponitur pro pluribus falsitatibus tendentibus tamen ad vnam victoriam.
- 3 Multa an vna, vel plures exigi possit; & hic declaratur iste articulus per Authorem.
- 3 Vnitas temporis inducit vnitatem delicti.
- 5 Delicta minora confunduntur cum maiori delicto, quando eodem tempore committuntur. Declara tamen vt hic.
- 6 Delicta duo commissa diuersis temporibus, quomodo vnus sit subordinatum ad aliud, quomodo puniri debeant.
- 7 Pœna grauior erit imponenda, quando pro eodem delicto minor, vel maior pœna imponitur.
- 8 Vulnerum numerus, vel percussionum, si non exprimatur in quærela, debet intelligi de duabus percussionibus.
- 9 Pœna pecuniaria, potest imponi, & si non solvatur infra certum tempus, reus mitti ad treemes, vel puniri alia pœna corporali. Declara tamen vt hic per Authorem.
- 10 Reus pluribus pœnis regulariter puniri non debet.

Tomus Secundus.

1 **E**Xclamet Aduocatus; quod reus, quando comittit delictum diuersis legibus seu diuersis pœnis punitur, vnica tantum pœna electione iudicis puniatur, l. senatus, ff. de accusat. l. quoties ff. de act. & obl. Quia, licet vna lex non tollat aliam quoad originem; cum delinques omnibus teneatur: secus tamen est quoad executionem, vt declarat Bar. in d. l. Senatus, in princ. & sequitur Boss. in pract. crimin. tit. de official. corrupt. nu. 7. & seqq. & Rot. Rom. decis. 812. n. 24. & seqq. in nou. & sequitur Petr. Caball. cas. 2. num. 7. & seqq. Modern. Roman. q. 10. num. 56. & seq. Cauale. de brach. reg. p. 4. nu. 106. vbi ponit hoc pro regula.

Et maxime quando pœnæ essent incompatibiles, vt si pro delicto imponeretur pœna relegationis; quia censetur sublata alia pœna mortis imposita per alium Statutum, vt post Cuman. in cons. 134. n. 3. & seq. tradit Card. Tusch. in litt. P. concl. 234. n. 4. Menoc. de recuper. poss. remed. 8. n. 390. Mar. Ant. Macerat. lib. 3. re. fol. 45. numero 9.

Ac etiam sciat reum defendere à pluribus pœnis sibi imponendis in crimine falsi, quod, si quis confecit falsos articulos, ac induxit falsos testes, ac vsus fuit eorū falsis attestationibus in iudicio, non puniatur diuersis pœnis, pro falsa inductione, & fabricatione, ac processu; sed vna tantum pœna falsi, Boer. decis. 82. num. 10. Plot. de in lit. iuran. seu in repet. l. si quando. C. vnd. vi. §. 44. num. 6. Farinae. q. 22. num. 26. Bertaz. cons. 24. & cons. 25. cum hæc omnia redundant in vnum delictum, & ad vnum factum, & ad vnam victoriam reportandam; vt late sequitur Petr. Caball. cas. 145. nu. 1. vbi etiam dicit, quod si quis ex interuallo in eadem causa diuersis temporibus producat plura instrumenta falsa; vel plures testes falsos; cum ea omnia tendant ad eundem finem, & effectum consequendi victoriam litis non possit puniri nisi pro vna falsitate, & ibi concordantes allegat, sequitur Cauale. de Brach. reg. fragm. 76. vbi subdit, qd si semel punitus fuerit, & falsum iterum dicat in eadem causa iterum puniendus esset, sed quod ipse credit, quod nemo amplius admitteret in testem, qui alias de falso fuit punitus, Did. Canter. in quæst. crim. cap. 9. & fin. n. 6. fol. 674. Quod procedit, etiam si Statutum loqueretur in numero singulari in certam pœnam producenti instrumentum, vel testem falsum, adhuc producens plura instrumenta, vel plures testes falsos, vnica tantum pœna puniatur, secundum Alber. de Stat. q. 28. Afflict. lib. 3. super Constit. Regn. Rob. 44. Constitution. Falsitatem; numero 2. Iul. Clar. §. falsum numero 7. Sed grauior pœna erit puniendus, vt post alios quos allegat, firmat Caball. d. cas. 145. numero tertio, & seqq. & prius dixit in cas. 108. numero 13. Baiard. quæstione 74. numero 24. Couar. var. resolut. libro 2. capitulo 20. numer. 8. Ang. & Plach. in locis per Andr. Fachin. controuer. iur. lib. 9. cap. 46. allegatis, & ego deduxi S. D. Nostro Paulo V. vt licet quidam iuuenis annorum 17. de Afflilio pro copula carnali habita cum quadam moniali professa intus monasterium commiserit quattuor crimina, incestus, adulterij, sacrilegij, & stupri, vt nouissime, late prosequitur Lupus in tractat. de Illegit. de rest. natal. liber. comment. 1. §. 5. num. 85. tamen licet prædicta

quat.



quattuor crimina respectu accusationis pro quattuor considerentur, tamen respectu pœnæ infligendæ debeat attendi delictum adulterij, & illud aliâ confundat. vt tradit Menoch. de arb. cas. 389. num. 2. libro 2. & Hyer. Giach. ad Iul. Clar. in §. fornicatio in litt. B. & de consuetudine pœna adulterij sit citra mortem naturalem, Clar. §. adulterium, vers. sed quæro. Tiraq. de leg. connub. l. 13. numero 23. Rim. iun. conf. 758. numero 23. & ob id diuuenis non posset puniri pœna mortis naturalis, quia etiam non excedebat annum decimum septimum, & quia prætendebatur sollicitatus ab ipsa moniali ex qua sollicitatione ex traditis per Marf. in l. vnica num. 57. C. de rapt. virg. poterat iuste excusari à pœna mortis, Farinac. tit. de delict. carn. q. 146. num. 13.

3 Ac etiam sciat Aduocatus suum clientem tueri in pœna multatæ; vt, si iudex comminatus fuerit pluries, præcipiendo reo super eodem facto, vt aliquid faciat, & primo sub pœna decem, secundo sub pœna viginti, & tertio sub pœna triginta, si in obediens persistat, iudex non possit ab illo exigere, nisi vnâ quæ maior erit, & sic exigere illam, quæ est triginta, vt tradit Specul. tit. de contum. §. fin. vers. sic. sed pone iudex: quia circa idem non potest iudex multare pluries pœna pecuniaria, sed alia multa non pecuniaria, & alijs remedijs contra contumacem proditis, puta, per excommunicationem, per clausuram in domo, vel per denegatam audientiam, vel per similia; vt latè declarat Mar. Socci. in cap. eaque, numero quinto, & seqq. de pœn. vbi tamen sub numero 8. in fin. firmat quod secus erit, si non simpliciter comminatus fuit iudex dictam pœnam, sed illam multam iam imposuit; quia tunc iudex posset omnes pœnas, vel multas impositas exigere; & ibi reddit bonam rationem inter vnum casum, & alterum, & deinde ipse Mar. Socci. ibi, prosequendo materiam impositionis pœnarum, quam dicit esse valde difficile, intricatam, & dubiam ponit nouem casus, quos deinde latè prosequitur per suas distinctiones, & declarationes ad que lectorè remitto: sed solum prosequor.

4 Quod vnitas temporis inducat vnitatem delicti, adeo quod, si eodem tempore committantur plura delicta, pro vnico reputentur, Soc. consilio 62. numero nono, libro primo, Magon. decis. Lucen. 60. numero 15. Idemque si plura delicta habeant præambulum necessarium ad vnum tantum, vt pœna vnus tollat pœnam alterius, vt post Alex. de Neuo. in consilio 93. & Bertazz. consil. 205. & ibi Claud. in add. Baiard. q. 84. num. 13. † & minora delicta eodem tempore commissa confundantur cum maiori delicto, gloss. in l. qui de crimine in verb. plurima. C. de accusat. quam omnes scribentes sequuntur, vt testatur Iulius Clar. q. 84. numero quarto, in fin. Magon. decis. Lucen. 90. numero 17. Marfil. in tractat. de Bannit. in verb. delictis, nu. 22. & seq. Burfatt. consilio 134. num. 23. volum. 2. vbi ponit exemplum in eo, qui interfecerit aliquem de nocte cum armis prohibitis, vt pœna homicidij tantum puniatur. Alex. Trentacinq. consilio 21. num. 23. libro 2. vbi de communi. Quæ opinio est etiam recepta a consuetudine, vt post alios, quos allegat, firmat Petr. Cabal. cas. 158. num. 18. vbi tamen subdit esse veram dictam consuetudinem, quando ista plura delicta sunt eodem tempore commissa in eadem persona; secus in diuersis

personis: quia, si vnum occidit, & alterum vulnerauit, tenetur de occiso, & de vulnere. Hinc est etiam, quod si quis commisit delictum in aliquo loco, per quod delictum aggrauetur, non erit puniendus nisi pro delicto principali, & non erunt reo infligendæ duæ pœnæ l. ancilla, §. principali, in fin. C. de incest. nupt. Burfatt. conf. 401. n. 5. vol. 4. Et ob id, si vigeat vnum Statutū, vt pro percussionibus quis puniatur in quinquaginta, & pro insultu facto in platea, vel ad domum, in centum, vt faciens insultum in dictis locis puniatur tantum pœna centum, tenet post alios, quos allegat, relicta opinione Alber. de Ros. Petr. Cabal. cas. 158. n. 5. circa med. & sub num. 6. etiam dicit, quod si per Statutū puniatur vulnerans aliquem cū cultello in cētū, & vulnerans cū veneno in docētis, & si cum cultello venenato vulneret, debet puniri vna tantum pœna ducentorum. Idemque erit in tractatu, qui, sequuto homicidio non compræhenditur cum homicidio, Mazol. conf. 47. num. 53. in fin. prout est etiam insultu, sequuta offensione; quia, si fiat insultus ad finem, vt percussio sequatur, punitur tantum reus de percussione, Iul. Clar. q. 84. n. 4. circa princ. & ibi ponit exemplum, Mazzol. conf. 47. nu. 52. Decian. resp. 95. n. 15. volum. 2. Declarat tamen, vt ibi per eum. Prout est etiam, quando quis interficit vnum pluribus vulneribus, eodem impetu, & in eadem rixa; quia vna tantum pœna de occiso tenetur, & non de vulneribus, Petr. Cabal. cas. 158. num. 2. & 5. vers. subdit tamen; quod est verum, etiam si aliqua vulnera erant mortalia, aliqua vero non mortalia, Cabal. ibi numer. 3. Et idem est si eodem instrumento plura vulnera intulit, vt cum bibente; quia vnica tantum pœna puniri debet, Iul. Clar. d. q. 84. n. 3. Sed Iacob. de Aren. in l. apud labeonem, §. conuictum. ff. de iniur. distinguit, aut lex loquitur in personam, pœnam statuendo simpliciter contra percipientem, vel vulnerantem, & tunc vnica pœna puniatur, aut loquitur in rem statuendo pœnam pro qualibet percussione vel vulnere, & tunc tamquam plura delicta, pluribus pœnis delinquens erit puniendus; quam opinionem sequitur & tuetur, Andr. Fach. controuer. iur. lib. 9. cap. 46. licet ibi refert quod Ang. Plach. & Couarr. in locis per eum relatis contrarium teneant vt vnica tantum pœna puniatur, sed ob reiterationem grauiori pœna afficiatur. Ac etiam delatio armorum confunditur cum insultu, & percussione secuta; etiam si pro delatione armorum esset imposita maior pœna; quia attenditur pœna insultus, & percussionis, vt consuluit Caphal. consilio 204. numer. 41. & seqq. vt refert Baiard. q. 84. num. 2. qui tamen sub nu. 26. post Claud. Bertazz. in add. ad patrem, conf. 299. vers. sed casus est contrarium tenet, quādo delatio armorum maiori pœna punitur, quam insultus, & percussio, vt ad vtrāque pœnam teneatur.

6 Si vero duo delicta diuersis temporibus committantur; quamuis vnum sit ad aliud ordinatū, pro vtroque pœna debetur, Decian. resp. 95. n. 14. vol. 2. prout si diuersis locis committatur, etiam data modica distantia temporis, idem Decian. d. num. 14. vers. 2. etiā, & Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 61. sub n. 15. & seqq. dicit, quod, si quis frangat ostium, vel fenestras, vt stuprū comittat, teneatur de fractura, & de stupro, vt per Petr. Cabal. cas. 100. n. 12. & Bolgnet. cōs. fin. per tot. cōsuluit, vt p. resistētā factā Curie, & p. homicidium secū-



secutum post resistentiam eodem contextu, delinquens puniatur de utroque, vt refert Petr. Caball. d. caf. 100. numero 12. vbi alios adducit, & Baiar. quæst. 84. numero 16. Idemque est, quando homicidium est commissum in personam vnius, & vulnera fuerunt illata in personam alterius, vt puniatur de homicidio, & de vulneribus, quamuis vtrumque delictum fuerit commissum, eodem tempore Caball. caf. 158. num. 7. & ibi per totum illum casum ponit alias declarationes bene digestas. Idemque erit, si ex pluribus delictis resultent plures effectus, quia diuersis pœnis puniri debet, secundum communem opinionem attestatam per Soc. in consilio 62. numero 9. vol. 2. reiecta distinctione tradita à Jacob. de Aren. vt latè prosequitur, Hieron. Hyspan. in tract. comm. contra com. q. 2. 17. per tot. vbi etiam alios concordantes allegat. Quam distinctionem Jacob. de Aren. impugnat etiam Farinac. q. 22. nu. 12. & latè vide Caualean. de brach. reg. p. 4. nu. 147. & seqq. vbi etiam latè tradunt alias declarationes, & est materia l. nunquam plura, ff. de priuat. delict.

7 Bene verum est, quod vbi pœna vna erit infligenda pro diuersis criminibus, illa erit imponenda, quæ grauior, & maior erit, Farinac. d. q. 22. sub n. 12. Petr. Caball. caf. 145. n. 3. & seqq. & Baiard. q. 84. nu. 24. vbi in fine dicit, quod ita semper in pract. obseruare vidit: & minor pœna confunditur cum maiori, & ipsa maior semper imponitur Cauale. de brach. reg. p. 4. nu. 108. in princ. & latè n. 148. sed Vinc. de Franch. decis. 272. nu. 12. post Aretin. in l. quicumque, col. pen. C. de fertu. fugit. dicit quod quando plures pœnæ sunt inuenta in vno delicto mitior sit imponenda, vel saltem si repositum in arbitrio iudicis iuxta dicta per Felyn. in c. sicut Iudæi, num. 3. de iud. Mar. Ant. Macerat. lib. 3. resolutione 45. numero 12. Et in electione pœnarum ad quem spectet an ad iudicem vel ad partem, vide Menoch. de arbitr. quæstione 93. Iul. Clar. q. 85. & Cauale. de brach. reg. p. 4. nu. 116. vbi subdit quod semel electa vna pœna non erit amplius locus pœnitentiæ.

8 Ac etiam sciat Aduocatus, quod, non expresso numero percussionum in quærela, vel processu, si delinquens fuerit accusatus de pluribus percussionibus, erit puniendus de duabus percussionibus, Bal. in l. fidei commissum §. si quis decem ff. de leg. 3. Et, si de pluribus, & pluribus percussionibus esset quærelatus, intelligeretur de quatuor, Bar. in l. si gemina, num. 7. ff. arbor. frut. cæf. vbi dicit ita communiter obseruari. Et, si in accusatione diceretur, quod multas intulerit percussiones, intelligeretur de duab. vel tribus, Cephal. cõf. 225. n. 43. & ad omnia prædicta vide Laur. Tenn. cautel. 3. & Baiard. q. 84. nu. 21. & seqq.

Sed quia hic in Curia viget consuetudo condemnandi Reos pro eodem delicto pluribus pœnis, & in pœnam corporalem, & in pœnam pecuniariam, & in pœnam fustigationis, ac in pœnam triremium: est videndum, an dicta practica inuenta à Procuratoribus Fiscalibus sit ad extorquendas pecunias ab ipsis Reis vel sit conformis iuri communi: nam præcipuè aliquando seruatur, vt condemnetur Reus in pœna pecuniaria, quam si non soluerit infra aliquod breue tempus, transmittatur ad triremes, vel relegatur ad aliquem locum malæ conditionis, impurique aeris, & sic hic in Curia relegari solent Rei ad Ciuitatem vetulam, vel ad Arcem Hostiæ, vbi parum re-

Tomus Secundus.

legati in sanitate conseruantur. Ac etiam idem est dispositum in multis locis Italiae.

Et quod de Iure, circumscriptis statutis, & consuetudinibus, Iudices talem pœnam imponere possint, tradunt Bald. in lege quid ergo, §. pœna grauior numero decimo septimo, in lege, & si seuerior. numero vigesimo octauo, C. ex quibus caus. infam. irrog. est text. in lege agraria. ff. rerum amot. Clarus dicit. quæst. 93. numero 3. Cartar. de execut. sententiæ, capitulo finali, numero 288. Farinac. quæstione vigesima sexta, numero 13. & seq. vbi testatur, ita seruari in statu Ecclesiastico, & in consil. 80. in fin. testatur ita fuisse pronuntiatum contra quemdam Abbatem, qui fuit transmissus ad Arcem Hostiæ, quia in tempore non soluit pœnam, vbi ob aeris malignitate diu obiit. Petr. Cabal. caf. 164. n. 4. & seq.

Sed Aduocatus insurgat, quod sententia prædicta fuerit inhumana, & bestialis, quatenus fuerit apposta pœna vltimi supplicij, si non soluerit pœnam pecuniariam infra terminum præfixum in eadem sententia, vt in contingentiæ facti declaratum fuit, teste Petr. Caball. d. caf. 164. in fin. Ac etiam insurgat, quod fieri non debet similis condemnatio in quocunque casu, sed tantum in casu graui, & atroci, & quando Reus esset inditijs dubitatis, & violentis grauatus: vt ego dixi in tract. de confisc. bonorum conclus. 31. num. 11.

Ac etiam dicat, quod terminus præfixus in sententia non incipiat currere, nisi a die intimationis, per illam regulam, quod in facto negatiuo ad incurrendam pœnam requiratur monitio, cap. extirpandæ, extra de præbend. & dicit in terminis Farinac. d. quæst. 26. num. 16. in fin.

Ac etiam dicat, quod de Iure alij tenent contrarium, vt non possit in pœna pecuniaria apponi talis conditio solutionis infra certum tempus, & in defectum dictæ solutionis, ipsa condemnatio in pœnam corporalem, & quod vbi non vigeret consuetudo in contrarium, sententia simili modo lata non subsistat, vel saltem ope exceptionis ex capite iniustitiæ, reuocetur, vt testatur Iul. Clar. dicit. quæst. 93. num. 3. in fin. Cartar. dicit. cap. fin. num. 288. Farinac. d. quæst. 23. num. 13. in fine, & ego retuli in d. Tract. de confiscat. bonorum conclusio trigesima prima, numero vndecimo.

10 Et iudex debet se abstinere, ne condemnet Reum pro eodem facto, vel dicto, pluribus pœnis, cum regula sit in Iure, quod nemo duplici pœna grauari debeat, argument. leg. bona fides de regul. Iur. Bartol. & communiter Doctor. in lege nunquam plura. digestis de priuatione delict. Menoch. de recuperatione possess. remed. 9. nu. 374. & seq. nu. 399. Farinac. q. 4. nu. vndecimo, quæstione 111. numero 81. & seq. vbi declarat, quando ambæ pœnæ sunt super eodem facto, & causa. Marc. Anton. Macerat. libro tertio, resolut. 45. num. 9.

Hinc videmus, quod semper maior pœna confundit minorem. Gloss. in lege qui, de Crimine, in verbo plurima. C. de accusat. cum alijs per Iulius Clar. in quæstione 84. versiculo alius est casus, Caualean. de Brach. reg. par. 4. num. 106. & num. 148. vbi de communi, nisi tamen qualitas, vel grauitas delicti aliter suaderet, & ob id vidimus tempore Pij Papæ V. Quosdam maiores officiales, & ministros fustigari

O 2 gari



gari per totam Urbem, & postea transmitti ad Arcē Hostiæ vbi paruo tempore vitam cum morte commutarunt, & licet Couar. var. resol. lib. 2. c. 10. nu. 9. dicat non esse inchoandum ab amputatione membri, sed a leuiori pœna ob timorem salutis æternæ, & sic prius trahi ad caudam equi, & postea ei amputetur manus, tamen de consuetudine contrarium seruatur, vt prius amputetur manus, & postea trahatur ad caudam equi, & deinde suspendatur, vt testatur Baiar. q. 99. num. 12. & seq. & in Curia etiam vidimus pluries vel reos super curru, & affici forbicibus ignitis, & conuoci ad locū delicti, & ibi amputari manus, & deinde continuari in supradicto tormento, & postea suspēdi, sed pro salutē animæ semper tutior erit opinio Couar. vide Iul. Clar. q. 99. num. 6. vbi latē declarat à qua prius sit incipiendum pœna; ne hic scripta per eū de verbo ad verbum ponam.

Plures pro eodem facto quomodo sint  
puniendi.

S V M M A R I V M.

- 1 Plures, præcedente tractatu, committentes homicidium, tenentur omnes de occiso: licet vnus tantum interfecerit, siue ignoretur homicida, siue sciatur, secundum vnam opinionem. Alij autem contrarium tenent quando fuit interfectus vnico tantū vulnere. Et hic docet Author quid sit agendum cum omnibus.
- 2 Tractatus factus de occidendo, durante dummodo calore iracundiæ nō inducit, vt omnes deinde teneantur de occiso.
- 3 Tractatu facto ad aliquem bastonandum, si succedat homicidium: solus homicida tenetur de occiso, alij autem puniuntur extraordinariē.
- 4 Mandans aliquem bastonari, si succedat homicidium, non tenetur de occiso, nec de mandato ad bastonandum puniatur, sed grauiori pœna extraordinaria, secus si mandauerit aliquem vulnerari, quia tenetur de occiso ipse mandans.
- 5 Plures si ex tempore interuenerint in rixa, quilibet tenetur de eo, quod fecit.
- 6 Rixam si Titius hēat cum Caio, & superueniat frater Titij, & occidat Caum, Titius non tenetur de occiso.
- 7 Plures in rixa ex tempore interuenientes non possunt puniri de auxilio; nisi qui interfecerunt.
- 8 Author Rixa, quando ex tempore plures interuenerunt, & quis fuit vnico vulnere occisus, & nescitur author, nō tenetur de occiso.
- 9 Plures ex tempore in rixa interuenientes, si ignoretur homicida, an omnes possint torqueri.

C A P. XXII.

1 **I**sta quæstio practicabilis, & quotidiana est & ob id illam volui hic pro utilitate Aduocati explanare, breuiter tamen, meo solito more. Et sic, si plures conuenerint, præcedēte tractatu, & deliberatione, ad aliquem occidendum, & sequatur homicidium non est dubium, quod omnes teneantur de occiso, licet vnus solus illum interfecerit, & vnico tantum idū, vel vulnere fuisset ille trucidatus; & siue sciatur percussor, siue ignoretur, gloss. fin. in l. rixa, ff. de sicar. & in cap. si quatuor, 23. quæst. 8. Iacob. de Beluis. in pract. crim. tit. de quæst. in fine, num. 232. Menoch. cal. 362. num. 25. & seq. Iul. Clar. q. 90. num. 1. & seq. Ant. Gomez.

tit. de delict. cap. 3. num. 36. Marfil. singul. 217. The-saur. decis. 31. num. 3. & seq. vbi de veriori, & communi opinione, Lud. à Peguer. decis. 14. nu. 14. Claud. Bertazzol. consil. 299. vers. nec minus diligēter, Petr. Caball. cal. 292. num. 1. & seqq. vbi de veriori, & communi, & quod ita pluries ipse iudicauit, decis. Auenionens. 93. num. 12. & seqq. vbi omnes concludunt, quod omnes interuenientes homicidio, etiam quod nihil fecerint, debeant puniri pœna mortis, & Boss. tit. de offic. pecun. corrupt. refert, quod Veronæ fuerunt suspenso 50. Fratres Sancti Francisci, quia, præcedēte tractatu, interfecerūt quemdam hospitem, Ioseph. Ludouic. decis. 16. num. 5. & seqq. vbi de communi, & The-saur. decis. 31. & ibi Addent. testantur, quod pluries Senatus sequutus fuit istam opinionem.

Tamen Aduocatus isto casu potest deducere, quod ista opinio, quæ desumitur ex auctoritate Bartholi in leg. si in rixa, num. 10. ff. de Sicar. multos habet contradicētes, vt non omnes teneantur pœna mortis, quando fuit ille interfectus vnico vulnere, & ignoratur occisor, Alexand. consilio 15. lib. 1. Aurel. Mutin. inter consil. Alexand. consilio 46. per totum volum. 4. Boss. tit. de homicid. num. 16. vbi de communi, Gram. consil. 5. num. 8. Petr. à Plach. Epithom. delict. libro 1. capit. 12. num. 1. vbi declarat, quod Doctores tenentes contrariam opinionem intelligantur, vt voluerint, quod omnes possint torqueri, sed non quod omnes teneantur pœna ordinaria mortis, Marf. in rubrica de probat. num. 418. vbi testatur, quod ita pluries consuluit, & obtinuit, Roland. consil. 63. num. 10. & seqq. libro 2. Io. Fischer. commun. opin. lib. 8. litt. H. in verb. homicidium, & The-saur. decis. 31. numero 2. in fine, firmat hanc opinionem esse æquiorē, & quia agitur de vita hominis, amplectendam, & sub num. 4. versic. certē hæc quæstio, etiam firmat habere maximam æquitatem, & ea attenda, esse omnes inquisitos torquendos, & alio non apparente, esse à morte naturali liberandos, & ad triremes perpetuo damnandos. Et, si aliqua concurreret qualitas, vel circumstantia ad exclusionem mortis naturalis; vt si ageretur de delicto vltra decennium, commissio, eo magis erit recedendum ab opinione Bart. & sequaciu: prout sequutus fuit Senatus Pedemontanus, vt ibi The-saur. num. 4. in fin. refert, & testatur.

2 Nec non deducat, quod non constat de tractatu, seu de animi deliberatione ad homicidium committendum; vt si quis, post acceptam iniuriam, statim congreget homines armatos, & reuersus illum, qui sibi iniuriam intulit, interfecit; ex quo durabat calor iracundiæ, non diceretur homicidium animo deliberato commissum, sed potius in pura rixa; quia deliberatio requirit interuallum temporis, sedato calore, vt declarat Boss. tit. de homicid. n. 61. Iul. Clar. §. homicidium, num. 8. vbi attestatur ita vidisse pluries per Senatū obseruari, latē Petr. Cabbal. in tract. de omnigen. homicid. nu. 383. Rim. iun. consil. 743. nu. 7. & seqq. vol. 7. Petr. de Surd. consil. 40. num. 19. vol. 1. Et quod in dubio animus deliberatus non præsumatur, Plot. cōf. 130. num. 34. tom. 1. crim. diuers. Abb. consil. 46. num. 4. Menoch. cal. 361. numer. 23. Vulpell. respons. 127. in princ. Blanch. de indic. nu. 54. & seq. Bertazzol. consil. 85. n. 2. Cabbal. d. tract. de omnigen. homicid. nu. 385. & seq. vbi docet etiam, quomodo animus deliberatus probetur, tamen contrarijs excludatur coniecturis.



3 Ac etiam deducat, quod isti omnes non conueniunt ad homicidium committendum, sed ad bastonandum, vel vulnerandum, nec apparet, quod animū habuerit occidendi; & ob id cessat pœna homicidij, Castren. consil. 227. In causa carceratorum, lib. 2. Caualean. de brach. reg. p. 4. nu. 169. vbi latissimè in materia d. Castren. Et si constet quis illum interfecerit, alij non tenentur de occiso, vt latè prosequitur, & etiam contrarijs respondendo firmat Caualean. de brach. reg. part. 4. num. 163. cum sequen. & n. 185.

4 Et, si aliqui de mandato alterius iuerint ad bastonandum, & sequatur homicidium, non debet puniri mandans de homicidio, nec de mandato ad bastonandum, sed alia grauiori pœna, pro excessu mandati, secundum communem opinionem, quam attestantur Doct. adducti per Caualean. d. par. 4. numer. 187. vbi tamen videtur reuocare in dubium, quando mandasset ad vulnerandum aliquem, & adesset inter eos inimicitia capitalis, vt tunc, secuto homicidio, teneatur pœna homicidij; cum vulnera non possint inferri ad mensuram, & potuerit cogitare, quod ex vulneribus sequi poterat homicidium, per doctor. per eum allegatos, qui tamen tuetur contrariam opinionem, quando clarè non constat, quod voluerit ex vulneribus illum interfici; secus si ex qualitate armorum desumeretur animus apertus occidendi: vt si commiserit, quod vulneraretur sclopo; cum ictus sclopi secum ferat læthale vulnus. Bertazz. conf. 232. Caualean. dicta parte 4. nume. 172. Secus vero si non constaret de tali voluntate clara, & manifesta occidendi; quia non posset constare, nisi per coniecturas non imponatur pœna mortis. Clar. quæst. 20. versic. scias tamen, vbi alios adducit Menoch. de præsumption. lib. 1. quæst. 80. lib. 6. præsumpt. 24. num. 46. lib. 2. præsumpt. 90. num. 7. Caualean. d. par. 4. num. 187. & 188. & seqq.

5 Si verò non præcesserit animus deliberatus, neque ex proposito, sed casu alij interuenerint ex tempore in rixa, tunc vnusquisque tenetur de eo, quod fecit in rixa, & si nihil quis fecit in rixa, in nihilo teneatur. Bart. in l. si in rixa in princip. ff. de Sicar. vbi Marfil. num. 25. Petr. Caball. d. cas. 192. num. 4. vbi fere alios infinitos cumulauit, & præter illos Ioseph. Ludouic. dedif. Luceof. 15. num. 11. & seqq. Mazzol. consil. 68. nu. 8. & seqq. Thesaur. decis. 31. nu. 31. vbi de comuni, & quod Senatus ita seruauit. Petr. de Surd. conf. 40. nu. 46. vol. 1. prout in dubio præsumitur, nisi aliter ex coniecturis constet. Crauett. consil. 151. num. 18. latè Caualean. de brach. Reg. part. 4. num. 186. vers. & quoniam, vbi ponit multa exempla, quando colligatur ex coniecturis animus deliberatus, & Menoch. cas. 361. per totum latissimè ponit, quomodo probetur animus deliberatus, & ex quibus coniecturis.

6 Hinc est, quod si dum Titius rixatur cum Caio, superueniat frater Titij, & Caium occidat, Titius non tenetur de occiso quamuis fuerit causa rixæ. Bald. in lege data opera, num. 63. C. de his, qui accus. possunt, Marf. in lege nihil interest, nu. 15. ff. de Sicar. & in lege si in rixa, nu. 26. Gram. consil. 32. nu. 1. Olasc. dec. 104. in princ. Petr. Caball. cas. 192. num. 5. & seqq. vbi testatur etiam ita vidisse practitari.

7 Immo nec potest procedi contra eos vt auxiliares ad delictum committendum; cum non constet quis fuerit auctor delicti, vel homicidij & accessoriū

stare non possit sine principali. Petr. de Surd. conf. 40. num. 47. volum. 1.

8 Nec isto casu, qui fuit auctor rixæ, tenetur de occiso quoad pœnam ordinariam, si homicidium esset commissum vnico vulnere, & nesciretur quis illud intulerit, sed omnes condemnantur pœna extraordinaria, & absoluantur a pœna ordinaria, ob incertitudinem, Dec. in lege fauorabiliores, numero 6. & ibi Cagnol. numero 10. ff. de reg. Iul. Clar. in §. homicidium, numero 38. Menoch. cas. 362. num. 19. Plach. epitom. delict. lib. .... cap. 12. numero 6. Ant. Gomez. tit. de homicid. numero 36. tit. de delict. vbi testatur, quod ita in facto obtinuit. Cartar. de execut. sent. cap. fin. num. 245. Thesaur. decis. 31. numer. 5. vers. ex his inferitur, Lud. a Peguer. decis. 14. num. 6. Luchin. de Curt. consil. 60. numero 9. Iul. Scarlat. consil. 112. num. 37. & seqq. tom. 1. Crim. diuers. Anguif. consil. 23. per totum, eodem tom. 1. vbi respondet auctoritatibus contra auctorem rixæ adductis: & latè eandem opinionem tuetur Petr. Caball. cas. 192. num. 12. secundum quam opinionem attestatur multoties iudicasse, & ibi reprobatur Claud. Bertazzol. contrarium tenentem in consil. 299. vers. sed casus est & vers. seq. Et sic nec minus est curandum, quod Ioseph. Lud. decis. Lucen. 16. numero 12. & seqq. eandem opinionem teneat, cum contra eum, vt supra vidimus, omnes Doctores concurrant, vt auctor rixæ isto casu, ratione incertitudinis, non teneatur de homicidio, sed quia fuit auctor rixæ, & causa tanti mali, non erit forsam inconueniens, quod in se maiori pœna extraordinaria puniatur cum etiam doctores teneant, quod auctor rixæ teneatur de eo, quod succedit in ipsa rixa vel tumultu quos refert Farinac. q. 126. nu. 65. & num. 224. Nec obstat in proposito quod dicitur ex tex. l. quoniam multa facinora. ff. de pœn. & ibi doctores supra adducti quoniam ille tex. procedit, quando auctor rixæ ex proposito coadiuuauit homines ad aliquod illicitum peragendum cum debuisset cogitare, quod poterat sequi homicidium: & ideo tenetur de homicidio secuto: secus est quando successit homicidium ex tempore, nullo præcedente tractatu, vel deliberatione, vt bene declarat Anguif. in dicto consilio 23. numero quinto, sequitur Caball. dict. cas. 192. num. 12. circa fin. & latè Caualean. de brach. reg. part. 4. num. 164. & seqq. & quia in ipsa rixa non præsumitur nec etiam animus deliberatus, vt post alios, quos allegat, firmat Surd. d. conf. 40. n. 17. vol. 1. Et quia etiam in rixa non præsumitur dolus, latè Addent. ad Farinac. conf. 67. in litt. A, vers. & in specie, vbi alios allegat. Et quis dicatur auctor rixæ, vel Caporalis, docent Addentes ad dict. Farinac. consil. 4. in litt. A, Bene verum est quod auctor rixæ non potest allegare deinde fecisse homicidium ad sui defensionem, doctores adducti per Farinac. quæstione 125. numero 118.

9 Sed dubitatur an isto casu ratione incertitudinis, possint omnes torqueri, vt habeatur veritas, quis commiserit homicidium, & delictum, & debitam pœnam non effugiat; & tunc Doctores concludunt, quod, si inter eos adesset aliquis, qui esset malæ famæ, & opinionis in eadem specie delicti, ille torqueatur, Marf. in l. 1. n. 21. ff. de quæst. Rolan. conf. 63. n. 9. vol. 2. Decian. respons. 75. n. 8. vol. 3. Baiard. in §. homicidium, n. 143. in princ. Marf. in pract. §. diligenter



num. 101. Decis. Auenion. 93. num. 9. & Boff. tit. de fauoribus defens. nu. 9. Si vero omnes sint eisdem iudicij grauati, omnes torqueatur; si vero nullus sit malae famae, nullus torqueatur, Foller. consil. 137. nu. 9. tom. 1. crim. diuers. & Bursatt. consil. 116. nu. 1. lib. 1. Marfil. sing. 217. Boff. tit. de fauoribus defens. nu. 6. Alij autem tenent, quod omnes sint torquendi, quando nullus eorum esset malae famae, vel si indicia non sint magis contra vnum, quam contra alium, vt late declarat post alios, quos allegat, Claud. Bertazz. in consil. 234. in lit. A. & ibi reprobatur Foller. & Bursatt. in locis supra adductis, & idem Claud. in fin. vers. quoad torturam: & ita in practica seruari testatur Caball. cas. 192. n. 13. & 14. Quicquid in puncto iuris dici possit, eandem opinionem tenet Baiard. in §. homicidium num. 123. & quod ita practitari vidit. Sed iudicio meo puto meliorem esse illam opinionem, vt nemo torqueatur, quando nullus sit malae famae, & aequae indicia laborent contra omnes, ne corpus innocens crucietur pro nocente: sed sit eligenda via, per quam mitius cum eis agatur; prout fieri solet semper in penalibus, per iura vulgaria. Et cum hac opinione pertransit Iul. Clar. §. homicidium, versic. alia est defensio. in 2. & 3. cas. Bertazzol. consil. 234. num. 1. & seqq. vol. 2. vt omnes pena pecuniaria puniantur. Et iste modus tutior erit pro inquisitis, ne vnus pro delicto alterius crucietur in corpore; cum cruciatus corporis sit maior pena quacunq; pena pecuniaria, & vtriusque manus abscissione, vt millies dixi; & nec etiam sit iustum, vt propter peccatorem innocens puniatur, & crucietur, Boer. decis. 287. circa fin. Baiard. §. homicidium, nu. 133. & quia, si omnes sustineant, debeat sequi absolutio; quia tortura expurget omnia indicia, vt late supra suo loco dixi; & sic delictum remaneret impunitum contra utilitatem publicam, ob malum exemplum, quod sequeretur. Boer. decis. 273. nu. 4. Baiard. d. §. homicidium, nu. 133. cum qua opinione ego transeo, quando homicidium esset commissum vnico vulnere, adeo quod non posset discerni, ac praesumi, quod plures fuerint ad illud committendum, & quod scintillam non adhibuerint; secus si pluribus vulneribus esset commissus, vt quia ex reiteratione vulnerum possit desumi malus animus, & dolus ad dictum homicidium patrandum: tunc enim omnes tormentis subicerem, ne homicidium, ita dolosum remaneret impunitum utilitate publica.

Sed pro complemento sciat Aduocatus tueri clientem suum, vt si plures essent imputati de eodem crimine, quamuis fuisset annexum, excepto crimine adulterij, vt non sit inconueniens, quod vnus absoluitur, & alter condemnatur, quia vnus fateatur delictum, & alter neget, vt bene explicat Cauale. de brach. Reg. p. 4. nu. 155. & seqq. & dicam in seq. cap. in fin.

Pœna soluta ab vno an liberet alios delinquentes.

S V M M A R I V M.

1. Pena soluta per vnum non tollit, quin alij delinquentes non puniantur, si omnes, precedente tractatu deliquerint.
2. Pena soluta per vnum in facto, quod non possit, nec valeat discerni a facto alterius, liberantur alij.
3. Pena, respectu interesse partis soluta per vnum, liberantur alij, et soluens habet actionem aduersus alios pro di-

Et solutione facta, nisi alij fuerint absoluti.

Pœna per delinquentes, an solui debeat pro delicto principali, vel etiam pro auxilio praestito alijs complicibus.

5. Sententia absolutoria lata ad fauorem vnus, an prosit alijs: declarata vt hic per Authorem.

C A P. XXIII.

**D**Octores in hac questione firmant, quod in delictis, tam publicis, quam priuatis, pena vnus non tollat quin alij delinquentes non puniantur, l. quis §. final. & l. sequen. ff. de iurisd. omn. iud. l. item mala, §. sed si plures, ff. de iniu. Bar. in l. si plures, ff. de arb. furt. Caesar. in 1. notab. dicit, quod ex pluritate delinquentium pena delicti multiplicatur, Rom. in l. 1. §. si plures, n. 4. ff. de public. & vestigal. dicit, quod tot censetur delicta, tot pena, quot fuerunt delinquentes, Alber. de Ros. lib. 2. stat. q. 3. n. 6. inquit, quod si plures sunt delinquentes, plura sunt delicta, & tot sunt poenae, quot sunt personae, & in eodem libro, q. 171. num. 5. & seq. firmat, quod solutio vnus non liberat alios, sed quilibet tenetur ad integram poenam, Nat. cont. 77. n. 10. lib. 1. vbi de communi; quia sicut vnusquisq; principaliter, & de per se deliquit, ita teneri debet, nec pena ab vno soluta liberat alios; quia in quolibet persona principaliter censetur proprium delictum, & de per se; & ob id solutio facta ab vno alijs prodesse non potest: quia videtur a soluente soluta pro suo proprio & distincto delicto, Ant. Gomez. tit. de delict. c. 1. nu. 88. Petr. Cab. cas. 198. n. 1. & seqq. & ibi ponit multa exempla in vtroq; delicto tam publico, quam priuato, Cauale. de brach. reg. p. 4. nu. 153. vbi dicit procedere, tam in pena pecuniaria, quam corporali, ex auctoritate Din. in loco per eum relato.

Quae conclusio, deducat Aduocatus, quod sit vera quando illi plures, precedente tractatu, vel deliberatione, & ex proposito, deliquerunt, & vnanimenter data opera: Secus autem, quando ex tempore; quia tunc est inspiciendum factum singulorum, & vnusquisq; tenetur de eo tantum, quod fecit, & non de alieno, late Boff. tit. de pen. n. 2. & seq. Boer. decis. 310. nu. 4. Bar. in l. si rixa, num. 9. ff. de sicar. Caball. d. cas. 198. nu. 11. & ego late dixi in precedenti cap.

Ac etiam in facto, quod non possit discerni a facto alterius, licet omnes teneantur ad poenam, tamen per solutionem vnus omnes alij liberantur, Boff. tit. de poen. n. 2. & seq. vbi adducit Alex. & alios & Florian. in d. l. item Mela. §. sed si plures, sub num. 5. vers. nota ergo, idem firmat, & quod ita in practica obseruetur, firmat Caball. d. cas. 198. num. 12.

Nec non Aduocatus deducat, quod respectu interesse partis, licet quilibet delinquens sit obligatus in solidum ad illud soluendum, tamen per solutionem vnus alij liberentur a restitutione, & emenda damni, tex. in l. 1. in 2. respons. C. de cond. furt. cum nihil interfit parti, magis ab vno, quam ab altero habere: nec amplius eius interfit, cum rem habeat, vel quod sua interest: nec rei restitutio recipiat multiplicationem, l. 1. §. si plures, ff. de eo, per quem fact. erit, Boff. tit. de pen. l. Florian. in d. l. item Mela, §. sed si plures, n. 310. n. 5. & seq. Thesaur. decis. 254. n. 1. 2. 3. & 4. Caball. d. cas. 198. nu. 4. seq. Cauale. de brach. reg. p. 4. num. 154. vbi alios allegat.

Sed bene verum est, quod soluenti datur repetitio aduersus confocios a solutione facta parti aduersus, Ant.



Ant. Gomez. tit. de del. c. 1. n. 88. Caualc. d. p. 4. n. 152. & p. 2. n. 266. circa fin. vbi limitat. tamen, quâdo vnus ex complicibus fuit absolutus: quia aliter condemnatus non potest agere contra absolutum.

4 An autem quis teneatur ad pœnam pro delicto principali, ac etiam pro auxilio præstito alijs confocijs, videntur Doctores distinguere inter vnû delictû, vel factum, & inter aliud factum extraneum, vt est latè videre per Caball. in d. caf. 182. n. 14. cum pluribus seqq. ad quem lectorem remitto, cum suo solito more rectè distinctè, & resolutiue loquatur.

Factum autem vnum, vel plura quâto dicantur tradit Bar. in l. numquam plura de priuat. delict.

Sed Caualc. de Brach. reg. p. 4. n. 154. post alios, quos allegat, dicit: vnum factum dicitur, quando ex diuersis actibus subornatis ad illud peruenitur: plura autem delicta, quando quilibet actus de per se est delictum: de primo est exemplum, portare ensẽ, extrahere, insultare, & offendere: de secundo est portare arma prohibita pro offendendo: nã licet non ostenderit, dẽt puniri p delatione, si ostenderit, pro vtroq.

5 Et in proposito, vltra ea, quæ dixi supra in secunda defensione etiam de eo, quod Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 1. num. 88. firmat, quod sententia absolutoria in delictis connexis suffragatur alijs confocijs per l. denunciaste, §. 1. ff. de adulter. qui tamen videtur se restringere ad delictum matrimonij in eius honorẽ, secus in alijs delictis quamuis connexis, vt in crimine incestus, stupri, sodomiz, & similibus, vt sententia lata ad fauorem vnus alteri non profit; Sed Caualc. de brach. reg. par. 4. num. 156. declarat. dicit Gomez. posse procedere, quando vnus fuerit tortus, & substituerit, & tunc eius sententia alium non iuuat: secus si fuit absolutus, quia non constitit, ne probatum fuit illum esse delinquentem; quia tunc vno absoluto, alter dicitur absolutus, ratione connexitatis. Qui Caualc. ibi sub n. 157. dicit, quod in practica obseruatur, quod si ambo sint præsentis, ambo absoluantur, vel condemnentur, & si forte vnus in negatiua persistat, & alter confiteatur, tunc negans absoluitur, & confessus damnetur in eadem sententia: si vero vnus sit præsens, & alter absens, primo processus contra vnum perficitur, & postea deuenitur ad expeditionẽ causæ contra aliũ. Qui Caualc. d. tract. de Brach. reg. p. 2. n. 166. in fin. declarat et dictum, Ant. Gomez. esse verũ siue agatur de crimine annexo vel non annexo.

Affectus quando puniatur non sequuto effectu.

S Y M M A R I V M.

- 1 Affectus, effectu non sequuto de iure communi puniatur pœna ordinaria, & maxime in delictis atrocissimis, & hic ponuntur exempla: ac idem reperitur dispositum in pluribus locis, & magis procedit, quando fuerit deuentũ ad actum proximum.
- 2 Atrocita delicta, & atrocissima, quæ dicantur.
- 3 Conatus seu affectus, etiam de iure communi multi tenent, quod non puniatur pœna ordinaria delicti, effectu non secuto: et quod agatur de delicto atrocissimo, & et si fuerit deuentum ad actum proximum.
- 4 Conatus non sufficit ad currendam pœnam irregularitatis, et excommunicationis, non secuto effectu. Declara tamen vt hic per Authorem.

Tomus Secundus.

5 Conatus non puniatur pœna ordinaria, quando imponitur pœna ipso facto vel ipso iure, etiam quod fuerit deuentum ad actum proximum et ageretur de delicto atrocissimo.

6 Affectus, seu conatus, de generali consuetudine totius Mundi, non puniatur pœna ordinaria.

Distingue tamen, et declara, vt hic per Authorem.

7 Conatus, vt puniri possit pœna ordinaria delicti in atrocissimis, quinq. concurrere debent, quæ hic recensentur per Authorem.

8 Conatus in leuibus criminibus, et penis statutarijs, nulla pœna puniatur.

9 Conatus non puniatur, de consuetudine, pœna ordinaria, et si fuerit delinquens impeditus aliquo impedimento facti.

10 Effectum non secuto iudex potest pœnam delinquentis mitigare.

C A P. XXIV.

1 I N ista quæstione quicquid de iure dici possit, vt conatus, seu affectus, etiam effectu non sequuto puniri possit pœna ordinaria delicti, per tex. in l. 1. si quis non dicam rapere, C. de sacros. eccl. quæ est canonizata in c. si quis de pœnit. dist. 1. l. vn. C. de rapt. virg. Clar. q. 92. in princ. vbi de communi, Menoc. caf. 360. n. 24. vlt. ad nu. 86. vbi refert 34. casus in quibus affectus puniatur, etiam effectu non sequuto, dec. Auenion. 92. in fi. vbi testatur ita fuisse decisum, & executum, Farin. q. 124. n. 4. vbi alios allegat, Ant. Gabr. cõcl. 1. n. 9. lib. 7. de crim. vbi de magis cõi Gome. tit. de del. c. 3. n. 10. in fi. Mascar. de prob. concl. 122. nu. 1. Hier. Hisp. in suo tract. com. contr. comm. q. 540. n. 1. cum plur. seqq. vbi quam plures alios cumulauit testantes de communi, & magis communi.

Quam opinionem cõem, & magis cõem Doctore præcipue admittunt, quando agitur de delicto atrocissimo, vt solus conatus puniatur pœna ordinaria delicti, etiam non consummato delicto, d. l. si quis nõ dicam rapere, Bart. in l. 1. ff. ad leg. Pomp. de parricid. qui loquitur in crimine veneni, c. pro humani de homicid. in 6. vbi loquitur in crimine assassinij, Misling. lib. 5. obseru. 41. Afflic. in Constit. Regn. lib. 1. Rubr. 12. n. 16. Remig. de immun. Eccles. fallent. 18. n. 8. vbi de communi, Clar. §. assassinium, Gram. vot. 9. nu. 21. Ant. Gabr. d. concl. 1. n. 9. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 3. n. 10. in fine. Marfil. conf. 105. vbi de communi, & loquitur in assassinio, Ant. Thesau. q. 540. n. 3. & seq. vbi alios allegat, Iul. Clar. q. 92. n. 2. ver. scias tamen, vbi alios allegat, & testatur de cõmuni, & ita vidisse pluries seruatum fuisse, vbi loquitur in crimine læsæ maiestatis, & in solito committere assassinia, vel similia delicta atrocia, post Gram. vot. 9. n. 22. & seq. Baiard. q. 90. nu. 9. Ign. in l. 1. §. occisor. nu. 41. ff. ad Syllan. vbi dicit, ita pluries vidisse seruari in latronib. & crassatoribus, & in eo, qui intendit hominẽ veneno necare. Hier. Gisp. d. q. 540. n. 8. & Caball. cal. 20. n. 6. dicit, quod conatus in virginem immaturam; si ei frangan- tur pudenda, puniatur pœna mortis, licet nõ fuerit totaliter defforata, Vinc. de Franc. decif. 440. in eo, qui cudere volebat falsam monetã, sed fuit impeditus, ob superuenientem capturam, Gram. decif. 74. Cabala. caf. 27. num. 1. & num. fin. & caf. 242. num. 25. Brun. à Sol. quæst. 34. vbi testatur ita vidisse sæpius iudicatũ. Ludou. à Peguer. decif. 7. nu. 8. Claud. Bertazz. consil. 123. in lit. A, Farinac. q. 124. num. 11. & etiam in grauius,



uibus, & non atrocib. Doct. adduct. per Farinac. ibi, n. 16. & sub. n. 18. idem dicit in atrocibus, & in crimine læsæ maiestatis, vide Farinac. q. 120. n. 147. & seq. & quid in assassinio, q. 123. nu. 77. & seq. & in crimine veneni, q. 122. nu. 14. & seqq. latè Laurent. de consil. 169. per totum, & in multis alijs casibus, vt in homicidio, in delicto, quod de facili possit trahi in exemplum, in delicto accessorio, quando fuit ex conatu pars offensa, vel læsa, in crimine raptus, in crimine lenocinij, vide eundè Farinac. q. 124. fere per totam; & quid in mandato ad homicidium, latè Cabal. cas. 42.

Et quid in falsæ monetæ cussione, idem Caball. cas. 27. per totum, Caualean. de brac. Reg. p. 4. n. 196. dicit ipse, quod idem erit, quando fuit deuentum in atrocissimis, nõ ad actum proximum, sed tantum patefecit amico suo desiderium delinquendi atrocissimè, & diu occasionem, & tempus dixerit expectasse, sed adhuc nacta non fuerit commoditas ad delinquendum; & plus subdit, quod solitus similia facere posset etiam pœna ordinaria puniri, & quod in atrocioribus imponi possit, pœna mortis naturalis inspecta qualitate rei, conatu, & enormitate criminis post alios, quos allegat Bonifac. de furt. §. 3. nu. 52. & 59.

Et in plerisque locis idem dispositum reperitur per statuta, prout in crimine sodomie in Hispania, per lege 1. titulo 2. libro 8. recep. 11. vt refert Hieron. Hispan. d. quæst. 540. num. 1. licet de iure communi in isto crimine aliter sit sancitum, vt testatur Menoch. cas. 286. n. 16. & sequitur Clar. §. sodomia, n. fin. & q. 92. Prax. Archiep. Neapol. c. 68. n. 2. in fin. dicit, quod in illa Curia Archiepiscopi, pro tentato vitio nefando inflingitur pœna triremium, & de iure comm. imponitur deportatio, & ibi in Addition. dicit, quod si deuenit delinquens ad actum proximum, possit etiam puniri pœna mortis, si verè deuenit ad actum remotum, tunc puniatur pœna deportationis, & sic triremium, & semper in vtroque casu pro tentato vitio nefando debeat priuari beneficijs, & adest consilium Farinac. 25. sed in Clerico vigore Bullæ Pij Quinti nõ sufficit vnicus actus delicti per verbu exercete, sed quod pluries deliquerit in isto crimine. Nauarr. c. 27. n. 249. Prax. Archiep. Neapol. d. c. 68. n. 1.

Ac in crimine proditiõis contra Regem; idem disponitur in dicta lege secunda, vt firmat idem Hier. Hisp. d. q. 540. n. 3. vbi refert, quod in illa l. 1. referuntur etiã alia delicta grauissima, in quibus puniatur affectus, licet non sequatur effectus. Et in exoneratione sclopi contra aliquem, etiam si nulla sequatur offensio, vt in plerisque locis puniatur pœna furcarum, & in confiscatione bonorum, testatur Caball. cas. 152. numero 1. & in statu Ecclesiastico per bannimenta generalia idem dispositum reperitur, sequuta tamen offensione aliqua in persona.

Ac etiam magis procedit, quando fuit deuentum ad actum proximum, & qui sit multum propinquus, & proximus delicto. Gram. decis. 64. nu. 3. decis. Auenion. 92. n. 1. vers. cum hoc enim, Mascard. de probat. concl. 138. n. 2. & seqq. Hond. consil. 98. n. 11. vol. 1. qui actus proximus sit quædam pars delicti extrinseca sine qua delictum non poterat executioni demandari. Decis. Aueniõ. 62. n. 1. vers. Ad hoc enim & ibi ponit exempla in præparatione armorum, in congregatione armatorum, in funibus, scalis, ferramentis, veneno, fractura, & similibus.

2 Delicta atrocìa, & atrocissima, quæ dicantur arbitrio Iudicis remittitur, Couar. in Clem. sifuriosus, p. 2. §. initium, n. 6. de homicid. in 6. sed vide Farinac. q. 18. n. 61. & seqq. & quæ sint exceptuata, vide Cauale, de Brach. reg. p. 1. n. 63. & sub nu. 49. 54. 63. 77. & 85. & ibi latè ponit, quæ dicantur grauia grauiora, & grauissima, & quæ enormia, & enormissima, & atrocìa, & atrocissima.

3 Tamen Aduocatus aduersus prædicta insurgat, & ista opinio non sit tuta de iure communi, cum etiam multi teneant, quod conatus, non consumato effectu, non puniatur pœna ordinaria, sed aliã extraordinaria. Alexan. in addit. ad Bar. in l. qui ea mente. in litt. C. ff. de furt. Alber. in d. l. si quis non dicam rapere, n. 3. & numer. 9. Bologn. in repet. lege 1. §. hæc autem, num. 17. ff. quod quisque Iuris. Marf. in l. 15. qui cum telo, num. 75. & seqq. C. de scar. num. 75. vbi testatur de veriori, & num. 79. loquitur etiam quando deuentum fuerit ad actus exteriores, & in l. qui falsam nu. 8. ff. de fals. Gram. decis. 2. nu. 23. Clar. q. 92. vers. Scias tamen, Barth. Teg. in tract. crim. pag. 19. nu. 1. & seq. & de veriori, & communiori opinione testatur Moder. Roman. quæst. 124. num. 20.

Et tueatur Aduocatus, quod ista opinio procedat, etiam si fuerit deuentum ad actum proximum, & quod agatur de delicto atrocissimo, vt non puniatur pœna ordinaria, sed aliã extraordinaria. Butrigar. in l. quisquis. colum. 2. versic. aut propter. C. ad legem Iul. Maiest. vbi de veriori, Capr. concl. 66. num. 14. Teg. in pract. crim. parte 7. num. 9. & seqq. vbi de communi. Gram. vot. 8. num. 6. & seqq. & num. 15. vbi etiam de communi, Andr. Gayl. de pace public. lib. 1. cap. 14. numer. 16. etiam de communi latè Carald. consil. 55. tom. 2. crim. vbi Petr. de Socin. consil. 98. num. 5. & seqq. vbi de veriori opinione. Moder. Roman. q. 124. num. 37. vbi alios allegat, & num. 40. de magis recepta opinione, Bertazz. consil. 115. nu. 5. in fin. & n. 6. consil. 274. num. 15. Ludouic. a Peg. decis. 7. nu. 9. Et quod in alijs delictis non atrocissimis non puniatur conatus pœna ordinaria, sed aliã extraordinaria. Doct. adducti per Farinac. d. quæst. 124. nu. 50. & seq.

Etiam in crimine falsitatis, ac in furto, & quando delictum, si fuisset factum, nemini nocuisset; in crimine adulterij, ac pœnis conventionalibus, ac quando agitur ad interesse partis, & in alijs casibus, quos latè ponit Farinac. d. q. 124. cap. 1. per totum. Et quod si non fuerit deuentum ad aliquem actum exteriorem, non fit punibilis conatus, Afflict. in constit. asperitatum, num. 2. fol. 48. Bolen. in repet. l. capitalium, §. famosus, num. 79. & seq. de pœn. vbi de com. lo. Bapt. Bonifat. de furt. §. 3. num. 49.

Et quod si fuerit deuentum ad aliquem actum remotum, erit locus penitentiae ad pœnam euadendam. Menoch. cas. 170. nu. 9. Capr. reg. 66. Mascard. concl. 304. Cauale, de braah. Reg. parte 4. num. 195. & seq. vbi infert, quod solus tractatus de occidendo non sit punibilis, si ad aliquem actum saltem remotum nõ fuit deuentum, si nemo læsus fuerit, vel sponte penituit, vel fuit impeditum, non punitur. Bonif. d. §. 3. num. 51. vbi alios allegat, etiam si fuerit deuentum ad aliquem actum remotum, sed sub num. 53. dicit, quando fuit impeditum furari, vel quia timeat propalari, debeat puniri pœna extraordinaria.

Et in specie, in pœna spiritali, prout in censura Eccle.



Ecclesiastica, vel excommunicatione, ad illam incurrendam requiratur consumatio actus, seu delicti, Marf. in l. is, qui cum telo, nu. 28. c. de sic. Fely. in c. 1. nu. 10. extra de præsumpt. & in Tract. de conat. colu. 2. vers. & dicit Cardinalis, & colum. 3. vers. fallit. 6. Anch. in cap. qui bona. col. 8. in princ. 17. q. 1. Soccin. reg. 31. in 7. fallent. Card. Alban. conf. 14. num. 18. Menoch. cas. 360. nu. 89. Caualean. d. par. 4. nu. 96. vbi dicit, Clericum tentantem aliquem occidere non esse irregularem; & ob id, si quis vibraret Baculum contra Clericum, & eum non percutiat, non fit excommunicatus, Felyn. in d. cap. 1. nu. 10. Nouell. in reg. 114. fallent. 6. Duenn. reg. 99. limit. 1. Menoch. cas. 360. n. 89. Prout non incurritur in penam irregularitatis, nisi sequatur offensa, & non sufficiat voluntas committendi homicidium, Henric. Boich. in cap. 1. nu. 26. & num. 28. extra de eo, qui mitt. in poss. vbi declarat non procedere in crimine assassinij, Couarr. in Clem. si furiosus. par. 2. §. initium, num. 5. vbi de communi. de homicid. Catal. conf. 55. nu. 60. tom. 1. in parua impressi. diuers.

Quod tamen Doctores admittunt in excommunicatione inflicta à lege; secus si ab homine infligatur; quia durius cum homine, quam cum lege agitur; ob id in secundo casu consideratur destinatio animi, & non Iuris effectus, Henric. Boich. d. cap. 1. nu. 27. vers. si pena spiritualis imponatur ab homine, Archid. in cap. qui bona. col. 8. vers. si autem pena spiritualis imponatur ab homine. 17. q. 1. Farina. q. 124. nu. 58.

5 Idemque est, quando pena imponitur ipso facto, vel ipso Iure; quia non sufficit conatus, etiam quod fuerit deuentum ad actum proximum, siue agatur de leui, & atroci, siue atrocissimo delicto. Io. And. in reg. in pœnis. nu. 3. & seq. de reg. iur. in 6. vbi latè, & adducit bonas rationes, & respondet contrarijs, Bald. in l. data opera, nu. 5. in fin. C. de his, qui accus. non poss. Franch. in cap. pro hu. mani, num. 8. de homicid. in 6. vbi latè, & adducit bonas rationes, & Alber. in leg. si quis non dicam, n. 15. C. de Episc. & Cleric. vbi etiam latè, nulla habita distinctione, an delictum sit leue, vel graue, siue grauissimum, vel steterit, vel non steterit per delinquentem, quin delictum perficeretur, Nouell. in reg. 114. fallent. 4. Hier. de Mont. q. 16. num. 3. Farinac. q. 124. num. 59. Menoch. cas. 360. num. 87. de Arb. Claud. Bertaz. in conf. 274. in lit. B. Brun. à Sol. in compend. Iur. vers. delicti annotatio: licet Bologn. in l. 1. §. hæc autem verba nu. 16. ff. quod quisque Iur. de mente Assi. decis. 276. n. 2. contrariū tenere videatur.

6 Et Aduocatus saltem exclamet, quod de generali consuetudine totius Italiæ, & totius Mundi non puniatur affectus pena ordinaria, nisi effectu sequuto, & quod per eam sit derogatum d. leg. is, qui cum telo. C. ad leg. Corn. de Sicar. ac omnibus alijs iuribus punientibus conatum eadem pena, Farinac. qu. 124. nu. 73. vbi concordantes allegat per vnam integram col. testantes de communi, & magis communi, Iul. Clar. q. 92. in princ. vbi testatur ita plures vidisse seruari, & iudicari in Senatu, Hond. conf. 98. nu. 9. vol. 1. vbi etiam infinitos allegat, Ludou. à Peguer. decis. 7. nu. 13. Rim. Iun. conf. 327. nu. 19. conf. 761. nu. 3. vbi testatur de consuetudine totius mundi, Hier. Hispan. in Tract. comm. contra com. q. 540. num. 10. & seq. vbi etiam quamplures alios allegat, Petr. Caball. calu. 242. n. 37. cent. 3. testatur de consuetudine totius Italiæ, Farinac. conl. 60. num. 5. vbi Add. in lit. A, Ofasch.

decis. 19. vbi testatur ita Senatum obseruasse, quem sequitur Gutierrez, qui latè eam disputat ad partes, lib. 3. Pract. quæst. q. 7. nu. 78. vbi testatur ita de æquitate, & de consuetudine totius mundi esse seruandum in consulendo, & iudicando.

7 Et adeo est generalis, & notoria ista consuetudo, vt non indigeat probatione, Rim. Iun. d. consilio 761. num. 13. Quæ consuetudo intelligitur quoad pœnam ordinariam, secus quoad extraordinariam, prout omnes adducti, ita loquuntur. Laurent. de Pinu. conf. 169 per totum, & præcipuè, sub nu. 11. & seq. & in specie Baiard. q. 89. num. 12. vers. nec obstat, qui dicit, quod pœna extraordinaria non dicitur per dictam consuetudinem abrogata, neque sublata, & quod ille, qui venit ad actum proximum, debeat grauius puniri citra mortem, quam ille, qui deuenit ad alium actum remotum, vel non ita proximum, Gutierrez. in d. q. 7. n. 78. Hieron. Hispan. in d. tract. com. contr. comm. qu. 540. num. 13.

Et tandem distinctio data à d. Hier. Hispan. in dict. q. 540. nu. 15. & seq. multum mihi placet, quæ est ista; quod si à lege puniatur conatus, quamuis delictum non sit atrocissimum, sine difficultate transeat, quod dicta pœna inflicta à lege, vel statuto d. conatus puniatur: si verò expressè non puniatur, tunc dictus conatus, affectu non sequuto, pœna extraordinaria puniatur, iuxta supradictam consuetudinem generalem, & post Iul. Clar. in d. q. 92. in fin. quod possit Iudex adherere, cui opinioni maluerit, inspecta facti, & personarum qualitate, & in dubio semper debeat mitiorem opinionem eligere, nisi aliter legis dispositione caueatur; quia tunc seueritatem legum, cum aliquo benignitatis temperamento, sequi oporteret.

Quæ distinctio arbitror, quod sit temperanda, & declaranda, quando media, vel præparatoria ad delictum committendum non essent per se punibilia, & sic tanquam de actibus indifferentibus, qui simpliciter per se non sonant in nomen delicti, nulla pœna puniantur; Si verò actus sint iuxta subiectam materiam boni, aut mali, tunc, si ad actum malum tendant, & admixti sint actui malo, pœna extraordinaria conatus puniatur, & ita declarat post alios, quos allegat Caualean. de brach. Reg. par. 4. num. 196. vers. at si ista media, & melius, ac Clarius Io. Bapt. Bonifac. §. 3. nu. 54. de furt. vbi ponit exempla, & melius Laurent. de Pinu. conf. 169. num. 5. vbi firmat, quod si conatus non tendit in sua forma ad consumationem effectus non punitur, sicut est donare iocalia mulieri gerens in animo eam successiuè subducere; secus si forma tendat ad consumationem effectus, & tunc puniatur magis & minus si fuerit proximus, vel remotus ipse conatus.

7 Sed quia conatus, vt diximus, consideratur quoad pœnam paruam, vel magnam, seu ordinariam, vel extraordinariam imponendam per actus, qui sint proximi, vel remoti; ideo sciat Iudex, qui vellet pœnam ordinariam ex conatu imponere; quia deuentum fuerit ad actus proximos delicto, vt debeant concurrere plura requisita, quæ magistraliter ponuntur per Bursatt. Iun. filium Bursatt. ten. in quodam conf. in causa cuiusdam D. Comitùs, & seriatim referuntur per Caualean. de Brach. Reg. par. 4. nu. 197.

Et primum requisitum est, vt tractatus sit ordinatus ad delictum, Marf. in l. qui falsum, num. 8. ff. de fals. And.



And. Gayl. obser. tit. de pac. publ. lib. 1. cap. 14. num. 6. secundum est; quod sit de presenti, Gramm. decis. 2. nu. 21. Boer. de fedit. num. 41. Tertium, vt de per se sit damnabilis. Bal. in l. non ideo minus, num. 14. C. de accusat. Quartum, vt sit immediatus ad delictum, Bonat. à fin. in Syn. lib. 9. tit. 30. num. 60. Quintum, vt ex latere affectantis nihil super sit agendum, Menoch. ca. 360. nu. 20. 36. Petr. Sone. conf. 98. nu. 2. vide tex. in l. 1. ff. de extraord. crim. Io. Bapt. Bonifat. de furt. §. 5. num. 59.

Et quod in leuibus criminibus, & pœnis statutariis conatus nulla pœna puniatur, Marf. conf. 105. nu. 16. & seq. Catald. conf. crim. diuers. tom. 1. conf. 55. n. 57. Bertazz. conf. 274. num. 7. vbi alios allegat, Rim. lun. conf. 695. nu. 10. Baiard. q. 92. nu. 5.

Ac etiam, si actus non fuerit perfectus ob aliquod impedimentum facti, quod superuenerit, per quod quis fuit coactus ab opere desistere, & tunc puniatur solum pœna extraordinaria; secus vero quando quis potuerit commodè delictum adimplere, sed spontè pœnituit, & se à delicto abstinuit, quia conatus tunc nulla pœna puniatur, Gabr. conf. 171. num. 3. lib. 1. vbi firmat hoc esse receptissimum, vt etiam refert, & sequitur Honded. conf. 98. nu. 12. vol. 1. & ita etiam tenet Grat. conf. 136. nu. 26. vol. vbi subdit etiam si fuerit deuentum ad aliquem actum exteriorem. Bonifat. de furt. §. 3. nu. 53.

Et tandem Aduocatus procuret habere iudicem propitium, quia iudex à lege sibi conceditur, vt effectu non secuto, possit pœnam mitigare licet, id facere non sit obnoxius, ita refert Salic. dixisse Bald. viua voce in l. is, qui telo C. de Sicar. per tot. sing. & optim. in l. aut facta. §. euētus. ff. de pœn. sequitur Felin. in tra. de Conat. in fin. & sequitur Misng. cent. 3. decis. no. no.

Pœna, quæ sit imponenda, an afflicta in loco originis, domicilij, vel loci commissi delicti, vel Iuris communis.

S V M M A R I V M.

- 1 Pœna originis, vel domicilij est imponenda delinquenti extra territorium quando statutum originis, vel domicilij expresse mentionem facit de pœna imponenda subdito delinquenti extra territorium. secus si se restrinxerit statutum limitatiuè ad subditos delinquentes in territorio.
- 2 Pœna statuti loci, in quo reus deliquit, est puniendus, quando statutum originis, vel domicilij simpliciter pœnam imponit pro eodem delicto.
- 3 Pœna Iuris communis delinquens puniatur, quando aliqua pœna non est inflicta per statutum loci delicti.
- 4 Pœna imposta pro aliquo facto a statuto, vbi non est imposta à Iure communi, si quis delinquat extra territorium a statuti delinquenti non infligitur.
- 5 Pœna imposta ipso Iure à statuto non extenditur extra territorium statuentis.
- 6 Delinquens extra dominium in subditum eiusdem D. puniatur pœna loci iudicantis.
- 7 Sententia requiritur ad executionem pœnae, & ob id bona non possent retineri per reum recta conscientia ante per sententiam.
- 8 Mandans fieri delictum an puniatur, an in loco dati mandati, vel consummati delicti.

9 Pœna in multis alijs casibus, quæ sit imponenda remissiuè.

C A P. XXXV.

1 Ista quæstio est valde quotidiana, & practicabilis, quæ pœna sit infligenda, aut pœna originis, aut domicilij, aut loci delicti, quam Doct. in diuersis locis pertractant, & præsertim post antiquos, Iul. Clar. in q. 85. in princ. Caualean. de Brach. reg. par. 4. num. 125. & seqq. latissimè Petr. Caball. cas. 162. per totum, & nouissimè reasumit, Modern. Farinacc. in fragmen. crim. in litt. D. nu. 98. cum plurib. seqq.

Et constituitur in proposito conclusio; vt si statuentes loci originis, vel domicilij voluerint subditum delinquentem etiam extra territorium aliqua pœna puniri, & tunc non pœna loci commissi delicti puniatur, sed pœna dicti statuti, originis, vel domicilij, Bartol. in l. cunctos populos, num. 45. & 48. C. de Summ. Trinit. vbi Bald. nu. 23. Salicet. nu. 8. Paris. conf. 159. nu. 1. lib. 4. Clar. quæst. 83. iub. nu. 4. vbi firmat ab hac opinione non esse recedendum in iudicando Laurét. Tenn. in præf. cautel. 4. sub num. 2. & Petr. Caball. in dicto cas. 162. nu. 31. vbi testatur de communi.

Licet ab aliquibus huiusmodi opinio impugnetur, vt statuentes non possint facere, quod delinquens extra suum territorium pœna statuti originis, vel domicilij puniatur, Decian. in tract. crim. li. 4. cap. 16. rubr. de loco originis sub nu. 6. & aliquos refert, Farinacc. in dd. fragmen. criminal. in littera D, nu. 101.

Sed statutum loci domicilij, vel originis se restrinxerit limitatiuè ad subditos delinquentes in territorio sine dubio non poterit puniri delinquens pœna dicti statuti pro delicto commissi extra territorium Bart. in d. l. cunctos populos, nu. 48. vers. aut limitatiuè Homode. sub num. 30. Laurent. Tennin. in d. cas. 162. nu. 32. & in hoc nemo contradicit.

2 Si verò statutum originis, vel domicilij simpliciter pœnam imponat nulla facta mentione de punitione in territorio, vel extra, & tunc puniatur delinquens pœna statuti loci, in quo deliquit, Bart. in dict. l. cunctos populos, sub nu. 47. & seq. vbi Salicet. sub num. 8. & Signorol. sub nu. 30. Clar. q. 85. nu. 4. vers. 3. est casus, vbi testatur ab hac opinione in iudicando non esse recedendum, & quod apud eum sepius ita iudicatum fuit Laurent. Tennin. d. cautel. 41. nu. 3. & seqq. Decian. in tractat. crimin. in dict. rubr. de loco originis, vel domicilij, sub nu. 4. & seq. vbi ampliatur etiam si deliquerit in loco exempto, Petr. Caball. cas. 162. nu. 33. & seq. Theaur. decis. 90. num. 5. Farinacc. in add. fragmen. criminal. nu. 103. vbi testatur de communi, & ab ea non esse recedendum, licet aliqui Doctores per eum allegati sub nu. 104. contrarium voluerint.

3 Si vero per statutum loci commissi delicti non sit inflicta aliqua pœna, & tunc puniatur pœna Iuris communis, & quo ad modum procedendi attendatur statutum non loci delicti, sed loci, vbi formatur processus, Bart. in dict. l. cunctos populos, num. 49. vbi aduertit, iudicem informando inquisitionem, vt in illius conclusione dicat super quibus omnibus, & singulis intendo procedere, & inquirere secundum formam statutorum huius ciuitatis, & culpabilem punire, & condemnare secundum formam Iuris, & sic in procedendo se referat ad statuta, in condemnando ad Ius commune, quando cessant statuta loci delicti, vel si illa



si illa ignorentur à iudice inquirente, & hanc cautelam, Bartol. ibi refert Homode. num. 40. in fin. Angel. de Malef. in verb. existens Florentiæ num. 3. Decjan. in d. rubr. de loco originis, vel domicilij, sub num. 4. Laurent. Tennin. dic. cautel. 41. n. 5. Baiard. q. 85. n. 1.

4 Si verò delictum non de iure communi, sed de iure municipali tantum esset punibile, & tunc iudex loci, in quo tale statutum viget, non potest delinquentem pœna dicti statuti extra suum territorium punire, Bald. in d. l. cunctos, populos, nu. 23. vers. aut non est delictum, nisi de iure municipali, Bertazzol. consil. 467. nu. 6. Caball. dicto cas. 162. nu. 35. Farinacc. in dd. fragmen. crim. in lit. D. num. 108.

5 Prout non infligitur pœna delinquenti extra territorium quando imponitur ipso facto, vel ipso iure, Bald. in dict. l. cunctos populos, num. 23. Boss. titul. de pœnis, num. 18. in fine Bertazzol. consil. 467. num. 3.

6 Si verò subditus vnius Domini delinquat extra dominium in subditum eiusdem D. & tunc attendatur statutum loci ius dicentis, cum offendens, & offensus subiaceant dispositioni eiusdem statuti, vt post Bart. & alios in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. Angel. de Malef. in verb. hæc est quædam inquisitio, nume. 83. Caualean. de Brach. reg. part. 4. nu. 126. & sub n. 127. cum plurib. seq. ponit seriatim, & recto ordine viginti casus, & si vis scire mandans fieri delictum, vbi puniri debeat, vel in loco dati mandati, vel in loco, vbi fuit commissum delictum.

7 Ac etiam Aduocatus sciat in hæc materia pœnali, vt numquam possit deueniri ad executionem pœnæ, nisi præcedente sententia iudicis etiam si pœna imponatur ipso iure, quia tunc saltem requiritur declaratoria secundum communem opinionem attestatam per Tiraquell. in l. si vnquam in verb. reuertatur, num. 400. C. de Reuocand. donat. quia verbum ipso iure non trahit secum paratam executionem, Bart. in l. r. ff. de his, qui not. in form. l. final. C. locat. Cauall. in tractat. commun. contra commun. quæst. 113. & dixi in tractat. de confiscatione, conclus. 16.

Et ob id in foro conscientiæ reus delinquens non tenetur consignare bona sua fisco, Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 2. num. 5. Couarr. in 4. decretal. 2. parte cap. 6. §. 8. nu. 10. Nauarr. in capitulo sacerdos, n. 148. distinct. 6. latè Ioan. Vela. in tract. de pœna delictorum, cap. 32. versic. contra eos, latè etiam qui alios allegat, & communem appellat, Cauall. in tract. commun. contra commun. quæst. 688. nu. 5. & 6.

Reo mortuo ante sententiam, an eius memoria damnari possit, & scari in eius cadauer, & eius bona hæredibus possint auferri.

SUMMARIUM.

- 1 Mors omnia extinguit in criminalibus, respectu penarum infligendarum.
- 2 Confiscatio honorum vel alia pena pecuniaria an extinguatur per mortem delinquentis. Declara vt hic.
- 3 Confessus, & conuictus, si decedat, potest puniri, idè que est, si fuerit conclusus in causa, & quid si lis non fuerit contestata.
- 4 Condemnatus in contumaciam non potest post eius mortem puniri.

5 Hæredes, quando tenentur pro delicto defuncti, non tenentur ultra vires hæreditarias; quamuis non confecerint inuentarium.

6 Cadauer quando puniri possit. Declara tamen vt hic.

7 Consanguinei, & affines, pro honore familiæ, possunt deducere, vt delinquenti non irrogetur pœna infamiæ, nec delinquens puniatur pro fractura pacis, vindicta transuersali, & pro similibus.

C A P. XXVI.

1 **M**ortuo Reo, Iudices se abstinere debent à pœnis irrogandis, tam corporalibus, quam pecuniarijs; cum per mortem omnis pœna extinguatur, l. defuncto, de publ. iud. Iul. Clar. quæst. 51. versiculo vltterius quæro, Sebast. Medic. in tract. Mors omnia soluit, par. 2. nu. 5. Pereg. de iur. Fisc. lib. 4. tit. 5. n. 1. Odd. consil. 72. nu. 39. & ego multa dixi in tractat. de confiscat. honor. conclus. 18. per tot. latè Petr. Caball. cas. 299. nu. 1. cent. 3. vbi alios allegat, & Io. Ant. Lanarius, consil. 93. nu. 7. dicit quod vbi extinguatur pœna pecuniaria, extinguatur etiam pœna corporalis, quæ est principaliter intentata nec potest remanere pœna pecuniaria accessoria.

2 Quo vero ad pœnam pecuniariam, & confiscationem honorum, videntur Doctores inter se pugnare, si transeat ad hæredes, vt est videre latè per Pet. Caball. cas. 298. vbi cumulauit Doc. pro vtraq. opinione.

Tamen videntur omnes concludere, quod si lis fuerit contestata cum ipso Reo principali, & confessus, vel conuictus fuerit de crimine, vt pœna transeat in hæredes, tam quoad confiscationem omnium bonorum, vel partis eorum, quã quoad alias pœnas particulares pecuniarias, Olsac. decis. 148. nu. 9. versiculo quid dicendum, vbi testatur ita fuisse iudicatum, & alios concordantes adducit Petr. Caball. in dict. cas. 298. vbi disputauit articulum ad partes, tandem sub nu. 25. testatur de crebriori sententia, quicquid aliter alij, & iudicando, & consulendo sequuti fuerint, & dicit hanc opinionem esse verissimam, tam in iudicijs publicis quam priuatis, quando criminaliter agitur, per gloss. penult. in l. ex iudiciorum, de accusat. Ang. in l. vnic. sub nu. 4. l. ne ex delict. defunct. Olsac. dicta decis. 149. nu. 2. vers. & licet prædicta iura, Caball. d. cas. 298. nu. 28. & ego alios retuli in d. conclus. 18. in ampliat. 1. Cauale. de Brach. reg. p. 4. sub nu. 141. vbi sequitur d. Olsac. decisionem, & testatur de magis communi, & ibi etiam alios allegat, vbi subdit, quod confessio, vel conuictio habeant vires rei iudicatæ, & patria sint, esse latam sententiam, & esse conuictum, licet multi, quos retuli Caball. ibi, & Vasq. in controuerf. cap. 96. nu. 28. vers. 8. limita, & Farinacc. quæst. 10. nu. 53. & seq. impugnent, seu mordeant d. Olsac. decisionem, qui tamquam moderni etiam alios tenentes eandem opinionem recensent, Ang. in l. vnica, C. ex delict. defunc. etiam dicit quod quo ad interesse fisci pœna non transeat ad hæredes etiam si moriatur post confessionem, sed tantum quoad interesse partis, & sequitur, Io. Ant. Lanar. consil. 93. nu. 4. & seq. vbi subdit post alios, quod episcopus possit se informare de confessione defuncti, & cogere hæredes ad restituendam rapinam, vel furtum damnatum passio, quia tunc non ex delicto agatur, sed ex confessione ad restitutionem rei ablatae.

Hic



Hic autem in curia semper vidi seruari supradictam decisionem. Olsch. & in specie ita fuit obseruatum in illa Spoletana falsitatis testamenti in Tribunali Gubernatoris Urbis, in qua post mortem Iosephi de Coruis, fuerunt hæredes condemnati in scutis sex millibus, & summo rigore pœna præfata per procuratorem fiscalem illius temporis fuit integraliter exacta absque audirentur in causa appellationis: quia tanquam confessus delinquens non potuissent hæredes audiri vigore Bullarum summorum Pontificum, de quo dicam infra in defensione circa appellationem.

3 Si autem non fuerit Reus confessus vel conuictus, neque condemnatus, sed lis cum eo contestata, & conclusum in causa, adhuc pœna transeat ad hæredes; cum paria sint esse conclusum in causa, vel latam esse sententiam, Alban. conf. 99. nu. 2. & seqq. vbi de communi, & docet quomodo dicatur esse in causa criminali conclusum, Clar. quæst. 51. versiculo scias etiam, Vasq. controuers. Illustr. cap. 96. n. 19. in fin. Modern. Rom. q. 10. num. 52. vbi de communi, & ego dixi in d. concl. 18. num. 63.

Si vero non fuerit conclusum in causa, sed tantummodo fuerit lis cum Reo contestata, tunc Doctores inter se certant, an pœna transeat ad hæredes; tamen ex text. in lex iudiciorum, versic. cæteris verò iuncta gloss. in vers. pœnæ, ff. de accusation. videntur tenere etiam pœnam transire ad hæredes. Olsch. in d. decis. 149. num. 3. & seq. & nu. 9. vbi de crebriori, & alij per me relati in d. concl. 18. num. 55. & etiam post alios, quos adducit, ita videtur tenere Caualc. de brach. reg. p. 4. num. 141.

Sed Farinacc. in d. q. 10. nu. 54. iudicio meo, bene declarat hanc opinionem, vt decisio Olsch. & aliorum, qui illam sequuntur, intelligi debeant in terminis, in quibus loquuntur, nempe quod non solum lis fuerit contestata, sed etiam Reus fuerit confessus, vel conuictus, & non aliter; cum qua declaratione transit Bursart. in conf. 77. num. 21. & 23. vbi testatur de communi, lib. 2. & ita videtur etiam tenere Caualc. d. p. 4. num. 142.

Et eandem declarationem ego sequutus fui in d. concl. 18. n. 60. in tract. de confisc. bonor. & sub nu. 56. etiam declaravi magis procedere, si inualide, & nulliter esset lis contestata, & sub nu. 57. etiam declaravi, quando litis contestatio esset sopita de consensu partium, vt extinguatur effectus transmissionis contra hæredes: & sub numer. 59. vt procedat solummodo in delictis priuatis, & non in publicis, quæ per mortem extinguuntur, etiam post litem contestatam, Vulpell. resp. 1. nu. 3. in fin. Sebast. Medic. in tract. mors omnia soluit, concl. 3. nu. 91. Farinac. q. 10. num. 53. Io. Ant. Lanarius, conf. 93. nu. 78. vers. respondetur, vbi alios antiquos allegat.

Quando autem lis contestetur, latè dixi supra in defens. circa examina reorum.

Sed Doctores vnanimiter concurrunt, vt fiscus infra quinquennium post mortem rei agere debeat ad confiscationem bonorum, vt hæredes possint innocentiam defuncti defendere; de quo ego latè dixi in dict. tract. de confiscatione bonorum, conclus. 19. per tot. & addo Caualc. de Brach. reg. part. 4. numer. 137. Farinacc. q. 10. nu. 81. qui alios allegat, & testatur de communi.

Ac etiam antequam deueniatur ad condemnationem contra hæredes, ipsi hæredes sunt citandi, & audiendi, si vellent innocentiam defuncti ostendere, Olsch. dicta decis. 149. in princ. & decis. 106. num. 3. Vasq. controuers. cap. 96. nu. 11. Petr. Caball. cas. 298. nu. 29. & seqq. vbi concordantes adducit, & ibi etiam docet hæredes posse instare, vt deueniatur ad sententiam, ad purgandam defuncti innocentiam, etiam si hæredes non possent pro delicto defuncti molestari, & ibi concordantes adducit: & idem voluit prius in cas. 137. nu. 9. & seq. Caualc. de Brach. reg. p. 4. n. 138. & Ant. Gomez. tit. de crim. læs. maiest. num. 12. docet practicam damnandi memoriam defuncti, vt non sit formandus processus contra reum defunctum nec citandus sit, nec sententia proprio nomine ferenda, sed vt citetur eius memoria; & sententia contra defunctum quomodo etiam sit ferenda docet Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 4. nu. 34.

Et ad sententiam citari debent, non solum hæredes defuncti, verum etiam procurator dominus litis effectus, Olsch. d. decis. 149. Thesaur. decis. 114. sub nu. 1. Baiard. q. 51. num. 9. & ita hic in Curia obseruatur, & fuit obseruatum in causa, de qua mentionem feci in dicto tractatu de confiscatione bonor. concl. 18. nu. 94. licet ibi sit scriptum ex defectu impressionis, vt citetur procurator dominus litis effectus, & nulla mentio habeatur de hæredibus, prout videmus, quod viuo reconueto, ad tollendas omnes difficultates in causa ciuili debeat citari principalis, & etiam procurator dominus litis effectus, Vant. de nullitat. ex defect. citat. nu. 86.

4 Sed difficultas est, si defunctus sit mortuus post sententiam contumacialem, qui fuerit habitus pro confessio, & conuicto, an pœna transeat ad hæredes; quam difficultatem ego tetigi in d. tract. de confisc. bonor. concl. 19. nu. 66. & seq. & latius deinde hanc difficultatem reassumit Petr. Caball. cas. 298. nu. 33. & seqq. vbi refert opiniones contrarias, & Doctores vtramque opinionem tenentes, & sub nu. 41. post illos, quos allegat tuetur opinionem negatiuam, vt non transeat ad hæredes, & quod ita pluries incōtingentia facti nunquam ausus fuit votare, aut pronuciare, quod hæredes grauarentur ad soluendam pœnam, sed quod processus circumdaretur, nec aliud contra hæredes quæreretur; cum illa fissa confessio non egrediatur personam contumacis, & minime transeat in hæredes.

Et quod dicit Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 4. num. 37. si statutum habeat reum pro confessio conuicto, & condemnato, tunc sufficiat talis confessio ficta, & afficiat hæredes ad pœnam exigendā; de cuius Peregr. opinione ego mentionem feci in dicto tractatu de confiscatione bonorum, concl. 19. nu. 67. & Petr. Caball. in dict. cas. 298. num. 43. refert, talem casum nunquam habuisse in contingentia facti; sed quod si eueniret casus in iudicando, erit obseruandum quod firmat Peregr. in loco citato, & pro confirmatione illius opinionis in terminis adducit, Antonium de Butr. conf. 58. sub nu. 2. vers. ex quo nondum in fi. nu. 4. vers. puto etiam.

5 Et sciat Aduocatus, quod in omnem casum hæredes non tenentur ultra vires hæreditarias, quamuis non confecerint inuentarium, quando ipsi tenentur ex delicto defuncti, Anchar. consil. 41. per totum, Aret.



Aret. conf. 148. in fi. Clar. q. 51. nu. 17. Boff. tit. de pen. nu. 34. Ofafe. decif. 15. nu. 9. Farinacc. q. 10. nu. 62. vbi de magis communi, Petr. Caball. caf. 299. num. 44. vbi refert esse valde vtile; quia sæpe potest esse pœna maior, quam fit hæreditas defuncti, & ego alias fupra dixi.

6 Quo vero ad aliam pœnam exemplarem imponendam memoriæ, vel cadaveri defuncti, Aduocatus in- furgat, vt nullo modo fit imponenda, nec contra ca- dauer fit læuendum, l. 3. & l. defuncto de publ. iudic. l. crimen. de pœn.

Et iudices, qui mandant cadauera fufpendi male faciunt, & in fydnicatu tenentur. Par. de put. de fydnic. in verb. mortuus, cap. 1. nu. 1. Hercul. de caut. cap. 20. num. 32. Menoch. de Arb. caf. 285. nu. 1. & feqq. Igo. in l. 1. §. fi tibi manus, num. 46. & 54. ff. ad Syllan. Boff. tit. de accusat. num. 231.

Quia tunc potius punirentur alij de familia, ob ignominiam, quæ refultaret, quam ipse delinquens; cum per mortem omnes pœnæ in futurum commit- tendæ extinguantur, l. 1. ff. de minor. nec defuncto fiat iniuria, vel offenfio, Caball. caf. 189. nu. 2. & hæ- redes folum per pœnam, vel iniuriam illatam in ca- dauer, afficiuntur, vt dixi in meo Tract. de Pac. p. 1. q. 68. dum tractaui, an per iniuriam factam cadaveri rumpatur pax; & eo magis non erit læuendum con- tra offa cadaveris, vel delinquentis, fi fuerit detectum d. cadaver postquam formam humanam amplius nõ retinebat, cum in eis nulla pœna, vel offenfio adapta- ri poffit, ad latè fcripta per Cabball. caf. 265. num. 7. & feqq. Cent. 3. ni fi forfan delictum effet atrociffi- mum contra proprium Principem, vt euenit illi, qui fe finxit esse filium Summi Pontificis, qui postquam fuit fufpenfus, ac in rogo ignis combuftus, poftea eius pulueres fuerunt ad aerem difperfæ in ciuitate Pari- fien. de qua pœna mentionem facit Farinacc. in tit. de fall.

Quæ opinio est vera de iure communi etiam in quocumque crimine grauiffimo, & atrociffimo, An- ton. Gomez. tit. de delic. c. 1. num. 79. & 80. vbi etiam contrarijs refpondet.

Tamen de confuetudine aliter obferuatur in deli- ctis atrociffimis; quia non folum qui funt condem- nati, fed etiam alij, qui effent reperi in flagranti cri- mine, vel conuicti, vel confefsi de delicto, folent fu- fpendi, in frufta fciendi & præcipuè capita bannitorum folent hic in Curia, & in toto ftatu Ecclefiaftico ap- poni in loco publico in exemplum aliorum; & multa exempla poft alios, quos allegat recēlet Mod. Rom. q. 10. nu. 78 & dicam latè in defenf. 38. cap. 7.

Sed fi ageretur de delicto, quod non effet atrocif- fimum, neque quis effet condemnatus, vel non effet conuictus legitimè, neque reperi in flagranti, non potest poft eius mortem in eius cadaver fequiri; vt be- ne explicat, Boff. tit. de execut. fent. num. 33. vbi plus dicit, non fufficere confeflionē fine condemnatione.

Et nec minus erit fufpendendum cadaver illius, qui fe ipfum in carceribus tædio, affectus, vel confciē- tia proprii fccleris ductus, interemit, latè Farinacc. q. 10. numer. 8. ad quem in hoc Aduocatus recurfum habeat; quicquid aliqui voluerint de confuetudine feruari contrarium, vt est latè videre per Menoch. caf. 282. & Ant. Gomez. de delict. cap. 1. nu. 79. Clar. q. 51. verū, fed hic incidenter.

Et menfibus præteritis quidam bannitus frangens teatim carcerum de Sabellis fe præcipitavit ex eo- dem tecto, credens poffe forfan euadere periculum executionis fententiæ, fed ob altitudinem dictorum carcerum, ftatim, fracto toto corpore, interiit, & quã- uis effet capitaliter bannitus, tamen non fuit fufpen- fus, fed traditus ftatim feputuræ in platea domus meæ fub ftillididio Ecclefie Diuæ Catherinæ, quæ est Ecclefia Parochialis dicti Carceris de Sabellis, de quo dicam latè in defenf. 38. cap. 7.

7 Et pro honore familiæ poffunt confanguinei, & alij attinentes etiam infurgere, ne bannitus pro fra- ctione pacis pingatur in loco publico, iuxta confi- tutiones Marchiæ, & Bannimenta ftatus Ecclefiafti- cis quamuis contumax, vigore Bullarum Summorum Pontificum, non poffit audiri, vt fere in terminis tra- didit Iafon. conf. 144. nu. 2. vol. 2. vbi fubdit, quod fal- tem non obftantibus dd. constitutionibus, poffit im- plorari officium iudicis, vt audiat dd. patrem, vel cõ- fanguineos pro defenfione condemnati, & refert quod Angelus in multis locis ita infinitis vicibus præ- ticauit, & obtinuit, Ruin. conf. 9. num. 9. vol. 5. & ita paffim hic in fagra confulta obferuatur, & ego ferè etiam millies obtinui, & obferuari vidi, & poffem ca- fus particulares recensere, immo in provincia Ro- mandiolæ de anno 1590. Attilius Rugerius locumte- nens cri. de mense Iunij condemnauit in pœnam pa- cis ruptæ Equitem Alphonfum de feuerolis cuius fa- milia appellauit in ea parte pœnæ ignominiofæ, & d. Prosper. Vifcotes fucceffor de mense octobris 1592. reuocauit d. fententiam in parte præfata pacis ru- ptæ, & pœnæ ignominiofæ ad instantiam confangu- neorum & dictæ familiæ de feuerolis, licet delinquēs effet cõdemnatus in contumaciã, & fuiffet abfens.

Bannitus exulatus, confinatus, feu relegatus non feruans bannum exilium, vel relega- tionem quomodo, puniatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Exilium, vel relegationem frangens non punitur nisi in duplicationem dicti exilij, vel relegationis, quod exilium fuit iniunctum ad tempus infra decem annos.
- 2 Exilium duplicatur folum pro tempore, quod fupereft.
- 3 Exilij dupl. cat. o an comprehendat tempus, quo exiliatus fterit in carceribus.
- 4 Exilium, vel relegationem frangens, quæ fuit iniuncta per decennium, & vltra punitur in exilium perpetuum, vel damnatur in opus metalli.
- 5 Exilium perpetuum frangens fecundum aliquos punitur, pena mortis, & fecundum alios in pœnam extraordina- riam, & quid feruetur de confuetudine in Curia Romana.
- 6 Exilium latum ad tempus fine expreffione temporis di- citur datum per decem annos, & hoc procedit in qua- cumque condemnatione relegationis, confinij, carceris, nauigationis, priuationis, & fimilium: fi vero fuerit da- tum nulla facta mentione temporis, erit perpetuum.
- 7 Exilium datum ad beneplacitum, arbitrium, vel volun- tatem fuperioris, erit perpetuum.
- 8 Exilium datum ad beneplacitum an morte, difceffus, fine mutatione officialis expiret, funt contrariæ opi- niones. hinc inde, & quod non extingatur, recipit, plures



- plures extensiones, quæ hic ponuntur per auctorem.
- 9 Beneplacitum in exilio, vel relegatione, vel exilio reservatum in dubio an referri debeat ad dignitatem vel ad personam Principis, seu Officialis, latè hic ponitur per Auctorem.
  - 10 Vxor an possit repetere dotem, quando eius maritus fuit relegatus ad beneplacitum.
  - 11 Relegatus, vel exulatus à Prætorè vel à Præsìde provincie censetur remissus finito eius officio.
  - 12 Relegatus, vel exiliatus in aliquam insulam declarandam non potest agi pro contrauentione nec contra principalem, nec contra eius fideiussorem, donec insula non fuerit declarata.
  - 13 Terminus relegato est dandus ad recolligendum sarcinulas & eo pendente potest publice conuersari.
  - 14 Exilium, debet condemnato intimari, alias nunquam potest agi pro contrauentione.
  - 15 Gratias de delicto principali non potest amplius molestari supra contrauentione alij.
  - 16 Exiliatus an possit molestari pro contrauentione exilij ex officio, vel requiratur, quod fuerit captus extra confinium.
  - 17 Clericus pro contrauentione exilij iniuncti ante clericatum non potest molestari à iudice seculari.
  - 18 Exilio finito sine licentia superioris potest rediri ad locum interdictum, & remigari finito tempore condemnationis possunt à triremibus recedere sine alia licentia.
  - 19 Exilium, vel relegatio an possit iniungi extra iurisdictionem Principis condemnantis.
  - 20 Bannum potest infligi per iudicem a loco originis, domicilij, quamuis d. locus non sit subiectus ipsi iudici vel Principi.
  - 21 Bannitus à loco delicti censetur bannitus à sua patria, & ab Vrbe Roma.
  - 22 Cadaver banniti non potest ad locum prohibitum trahi, & quid de cineribus, vel ossibus banniti.
  - 23 Licentia recedendi à loco confinium non conceditur nisi à Principe.
  - 24 Beneplacitum appositum in exilio non potest reuocari, nisi noua vel iusta causa superueniat, nisi esset inflictum ad libitum.
  - 25 Exilium, vel relegatio habeat multas sequelas, cum ex eis sequantur multa miseria.
  - 26 Exilium poena dicitur maximum supplicium.
  - 27 Exilium est nomen generale, & comprehendit plures species, & quid sit exilium, quid relegatio, & quid deportatio.
  - 28 Exilij fractura an sit probanda per fiscum, quando agit pro contrauentione exilij declaratur hic per auctorem.

## C A P. XXVII.

**A**duocatus in ista quæstione pro defensione condemnati consideret quomodo fuerit condemnatus, & si fuerit relegatus, seu confinatus ad tempus infra decem annos, & frangat confinia, bannum, vel relegationem, & tunc non puniatur alia poena, nisi quod tempus duplicetur, vt tradunt doct. per text. in l. aut damnus, §. quisquis ff. de penis vbi Bart. num. 1. Marfil. in tract. de banni. in verbo confinatus nu. 13. Ant. Gomez. de delict. cap. 8. num. 1. vbi de communi Clar. quæst. 84. nu. 13. vbi etiam dicit obseruari frangentem exilium, confinia, vel relegationem posse tor-

queri publicè tribus ictibus funis. Modern. Farinac. in fragmen. crim. in litt. B, num. 83. & seq. Caball. cas. 8. num. 47. Tusch. in lit. B, concl. 18. Cauale. de Brach. reg. p. 4. num. 32.

2 Ac etiam Aduocatus deducat quod non duplicetur totum tempus in quo fuit condemnatus, sed tantum eius, quod super est text. in dicta l. aut damnus, §. quisquis ibi sed duplicare eum id tempus oportet, quod ei super esset cum refregit, & ibi hoc notat, Bartol. nu. 1. Beluis. in pract. Rubr. de fug. reor. nu. 34. Marfil. de Bannit. in verb. confinatus, num. 13. Anton. Gomez. d. capit. 8. numero 1. Ludou. à Peguer. decisione 41. numero 1.

3 Ac in ipsa duplicatione non consideratur tempus quo quis stetit in carcere, sed tantum tempus, quo quis exilium non seruauit, text. in d. §. quisquis, ibi. Ne illi duplicetur, quo apprehensus in carcere fuit, & ibi hoc notat, Bart. sub nu. 1. & Alex. in add. Anton. Gomez. d. cap. 8. nu. 2. in fin. Menoch. cas. 30. num. 17. cent. 5. quod est intelligendum de tempore ante sententiam, vt non computetur in tempore exilij, secus de tempore post sententiam, quia tunc tempus carceris computatur in ipso exilio, Petr. Caball. cas. 142. num. 4. & seqq. vbi ita post alios, quos allegat, declarat opinionem Bartol. & Gomez. Cauale. de Brach. reg. p. 4. numero 30.

Ac etiam declaratur, vt tempus carceris non computetur in tempore exilij, quando reus stetit in carcere culpa sua propter debita, vel propter interesse partis, secus si factio vel culpa iudicis, vt in pñcto post Franch. decis. 317. nu. 1. & seq. declarat Petr. Cabal. d. cas. 142. num. 6.

4 Si verò exilium, vel relegatio fuit iniuncta per decennium, & vltra, si frangatur tunc erit exilium, vel relegatio in perpetuum vel damnetur frangens in opus metalli, d. §. quisquis, & adducitur etiam in proposito, text. in l. relegatis & in l. capitalium, §. in exilibus in princ. ff. de poen. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 8. n. 1. Clar. q. 81. nu. 13. Menoch. cas. 539. num. 4. & seq. & nu. 16. Peguer. decis. 51. nu. 2. 5. & 11. Vinc. de Franc. decis. 140. nu. 2. in fin. Petr. Caball. cas. 8. nu. 47. Tusch. in littera C, concl. 18.

5 Si verò exilium imponatur in perpetuum, & frangatur secundum aliquos reus frangens dictum exiliū relegationem, vel confinium debeat poena mortis puniri. Roman. fing. 574. & ibi Add. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 8. sub nu. 1. in fin. sequitur Clar. q. 71. n. 13. Tusch. d. concl. 8. in lit. B, Burfatt. conf. 416. nu. 4. vol. 4. Petr. Caball. cas. 8. nu. 47. & n. 65. & seq. vbi dicit hoc procedere non solum in illis, qui definerunt seruare exilium, confinia, vel relegationem, sed multo magis in illis, qui nunquam seruauerunt.

Sed Aduocatus, vel rei defensor deducat, quod nō poena mortis sed alia arbitraria, & ad plus ad triremes puniri debent per text. in l. relegati, vers. in insulam relegati, & ibi glos. & Alex. in add. ad Bart. in litt. B, qui ad idem allegat text. clarum in l. mathematicos C. de episcop. audient. & est text. in l. capitalium, §. in exilibus vers. qui relegatus vbi Alberic. nume. 1. ff. de pen. Menoch. dict. cas. 530. nu. 5. & nu. 9. & latè Lud. à Peguer. d. decis. 41. n. 5. & nu. 8. & seqq. & Modern. Farinac. in fragm. crim. in litt. B, num. 90. vbi firmat, quod ista opinio est bene expressis iuribus comprobata, & alia opinio nulla lege fulcitur, & quod Doct. alle-



allegati per Anton. Gomez. non dicant illud ad quod allegantur.

Imò ibi idem, Moder. Farinac. testatur, quod ex quadam laudabili consuetudine hic in Curia Romana est introductum, vt contraueniens exilio siue ad tempus siue in perpetuum ei dato, & siue in ipsa iniunctione fuerit apposita pœna siue non, pro prima vice exilio duplicato relaxetur absque alia pœna, nisi contraueniens fuerit latro, quia tunc si pœna esset adiecta in euentum contrauentionis illa statim executioni demandaretur, & ita ego vidi obseruari per supremum tribunal visitationis carcerum.

Et exilium datum nullo determinato tempore, sed simpliciter sine temporis expressione intelligitur datum per tempus decem annorum, Bal. conf. 34. nu. 1. vol. 1. est text. in l. sine præfinito. ff. de pœn. Vant. de Nullit. ex defect. process. num. 95. Peguer. decif. 41. nu. 11. Ant. Gomez. d. c. 8. nu. 3. Baiard. q. 71. n. 9. Caualc. de Brach. reg. par. 4. nu. 30. Caball. cas. 143. nu. 1. & 6. vbi dicit hoc esse verum non solum in condemnatione exilij, sed etiam in quacunque condemnatione relegationis, confinij, carceris, nauigationis, priuationis, vel similibus.

Si vero fuit iniunctum simpliciter nulla facta mentione temporis, quia iudex dicat condemnno in exilio & tunc intelligitur datum in perpetuum, Ant. Gomez. de delic. cap. 8. nu. 4. Cab. d. cas. 143. nu. 2. vbi de communi Baiard. q. 71. nu. 10. Caualc. de Brach. reg. par. 4. nu. 30. in fin.

Idemque est quando Ciuitas ex aliquo delicto condemnatur vt eius muri destruantur. Idemque quando quis priuatur officijs suæ communitatis. Ac quando quis priuatur vel deponitur, ab officio, vel si quis condemnatur in pœnam amissionis carceris suspensionis, interdictionis, priuationis, vel similis condemnationis, vt intelligatur in perpetuum, ad latè tradita per Pet. Caball. cas. 143. num. 6.

7 Si vero similis pœna exilij, relegationis, nauigationis priuationis, interdictionis, vel suspensionis fuerit, data ad beneplacitum arbitrium, vel voluntatem superioris dicatur perpetua, & non temporalis, vt post Felin. in c. ex literis nu. 9. vers. si autem iudex, de const. firmat Caball. in d. cas. 143. num. 12.

8 Sed maxima quæstio est si talis pœna ad beneplacitum inflicta spiret morte, vel discessu, siue mutatione principis, vel officialis in cuius arbitrium dicitur pœna est collata, & quod morte illius spiret, Socc. num. conf. 63. nu. 11. & seq. lib. 2. Ant. Gomez. cap. 8. nu. 5. vers. vel aliter vsque vbi de communi Menoch. de arbit. q. 69. nu. 2. & seqq. Brunor. a Sol. q. legal. 28. nu. 18. in fin. vbi etiam testatur de communi, & firmat, ita seruari in Vrbe, & Doct. relati per Petr. Caball. cas. 143. numero 6.

Contrariam autem opinionem, quod morte bannientis non expiret bannum irrogatum ad beneplacitum accerimè tuetur Ant. Gomez. d. c. 8. nu. 5. vers. sed his non obstantibus, Clar. q. 72. nu. 14. vers. final. in fin. vbi testatur in dominio Mediolani, ita seruari ea ratione, quia condemnatio fuit facta à iudice tanquam persona publica, & sub nomine officij, ideo beneplacitum transfuit in successorem, & Clarum sic dicentem refert Card. Tusch. in verb. beneplacitum, q. 89. num. 8. quam Mediolani consuetudinem esse de

iure firmat Baiard. in d. q. 71. num. 32. in fin. Petr. Caball. cas. 8. nu. 60. & seq. & latius cas. 143. num. 7. cum pluribus seqq. vbi pluribus auctoritatibus hanc opinionem comprobatur, & passim in Aetruria seruari testatur Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 31. vbi concordantes cumulauit, & testatur de veriori.

Quæ opinio contraria maxime procedit, quando ex coniecturis appareret, quod talis condemnatio facta fuerit sub nomine dignitatis, vel officij, vt transeat ad successorem, vt post alios, quos allegat, firmat Petr. Caball. dict. cas. 143. nu. 15. quia in ista materia plurimum pollent coniecturæ ad resoluendum numquid beneplacitum fuerit adiectum dignitati, aut personæ, quæ ex re ipsa, vel verbis beneplaciti desumuntur, Couar. lib. 3. cap. 15. sub nu. 2. Bertazzol. conf. 22. nu. 4. & seqq. & Claud. ad eum in littera A.

Item maxime procedit sine dubio, quando omnino est condemnatio collata in arbitrium sub nomine dignitatis, vel iudicis, vt transeat ad successorem, Bart. in l. more, num. 7. ff. de iurisdic. omn. iudic. Gozadin. conf. 61. nu. 15. Ruin. conf. 104. nu. 2. lib. 1. Menoch. q. 69. nu. 7. Bertazzol. conf. 22. nu. 2. Mascard. de probat. concl. 188. nu. 1. Baiard. q. 71. numer. 32. Tusch. in verbo beneplacitum, concl. 86. nu. 19. Caball. cas. 143. num. 8. Et ideo si iudex priuauit notarium auctoritate conficiendi instrumenta per decennium, & ultra ad beneplacitum Principis, mortuo Principe, tempore cuius vitæ fuit facta priuatio, non dicitur tale beneplacitum extinctum, sed transit in successorem, & durat quousque per eum reuocetur, quia dicitur iudex respexisse non personam, sed dignitatem Principis, vt firmat Bertazzol. conf. 22. per totum & impugnat Ruin. in conf. 104. vol. 4. contrarium sentientem, & eandem opinionem idem Bertazzol. tuetur in consil. 23. Et loquitur in casu, in quo iudex formaliter dixerat per decennium, & ultra ad beneplacitum Magni Ducis Florentiæ, & nititur opinionem Ruin. concordare, quâdo ipse Princeps in persona propria loqueretur, vt tunc per mortem dicatur extinctum beneplacitum, sed Claud. in add. in d. consil. 22. videtur indistincte tenere nunquam extingui beneplacitum præfatum, siue Princeps, siue tertius loquatur, & eandem opinionem sequitur Caball. cas. 143. num. 14. & seqq. vbi etiam testatur, quod ita in practica credit obseruari, & quod aliter ipse non iudicaret per rationem per eum ibi allegatam.

Ac etiam procedit huiusmodi opinio de consuetudine, vt transeat in successorem, vt post Iul. Clar. in q. 61. in fin. tuetur Petr. Caball. cas. 143. nu. 7. & seqq. & sub num. 17. testatur, quod ita seruatur in Ducatu Magni Ducis Aetruriæ, & Baiard. q. 71. nu. 32. in fin. dicit, hanc consuetudinem esse fundatam in iure, & allegat Gozadin. in conf. 61. nu. 15.

Nec non procedit, quando exilium vel priuatio esset per decennium, & deinde ad beneplacitum Principis, vel iudicis. Quoniam si Princeps, vel iudex moriatur infra decennium, eo finito transit ad successorem, vt post Bertaz. in conf. 22. num. 25. dicit Baiard. q. 71. num. 32. circa finem.

Et procedit etiam in his, quæ sunt iuris, vt beneplacitum, siue tertius loquatur de alio, siue iudex, vel Princeps de seipso, non extinguitur, vt post Bertaz. in conf. 22. firmat Petr. Caball. d. cas. 143. nu. 16. Et ego dixi in tract. de pac. p. 2. §. 2. q. 1.



Si vero beneplacitum non fuerit, relatum ad dignitatem, vel officium, sed ad personam, tunc morte illius extinguatur beneplacitum, Menoch. q. 69. nu. 7. Mascard. concl. 188. nu. 1. Baiard. q. 71. nu. 32. Caball. d. cal. 143. nu. 8. Farinacc. in fragmen. criminal. in littera B, nu. 74. Cauale. de Brach. reg. p. 1. num. 3. vbi alios concordantes cumulauit.

Dum verò quis relegatus fuerit quousque bannum, seu relegatio fuerit reuocata, vt non censeatur remissus morte bannientis, seu relegantis, siue verba fuerint relata ad personam, siue ad dignitatem. Soccin. conf. 78. col. 1. vers. 5. & vlt. libro 3. vbi de magis communi. Menoch. q. 69. nu. 12. & seq. vbi etiam de magis communi, & hanc opinionem à contrarijs defendit, Clar. q. 71. nu. 14. vbi de communi, Mascard. conclus. 188. nu. 8. etiam de magis communi, Farinac. in fragmen. criminal. in littera B, numer. 76. Brunor. à Sole in quæst. legal. 28. per totam, vbi proponit contraria, & illis respondet, & testatur de communi, & de practicata opinione in Curia Romana.

8 In dubio autem verba beneplaciti, si possunt referri ad dignitatem, vel officium, vel ad personam, sunt referenda potius ad dignitatem, quam ad personam, Capic. decif. 136. nu. 1. Ruin. conf. 104. sub nu. 2. lib. 4. Baiard. in quæst. 71. sub nu. 3. Caball. cal. 143. num. 8. & seqq. Farinacc. in dd. fragmen. crimin. in littera B, nu. 103. Fed. Card. Tusc. in verbo beneplacitum conclus. 89. nu. 9. & 26. dicit, esse verba beneplaciti attendenda, quæ primo loco fuerunt proposita, siue nomē dignitatis, siue nomen proprium, nisi aliter ex coniecturis constaret ex traditis per Crauet. in consil. 73. 2. in princip. nu. 1. & seqq.

Si vero beneplacitum fuerit reseruatum Sedi Apostolicæ, morte Pontificis non expirat, Capic. decif. 136. nu. 3. Couarr. variar. resol. lib. 3. cap. 15. sub nu. 2. Mascard. conclus. 188. nu. 4. Tusch. in verbo beneplacitum conclus. 89. numer. 90. Et in hoc omnes Doct. conueniunt, vt testatur Modern. Farinacc. in dd. fragmen. crimin. in littera B, nu. 106. prout dicitur de beneplacito reseruato Curia, vt non expiret morte officialis Foelix Phæbe, conf. final. n. 3. lib. 2. diuers. crim.

Quando vero fuerit collatum beneplacitum, vel non reseruatum Sedi Apostolicæ, sed Pontifici, tunc Doct. certant inter se, & aliqui tenent non expirare per mortem, cum dicatur relatum ad dignitatem, Couar. lib. 3. cap. 15. sub nu. 2. qui adducit Bald. Lap. Gimin. & Felia. in locis per eum relatis, licet illos ipse non sequatur, Capic. decif. 136. nu. 3. & seqq. vbi multa hinc inde deducit, & testatur alias pro hac opinione apud eum fuisse iudicatum. Alij autem contrariam opinionem tenent, vt dicatur relatum ad personam, & non ad dignitatem, & successiue expiret morte Pontificis, Couar. d. cap. 15. sub nu. 2. vers. contrariū deducitur, & vers. aliud vero Gozadin. conf. 22. nu. 8. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 188. n. 29.

9 Sed huiusmodi opiniones contrariæ possunt ad fœdus reduci, quod si beneplacitum fuit prolatum ab ipso Pontifice, vt quia dicat relegamus talem ad nostrum beneplacitum, & tunc censeatur relatum ad personam, & successiue ex morte Pontificis expiret, & ob id Sapientissimus Paulus Quintus Summus Pontifex solet adijcere alia verba, nec non ad beneplacitum nostrum, & Sedis Apostolicæ; quod deinde morte Pontificis non extinguatur, secus verò si profera-

tur à tertia persona, vt quia Notarius dicat ad beneplacitum Iudicis, vel Principis, vel per alia similia verba, quia tunc non extinguatur morte Pontificis, vt de primo tradunt, Marfil. in tract. de Bannit. in verbo confinatus, nu. 6. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 8. n. 5. vbi communi, Capic. decif. 136. nu. 2. Mascard. concl. 148. nu. 76. Baiard. q. 71. nu. 32. Tusch. in verbo beneplacitum, concl. 89. nu. 4. vbi de communi nu. 5. n. 34. & 39. Et secundo tradit Foller. in pract. crim. canon. cap. 32. sub nu. 7. Marfil. in dicto verbo confirmatus, num. 6. Modern. Farinac. in fragmen. crimin. in littera B, nu. 11. vbi de communi, Bertaz. conf. 23. num. 1. vbi de communi, & per totum consilium lib. 1. Tusch. d. concl. 89. nu. 39. Baiard. d. q. 71. nu. 32. Et secuta relegatione ad beneplacitum, an vxor possit agere pro restitutione suæ dotis, vide Cauale. de Brach. reg. p. 4. num. 3. 1. in fin.

10 Si vero fuerit bannitus, vel relegatus ab aliquo Pretore, Governatore Ciuitatis, seu Præfide Prouinciæ, eius officio finito censeatur remissus, Iason. in l. centesimis, §. si ita stipulatus sub nu. 5. ff. verbor. obligation. Grat. conf. 92. nu. 1. lib. 2. Capic. decif. 136. n. 5. & seq. Mascard. concl. 188. nu. 30. Tusch. in verbo beneplacitum conclus. 89. num. 5. & 28. Farinacc. in fragmen. crimin. in littera B, nu. 77.

11 Sciat etiam Aduocatus, quod si quis fuit condemnatus in exilium, vel relegationem in aliquam Insulam declarandam, donec Insula non fuerit declarata, non potest agi pro contrauentione, nec contra principalem, nec contra eius fideiussorem, vt latè defendit Moscatell. in pract. fideiussor. p. 1. modo decimoquinto, num. 24. vbi subdit, quod interim, quod Insula declaratur, solet dari terminus vnius, vel duorum mensium ad recolligendum sarcinulas, vt interim domi, vel in Palatio moram trahat; prout iudici videbitur, iuxta qualitatem personæ, si vero non fuerit expressum, quod interim domi, vel in Palatio moram traheret durante termino accedendi ad Insulam poterit se habere publice per Ciuitatem, vt latissimè tueretur Ios. Ant. Lanar. conf. 38. per totum.

12 Ac etiam sciat Aduocatus, quod non potest agi de contrauentione exilij ante quam reo condemnato fuerit intimatum exilium, licet de eo habuerit cognitionem, vt consuluit Moder. Farinacc. in consilio 93. nu. 10. vbi firmat, quod vbi monitio, seu intimatio est necessaria non sufficiat scientia ad incurrendam poenam, & ideo caueant iudices, vt statim lata sententia faciant condemnato dictum exilium intimare.

13 Nec non Aduocatus sciat tueri suum clientem vexatum de contrauentione exilij, vt si fuerit gratiatus de delicto principali, non possit postea molestari super contrauentione exilij, vt latè ostendit idem Farinacc. in d. conf. 93. nu. 9. Et quomodo procedi possit contra frangentem exilium, vel confinium, & an requiratur, quod fuerit captus extra confinium, vide, & declara, vt per Capoblae. in trac. de Baronibus pragmat. 7. nu. 28. & seq. Et Episcopus sciat tueri Clericum frangentem exilium, vel relegationem ei iniunctam ante clericatum à iudice seculari, vt non possit cognosci eius fractura per dictum iudicem secularē, cum agatur de noua conditione personæ, & de nouo delicto, vt post Franc. decif. 365. vol. 2. refert Baiard. q. 71. nu. 3. 1.

14 Ac etiam sciat Aduocatus tueri, suum clientem, qui



qui finito tempore relegationis confinij, vel exilij, vt possit redire ad locum interdictum absque alia iudicis declaratoria, vel licentia superioris, Bald. consilio 34. num. 1. in primo dubio, volum. 1. faciunt scripta per Hercul. de caution. de non offendend. capit. 3. r. num. 15. Et in terminis de exilio ad tempus, vt reuer- ti possit sine alia licentia superioris, Corbul. in tract. de iure emphit. tit. de causa priuation. ob tempus fi- nit. mihi fol. 91. n. 7. Capoblan. de baronibus pragm. 7. n. 12. qui loquitur in remigeris, qui finito tempore possunt a triremibus recedere sine alia licentia.

17 Et solet etiam dubitari, an possit iudex, vel Prin- cept relegare, vel confinare suum subditum in loco sibi non subiecto. Et quicquid de iure negatiue dici- possit per text. in l. relocatorum, §. in insulam, & §. se- quent. & §. interdicere, ff. de interd. & relegat. Mar- sil. in tract. de banuit. in verbo confinatus, n. 10. vbi de communi, Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 8. sub n. 3.

18 † vbi etiam de communi, Clar. q. 61. n. 4. & ibi Baiard. nu. 11. Tamen de consuetudine contrarium seruator, Bald. in l. executorem, num. 29. C. de execution. rei iudicat. vbi testatur de generali consuetudine vbique locorum, Bartol. in d. l. relocatorum, §. est quoddam genus num. 1. in fine, Franc. Marsil. decis. 359. num. 6. par. 1. Clar. quæst. 71. sub num. 4. vbi testatur audiuisse, ita fuisse obseruatum per Ducem Mantuæ, Cau- alcan. de Brach. reg. par. 4. numer. 29. vbi testatur de ea- dem consuetudine Ducis Mantuæ, & de consuetudi- ne Status Ecclesiastici testatur Farinacc. in fragmen- crimin. in littera B, numero septuagesimo.

19 Et licet iudex non possit bannire a loco sibi non subiecto, tamen poterit iudex loci commisi delicti bannire reum a loco originis, vel domicilij eiusdem delinquentis, & a loco delicti, prout è contra facere, Anton. Gomez. tit. de delict. num. 3. in fin. capit. 8. vbi de communi sequitur Baiard. in quæst. septuagesima- prima, numero duodecimo.

20 Et bannitus a loco delicti censetur bannitus a sua patria, & ab Vrbe Romæ cum sit communis patria per text. in l. relocatorum, §. constitutum, & §. seq. ff. de interd. & relegat. Bald. in d. l. executorem num. 26. Baiard. quæst. 71. numer. 5. & 21. Farinacc. in frag- men. crimin. in littera B, num. 62. & seqq. Caualc. de Brach. reg. par. 4. num. 29.

21 Et pendente tempore relegationis, vel exilij si con- demnatus decedat non potest eius cadauer ad locum prohibitum trahi, Antonius Gomez. tit. de delict. ca- pitulo decimoquarto, sub numero octauo, & post alios quos allegat Petr. Caball. cas. 83. num. 1. & seqq. & sub numero sexto, & seqq. ponit qua pœna puniatur tra- hens cadauer condemnati ad locum interdictum. Be- nè verum est, quod si dictum cadauer non haberet amplius formam humanam, sed tantummodo adef- sent cineres, vel ossa, tunc illa possunt trahi ad locum interdictum sine alia licentia Principis, vt est latè vide- re per eundem Petr. Caball. cas. 265. cent. 3.

22 Et licentia recedendi a loco confinij, vel acce- dendi, vel recedendi ad locum interdictum solus Princeps concedit, vt latè ostendit Antonius Go- mez. dicto capitulo octauo, sub numero quarto, ver- siculo item adde, & aliqui volunt, vt beneplacitum non possit reuocari nisi noua, vel iusta causa super- ueniat doctor. adducti per Caualc. de Brach. reg. parte quarta, numero trigessimoprmo, vbi tamen

subdit, nisi esset iniunctum ad libitum, quia posset reuo- cari etiam sine causa.

23 Et quia pœna exilij, vel relegationis habet multas sequelas, quia ex eis sequitur paupertas, & miseria, cum in se tam relegatio, quam exilium habeant pe- regrinationem, ex ea sequatur paupertas, & ex pau- pertate sequatur ignominia, & ex ea deinde mors, vt post alios, quos adducit, testatur Magon. decis. Lu- cens. 36. n. 25. & latè Baiard. quæst. 71. num. 4. Et ideo connumeratur inter pœnas corporis afflictiuas, vt testatur Boss. in tit. de carcerat. fideiussor. commit- tendo, prout ipse multoties expertus fuit, ibi testatur, Et apud Romanos pœna exilij maximum supplicium reputabatur, & apud Athenienses pro non leui ha- bebatur, vt tradunt Doct. & auctores adducti per Ma- gon. in dict. decis. Lucens. 36. numero 27. Et ob id iudices non sint multum faciles ad condemnandum carceratos in exilium, vel relegationem, & in qui- bus casibus exilium de iure imponi possit, recenset vsque ad sexagesimum nonum casus, Salic. in loco relato per Iul. Clarus in quæstione 71. numero primo, & seq. & ibi Baiard. sub numero primo, recenset quin- que species exilij, & quando propriè, vel impropiè dicatur, Et nomen exilij est generale complectens interdictum, relegationem, & deportationem, vt est latè videre per Petr. Caball. cas. centesimoquadragesi- mosexto, numero decimotertio, & sequen. vbi decla- rat, quid sit exilium, quid relegatio, & quid deporta- tio, & exilium magis propriè desumptum deporta- tionem significat, & inter capitales pœnas connume- ratur, l. 2. ff. de public. iudic. Menoch. de arbitr. quæ- stione octuagesima, numero nonagesimoquarto, & in l. exilium vbi gloss. ff. de interd. relegat. Et licet relegatio inter pœnas corporis afflictiuas non connume- retur, sed medio loco inter corporales, & pecu- niarias collocetur, Menoch. d. quæstione octuagesi- ma, numero octuagesimo septimo, & seq. tamen gra- uis pœna sit, per quam quis Patria parentibus coniu- ctis, & amicis priuetur penes incognitos vitam mise- re degere cogatur, latè Caball. d. cas. 146. numero 16. & seq. & solet in proposito dubitari, si Fiscus pos- sit transmittere carceratos, condemnatos ad exe- quendas condemnationes, si eorum creditores con- tradicant, & insistent retineri, donec eis soluantur; quam quæstionem tangunt Ludou. à Peguer. decis. 22. & Vincent. de Franch. decis. 317. qui ad inuicem circa illius resolutionem aduersantur, sed Petr. Caball. in d. cas. 146. nititur istos Doctores ad fœdera reducere, vt longa serie ibi per eum habetur.

25 Aduocatus autem pro cõplemento istius quæstio- nis sciat, quod solet aliquãdo controuerti, quis tenea- tur probare intentionem an Fiscus super contrauen- tione exilij, vel cõfinij, vel reus quod exilium, vel con- finia obseruauerit, & hanc quæst. ponit Bart. in l. rele- gati n. 3. ff. de pœnis, vbi arguit pro, & cõtra, & postea distinguendo resoluit, qd si bannitus, seu relegatus di- cat se obseruasse, & rupisse confinia: & tunc ipse ad fundandã suã intentionẽ tenetur istã qualitatem ob- seruantiã probare, si vero fiscus dicat, illum rupisse, & non seruasse confinia, pariter tenetur d. contraue- ntionem probare, qua distinctione Bart. refert Marsil. in tract. de bannit. in verb. confinatus, nu. 16. & Ant. Go- mez. tit. de delict. cap. 8. sub num. 2. versic. item adde, quod transacto tempore.



Nisi tamen exulatus, vel bannitus iam promiserit seruire exilium, vel relegationem quia obligatus ex contractu, vel promissione tenetur ipse probare ad implementum promissionis, quod negatur a fisco, ut est late videre per Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 52. nu. 45. vbi multos allegat, & in specie Alex. in cōf. 79. sub num. 1. volum. 4. Corn. in cōf. 87. in littera B, versic. tamen his non obstantibus, volum. 3. Innocēt. in capitulo super his sub numer. 10. extr. de Accusat. Luc. de Penn. in l. super senis, numero 15. C. qui mil. non poss. libro duodecimo.

## DEFENSIO XXXIV.

## Circa Compositionem.

Compositio de quo tempore fieri debeat.

## SUMMARIUM.

- 1 Compositio de iure super penis fieri non potest. Contrarium seruatur de consuetudine.
- 2 Compositio attentata dicta consuetudine, fieri debet, lite pendente, ante sententiam, & quando non esset delictum plene probatum, neque Reus esset confessus, vel si non esset sufficienter tortus, secus si fuisset sufficienter tortus quia debet absolui, & quando est conuictus, vel confessus, condemnari.
- 3 Compositio in Regno Neapolitano non fit, nisi probato delicto, & tunc fit tantum per Principem, et laudabilis est, ut ante sententiam compositio non fiat.
- 4 Compositio, quamuis de iure sit prohibita, tamen in Curia Ecclesiastica permittitur; cum Ecclesia sanguinem abhorreat.
- 5 Compositio, quamuis delictum fuerit plene probatum, si opponeretur contra processum, vel adesset alia iusta causa recedendi a pena ordinaria, admittitur.
- 6 Compositio cum paupere carcerato, ne in carceribus marcescat admittitur: ac etiam cum absentibus, ut re-banniantur a banno, dummodo graue damnum Reipublice non resultet: et potest fieri etiam appellacione pendente.
- 7 Compositio, ut laudabilis sit fieri debet per Principem, vel per alios supremos Magistratus.
- 8 Compositio, ne inducat infamiam, vel confessionem delicti, quomodo sit facienda per Aduocatum.

## C A P. I.

1 **L**icet de iure compositio fieri non possit, l. prohibere, §. plenè, ff. quod vi, aut clam, l. ita vulneratus, ad l. Aquil. l. congruit, de offic. Præs. latè Paris de Put. de sindic. in verb. compositio cap. 1. Fab. à Mont. Leon. in Præf. par. 5. princ. in 3. par. num. 1. q. 2. num. 11. Paul. Grill. de relaxat. carcerat. tit. de compos. quæst. 1. 2. & seqq. cum sit mali exempli, & sit contra bonos mores, impedire iustitiam: cum indulgendo cæteri prouocentur ad prolapsionis contagium: cum facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi, Crauet. consil. 437. nu. 5. Grilland. de compos. quæst. 2. numer. 4. & alias rationes ponit Paris de Put. in d. verb. compositio, quas etiam refert Modern. Roman. quæst. 5. num. 1. 2. Caualean. de Brach. reg. par. 4. nu. 148. & Capoblanc. de Auctorit. Baron. prag. 7. n. 9.

valde inuehit contra superiores anhelantes in quolibet delicto compositiones, quia vbi aurum placet, iustitia tacet, & vitium Imperat, & quod nec scientia hodie iuuat, cum Aduocatus quamuis insignis ignarus reputetur, si in compositionibus non fuerit idoneus, idèque esse dicit in iudice, qui nisi studeat Bursam principis implere non reputetur honorificentia dignus, sed ipse Capoblanc. loquitur de Curijs regni Neapol. sed quid de alijs dicendum erit, remitto versantibus in eis.

Tamen quotidie fieri solent compositiones, & maxime in Vrbe, & in toto statu Ecclesiastico ad effectum se eximendi a vexatione carcerum, torture, pœnæ, & expensarum, & pro redimendo suo sanguine, l. ab accusatore, & l. de fisci. col. seq. ff. ad Turpill. l. trā. figere, vbi gloss. & Doctor. C. de transact. Decian. tit. de delict. tomo 1. lib. 4. tit. pactum, num. 20. Caualean. de Brach. Reg. par. 4. num. 199.

2 Et fieri debet compositio ante sententiam, lite pendente, Caualean. de brach. reg. dict. par. 4. nu. 203. & completo processu informatiuo, Grilland. de relaxat. carcerat. 3. p. Capoblanc. de Auctorit. Baron. prag. 6. num. 10. dicit, compositionem esse conuentionem cum Præs. factam ex causa lite pendente de dubio criminis statu de soluendo fisco certam pecuniam ad redimendam litem vexationem parte concordata, & ibi declarat dictam definitionem, quia, si prius iudex componeret, fisci iuribus præiudicaret, & male faceret, ut dicit Moder. Roman. quæst. 5. num. 5. in princ. Et quando delictum non esset plene probatum, neq. Reus illud cōfessus fuisset, & tantum quando adfuit contra Reum præsumptiones urgentes, & vehementes, ex quibus Reus non potest condemnari in penā ordinariam, & ideo non est inconueniens, ut iudex illum admittat ad compositionem, & ad penam pecuniariam, Modern. Rom. d. 5. n. 5. versic. iublinita, & ibi subdit: idem erit, si non fuerit Reus sufficienter tortus, & ad effugiendam torture repetitionem, quia potest admitti ad compositionem: & in penis pecuniarijs potest etiā fieri ab alio iudice inferiore a Principe, dummodo tamen pena cedat eius Camera, Afflic. decif. 287. vbi de compositione facta per Vicarium, Cauale. de Brach. reg. p. 4. n. 201. & Capobl. in d. prag. 6. n. 11. dicit, quod si fieret compositio sine dicta concordia cum carcerato erit extorsio, & in sindicatu iudex teneretur, & boni iudices ad maiorem cautelam soleant habilitare reum, & ponere in libertatem antequam offerat compositionem, utinam hoc obseruaretur, & euitaretur illud absurdum adagium in ore fiscalium existens, quod carcer faciat præuentus, & melius ibi subdit post Parid. & Carrer. quod nō debeat fieri compositio si ex processu non appareat quid substantiale criminis, & non adsint saltem indicia ad torturam, & sine causa iudex componens grauius peccat, Rolan. con. 18. n. 81. relatus per Capoblanc. d. prag. 6. n. 14. in fin.

Secus vero si fuisset sufficienter tortus, quia tunc esset locus absolutioni, cum per eam torture fuerint omnia indicia expurgata, ut superius suo loco dixi; & ideo pessime faciunt iudices, qui post illatam plenam torturam, extra qualitatem delicti retinent reos in secretis carceribus ad effectum, ut deinde extorqueantur compositiones ab ipsis.

Nec minus, si fuerit legitime conuictus, vel confessus



fectus poterit iudex admittere Reum ad compositionem, sed debet Reum condemnare, & ad finem causae deuenire, l. sancimus, C. de poen. leg. 1. C. de custod. Reor. l. operis, de poen. cum alijs adductis per Mod. Rom. q. 5. num. 5. circa princ.

Et ob id dicitur transigimus de re dubia, & pacificamur de re certa, l. 1. ff. de transact. Peregr. de Iur. fisc. lib. 4. tit. 8. num. 14. & seqq. Cauale. de brach. reg. parte quarta, numero 203.

Licet de iure Regni Neapolitani non fiat compositio, nisi probato delicto, vt post alios, quos allegat, tradit Caraut. tit. 276. num. 1. & seqq. Tamen de iure communi, Moderni. Roman. quaest. 5. numero 5. circa med. dicit, quod, probato delicto, iudex non possit admittere Reum ad compositionem; sed tantum tunc Princeps Reum ad beneficium compositionis admittat, & poenam Reo mitigare possit, leg. 1. in fin. ff. de Const. Principi. Paris de Pateo, d. verb. compositio capitulo primo, numero primo, Grillan. titulo de composit. quaestione tertia, numero 2. & seq. Fab. à Mont. Leon. in Practic. Arb. in secunda quaestione, vltima parte, quinta parte princip. numero trigesimo primo, & seqq. Anton. Gabriel. libro septimo, de Malefic. conclus. 23. numero 6.

Immo solus Princeps potest partes ad concordiam ante sententiam cogere, & alij iudices inferiores solum hortari, Cauale. de Brach. reg. par. quarta, numero 199. in fin. & numero seq. & ego late dixi in tractat. de pac. parte prima, quaestione decimasepta, per totam.

Ante vero sententiam laudabilis erit, si non fiat compositio, quia Rei vociferantur, se coacte, ac indebitè soluisse, & ex eo, quia nullam causam iudex inuenire potuit ad illum puniendum; ideo fatigit ad compositionem deuenire, vt rem gratam Principi faciat, vt exclamat, Cauale. de brach. reg. p. 4. num. 135. versiculo Rei enim, qui ante sententiam; & ego millies similes murmuraciones audiui; & ob id fieri deberet compositio post sententiam, cum tunc sapiat naturam gratiae, & non extorsionis, aut concussionis, & isto modo organa malignitatum claudantur, lo. Boter. in suo tract. de ratione stat. libro primo, tit. de document. iustit.

Et ob id inanis gratia facta ante sententiam inane parit effectum, & gratia ante tempus sapit abortum, tamquam immatura, & generat malam digestionem, Cauale. de Brach. reg. n. 135. & seq. p. 4.

Nec aliae curiae saeculares admittuntur, si in curia Ecclesiastica in criminibus, in quibus venit imponenda poena capitalis, etiam si de crimine plene constet, recipiantur compositiones, & poenae commutentur, cum ecclesia sanguinem abhorreat, & semper mitius agat cum delinquente; & verè non dicitur proprie compositio, sed dispensatio, seu commutatio poenae, Grillan. tit. de composit. q. 1. numero 4. & seq. & Farinacc. d. quaest. 5. numero 6. Capoblan. de Auctoritate Baron. prag. 6. num. 14. vbi subdit, quod solum damnatur quando inconsideratè fiunt, & ob ingluuie pecuniae non exerceatur iustitia, quod non contingit hodie sub iustissimo Pontificatu Sanctissimi Domini Nostri Pauli Quinti.

Si vero opponeretur de nullitate processus ex parte Rei admittitur compositio, quamuis fuerit plene probatum delictum; cum per talem exceptionem

obumbratur probatio Fisci, & reddatur dubia, & in dubio compositio fieri possit, Fab. à Mont. Leon. in pract. Arbitr. in 2. quaest. vlt. par. 5. part. princip. nu. 35 & seqq. Cauale. d. part. 4. numero 208. de brach. reg. Idemque erit dicendum, si opponeretur contra propriam confessionem; quia emanauerit incidenter, coram iudice incompetenti, & esset turbida, non clara, nec liquida, vt si haberet aliquam qualitatem delicti exclusiuam, & non posset scindi, & separari, cum ea non possit sequi condemnatio in poenam ordinariam; vt de omnibus dixi: in Defens. circa confessionem, & hodie etiam fiunt compositiones super delicto liquido ad redimendum reum a vexationibus ne infametur, & quia potest esse quod delictum sit liquidum, sed non eius poena, Capoblan. d. prag. 6. n. 27. Auctor. Baron.

Vel si extaret aliqua iusta causa recedendi à poena ordinaria, & illam in pecuniariam commutandi, exempla ponit Capoblan. in tract. de Baron. prag. 6. num. 16. & seqq. & praesertim si quis sine dolo deliquerit, delinquens haberet plures filios, si daretur incertitudo in delinquentibus, si minor esset delinquens, si foemina, si nobilis, vel excellens in aliqua peritia, & tandem firmat, quod probatio meritorum, prouocatio aduersarij, delicti diuturnitas, dormientis, delirium, furor, ignorantia, ebrietas, Ira, Probitas iam ante aetate vitae, casus, officium, & aliae multae similes causae sunt iustae miserendi, & componendi Doct. in l. quid ergo, §. poena grauior. ff. de his qui not. inf. multas ponit Carrer. §. 7. numer. 71. & seqq. Tiraquell. de poen. l. l. Clar. q. 60. Blanc. in pract. crimin. §. iuris permissio, & seq. Nouell. in tractat. ad defensam, Affid. late in cap. 1. §. si quis hominem de pac. tenenda, quia tunc ante sententiam iudex potest deuenire ad compositionem, licet Reus fuerit legitime conuictus, Grillan. tit. de composit. q. 3. nu. 2. Paris de Put. in verb. compositio, cap. 1. num. 4. & seqq. cap. 2. num. primo, Grammat. vot. 31. numero 3. & 6. Fab. à Mont. Leon. in d. pract. in eadem q. 5. n. 19. & de communi Moderni. Roman. q. 5. n. 8.

Secus lata sententia, quia tunc solum spectat ad Principem poenam commutare de corporali in pecuniariam, l. relegati in fin. ff. de poen. l. 1. §. in fin. de quaest. Capoblan. d. prag. 6. num. 13. vbi subdit, nisi Baro habere secundas causas, quia pendente appellatione poterit pot. ri priuilegio componendi, Franc. decif. 370. vel nisi habeat Baro priuilegium indulgendi, quod paucis communicatur in illo regno, Caraut. rit. 272. numero 10. Et quando iudex per sententiam functus fuerit officio suo, non potest amplius poenam commutare, Franc. decif. 348. num. 9. p. 2. Thesaur. decif. 132. numero 1. & ibi Adden. in 1. addit. Et idem erit in supremo Magistratu, qui potest, post sententiam, dicta in poenam commutare, Thesaur. d. decif. 152. n. 2. & seq. & ibi Adden. & ego dixi in tractat. de confic. honor. conclus. 31. n. 3. 2. & seq. & Fab. à Mont. Leon. in d. Pract. fol. 48. & seqq. ponit xxvij. causas, quibus iudex potest se mouere ad poenam dimittendam, & compositionem faciendam; de quibus remissiuè, Caraut. rit. 272. n. 4. Baiard. q. 85. n. 37. in fine. Ac etiam Episcopus post sententiam potest poenam commutare, vt post Abb. in c. nisi specialis in fin. de offic. deleg. Prax. Archiep. Neapolitan. c. 49. in annotationib. in fin. vbi late, quia Episc. habet meru, & in iur.



- imperium, dicuntur illustres, & sunt maiores alijs recognoscentibus superiorem, ac præfecto prætorio.
- 6 Sed, lata sententia, potest fieri compositio cum præsentente paupere, ne marcescat in carceribus, cū remissione alicuius partis pænæ, siue in concessione longitudinis temporis, in quo verisimiliter possit solvere pœnam, Cavalc. de Brach. reg. parte 4. num. 203. vbi subdit, quod potest fieri etiam cum absentibus condemnatis in contumaciam, qui mediante pecunia, rebanniuntur; nec non cum præsentente condemnato in pœnam corporalem, cui computatur pœna, Menoch. cas. 85. num. 5. dummodo graue damnum Reipublicæ non resultet, Gomez. tit. de delic. cap. 13. num. 38. Nec non potest fieri, appellatione pendente, Franc. decis. 370. part. 2. Plach. Epitom. delict. lib. 1. cap. 39. num. 27. & sequent. Peregrin. de iur. Fisc. lib. 4. tit. 8. nu. 17. & seq. Cavalc. de Brach. reg. p. 4. nu. 203. in fin.
- 7 Et tamen, vt iuridica sit compositio, vel laudabilis, debet fieri per Principem, vel per supremum Magistratum, vel per alium iudicem cum licetia Principis, vel iuxta consuetudinem loci, vocato, & audito Fisco, & minime per alios iudices ordinarios, Paris de Puteo in dicto verb. compositio, cap. 1. Grillan. de relaxat. carcerat. quæst. 3. num. 4. & seq. Fab. à Mont. Leon. in practic. art. 5. part. princip. 3. part. quæst. 3. nu. 1. q. 2. num. 14. Capoblac. de auctorit. Baron. prag. 6. nu. 72. ibi etiam testatur, quid seruetur in Regno Neapolit.
- 8 Et caueat Aduocatus, vt in compositione faciat exprimere causas, & rationes, ne dicatur fieri propter timorem pænæ; quoniam hoc esset incurrere infamiã facti, & delictum fateri, vt admonet Grillan. d. q. 1. num. 3. Cavalcan. de Brach. reg. parte 4. num. 202. Et causæ, & rationes erunt ad prædicta euitanda, quia intendit carceratus se redimere a vexationibus Curie, & Fisci, & non quod sit delinquens, vt latè docui in Defens. circa Confess.

Compositio cum quibus personis, &  
in quibus casibus fieri possit.

S U M M A R I V M.

- 1 Compositio non est facienda cum solitis delinquere, in quibus non potest sperari correctio, nec cum assassinis, proditoribus, latronibus, seditiosis, et alijs scadalosis, et malæ famæ: licet aliter seruetur num. 3.
- 2 Domini duo si existant in eodem loco, in quo vnus eorum, ex conventionione inter ipsos, habeat regimen pro duobus, annis, ille non potest admitttere ad compositionem condemnatum ante dictam conventionem.
- 4 Pactum de quota litis in causa criminalis permittitur: nõ autem procuratori Fiscali.
- 5 Barones an possint componere non solum de delicto principali, sed etiam pro sententia de fractura exilij.

C A P. II.

- 1 S Vperiores caueant, ne beneficium gratiæ per compositionem conferant in perionas, in quibus non sit medicina correctionis: quia cum eis non est faciendã compositio; & sic cum solitis delinquere, & cum assassinis, proditoribus, facinorosis, seditiosis, latronibus, & alijs personis verbo, & facto scadalosis, & malæ famæ, 1. 3. in fin. C. de Episcop. & Cleric. Grillan. dict. quæst. 2. numero 1. quæst. 3. num. 3. Et licet Farina cc. in quæst. 5. numer. 10. verlic. verum, dubitet

de ista opinione, & in solito delinquere titubet, tamen verior opinio est in contrarium, de qua per Baiard. q. 59. nu. 55. & sequitur Cavalcan. de Brach. reg. p. 4. nu. 204. Ego autem credo opinionem contra Farinac. esse veriorẽ, quando agitur de imputato, & solito delinquere in delicto graui, & enormi, qui per plures vices deliquit; ita vt non possit sperari aliqua correctio: cum dicta gratia minorandæ pœnæ per compositionem fundari debeat, non super utilitate, & commodo Principis, sed super spe correctionis, ad text. in d. l. 3. C. de Episcop. & Cleric. Et ob id Doctores volunt, quod in dictis delictis grauib, ob malam qualitatem delinquentis, & ob delictorum immanitatem, non admittatur compositio, Decian. in tractat. crim. lib. 3. tom. 1. cap. 34. nu. 24. 34. & 41. Cavalcan. d. p. 4. nu. 234. latè Capoblac. in tract. de Baronib. prag. 6. n. 18. & seqq. & sub n. 29. & seqq. ponit multos casus in quibus non permittitur compositio, tam de iure communi, quam vigore iuris illius Regni Neapolitani. Et caueant iudices, ne nimia literalitate vtantur in compositione: quia præsumeretur fraudolenta, Baiard. q. 85. n. 7. Capoblac. d. prag. 6. n. 11. & seq.

2 Et, si sint in aliquo loco duo domini, quorum vnus ex conventionione, habeat regimen pro duobus annis, is non potest pœnam remittere bannitis, vel condemnatis ante dictam conventionem, quia nemo dat, quod non habet: & si pœna fuerit corporalis, multo minus; cum non possit molestari antequam tempus aduenerit, Baiard. q. 59. nu. 8. vbi allegat Rimin. Iun. conf. 33. volum. 1. sequitur Cavalcan. de Brach. reg. d. par. 4. numero 234. in fin.

3 Tamen, præterquam in crimine læsæ maiestatis, quod in omnibus alijs criminibus liceat deuenire ad compositionem, quamuis delicta fuerint grauia, dummodo non fuerint plene probata, firmat Grillan. d. tit. de compositio. 93. & sequitur Modern. Roman. d. q. 5. numer. 13. vbi tamen subdit iusta causa componendi, tenet Carauit. rit. 272. Quam opinionem Farinacc. non admittit Cavalcan. de Brach. reg. p. 4. num. 232. & seqq. ob malum exemplum, quod sequi posset in populo. Et, vt verum fatear, cum d. Cavalcan. firmo in istis criminibus grauib, & exceptis rem esse scandalosam, contra bonos mores, & pessimi exempli, vt admittatur compositio.

4 Sed hic incidenter dicitur, quod in materia criminali videtur permittum pactum de quota litis cum Aduocato, vel Procuratore inquisiti, vique ad quamcumque summam pro se redimendo à pœna vitæ. Io. de Amic. consil. 148. numero 8. post Rayner. & Salycet. De qua materia quota litis, vide Farinacc. q. 106. & in consilio 70. vbi latè Add. & in nostris terminis Cavalcan. de Brach. reg. parte quarta, numer. 236. versiculo pactum.

Sed minime permittum est tale pactum de quota litis procuratori fiscali, immo non potest esse procurator in causa alicuius, Peregr. de iur. fisc. libro 4. tit. 9. numero 17.

Et ego dixi in meo tra. de confis. bonor. & supra etiam in hoc tractatu in præfatione.

5 Barones an possint componere super delictis commissis per eorum subditos, latè vide Capoblac. de Baron. prag. 6. post sententiam concludit negatiuè, vbi sub nu. 102. ponit quæst. quando quis rupit fines exilij ex quo duplicatur exilij an possit componere, & gratis pro



pro dicti exilij fractura facere, vbi concludit affirmatiue, cum dicatur nouum delictum.

Compositio an fieri possit, parte non concordata.

S V M M A R I V M.

- 1 Compositio fieri non potest, nisi parte concordata, et Princeps aliter faciens peccat mortaliter: et si non teneat respectu partis, an teneat respectu fisci.
- 2 Compositio non tenet sine consensu partis, adeo vt non sufficiat consensus tacitus vel sententia compositionis, et quod pars non contradixerit: sed remissio potest probari per inuentum, et per testes.
- 3 Compositio facta sine consensu partis non prodest reo; vt non possit agi contra ipsum, et ad condemnandum, et ad torquendum.
- 4 Compositio si aliquando fiat sine consensu partis, Princeps debet rescribere: sine praeiudicio partis offensa, vel reseruato iure ciuilitate agendi.
- 5 Compositio, quando persona offensa est incognita admittitur, sine remissione; vel quando delictum fuerit commissum in rixa, et pars offensa fuerit pluries requisita, vel si ipsa pars offensa fuisse causa rixae.
- 6 Episcopus facit gratiam de omnibus delictis, cu sit maior Praefecto pratorio.

C A P. III.

**N**ullo modo compositio fieri potest, nisi pars fuerit prius concordata, l. i. C. de praecib. Imper. offeren. Marant. de ordin. iud. 6. par. tit. inquisitio num. 56. & facta non valet, nec delinquenti suffragatur, Carait. rit. 273. n. 1. & seq. & n. 5. Grilland. dict. verb. compositio, q. 5. & q. 6. cum alijs adductis per Modern. Rom. q. 5. numero 11. Cauale. de Brach. reg. par. 4. num. 205. vbi subdit, quod Princeps aliter faciens peccat mortaliter, latissime Farinacc. consil. 46. per totum, quia possent sequi mille scandala, vt per Couar. variar. resolution. libro 2. cap. 10. num. 4. Cauale. dict. par. 4. num. 206. Capoblan. de auctor. rit. Baron. pragmat. 6. num. 28. Et ego late dixi in tractat. de Pac. quaest. 38. per tot. vbi etiam tenui, num. 32 post Baiard. q. 59. numero 43. vt si non teneat respectu partis, nec etiam teneat respectu Fisci, licet deinde inuenerim, quod Cauale. dicta p. 4. num. 205. in fin. teneat, q. respectu poenae applicandae fisco, valeat compositio, quamuis ab initio aliquo respectu fuerit nulla.

2 Et in tantum non tenet compositio respectu partis, sine illius consensu; vt non sufficiat, si pars habuerit scientiam de dicta compositione, & non reclamauerit, & sic non sufficiat tacitus consensus, sed requiratur consensus expressus, Carait. ritu. 272. numero 20. & seq. vbi plus tuetur contra Luc. de Penn. in leg. 1. C. de desertor. libro duodecimo, quod non sufficiat, si fuerit parti ante compositionem praefixus terminus ad querelandum, & contradicendum, & nihil contradixerit, vt adhuc compositio non teneat sine expresso consensu partis, & sequitur Modern. Roman. d. quaest. 5. num. 11. & non debet gratia, vel compositio approbati antequam constet de remissione partis, gloss. in cap. qui scandalizauerit, de reg. iur. Fab. a Mont. Leon. in Practic. arbitr. p. 5. nu. 13. fol. 370. Cauale. de Brach. reg. p. 4. n. 207. vers. porro.

Quae remissio non solum potest probari per in-

Tomus Secundus.

strumentum, sed etiam per testes, Nell. de bannit. 3. p. 2. temp. num. 19. quaest. 38.

Et quamuis aliqua consuetudo extaret in contrarium, vt debeat probari per instrumentum, vt Neapoli. Carait. rit. 275. num. 15. & seq. & Mediolani, vt per Iul. Clar. q. 58. vers. scias etiam, non debet detrahi ad alia loca, vbi non vigeret talis consuetudo, Farinacc. d. quaest. 5. numero 11. vers. sublimita primo, & ego late dixi in dict. tractat. de pac. parte prima, quaestione 38.

3 Et compositio sine partis consensu secuta non nocet eidem parti, vt non possit contra gratiatum ad condemnationem, & ad torturam deueniri, & causa criminaliter non expediri, vt late dixi supra in Defens. 30. cap. 6. & Cauale. de Brach. reg. par. 4. num. 207. vbi alios allegat.

4 Si vero aliquando videatur Principi causam sopire per compositionem, debet rescribere: sine prauiudicio partis offensa, l. fin. C. de sent. pass. l. rescripta, in fin. C. de precib. Imper. offeren. Boss. tit. de poen. temp. ex sol. clemen. Princip. numer. 23. & seq. Plot. conf. 78. num. 32. Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 20. nu. 8. Baiard. quaest. 59. n. 52. & seq. vbi alios allegat, decif. Auenion. 47. nu. 1. & seq. Theaur. decif. 21. nu. 3. Cauale. de Brach. reg. p. 4. nu. 207. Farinacc. consil. 27. num. 19. vbi refert fuisse illum admissum ad compositionem in scutis mille, reseruato parti iure ciuilitate agendi: quia facta fuerat compositio sine remissione & consensu partis, licet non videatur conueniens relinquere accusatorem, postquam fuit defatigatus in multis expensis in fabricatione processus, & postquam Camera burfam impleuit, quia deinde sine auxilio, & brachio Fisci, aut eius causa efficitur immortalis, aut in ea succubit, & an per rescriptum principis, tollatur portio debita inuentori; vel alijs exploratoribus Cauale. de Brach. reg. p. 4. nu. 228. distinguit, quod si rescriptum sit simpliciter, *habbia gratia*, intelligatur sine prauiudicio tertij, si vero sit, *che habbia gratia libera*, intelligatur diuis tertij sublatum, & ibi ponit si diceretur, *per qualunque rescritto non intendiamo pregiudicare alla parte dell'inuentori*.

5 Bene verum est, quod in aliquibus casibus admittitur compositio, etiam non habita remissione partis, neque ea concordata, vt si offensus fuerit incognitus, Carait. rit. 728. nu. 18. vbi tamen docet quid isto casu feruetur in illo Regno, Cauale. d. p. 4. nu. 208.

Et ego dixi in tract. de Pac. p. 1. q. 38.

Item si casualiter delictum fuerit secutum, & pars offensa fuerit requisita & obstinate recusauerit praestare consensum, poterit concedi compositio, etiam non secuto consensu partis, leg. 2. §. item vanus, ff. de acqu. plu. arcend. Cauale. d. p. 4. nu. 208.

Ac etiam si pars offensa damni causam, vel offensa dedisset, c. damnum, de reg. iur. in 6. l. qui occidit, §. fin. ff. ad l. Aquil. Cauale. d. p. 4. nu. 208. in fin.

6 Et Episcopus potest etiam facere gratiam de omnibus delictis de consuetudine, & ad maiorem cautelam Vicarij apponunt in sententia illam clausulam salua moderatione episcopi, late Prax. Archiep. Neapol. c. 49. per totam, & ibi in Annotat. tuetur procedere etiam de iure communi, cum sit maior Praefecto pratorio, & alijs ciuitatibus recognoscentibus superiorem, & dicatur illustis, & habeat merum, & mixtum imperium.



Damna, & interesse quomodo taxari, & estimari debeant.

## S V M M A R I V M.

- 1 Actio duplex ex quolibet delicto oritur, una pro interesse Reipublicæ altera pro interesse partis aduersæ.
- 2 Pars offensa potest agere ad interesse pecuniarium, & ad satisfactionem honorariam, ac etiam hæredes offensi.
- 3 Hæredes possunt agere ad estimationem operarum, quas occisus potuisset toto tempore vitæ suæ exercere, & tempus erit limitandum ad 60. annos.
- 4 Pars offensa, si fuerit effecta inhabilis, potest petere interesse; & si non fuerit effecta inhabilis, potest petere expensas in medicinas factas, & operas amissas in infirmitate.
- 5 Testis falsum, dicens tenetur de interesse illius, contra quem deposuit.
- 6 Lucrum cessans tunc debetur, quando fuisset certum: secus si in aere, & an spe remotissima.
- 7 Interesse, & expensa quomodo taxari debeant, & an deferatur iuramentum ante, vel post iudicis taxationem.
- 8 Interesse in equo, vel in alia specie, probabitur per communem estimationem.
- 9 Iuramentum in litem quando detur pro estimatione interesse, operis, & aliarum qualitatū, & qui hæredes possint iurare.
- 10 Homicidium commissum ad defensam operatur, vt homicida non teneatur ad damna, & interesse.
- 11 Damna, & interesse peti possunt per partem, quamuis pacem fecerit, & quamuis offendens fuerit condigna punitus pena.
- 12 Actio ad damna, & interesse est perpetua, & interesse per unum soluto, alij liberantur.
- 13 Damna, et interesse quomodo petantur: et sententia super eis quomodo ferri debeat.
- 14 Membrorum estimatio non admittitur, quia corpus liberum non recipit estimationem.
- 15 Vulneratus in facie cum cicatrice non agit ad interesse, nisi fuerit seruus, vel mulier, vel ageretur de animali vulnerato in facie.
- 16 Satisfactio iniuriarum potest dupliciter peti, aut per estimationem pecuniariam, aut per aliam satisfactionem honorariam, cauendo palinodiam.
- 17 Satisfactio honoraria quomodo fieri debeat.
- 18 Satisfactio honoraria in foro exteriori non est in usu, sed tantum in foro spirituali; et in omnem casum non debet committi, nisi per Principem non recognoscentem superiorum: vel per iudicem habentem brachium regium.
- 19 Satisfactio in adulterio, stupro, et alijs similibus delictis, ac in diffamatione extrajudiciali in foro Poli quomodo sit facienda, remissive.

## C A P. IV.

**C**um ex quolibet delicto, ultra publicam vindictam, oriatur actio in factum ad interesse, vel damnum parti applicandum, l. qui nomine vbi Bart. ff. de fals. interdum, §. furem, vbi Bart. ff. de furt. Vinc. de Franc. decil. 460. numer. 2. vbi ponit hoc pro regula, vt vbiicumque oriatur actio criminalis ad pœnam, oriatur actio in factum ad interesse, & latè Anton.

Gomez. titul. de delict. cap. 3. num. 37. Petr. Caballin. cal. 248. numer. 44. cent. 3. Idem pars offensa, siue eius hæredes possunt agere aduersus offendentem ad interesse pecuniarium, & ad satisfactionem honoraria; & circa interesse pecuniarium erit habenda ratio de damno emergente, & lucro cessante: vt si vulneratus non potuerit artem suam exercere, Clarus in §. iniuria, versic. sed numquid, vbi Balard. numero 43. qui adducit Conar. var. resolut. cap. 10. num. 7. Cauale. de Brach. reg. parte 4. num. 209.

2 Et pro quocumque interesse occasione homicidij contingente, Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 3. numero 37. latè Rebell. in tract. de obligat. iustit. parte prima, libro 3. quæstione 13. per totum, & quod veniant expressè, & operæ quibus quis caret, & cariturus est; Vincet. de Franc. decil. 460. numero quarto, vbi alios allegat.

3 Et quod hæredes possint agere ad estimationem operarum, quas occisus potuisset toto tempore vitæ suæ exercere, post Speculat. & Abbat. Roland. conf. 39. num. 10. vol. 3. vbi alios allegat, Marfil. singul. 575 Gomez. dicto cap. 3. num. 37. & cap. 6. numer. 9. Grat. consil. 9. numero 12. vol. 2. Farinae. consil. 3. num. 8. & seqq. & quod actio ad interesse transeat ad hæredes Vincent. de Franc. decil. 460. num. 5.

Ac in estimatione operarum habetur ratio ad totum tempus, quo ille occisus potuisset vivere, & operari, iuxta l. hæreditatum, ff. ad leg. falcid. quæ est usque ad sexaginta annos, Grat. dicto consil. 91. num. 12. in fine, volum. 2. Anton. Gomez. dicto capitulo 3. sub num. 38. Plot. in l. si quando numer. 695. Roland. dicto consilio 39. numero decimo quarto, Marfil. Singul. 575. Idemque si remaneret claudus, vel debilitatus, iuxta iurâ adducta per Ant. Gomez. cap. 6. num. 9. in fin. vbi de comuniti.

Et hæredes Aduocati interfecti an possint agere ad interesse Aduocationis, vide Achill. decisione 365. per totum tit. de iureiurand. parte 1. Roland. dicto consil. 39. num. 11. & 13.

Sed isto casu non fieret condemnatio iuxta dictam l. hæreditatum: sed solum offendens tenetur quolibet anno dare offenso, quoad vixerit, pro illis operibus, quibus cariturus est, sic obligatio erit annua, vt declarat, Anton. Gom. d. cap. 6. num. 11. & ibi refert, quod Paris de Put. ita practicauit in facto.

4 Et si offensus non fuerit effectus inhabilis, tenetur offensor ad operas, quas, stante ægritudine, percussus amicus sit, habito respectu ad eius artem, Roland. d. conf. 39. num. 13. Gom. d. c. 6. num. 9. Ac ad expensas factas in medicinis, & curatione occisi usque ad mortem, Crauet. conf. 119. num. 5. Roland. d. consil. 39. num. 8. Gomez. dicto cap. 3. num. 37. vbi de comuniti, & cap. 6. num. 9. vbi loquitur in quolibet delicto, tam publico, quam priuato, Plot. consil. 78. num. 29. Grat. conf. 91. num. 12. volum. 2. Claud. Bertazzol. in consil. 16. num. 13. in litt. B. vbi firmat, quod debeantur iure merito, & iure optimo, latè Petr. Caball. cal. 249. nu. 44. & seqq. centur. 3. & latissime in foro conscientie Rebell. de obligat. iustit. part. 1. lib. 3. quæst. 13. ferè per totam, vbi sub num. 3. dicit, quod erit habenda ratio ad laborem, quem in lucrando subditurus erat, sed non subdit, nisi tamen eius esset ingenij, vt non minus molestè ferret otium, quam laborem.



- 5 Ac etiam, si quis falsum dixerit testimonium, vel persuaserit ad falsum testimonium dicendum, tenetur ad damna passa per ipsum, contra quem fuit commissa falsitas; dummodo tamen probetur, quod iudex secutus fuerit in sententia falsam depositionem testium, Felyn. in cap. canonum statuta, numero 42. de constit. & late per Sim. de Pretr. consil. 191. num. 11. ubi de communi, & num. 15. ubi etiam subdit, quod requiratur, ut lubricatio fuerit consummata, & non sufficeret, si fuerit solum tentata.
- 6 Sed causa defensor aduertat, quod tunc pro lucro cessante tenetur offendens ad interesse, quando esset lucrum certum, vel quasi, secus si in aere, & in spe remotissima, Bertazz. consil. 16. num. 13. decis. Ianuen. 139. num. 8. sed bene probabitur, istud lucrum cessans per coniecturas, d. decis. Ianuen. 139. num. 9. Claud. Bertazz. in d. consil. 16. in prima addit. cum dicatur simile interesse difficilius probationis, late Sim. de Pretr. consil. 146. num. 1. & seqq.
- 7 Et etiam probabitur per iuramentum circa damna, & expensas, praecedente taxatione iudicis, Couar. var. resolut. cap. 10. num. 7.
- Et sic primo debet precedere taxatio iudicis, & deinde sequi iuramentum partis, Doct. adducti per Adden. ad Farinacc. in consil. 30. in litt. D. verbi altera fuit, Caualean. de brach. reg. p. 4. n. 30. Alij autem tenent, ut prius praecedere debeat iuramentum, deinde taxatio iudicis, ut est videre per Adden. ad Farinacc. in dicto consil. 30. in littera D.
- 8 Et in equo, re, vel alia in specie probabitur per communem estimationem, vel opinionem, & sic dicant testes, equum communiter fuisse venditum, vel emptum scilicet 25. & quod tanti ipsi emissent, non pro singulari pretio, sed pro communi, Sim. de Pretr. consil. 146. num. 4. & seqq. & ibi per totum consil. consuluit, quod in equo admittario, vel stallono, erit habenda ratio estimationis ad prolem generandam, & sub n. 7. firmat, quod si testes non deponerent de communi sed particulari estimatione, non probarent.
- 9 Ac etiam potest iurari in litem per haeredes interfecti pro estimatione interesse, ac operis, & super eorum qualitatibus, nec non per patrem, uxorem, & liberos interfecti, Plot. in l. si quando n. 695. in fin. & seq. ubi Iaf. n. 57. C. vnd. vi. Roland. consil. 39. n. 12. vol. 2. Bertazz. consil. 17. n. 1. qui loquuntur contra homicidam dolosum, secus contra culpofum, quia non iuratur in litem, sed fit estimatio per officium iudicis & probatur per testes, vel per alias legitimas probationes, Roland. d. consil. 39. nu. 12. Plot. d. l. si quando, num. 764. & 793. Bertazz. consil. 16. num. 14. & si per haeredes non posset iurari, quia essent infantes, iudex ex officio per exploratores, & commissarios se informabit, & damna, & interesse, ac expensas taxabit arbitrio boni viri, Plot. d. l. si quando, nu. 694. in fin. Roland. d. consil. 39. nu. 7. volum. 2. & tenetur etiam ad interesse animae occisi, ut pro eo fiant orationes, ieiunia, & elemosinae, iuxta facultates delinquentis, Mansuer. in pract. iud. Rubr. de expens. & intereis, numero decimosexto, quem sequitur Plot. in dicta l. si quando, num. 694. Rol. dicto consil. 39. numero sexto, & Plot. consil. 78. numero 29. ubi firmas, quod homicida tenetur orare pro anima interfecti, & illi fundare perpetuum annuversarium, vel elemosinam facere, secundum eius facultates, & qualitates, & pro inte-

teste animae potest etiam iurari in litem contra homicidam dolosum, gloss. in capitulo delictu, in versiculo cum iustis, ubi Abb. & alij de for. compet. vide latissime Rebell. in tractat. de obligat. iust. parte prima, libro tertio, quaestione decima quarta, per totam, ubi dicit, quid si interfectus fuerit infidelis, & an de necessitate, vel ad bene esse pro anima defuncti Christiani sint Missae, elemosinae, ieiunia, vel alia similia facienda.

Ac etiam iuratur solum in litem contra homicidam, & non contra eius haeredes, Bertazzol. consil. 16. num. 14. & quando iuratur in litem, debet prius plene, ac concludenter constare de delicto, Iaf. in l. final. ante fin. ff. de lit. iuran. In tantum, quod non sufficeret, si constaret de delicto per vnum testem tantum de visu; ita declarat, Plot. in d. l. si quando, num. 686. & num. 752. & seqq. Bertazzol. consilio 17. numero tertio, vide Mascard. de probation. conclusio. ne 470. num. 8. & 16. Et sic non poterit iurari in litem contra habitum pro confesso vigore statuti in contumaciam, Bertazzol. dicto consilio decimo septimo, numero septimo, & sequent.

10 Et si homicidium fuerit commissum ad defensionem, deducat Aduocatus, quod non teneatur ad damna, & interesse, Summ. Ang. in verb. restitutio, columna vndecima, versic. homicida, Gomez. cap. 3. num. 38. circa fin. sed solum tenetur ad aliquod interesse pro excessu, ut ibi praedicti firmant; sed latissime vide Rebell. in tract. de oblig. iust. p. 1. lib. 3. quaestione duodecima, per totam.

11 Quae damna, & interesse peti possunt, quamuis pars aduersa pacem fecerit, quia per pacem censentur remissa omnia, & rancores non autem damna, & interesse, Anton. Gomez. d. cap. 6. num. 13. Iul. Clar. q. 58. versic. scias in proposito, ubi late, & Riminald. iun. consil. 103. n. 48. de quo vide late in meo tract. de pace: & quamuis offendens fuerit condigna poena punitus Rebell. de oblig. iust. parte prima, libro 3. q. 13. numero tertio.

12 Et actio huiusmodi ad damna, & interesse est perpetua, Balb. de praescription. in 4. p. part. princ. versic. 1. ubi de magis communi, Roland. d. consil. 39. n. 15. volumine 2. post Foller. & alios; ubi firmat, quod licet actio iniuriarum anno tollatur, iuxta gloss. in lege conuitij, C. de iniur. tamen, quando descendit ex lege Cornelia, non finitur anno, sed est perpetua.

Bene verum est, quod interesse, vel damnum solutum per vnum correum liberat alios, Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 1. num. 88. versic. ex quo inferitur: de quo dixi in praecedenti defens.

13 Et petuntur ista damna, interesse, ac expensae principaliter per actionem in factum, & incidenter, l. qui nomine ff. de fals. Anton. Gomez. de del. c. 3. nu. 37. in fi. & cap. 6. numero 10. ubi declarat, quae nam actio competat, & quomodo experiri possit, vel iudex cognoicat incidenter de eis in causa criminali, iuxta doctrinam Barr. in l. interdum, §. qui furem, ff. de iurt. & l. solemus, §. latrunculator de iud. Roland. consil. 30. num. 2. vol. 2. Vnde de Franch. decisione 400. numero septimo, parte tertia.

Et tale interesse peti debet per partem; alias iudex non condemnabit reum ad illud praestandum.

Sed petitio potest esse incerta; cum illius certificatio pendeat, non a potestate actoris, sed a subtilitate iudi-



- judicis, est materia, §. curare in lit. de action. Ruin. consil. 29. columna 2. in princip. volumine 5. vbi de communi, & Roland. d. consil. 30. numero 19. in fin. volumine 2. qui etiam de communi tamen sententia super dictis interesse, damnis, & expensis, debet esse certa, & debent probari damna, & interesse antequam feratur sententia, Bar. in l. 2. de sent. quæ sine cert. quant. & omnes in l. certi conditio in princip. ff. si cert. pet. vt testatur Rol. d. consil. 30. numero 20. vol. 2. Nec valeret sententia, si diceretur, quod fieret declaratio damnorum, & interesse in executione sententiæ, gloss. in d. l. certi conditio in princ. Ruyn. consil. 29. columna prima, in fin. cum sequen. volumine quinto, Rol. d. consil. 30. numero 20. lib. 2. vbi respondet ad contraria.
- 14 Sed bene verum est, quod filij non possunt agere ad æstimationem membrorum, cicatricum, & corporis occisi patris, Crauet. consil. 116. num. 9. Plot. in d. l. si quando, num. 695. Roland. consil. 39. num. 3. columna 2. quia liberum corpus non recipit æstimationem, Bal. in l. non impossibile, num. 3. & ibi Castren. num. 7. de pact. Bertazz. consil. 16. numero 3. vol. 1. Achill. decil. 365. num. 1. & seq. tit. de injur. p. 1.
- 15 Nec si fuerit vulneratus in facie cum cicatrice, vel deformitate, potest agere ad interesse; cum nec etiam hoc recipiat æstimationem, l. fin. ff. de his, qui detecer. & effud. & ibi communiter Doct. vt firmat Anton. Gomez. cap. 6. num. 12. vbi tamen subdit, non procedere in seruo, animali, & in muliere; quia in eis cicatrix, & deformitas debet æstimari, Rebell. in tractat. de obligat. iustit. parte 1. lib. 3. quæst. 13. in princ. refert, quod cicatrix non recipiat æstimationem; sed sub nu. 1. firmat, quid in Regno Lusitanæ, & num. 2. & seqq. dicit, quod in foro conscientie maiori cum probabilitate debeatur, etiam si nullum aliud damnum sequeretur; & sub numero sexto, dicit, quod leges loquentes de cicatricis satisfactione non loquantur quoad forum conscientie.
- 16 Circa vero satisfactionem iniuriarum non est dubium, quod pars offensa possit agere ad æstimationem iniuriæ, & debet dicere, quod potius vellet amittere scuta centum ex suo patrimonio, vel ex sua substantia, quam talem iniuriam pati, Couar. var. resolut. capitulo decimo, numero 46. & Caualecan. de brach. reg. parte quarta, numero 219. dicit sublineri petitionem, etiam si nihil in bonis habeat, vel in tantam quantitatem saltem ratione honoris, post Afflic. & Menoch. casu 263. Vel potest etiam dicere, quod potius voluisset desinere habere dicta scuta centum quam dictam iniuriam pati, Anton. Gomez. de delict. capitulo sexto, numero septimo, Rim. iun. consil. 730. num. 44. & seqq. volum. 6. vbi docet an summa posita in libello debeat taxari præiuramento, Thesaur. decil. 8. numer. septimo, & seqq. declarat an possit sublineri libellus, & sententia circa æstimationem poenæ civilis, & poenæ criminalis pro interesse fisci. Sed caueant isti offensi, ne petant æstimationem iniuriæ in maiori summa, quæ sibi debeat, quia peccarent, vt firmat Caualecan. de Brach. reg. p. 4. num. 210. ver. at sunt.
- 17 Si vero petat satisfactionem honorariam, quam doctores appellant esse canere palinodiam obid, si fuerit iniuria verbalis, contrarijs verbis est faciendâ in eodem loco, & coram eisdem testibus tempestiue, si fieri potest, Plot. in l. si quando, n. 723. & seq. & in cõf. 131. n. 18. consil. crim. diuers. tom. 2. Claud. Bertazzol. consil. 307. volum. 2. latè Farinac. q. 103. nu. 71. Caualecan. de brach. reg. parte quarta, num. 210. versiculo, & respectu iniuriæ.
- Si vero iniuria fuerit actualis, vt puta, alapa, baculo, arundine illata, vel aliter, si a vili in nobilem fiat pro satisfactione offendens debet ire coram offenso cum laqueo ad collum, & genibus flexis petere veniam coram publico.
- Et idem si fiat iniuria Magistratui, immo multo magis, cum sit offensa persona publica, Paris de Put. de find. in verb. compositio, cap. 7. 8. & 9. Caualecan. d. p. 4. nu. 210. vers. vbi quando.
- Et seruatur in Hispania istud canere Palinodiam, teste Couarr. var. resolut. lib. 1. cap. 1. num. 2. Plac. epitom. delict. tit. 1. cap. 1. nu. 2. Pegu. decil. 13. nu. 18. Sed talis satisfactio honoraria potest peti etiam vna cum interesse, vt concludit Farinac. q. 105. n. 77.
- Sed bene est inspicienda qualitas personæ offendentis, si fuerit prouocata, & si sit capax iniuriæ persona prouocata; nam infames non sunt capaces iniuriæ, Caualecan. de brach. reg. par. 2. numero 27. & par. 4. numero 310. licet prouocantes isto casu male faciant, & ad emendam damni teneantur, quamuis æstimatio non fiat iniuriæ, Abb. in capitulo secundo, numero primo, de iniur. & damni. dat. Ludou. Carbo. de rest. omn. rer. q. 87. cum in foro conscientie quis teneatur damnum remittere 23. n. 40. 41. Caualecan. d. p. 4. num. 211.
- Et caueat ne pars offensa recipiat vltra illud quod taxatum est, quia dans incurrit infamiam iuris, & recipiens infamiam facti, nisi iussu iudicis id fiat; Luc. de Pena. in l. 1. numero 111. C. de public. legit. Vulpell. de pac. quæst. 28. Hier. Giach. ad Clar. quæst. octava, Caualecan. de brach. reg. parte quarta, numero 211. numero 353.
- Ac etiam habebitur ratio an iniuria alios de parentela afficiat; quoniam omnibus interessatis erit danda satisfactio, Lex Cornelia in princ. ff. de iniur. & an includantur alij de agnatione vsque ad quartum gradum, relinquatur arbitrio iudicis, Menoc. cal. 261. Baiard. §. iniuria, nu. 37. & seqq. vbi latè, & alios allegat; & an iniuria facta colono, dicatur facta domino; vel facta vnico de Collegio, an censeatur facta toti Collegio, vbi allegat, Socc. in cap. cum olim, de iniur. & vide latè Paris de Put. in verbo compositio, cap. 8. num. 8. & seqq. vbi docet, quibus satisfactio sit faciendâ, & quod mortuo offenso, fieri debeat heredibus primo masculis, & deinde feminis, Marfil. consil. 215. num. 14. Caualecan. de brach. reg. parte quarta, numero 212.
- 18 Sed quia similis satisfactio honoraria potius spectat ad iudices spirituales, & Confessarios, vt est latè videre per Ludou. Carbon. de restitut. omn. rer. quæst. 16. 17. & 18. vt etiam refert Caualecan. de Brach. reg. parte 4. num. 210. in fine.
- Idem, cum temel de facto, habuerim huiusmodi articulum in Tribuiali Auditoris Camera, quia vnus Doctor de Prouincia Marchiæ petebat eam palinodiam ab alio Doctore a quo nonnullis verbis iniurijs fuerat affectus in publico consilio; licet fuerit super hoc diu controuersum, tandem fuit solutum deueniri inter ipsos ad concordiam, & pacem, mediantibus honorabilis



stis viris, & personis, & prout fuit executum, cum verè doctor, clericus, & alius nobilis sufficiat, vt petat veniam, nec tenetur recantare Palinodiam, Boer. conf. 4. nu. 4. Petr. à Plach. lib. 1. cap. 1. nu. 24. Ignat. Lopez. super cap. 66. Prax. Diaz. quidquid in contrarium dicat ipse Diaz. qui ab alijs reprobatur, Prax. Arch. Neap. c. 30. nu. 4. Farinacc. q. 105. nu. 75.

Et similis satisfactio honoraria pro restitutione honoris non potest iuberi per iudices ordinarios; cù restitutio honoris, & famæ, sit de reseruat. Principi non recognoscenti Superiorem Afflict. in tit. quæ sint regal. in princip. nu. 4. Castren. in l. licitatio, ff. de public. & vestig. Ceph. conf. 58. nu. 67. vol. 1. Cauale. de Brach. reg. p. 4. nu. 210. vers. at iudices, vbi subdit: & ob id iudex habens brachium regium cum vices Principis gerat, potest arctare iniuriam ad restitutionem famæ, & honoris, prout etiam dixit in 5. part. numero 30.

- 19 Et si vis ad plenum scire circa restitutionem famæ, & honoris, in stupro, in adulterio, in diffamatione extraiudiciali, & de similibus in foro Poli, quando & quomodo sit faciendâ, nouissimè habemus eruditissimum Rebell. in suo doctissimo, & elegantissimo tractatu de obligation. iustit. lib. 3. per totum, & lib. 4. etiam per totum p. 1.

Compositio quos effectus producat.

S V M M A R I V M.

- 1 Compositio an inducat confessionem delicti.
- 2 Compositio operatur, vt qui semel composuit pro delicto non possit iterum molestari, etiam si superuenerint noua indicia.

C A P. V.

1 **S**Olet dubitari inter Doctores, an, ex compositione facta cum Curia, & Fisco resultet confessio contra componentem, de quo dixi supra in Defensione circa confessionem 33. cap. 15. nu. 3. vbi etiam docui quomodo sit componendum, ne inducat confessionem, vt fiat ad se eximendum, & liberandum à molestijs Curia, & Fisci, & non ad cõsistendum delictum, vbi Aduocatus videre poterit.

2 Sed sciat Aduocatus deducere, quod compositio succedat loco pœnæ delicti, cum fisco applicetur, text. in l. Senatus, §. si quis declarat, & §. seq. ff. de iur. fisc. l. si eum, §. qui iniuriam, ff. si quis caut. l. donare, §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. Par. de Put. in verb. compositio, cap. 1. nu. 6. cap. 4. num. 2. cap. 5. num. 3. Grilland. tit. de composit. quæst. 1. nu. 1. q. 6. num. 1. Carait. rit. 272. nu. 10. Et ob id, sicut semel condemnatus non potest amplius molestari, nec per accusationem, nec per inquisitionem, dummodo pars aduersa fuerit concordata, Par. de Put. dict. cap. 1. & 5. Fab. à Mont. Leon. in Pract. Arbit. in 7. quæst. vlt. p. 5. par. principal. nu. 1. & seqq. vbi sub nu. 11. plus firmat, quod nec iudex, qui ad compositionem reum admittit, pœnitere potest, nec audiri possit, si recusaret pœnam compositam recipere, & ob id, ad tollendam omnem difficultatem, reus faciat depositum de pœna composita, & illud intimet iudici; quia erit prorsus tunc ab omni alia pœna liberatus, Fab. à Mont. Leon. vbi supra, & post eum Farinacc. quæstione 5. numero 4. in fin.

Nec minus poterit Reus molestari, secuta compositione, etiam si noua indicia superuenerint: quia licet per compositionem non absoluat Reus diffinitiuè vt innocens, tamen aboletur processus: & ideo semel abolita inquisitio, seu accusatio, per pœnam solutam per compositionem, non poterit amplius super ea inquiri, quicquid aliter dici possit per gratiam abolitionem, Farinacc. q. 5. nu. 4. in fin.

De quo dixi supra in secunda defensione, cap. 9. num. 8. & seqq.

D E F E N S I O X X X V.

Circa Sententiam.

Sententia in criminalibus an debeat esse conformis accusationi, inquisitioni, siue libello.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia debet esse conformis libello.
- 2 Clausula (super quibus) apposta in libello quid operetur.
- 3 Sententia in quibus subsistere possit quando non est conformis libello.
- 4 Sententia in criminalibus potest sustineri, etiam si non sit conformis accusationi, vel libello; siue agatur de delicto conexo, siue separato.
- 5 Cautela erit, ad tollendas omnes difficultates, vt faciat iudex addere qualitatem aggravantem in ipsa accusatione.
- 6 Qualitas delicti superueniens non nocet, nisi super ea Reus fuerit examinatus, & copiam dictæ qualitatis habuerit.

C A P. I.

1 **Q**ui firmant sententiam esse debere conformem libello, vel petitioni se fundant in l. fin. C. de fideicom. l. vt fundo, ff. comm. diuid. capit. licet Hely. de Simon. & conformitas consistit in tribus in re, causa, & actione, Bal. in l. 1. num. 11. C. si plures vn. sent. Bertazz. conf. 18. nu. 1. & nu. 5. vol. 1. Rim. lun. conf. 652. nu. 12. vol. 6. & Doct. admittunt istam conclusionem, tam in civilibus, quam in criminalibus, Felin. in d. cap. licet Hely. col. 6. in princ. nu. 18. vbi firmat, quod accusans cum sanguinis effusione si probet solum de percussione Reus, & absoluitur: & idem si accusator de vno loco vel tempore probet de alio loco, vel tempore, vt pro conclusione ponit Mazol. conf. 64. nu. 18. & seqq. vbi etiam respondet ad clausulam, super quibus, &c. vt illa operetur tantum, respectu narratorum in accusatione, vel libello, non autem respectu non narratorum, ex trad. per Dec. in l. petes nu. 5. C. de pact. in quibus, quod virtutes clausulæ super quibus, &c. omni meliori modo, &c. non extendantur ad non narrata, Arét. conf. 17. col. 4. Alex. conf. 121. in princ. lib. 1. Gram. decil. 19. nu. 1. Ant. Gabr. concl. 4. nu. 11. lib. 6. tit. de claus. Bert. d. conf. 18. nu. 8. & quod debeat esse conformis libello latè Card. Tusc. in litt. 3. conclus. 135. nu. 1. & per totam.

2 Sed Doctores contra istam conclusionem tradunt aliquas limitationes, quas seriatim, post alios, quos allegat, ponit Gram. d. decil. 19. nu. 7. & seqq. & precipue



cipue quando causa ageretur coram Pontifice, qui potest ultra petita pronunciare.

Idemque est coram Rege, vel in consistorio Principis, vel si ageretur coram iudice habente facultatem procedendi sola facti veritate inspecta, vel summarie, vel quando ex actis iudici constat esse plus actum, quam deductum esset in petitione, quia ex officio poterit super eo, quod fuit probatum, sententia-  
re.

Ac etiam idem fit, si sententia fuerit lata in re æquipollenti petitioni, vel si ageretur de his, quæ sunt post litem contestatam, quia in his ultra petita iudex pronuntiabit: vt de his omnibus tradit Grammat. in d. decil. 19. & latius multas alias declarationes, & illationes ponit, Card. Tuisch. in littera S, conclus. 135. per totam, & Mar. Ant. Maceraten. variar. resol. lib. 1. resol. 94. num. 13. & seqq. & multos casus recensuit, Misling. in §. curare in §. de Actionib.

Sed quia respiciunt causam criminalem.

4 In qua etiam Doctores videntur concludere, quod sit speciale, vt iudex possit in criminalibus imponere poenam ultra petita, & deducta in accusatione, Bald. in l. quid ergo, §. poena grauior, ff. de his, qui not. in fam. in prima l. et. sub nu. 4. 12. & seqq. Anto. Gomez. ut. de delict. cap. 11. num. 8. versiculo, vel aliter, vbi de communi, Misling. cent. 4. obseruat. 81. & latè Petrus Caball. cal. 173. num. 4. & seqq. Cauale. de brach. reg. p. 4. nu. 37. & p. 6. nu. 467. vbi subdit: & ob id, si libellus fuerit ineptus in criminalibus non nocebit, & maxime in iudice brachij regij, & ita seruari de c. inuetudine etiam firmat, vt si de delicto constet, possit Reus de eo condemnari, quamuis non fuerit prius deductum in accusatione, Clar. q. 90. num. 3. Decian. resp. 129. nu. 28. vol. 3. Baiard. q. 12. num. 5. qui omnes concludunt ex probationibus sequentibus omnia in accusatione posse suppleri in criminalibus, & quod non sit curandum de forma inquisitionis, & Caball. d. cal. 173. nu. 2. testatur de communi, & quod ipse ita vidit obseruari, prout ipse milles obseruauit, & sufficiat etiam quod qualitas aggrauans delictum ex iuris præsumptione ex narratis in libello percipiatur, prout solet communiter concludi Soc. cons. 188. libro 2. Clar. quæst. 90. vers. in hac autem materia, Cauale. de Brach. reg. p. 4. nu. 36. in princ. & quod sententia potius recipiat interpretationem a prosequitis quam a libello, Scaec. de Appell. q. 17. limit. 6. membr. 6. n. 60. & membr. 9. nu. 8. cal. 2.

Et dicunt procedere, siue agatur de delicto conexo, siue separato, Aug. ad Ang. de malef. in verbo qui Dominus Iudex nu. 6.

Et siue agatur per accusationem, siue per inquisitionem, Bald. in d. §. poena grauior. in repet. nu. 9. circa fin. & in l. si seuerior, num. 11. C. ex quib. caut. in fam. irrog. Ant. Gomez. dict. cap. 11. sub nu. 8. Clar. dicta q. 9. nu. 3. vers. in hac autem materia, Caball. dict. cal. 173. nu. 8. & seqq. vbi subdit post alios, quos allegat, vt procedat magis quando superueniret confessio rei super qualitate delicti, vel super delicto non deducto in ipsa accusatione, vt possit sequi condemnatio in poenam ordinariam.

5 Sed erit consultum iudici ad tollendas omnes, & quascunq; difficultates, vt faciat addere per partem, vel sitcom dictam qualitatem aggrauatam delictum, vel nouum delictum in ipsa accusatione, vel inquisi-

tionem, quia clauderetur os omnibus contrarijs, & dubitationibus, & optimis, & tutum remedium a Doctoribus appellatur, vt per Bart. in l. denunciasse, §. quid tamen sub nu. 5. ff. de adult. Ant. Gom. d. cap. 11. sub nu. 8. vers. item etiam quæro, Caball. d. cal. 173. numero 11.

Sed Aduocatus infurgat, quod licet ista qualitas delicti superueniret post accusationem, tamen non fuit super ea lis contestata cum reo, neque copia processus dictæ qualitatis sibi fuerit tradita, neque de ea reus notitiam habuerit, & ob id non potuisse sequi sententiam ultra deducta in accusatione Anton. Gomez. d. cap. 11. nu. 8. in princ. Gerard. Mazoli. cons. 64. nu. 19. versiculo tunc erit.

Et scio aliquando fuisse dubitatum hic in Curia, an sententia lata in quadam causa ipolerana super qualitate fracti verbi, vel fidei (quæ qualitas non fuerat deducta in accusatione super homicidio, sed solum superuenit postquam fuit transmissum monitorium vel citationem super dicto homicidio sine dicta qualitate, cum qua fuerat deinde delinquens positus in banno, & deinde citatus ad sententiam) teneret, & fuit conclusum affirmatiue, quia Reus potuerit habere notitiam explicitam de dicta qualitate verbi per ipsum bannum, vel per ipsam citationem ad sententiam, quamuis qualitas illa non fuerit deducta neque in citatione, vel monitorio de cuius resolutione, an fuerit legitime facta, dicam in secundo libro, vbi tractabo materiam sententiæ contumacialis.

Sed sciat iudex quod semper tutius erit, vt curet in conscientia ultra iudicia, & probationes, ac confessionem scire si reus sit vere delinquens, licet non debeat iudicare secundum conscientiam, sed secundum acta, & probata, vt bene in proposito firmat Cauale. de Brach. reg. par. 4. nu. 74. in fin. & maxime quando confessio fuerit extorta per tormenta, prout mihi contigit in quodam Rustico Spolentino, qui factus fuit se participem esse in quodam homicidio, & ego ex multis circumstantijs, & ex sua tumida natura in conscientia non eram tutus, quod esset dignus morte, ideo illum condemnaui ad trit. mes., & bene quia deinde habui a pluribus, quod vere non erat reus dicti homicidij.

Sententia, sine publicatione processus, an ferri possit.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Publicatio testium in multis locis sine partis citatione ipso iure intelligitur facta, transacto aliquo termino limitato.
- 2 Publicatio processus dicitur de ordine iudicij, & que requirantur ad ipsam publicationem.
- 3 Publicatio processus si fuerit denegata a iudice postquam petita fuit, non reddat sententiam nullam, sed est appellandum.
- 4 Publicatio processus offensui in criminalibus non est necessaria, quæ si fuerit denegata, reddat sententiam nullam, & maxime si testes fuerint examinati per alium iudicem diuersum ab illo, qui sententiam tulit, & ipse non viderit dictas attestaciones.
- 5 Gratia iuris pendente processu non potest obtinere processum sibi publicari ad effectum querelæ, nisi testes de falso.



C A P. II.

**C**ircumscriptis statutis existentibus in pluribus locis Italiae, ut absque alia solemnitate, vel sine partis instantia; testes ipso iure intelligantur publicati, transacto certo limitato tempore, ut firmat Cavalc. de testib. p. 4. nu. 124. in fin. publicatio processus dicitur de ordine iudicij, Marant. in specul. act. 11. p. 6. Stiat. in pract. cap. 28. num. 23. Doctor. in l. prolatam. C. de sent. Pract. Papien. in form. public. test. ubi etiam ponit requisita ad talem publicationem: & licet Menoch. de arb. q. 33. dicat magis communem opinionem esse, publicationem non esse de substantia iudicij; tamen, si a parte petatur, non potest omitti, Bar. in extravag. ad reprimendum in ver. & figura, Marant. in Specul. distinct. 9. num. 22. quem dicit ita esse intelligendum, & post Felin. Cavalcan. d. par. 4. num. 121. & seq. dicit, quod iudex, denegando dictam publicationem, faceret litem suam, & part. 5. nu. 132. sed non per hoc quod sententia sit nulla, quamvis fuerit petita late Moseatell. in sua pract. par. 6. glof. Partes. num. 10. & seqq. & ibi, Add. in litt. B, ubi concordantes allegat, & testatur de communi, Misng. cent. 4. obseruat. 52. ubi de crebriori sententia & ibi reddit rationem.

**B**ene verum est, quod, si non fuerit appellatum a denegatione publicationis processus, sententia valebit, Vant. de nullit. ex defect. process. num. 40. Alex. Stiat. in d. pract. cap. 38. nu. 3. quia, secundum magis communem opinionem, publicatio processus est de ordine iustitiae, & non de ordine formali iudicij, Innoc. in c. cum I, & A, ubi Felin. & alij Canonistae de re iud. Vant. d. cit. ex defect. process. num. 40. Et ideo valet sententia, si ab ea non fuerit appellatum: quamvis fuerit petita publicatio, Anch. conf. 53. Guid. Pap. q. 185. Misng. d. obseru. 52. cent. 4. Sed potest quandoque ante sententiam appellari, Bart. & alij in l. prolatum. C. de sent. interloc. omn. iud. Rip. rel. ponf. 1. nu. 3. de Constit. & Statut. Cavalc. d. par. 4. sub num. 121. & dixi supra in defens. 29. cap. 2.

**S**ed quicquid dici possit in civilibus, in criminalibus, autem publicatio processus offensivi est omnino necessaria adeo quod ille, cui non est decreta copia processus, neque est datus terminus defensionis, non possit condemnari, Clar. q. 6. in princ. Specul. in tit. de testib. §. 8. Cavalc. in tract. de testib. p. 4. nu. 124. ver. at in criminalibus, & in tract. de brach. reg. p. 4. nu. 230. dicit post alios quos allegat quod publicatio processus offensivi non sit de substantia etiam in crim. sed bene oblatio copia processus sic, & p. 5. nu. 133. ubi testatur quod ita practicatur, licet publicatio processus defensionis non sit de substantia; cum acta sint semper nota illi, coram quo facta sunt. Sed quidquid sit agendum circa processum defensionem dixi in defens. 29. cap. 20.

**E**oque magis, si processus non fuerit publicatus eidem iudici, qui tulit sententiam: quia testes essent examinati ab alio iudice, & ipsis testibus non lectis, neque visis, protulit sententiam, ut dicatur nulla, vel saltem veniat annullanda, ut post Ang. in l. prolatum. C. de sent. interloc. & Felyn. in cap. cum I, & A, nu. 3. de re iudic. Menoch. q. 33. num. 6.

**B**ene verum est, quod si quis fuerit quærelatus pendentem processu, & ante publicationem fuerit a Prin-

cipe ex gratia liberatus, non potest postea obtinere publicari processum: quia forsan velit arguere testes contra ipsum examinatos de falso; cum ordo fuerit præposteratus, Glof. in §. item si quis. Instic. de inutil. stipulat. & quia indulgentia Principis non potest in consequentiam trahi, cap. quod ob gratiam, de reg. iur. Et ita de anno 1598. Mantuae in contingentia facti obseruavit, Cavalc. ut ipse testatur in Practic. de testib. p. 4. nu. 123. ver. & in proposito: quod est notandum: quia quotidie euenit in facto.

Sententia an ferri possit contra reum, lite, cum eo non contestata.

S V M M A R I V M.

- 1 Litis contestatio requiritur, ut causa in iudicio deducta dicatur.
- 2 Lite non contestata in criminalibus, non potest ferri sententia diffinitiva.

C A P. III.

**Q**uia, sine litis contestatione, causa non dicitur deducta in iudicio; ideo iudex non potest super ea pronunciare, antequam lis sit cum ipso reo contestata, quando partes sunt presentes, Socc. reg. 240. nu. 2. Afflic. decis. 183. num. 8. And. Gayl. obseru. 74. nu. 14. & obseru. 75. n. 4. Sigism. Scacc. de iud. li. 1. cap. 103. nu. 8. ver. 8. operatur, & prius dixit in c. 96. nu. 17. & dixi supra in defens. 30. cap. 4. nu. 14. quod iudex non potest deuenire ad torturam, nisi lis fuerit cum reo contestata, ubi Doctores in puncto adduxi. Quomodo autem lis contestetur cum reo presente in criminalibus, dixi in Defens. 20. ca. 18. Si vero partes fuerint absentes, vide Scacc. cap. 93. nu. 3. ver. sed solus, de quo dicam in 2. libro, circa materiam contumacialem.

Sententia sine probationibus an valeat.

S V M M A R I V M.

- 1 Probationes non dicuntur de ordine substantiali iudicij, & ob id sententia sine probationibus valet.
- 2 Probationes in criminalibus sunt de substantia iudicij; et ob id sine probationibus sententia dicitur nulla.
- 3 Sententia est nulla in criminalibus, quando iudex se refert ad acta, et quando in actis nihil constat, vel si acta sint nulla.
- 4 Sententia est nulla in criminalibus, quando iudex voluit recipere probationes, et non recepit; quia testes fuerunt inducti, et iurati, et deinde non fuerunt examinati.

C A P. IV.

**L**icet in ista quaestione regula sit, quod probationes dicantur media causae, & de ordine iustitiae, & non de ordine substantiali iudicij, & ob id sententia sine probationibus dicatur solū iniusta, & iniqua, & contra ius litigatoris, & nō dicatur nulla, late Alex. in l. praesens, nu. 1. & seqq. de re iudicat. & quod ita sepe iudicauit Consilium Neapolitanum testatur Afflic. decis. 28. nu. 2. & 8. & decis. 39. nu. 6. in fin. & n. 7. & decis. 47. per totam; & ob id transeat in rem iudicatam, Vant. de nullit. ex defect. process. nu. 38. Flamin. Parisii in tract. de confident. qu. 64. num. 3. Scacc. de iu-



de iudicib. lib. 1. cap. 67. num. 198. sub vers. contraria sententia, vbi de communi, & quod ita in facto obtinuit; & de magis communi testatur Cardin. Tusch. in litt. S. concl. 49. num. 26. & sine examine testium sententia valeat, quia potest aliunde sustineri nempe ex confessione ex iuribus, vel instrumentis. Muscatell. in sua pract. part. 6. glos. partes nu. 13. sed sub nu. 17. ait quod sententia erit nulla lata ex probationibus reprobatibus tamen in criminalibus probationes sunt de ordine substantiali iudicij: quia, vt vidimus, requiritur accusatio; diffamatio, vel quid simile. Item vidimus, quod reus non potest examinari, neque connumerari inter reos, nisi precedant iudicia; nec minus potest torqueri, nisi etiam precedant legitima iudicia; & ob id, si proptus nullæ probationes præcesserint, sententia non solum erit iniusta, & iniqua, sed etiam nulla, ex suprascripta communi opinione; & de magis communi post alios, quos allegat, firmat Ant. Gabriel. lib. 2. tit. de sent. conclus. 9. nu. 5. licet sub n. 2. prius deduxerit Doctores contrarium tenentes, & tradit Scacc. d. cap. 97. nu. 198. sub vers. 2. respondeo, lib. 1. de iudic. Et quod probationes in criminalibus sint de substantia iudicij: quicquid variè Doct. loquatur in ciuilibus, tradit Ant. Gabr. d. tit. de sent. conclus. 9. nu. 13. post Socc. jun. conf. 38. nu. 29. lib. 2. Ruin. conf. 68. nu. 6. lib. 5. Cauale. de brach. reg. p. 4. nu. 73. in fin. Scacc. d. c. 97. nu. 198. vers. 2. respondeo, lib. 1. de iudic. Farinae. conf. 5. nu. 106.

3. Eoque magis erit nulla, quando iudex se referret in sententia ad acta, & in actis nihil constaret, vel si acta essent nulla, quia tunc sententia erit etiam nulla ipso iure: vt de communi testatur Card. Tusch. in litt. S. 2. concl. 159. nu. 8. Ac etiam quando constat, quod iudex voluit recipere probationes, & non recepit: quia testes fuerunt inducti, & iurati, sed non fuerunt examinati tunc etiam sententia esset ipso iure nulla, Alex. conf. 105. num. 4. vers. nisi iudex. lib. 5. Card. Tusch. d. concl. 149. nu. 26. Si vero esset lata sine sufficientibus probationibus valeret, & trāsiret in iudicatum. Vant. de nullit. ex defect. procur. nu. 38. vbi de magis com. Scacc. cap. 93. nu. 23. vers. Bene verum. de iud. lib. 1.

#### Causa an sit exprimenda in sententia Criminali.

##### S V M M A R I V M.

- 1 Sententia non requirit, vt in ea exprimantur causas: sed sufficit, quod in ea contineatur absolutio, vel cōdemnatio.
- 2 Causa an exprimenda sit in sententia criminali, est magna altercatio inter Doctores: declarata tamen vt hic per Authorem.

##### C A P. V.

1 **R**egula est, quod in sententia ad eius validitatem non requiratur, vt iudex exprimat causas, & rationes, ex quibus mouetur ad sententiandum, cap. sunt, de re iudic. Specul. tit. de sent. prolat. §. qualiter. vers. verum si rationes, Doct. in l. properandum, §. illo proculdubio. C. de iudic. & in l. 2. §. ignominia, ff. de his, qui not. infam. Socc. Reg. 22. Card. Tusch. in litt. S. conclus. 145. nu. 6. vbi ponit hoc pro regula, & ibi per totam conclus. latè loquitur, ad quem lectorem remitto: quia cōcernunt materiam Ciuilem, & Socc.

in d. reg. 22. ponit 16. casus, in quibus debeat exprimi causa. Sed sufficit ad essentiam sententiæ, quod in ea contineatur absolutio, vel cōdemnatio, siue æquipollens. l. Præses. C. de sent. l. 1. & l. in summa. ff. de re iudic. Natt. conf. 415. num. 31. & seq. vbi subdit, quod cautius erit si iudex non exprimat causam, ne forte erroneam causam exprimat, quæ deinde sententiam vitaret, & ne calumnijs viam aperiat. Imò quod iudex fatuus reputetur, qui causam in sententia exprimat, & quatenus causam exprimere velit, iudex, pro honore, & decore suo conseruando, dicat se motum esse ex pluribus ex actis, & iure resultantibus, & maxime ex tali, & tali: quia tunc videtur non solum ex causis expressis moueri, sed etiam ex alijs, quæ tacetur, latè Moder. Roman. q. 17. n. 62. Cauale. de brach. reg. part. 4. num. 102. Si verò iudex expresserit plures causas, & vna esset falsa, altera vera, sententia subsistebitur ex illa vera, Rom. conf. 343. nu. 8. vbi Mādos. Anch. conf. 208. nu. 11. & seq. & de communi, Card. Tusch. in d. conclus. 145. dummodo tamen d. causa vera sit apta, vt idem Cardin. Tusch. ibi num. 1. testatur, & iudex reformando primam sententiam ex vera causa implicita in processu dicitur iuste facere ad latè tradita per Vinc. de Branch. decif. 664. per totam p. 4. vbi etiam firmat, quod sententia in causa appellationis erit ex d. noua causa reformanda, & quod nihilominus d. sententiæ dicantur cōformes.

2. Tamen in criminalibus est magna inter Doct. altercatio; & quicquid de iure dici possit, Alberic. in l. properandum. §. illo, n. 34. & seq. de iud. dicit, quod continue seruetur in facto quod causa inferatur in sententia criminali, vt firmat lul. Clar. q. 93. nu. 2. videlicet dicatur, quod N. fuit accusatus de tali maleficio, & nobis constat per testes, vel per eius confessionem, quod ipse maleficium commisit; ideo illum cōdemnamus; vel è conuerso, quia repertus fuit innocens, ideo illum absoluiamus. Et dictum Alberici sequitur Aug. ad Ang. de malef. in verb. & quia nobis, nu. 4. subdens quod si ista sunt in obseruantia, non recedamus ab ipsis, & quod in criminalibus ita exprimat causa post Socc. in reg. 244. in 1. fallent. Bajar. d. qu. 93. num. 5. & Hier. Grachan addit. etiam in litt. B. in fin. Card. Tusch. in litt. S. concl. 145. nu. 9. Bertazzol. cōsil. 69. num. 12. vol. 1. Sed lul. Clar. ibi dicit quod Mediolani non seruetur talis practica, nisi quando reus cōdemnatur in contumaciam; si verò fuerit præsens, solum dicatur; vito processu, cōdemnamus, vel absoluiamus; & sententia valet, & tenet. In Curia autem Romana in vtroque casu exprimitur talis causa: quia fuit repertus culpabilis, & de iure punibilis super tali delicto, & ideo illum fore, & esse cōdemnandum in tali pœna prout cōdemnamus, & pro cōdemnato haberi volumus vel è conuerso: non repertum de iure punibilem absoluiamus, & liberamus, quando fertur sententia in præsentem, & semper presumitur lata ex causa, quæ ex actis apparet, Alex. cōf. 12. nu. 5. lib. 7. & quando non est bene certa, certificatur ex processu, & ex actis probatorijs, Alex. d. cōf. 12. nu. 4. Card. Tusch. in litt. S. concl. 125. nu. 1. & seq. Sed bene verum est, quod sententia debet continere cōdemnationem, vel absolutionem, alias non valeret, Castren. cōf. 16. num. 7. lib. 1. Fugos. cōf. 217. in princ. Anch. conf. 268. nu. 3. Alex. cōf. 123. in princ. lib. 2. Card. Tusch. in litt. S. conclus. 132. n. 1. & sub. n. 7. etiam



etiam firmat, quod sufficiat, ut per æquipollens continetur condemnationem, vel absolutionem, puta, si iudex declarat reum debitorem, censetur illum condemnasse, si non debitorem, censetur illum absoluisse, & adducit Castren. in cons. 275. colum. 1. versum quia lib. 1.

Sententia lata ex falsis testibus vel falsis probationibus an valeat.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia lata ex falsis testibus, vel instrumentis an valeat, remissive: distingue tamen ut hic per Authorem.
- 2 Sententia lata ex falsis testibus, & probationibus, potest retractari, etiam si transierit in iudicatum: dummodo infra quadriennium agatur.
- 3 Sententia ex falsis probationibus potest retractari per viam quærelæ infra 20. annos.
- 4 Sententia, ut rescindatur ex falsis probationibus, requiritur quod non adsint alia probationes vere.
- 5 Sententia ut ex falsis probationibus infringatur, requiritur ut falsitas probetur aliunde, quam ex testibus, vel actis iam productis: sed si esset notoria falsitas in probationibus iam factis, erit super sedendum se executione sententiæ.
- 6 Falsitas deducta in primo iudicio, super qua fuit cognitum, non potest deduci iterum in secundo iudicio.
- 7 Sententia lata per sordes, & non per gratiam est ipso iure nulla: & quid si fuerint corrupti plures iudices in eadem causa.

C A P. VI.

**D**E ista questione tractant Doctores in diversis locis, & præcipue in l. falsum. C. si ex falsi instrum. Bart. & latè Alexand. in l. Diuus, ff. de re iudic. Canonist. in cap. licet de probat. Bos. in tit. si ex falsi instrum. vel testib. Capell. Tholos. decis. 282. post alios plures allegat, & in decis. seq. & Decian. in tract. cri. lib. 2. cap. 2. num. 20. dicit, quod de iure civili, non sit ipso iure nulla, sed per appellationem, & restitutionem in integrum veniat retractanda. tot. tit. si ex falsi instrum. Secus de iure Canonico, quia sit nulla absque alia appellatione, cap. accepimus. §. si. de fid. instrum. cap. cum olim. de priuil. cap. significantibus, de præcep. vulg. latè etiam Vant. de nullit. ex defect. process. num. 132. & seq. & post Cappel. Tholosan. in d. decis. 282. Cauale. in præf. de testib. p. 5. nu. 241. distinguendo dicit: aut sententiæ est lata contra præsentem, & tunc non sit ipso iure nulla, sed veniat retractanda per restitutionem in integrum, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, iuxta l. 1. in fi. ff. ex quib. caus. maior. non autem per restitutionem in integrum ex gratia Principis, iuxta l. duo fratres, ff. de pen. & l. 1. §. si quis ultro. ff. de quæst. Et differentia est inter vnam, & alteram restitutionem: quia illa ex clausula generali conceditur à Præsidente, altera vero ab ipso Principe, ut bene declarat Bos. tit. si ex falsi instrum. vel testib. num. 9. & seq.

Aut lata est sententia ex falsis instrumentis, vel testibus contra absentem dolo aduersarij, & tunc sententiæ dicitur ipso iure nulla, Vant. de nullit. ex defect. process. num. 133. sub vers. & est communis; aut sine dolo, & tunc veniat retractanda, ut supra dixi: eam-

dem distinctionem magistraliter ponit Alexan. in d. diuus nu. 1. latè Capell. Tholos. qu. 283. & ibi Aufred. in add. num. 1. dicit idem esset dicendum si esset lata contra ecclesiam.

Aut vero fuit lata per sordes, aut gratia tantum, si contra minorem, erit ipso iure nulla, si contra maiorem veniet rescindenda per restitutionem, ut post d. Cappel. Tholosan. vbi supra tradit Cauale. d. part. 5. num. 241. circa princip. & firmat etiam latè tradere Vant. de nullit. ex defect. process. num. 132. & seq. latè etiam Odd. de resit. in integr. quæst. 76. per totam, & sine dubio retractatur sententia lata ex falsis testibus, sicut lata ex falsis instrumentis, Hostiens. in sum. lib. 2. tit. de iudicat. numero 4.

Et sententia lata ex falsis testibus potest retractari, etiam si transierit in rem iudicatam, per l. quærelam, vbi Bar. & ceteri. C. de falsi. & per tex. in authent. de testib. §. quia vero, Speculat. de probat. §. videntur, nu. 25. latè Petr. de Surd. cons. 266. num. 1. vol. 2. & sequitur Cauale. de testib. p. 5. nu. 241. vers. & in tantum vbi subdit maximè procedere, quando non fuit cognitum de falsitate in primo iudicio ad effectum, ut non possit sequi sententia carens iuris probationibus, ut mox inferius dicam.

Sed huiusmodi remedium retractandi sententiam ex falsis testibus non competit sine restitutione, ut de communi testatur Iaf. in l. Diuus col. penult. de re iudic. quæ restitutio concedi debet ex dicta clausula generali, si qua mihi, &c. & peti debet infra quadriennium, Bos. tit. ex falsi instrum. vel testib. num. 8. Cauale. d. p. 5. nu. 241. circa fin. Vant. de nullit. ex defect. process. num. 134. & quod fiscus etiam possit per viam quærelæ intra 20. annos d. sententiam reparare, Farinac. q. 101. nu. 42. Peregr. de iur. Fisc. libr. 7. tit. 4. nu. 10. & ego dixi in tract. de confisc. bon. conclus. 30. num. 4. & seq.

Tutius autem erit proponere aduersus sententiam, partem aduersam, ac contra Notarium, & contra testes, quærelam falsi quod fieri potest infra 20. annos: quia retractabitur, etiam si transierit in rem iudicatam, iuxta l. quærela. C. de falsi. & toto titulo, C. de falsi instrum. Bos. tit. si ex falsi instrum. vel testib. n. 1. 5. & seq. vbi etiam dicit, quod in nonnullis casibus posset agi vsque ad centum annos: & quod per viam quærelæ possit agi infra xx. annos, tenet etiam Cauale. d. part. 5. num. 251. in fin.

Et si quis velit in ista materia substinere sententiã, quæ prætendatur lata ex falsis testibus, vel falsis instrumentis, Aduocatus deducat, quod licet fuerint detecti aliqui testes falsi, vel instrumenta falsa, nihilominus adsunt in processu producta instrumenta, vel examinati testes, qui non sunt falsi: & ob id præsumitur, quod iudex dictam sententiam protulerit ex illis non falsis, Decis. Tholos. 282. in fi. & post alios, quos allegat, firmat Vant. de nullit. ex defect. process. num. 133. Simon. de Præt. cons. 191. nu. 11. Bertazzol. cons. 505. nu. 12. vbi alios concordantes allegat, vbi subdit, nec isto casu suspendatur decisio causæ, & quando iudex appellationis ex vera causa possit sententiam ex falsa causa latam confirmare, vide Scacc. in tract. de appellat. q. 11. num. 22. & seqq. Nisi probaretur quod propter falsa iudex motus fuisset ad sententiandum, Hostiens. in Sum. libro 2. tit. de re iudic. numero 4. Sed si constaret, quod iudex motus fuerit ad pronun-

cian-



crandum non ex illis falsis testibus sententia valebit  
Alex. in l. diuers. nu. 4. ff. de re iud.

5 Et in hac materia sciendum est, vt agi possit de falso aduersus sententiam latam ex falsis instrumentis, & ex falsis testibus, requiratur, quod aliunde coadiuuetur, vel probetur falsitas, & non sufficiat deducere falsitatem ex sola suspitione resultantem ex inspectione instrumenti, vel ex lectura depositionum testium, sed requirantur alie probationes extrinsecæ, vt bene declarat Boss. d. tit. si ex fals. instrum. vel testib. num. 3. vbi maximè procedere dicit, quando ageretur de sententia lata in causa criminali, vel capitali fundata super falsis testibus: quia non solum poterit retractari, sed etiam diceretur nulla. Sed Cauale. d. part. 5. n. 241. vers. sed si falsitas, cõcludit, quod, si appareret de falsitate notoria ex ipsis testibus, sententia non erit executioni demandanda: quod omnino puto verum prout, ibi, dicit, quod sententia retardabitur quoad eius executionem, quando disputaretur super exceptionibus oppositis contra testes; & quid, si fuerit lata ex collusionem Aduocati, vel procuratoris, vide Vat. de nullit. ex defect. process. nu. 140. Cauale. in fragm. fragm. 99. & talis sententia lata ex falsis testibus nunquam transit in iudicatum, vel saltem per restitutionem in integrum rescinditur, l. 1. & tot. tit. c. si ex fals. instrum. latè Vrsill. ad Affict. decis. 266. & Moscatell. in pract. de appellat. par. 3. in Glossa. instantia, nu. 38.

6 Atque etiam sciendum est in ista quæstione, quod, si fuerit cognitum de falsitate in primo iudicio contra personas testiũ, & notarij ad damna, & interesse, & non ad retractandam sententiam contra principalem, non obstabit quin possit agi aduersus dictam sententiam in alio iudicio, Boss. d. tit. si ex fals. instrum. vel testib. num. 1. & seq. qui declarat tex. in l. 1. in fin. C. de fid. instrum. vt si in iudicio ciuili fuerat oppositũ contra instrumentum esse de falso suspectum, iuxta l. iubemus. C. de probat. & dicta exceptione non obstantem, fuerit lata sententia, poterit iterum obijci de falsitate illius instrumenti principaliter, & sententia veniret retractanda. Secus si fuisset in primo iudicio cognitum etiam principaliter de falsitate cõtra testes, notarium, & partem simul: quia vt aliquando causæ finem habeant, amplius opponens de falsitate non audiretur; cum prima quæstio fuerit præiudicialis secundæ quæstioni, vel secundo iudicio, Alexan. in l. diuers. nu. 4. in princ. ff. de re iudicat. & post Boss. d. tit. si ex fals. instrum. nu. 1. & 2. etiam firmat Cauale. de testib. p. 5. nu. 240. sed erit appellandum à d. prima sententia Hostiens. in tom. lib. 2. tit. de re iudic. num. 4.

Quod non contingit, quando fuit crimen falsi vtilitatum ad alium finem, & sic ad damna, & interesse, vt supra dixi, vel si cum teste tantum, vel cõ notarios quia non potuit talis quæstio nocere parti, quæ sententiam obtinuit, nec etiam Fisco: & ob id sententiæ executio non suspenditur, idem Cauale. vbi supra, & in eadem pract. de testib. p. 2. nu. 62. in lit. O. Ad quod Aduocatus animaduertere debet, quomodo primum iudicium fuerit intentatum, vt valeat suspendere executionem sententiæ ad favorem sui clientis.

Sed in proposito quæri solet an impugnans sententiam ex falsis testibus teneatur probare vtrumque, nempe testes esse falsos, nec non fuisse corruptos; Bertazzol. cons. 505. nu. 14. vbi alios allegat, & testatur de communi, quod teneatur probare vtrumque

sed Iul. Clar. in §. falsum nu. 13. vbi de communi post alios, quos allegat, tenent, quod sufficiat probare solũ, quod falsum dixerint, absque eo quod probetur fuisse pecunia, vel alio modo corruptos, Hostiens. in Sum. de re iudicat. numer. 4. vbi tamen subdit nisi ex certa scientia se astrinxerit ad vtrumque probandum, & ibi docet quomodo probabitur testes falsũ dixisse, Capell. Tholos. decis. 288. Nisi tamen in vna oratione, vel in vno capitulo vtrumque sit capitulatum, quia vtrumque erit probandum; secus si in diuersis capitulis, Capell. Tholos. d. decis. 284. & refert Cauale. d. par. 5. nu. 241. vers. distinguendo pariter. Quam distinctionem non admittit, Iul. Clar. d. falsum num. 13. in fine etiam si copulatiue vtrumque fuerit deductum, adhuc sufficit alterum probare, & ibi testatur de communi, Hier. Cyual. Hytspan. in tract. com. contra com. qu. 178. firmat hanc esse veriore opinionem, & in practica obseruatam, & idem, Clar. in d. §. falsum sub nu. 14. latè ponit quid, si fuerit tantum probatum testes accepisse pecunias, absque quod probetur falsum dixisse, vbi videtur concludere, posse iudicem testes torquere super falsitate principalis depositionis, & illos punire extraordinarie: quia turpiter acceperint pecunias, vide latè Menoch. de Arb. cap. 310. & Aufred. in d. decis. Tholos. 283. & ipsa decis. 285. & ibi etiam Aufred. qui tamen limitat sub nu. 5. & seq. quando testis accepisset palam pecunias vt diceret veritatem.

7 Et, si in quærela adesset clausula, non se adstringens, prout poni solet, non teneretur probare vtrumque, sed sufficeret probare testes esse falsos, Mascard. de probat. conclus. 36. nu. 2. Baiard. d. §. falsum, nu. 63. Et sententia lata munere, vel prætio, quod sit nulla, latè Caball. cas. 195. nu. 8. Et quod ipso iure si nulla, si per sordes, secus si per gratiam, Decian. in Tract. crim. tom. 2. lib. 8. cap. 39. nu. 29. vbi tamen quærit, si plures fuerint iudices, & vnus tantũ fuerit corruptus, vt sententia valeat, declarando tamen, vt ibi per eũ: & sub num. 29. dicit quod isto casu iudex corruptus non poterit denuo pronunciare, & an incidat in poenam falsi si quis vtatur sententia obtemperta ex falsis testibus, Cauale. de brach. reg. p. 6. nu. 477. ex traditis per Clar. §. falsum, nu. 33. tenet partem negatiuam.

### Sententia lata, nemine petente, an valeat.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Sententia lata, nemine instante, est nulla ipso iure, etiam si in actis reperiat, & etiam si partes essent presentes, & etiam si partes inuicem citare fecerint, sed neutra in termino citationis comparuerit, & etiam quando iudex monuit partes pro alia die, & hora, & nulla earum comparuit.
- 2 Sententia lata in criminalibus contra confessum sustinetur, etiam nemine instante.
- 3 Sententia in criminalibus, nemine instante, an sustineatur.
- 4 Sententia vnus iudicis diuersi territorij non potest executi per alterum iudicem diuersi territorij nisi ad instantiam illius iudicis, qui tulit sententiam, nisi aliter de consuetudine seruetur.

#### C A P. VII.

- 1 Si nemine petente, lata fuerit sententia, est nulla; cum iudex non possit sententiare, si partes non pe-



petant, vel altera eorum, Ang. conf. 267. num. 2. vers. quod autem, & in l. si quis libertatem. §. quoties, nu. 4. ff. de pet. hered. Anchar. conf. 167. nu. 4. vbi firmat, qd sit ipso iure nulla, etiam si in actis reperitur lata, sed nō reperitur, qd ad instātia alicuius partis lata fuerit, Doct. in l. properandum C. de iudic. Bal. in l. 1. C. vt quæ desūt Aduocat. & in cōf. 61. lib. 6. Anch. cōf. 166. col. 1. Card. Tusch. in lit. S. concl. 137. nu. 2. vbi subdit; & ob id inoleuit practica, vt petatur semper sententiam ferri, Vant. de nullit. ex defect. process. num. 90. Roman. sing. 570. Et debet ex actis apparere, quod fuit lata ad instantiam partis, Marant. de ordin. iudic. part. 6. vers. actorum editio, num. 10. Bolog. consil. 31. numero 2.

Imo non valeret sententia, etiam si partes essent præsentes, si nemine petente, feratur, Ang. d. consil. 267. num. 2. Et etiam si partes inuicem citari fecerint, sed neutra in termino citationis comparuerit; quia citatio circumducitur, Cuman. conf. 7. nume. 10. vers. nam manifestum, Et etiā si iudex monuit ambas partes pro certa die, & hora: quia, nemine comparente, circumducitur, nec potest allegari aliqua mora, vel contumacia, Alex. conf. 100. num. 7. vers. nec in sisto, lib. 5. Idemque erit, si actor non comparuit in termino, & minime accusauit contumaciā rei citati, & non comparentis; & ob id non possit dici contumax reus, Alex. conf. 100. num. 5. & seq. vers. quod autem non fuerit, lib. 5. Card. Tusch. d. concl. 137. num. 3. & seq. vbi ponit aliquas limitationes concernētes causas ciuiles; sed solum quoad criminalitatem, quod, si feratur contra confessum, etiam nemine petente, valeat sententia; cum tunc ordo sit, ordinem non seruare; & quia etiam posset dici, sententiam sustineri; quia Fiscus semper dicitur instare, & petere; quamuis expresse non consistat de instantia, & petitione expresse in actis, Iul. Clar. q. 10. vers. fin. & ibi Baiard. nu. 10. post alios, quos allegat, etiam dicit, quod semper intelligitur præsens & Roman. d. sing. 570. in fin. dicit, qd in causis Fiscalibus, vel concernentibus interesse Reipublicæ, iudex potest ferre sententiam, ex officio, & nemine postulante: & dicit esse textum notab. in l. 2. §. Senatus, ff. de iur. Fisc. & ibi Additos alios allegat, & dicit, quod in causis Fiscalibus iudex teneatur officium suum impartiri. Et contra confessum si iudex videat, quod instantia pereat, valeat sententia sine instantia partis. Bologn. conf. 34. nu. 2. vbi latē.

Et etiam sententia lata per vnum iudicem diuersi principis non potest exequi per alterum iudicem nisi ad instantiam, & petitiones iudicis, qui tulit sententiam vt latē dixi in prima Defens. capit. 16. & de crebriori sententia etiam testatur Mising. cent. 3. obseruat. 68. vbi subdit, quia de alieno processu quis non possit te introumittere, nisi requisitus & requisitus bene possit, quia representat imaginem iudicis, qui tulit sententiam ex doctrina Bal. in l. si. de edict. Adrian. tollend. Qui Mising. in fin. d. obseruat. 68. existimat verum nisi, vel statuto, vel consuetudine præscripta diuersum fuerit introductum, vel seruatum, & idem Mising. obseruat. seq. quærit si ipse executor posset etiam cognoscere, vel cognitio causæ ibi competat, vbi latē ponit quamdam distinctionem.

Sententia lata aliter, quam esset mens iudicis, dicitur nulla.

## S V M M A R I V M.

- 1 Sententia lata contra mentem iudicis, est ipso iure nulla; vt si voluit absoluere, reperitur quod condemnauerit.
- 2 Mens iudicis quomodo in proposito desumatur, & an ex motiuis per eum datis.

## C A P. VIII.

1 **S**i iudex voluit absoluere, & in sententia constat quod condemnauit, ipsa sententia est ipso iure nulla; cum aliud egerit, quam mēte cogitauerit, glōf. in l. quia arbitr. ff. de Arbitr. Federic. de Sent. conf. 51. & conf. 204. per Anchar. conf. 182. num. 3.

Cū sit regulare, quod non operetur sententia vltra intentionem iudicis, Bartol. in l. penult. in fin. ff. de incest. nupt. latē Cardin. Tusch. concl. 139. nu. 1. 5. & 7. in lit. S. vbi tamen subdit sub nu. 3. post Feder. de Sen. in conf. 59. & declarat hoc esse verum, quando constat in actis de mente iudicis aliter, quam expresserit in sententia, secus si aliunde.

2 † Et quod ex actis dicatur apparere, quando aliquam causam in sententia expressit, quæ non sit apta, nec vera ad sententiam sustinendam, & ex alia etiam causa sustineatur, Gemin. conf. 53. num. 15. vers. non obstat, & an possit sententiam suam declarare, vel interpretari, dicam infra in præsentē defensione.

Sed in proposito dubitatur, an ex motiuis factis per iudicem causa iustificetur, & suppleatur sententia, Card. Tusch. d. conclus. 139. nu. 11. & seq. videtur affirmatiuē concludere, & ibi declarat, quando hoc sit verum; & ibi etiam firmat, quod si tulit sententiam, non expressa causa, stetur eius dicto, quæ causa eum moueret, & firmat ibi n. 9. quod ita oēs concludunt.

Si vero iudex causam commisit Consultori, & ipse Consultor consuluit reum absoluendum ab obseruatione iudicis, & si iudex simpliciter dixerit in sententia: absoluius reum, tenet sententia; quia in dicta sententia non appareret error; Secus si dixisset; sequendo Consultoris consilium, ipsum absoluius: quia tunc constaret de errore, vt post Federic. conf. 204. firmat Car. Tusch. d. concl. 139. num. 18. in lit. S.

Sententia quomodo sit ferenda à iudice.

## S V M M A R I V M.

- 1 Sententia ad eius validitatem requirit multas solemnitates, remissiuē.
- 2 Sententia prius debet scribi, & postea legi, alias, si prius ore tenus proferatur, est ipso iure nulla.
- 3 Sententia debet ore proprio iudicis proferri, licet de consuetudine in multis locis non seruetur.
- 4 Solemnitas, vt prius scribatur, deinde legatur sententia, potest ex consensu partium remitti.
- 5 Sententia lata ad consiliū sapientis quomodo sustineatur.
- 6 Sententia, postquam lata fuit, an possit probari per testes; & quomodo testes deponere debeat.
- 7 Sententia an, & quando de nocte ferri possit, et quæ solemnitates requirantur.
- 8 Sententia lata alia die post diem, qua cadit citatio, dicitur nulla; nisi citatus fuerit contumax ea die, pro qua fuerat citatus.



- 9 *Sententia quando dicatur nulla ex defectu citationis, remissive.*  
 10 *Sententia ferri debet in loco solito, et consueto, et an ferri possit extra locum iurisdictionis.*

## C A P. IX.

1 **Q**uoniam in sententia proferenda requiruntur aliquæ solēnitates, quæ, si omittantur, reddūt sententiā nullam: de quibus latē scribit Marant. p. 6. tit. de sentent. nu. 47. & seqq. Ideo breuiter dico, sententiā prius debere scribi, & postea proferri; alias esset ipso iure nulla, l. 2. & 3. C. de sent. ex breuit. recit. capit. fin. de re iudic. in 6. & alia iura adducta per Vant. de nullit. ex defect. process. n. 69. & seq. Carauit. rit. 37. nu. 2. Baiar. qu. 93. nu. 7. Petr. Caball. cas. 133. nu. 5. latē Tusch. in litt. S. concl. 135. num. 1. & seqq. Mofcatell. in pract. par. 7. glos. condemnando, nu. 22. & sequent.

3 Imo de iure ferri debet sententia, ac pronounciari ore eiusdem iudicis, text. & glos. in cap. fin. de re iud. in 6. Sorcin. reg. 249. vbi ponit regulam cum septem limitationibus; & quod debeat dicere: absoluo, vel condemno reum, Iul. Clar. q. 93. nu. 1. Tusch. d. concl. 133. nu. 36. vbi alios allegat. Tamen de consuetudine in aliquibus Curijs, & præcipuē in Italia, nec vnum, nec aliud seruatur; quia iudices non legunt sententiā, nec dicunt condemno, vel absoluo, Clar. d. q. 93. nu. 1. Vant. de nullit. ex defect. process. n. 85. Carauit. rit. 37. nu. 2. Baiard. qu. 93. nu. 6. vbi subdit in Regno Neapolitano, nisi in sententia foriudicationis; quia obseruatur dispositio iuris communis, latē Tusch. in d. concl. 133. nu. 7. & seqq. de stylo Curia, ac Bononia, & totius Italia non legantur sententię per iudicem, sed per Notarium, Mofcatell. in d. glos. condemnando nu. 2.

4 Et retenta dispositione iuris communis, adeo est verum, quod prius debeat scribi, & postea legi sententia, vt talis solēnitatis non possit ex consensu partium remitti, & in beneficialibus, & causis summarijs, vt tollatur temeritas, & præcipitatio, & vt melius per scripturam probari possit: de quo vide Vant. de nullit. process. num. 70. & seqq. vbi latē, & alios allegat. Imo si feratur ad consilium sapientis, & solum lectum fuerit consiliū, & non describitur sententia post consilium, non valet, latē Marant. de ordin. iudic. part. 4. distinct. 16. num. 36. & part. 6. vers. sententia, num. 13. Card. Tusch. d. concl. 133. num. 16.

5 Sed in scriptis lata præsumeretur, quādo esset subscripta per illa verba. Ita pronounciari, vel, ita pronounciatus, &c. secus si sub verbis tertię personę: ita pronounciatus N. quia tunc non præsumeretur lata in scriptis, post Specul. Lap. & Rot. firmat Vant. de nullit. ex defect. process. nu. 76. & num. 78. Idem si Notarius dixisset in sententia: lata, lecta, & sententialiter promulgata, vbi tamen subdit: nisi sententia transuerit in iudicatum; quia tunc præsumere tur solēnitatis præfata, & quod per illam clausulam lata, præsumatur in scriptis. Tusch. d. conclus. 133. nu. 12. 14. & 25. sed d. clausula non est, de necessitate sententię secundum comm. opinionem attestatam ibi post Alex. per Tusch. nu. 15. quamuis Mofcatell. in pract. par. 7. glos. condemnando, num. 9. & seq. sublineat, quod sit de substantia, si fuerit omissa sententia dicatur ipso iure nulla lata tamquam contra stylum, & notoriam

consuetudinem, & si proferatur contra Episcopum de forma tradita à Sacro Concil. Trid. sess. 11. cap. 8. debet per Summum Pontificem causa determinari, & subscribi.

6 Bene autem poterit probari per testes sententia, postquam lata fuerit, Abb. in cap. sicut in 3. notab. & latē Fely. col. 7. vers. 8. & vltima de re iud. & firmant, quod sufficeret, si testes dicant dictam sententiā legi audiuisse, licet illam non viderint; quia solēnitatis scripturæ tali casu præsumitur, & sequitur Vant. de nullit. ex defect. process. nu. 77. (vide latē Mascard. de prob. conclus. 35. Acta iudicij, vol. 1. (& modo in vna Fanen. habeo in factis.)) Et in eius prolacione sententiā criminalis requirit tres testes; licet ciuilibus requiratur tantum duos, l. per hanc. C. de erog. mil. annon. Et est communis obseruantia, quam attestatur post Biranc. in eius libell. Cauale. de brach. reg. p. 2. num. 39. de testib. Sed hic in Curia Romana omnes causę criminales, quamuis capitales, expediuntur per sententias, corā duobus testibus, & si velit Aduocatus scire in quibus casibus sententia sine scriptura sublineari possit, videat Card. Tusch. in d. concl. 133. nu. 20. & seqq.

7 Nec non de iure sententia non potest ferri de nocte, quando est diffinitiuā, glos. Magn. in fin. in §. 2. Inst. de verb. obligat. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. num. 132. vbi de communi, & alios allegat; & si lata fuerit, non valet, & est nulla, vt post alios, quos allegat, testatur de magis communi, Polid. Rip. in suo solēni Tract. de noctur. tempor. tit. de sentent. c. 134. nu. 18. & seqq. & Petr. Caball. cas. 218. latē refert Doctores tenentes vtramque opinionem; & sub num. 28. testatur pro hac parte de communiori opinione. Menoch. de arbitr. cent. 6. cas. 525. nu. 1. lib. 2. vbi tamen ponit 6. limitationes seu declarationes ad istam propositionem.

Quæ tamen communis opinio de generali consuetudine non seruatur, Vant. de nullit. ex defect. iurisd. ord. nu. 122. Menoch. q. 62. in princ. lib. 1. de Arb. Eugen. conf. 48. nu. 37. Host. in Summ. de iudic. §. qualiter, vbi dicit ita seruari in Curia Romana, & Eugen. vbi supra in Curia Perusina, Polid. Rip. in d. tract. de noct. temp. cap. 134. nu. 34. & seqq. Caball. d. cas. 218. nu. 26. vbi post Corn. firmat magis procedere in sententia absolutoria ad fauorem rei, & si ambæ partes fuissent præsentis, & non contradixerint, Marant. p. 6. tit. de sent. num. 92. in fin. Sed in casibus, in quibus potest ferri sententia de nocte, quorū nonnullos refert, Caball. d. cas. 218. nu. 29. & seqq. & multos alios Rip. in d. cap. 134. per tot. debet ferri sententia cum tribus luminaribus accensis tam in ciuilibus, quam in criminalibus: vt de communi obseruantia testatur Viui. opin. 704. nu. 4. vers. aduerte, Menoch. q. 62. Ioseph. Ludou. concl. 38. num. 86. illat. Polidor. Rip. d. c. 134. nu. 58. & seq. Syntag. com. opin. p. 4. loc. 11. de iudic. cap. 5. col. 1. Et idem voluit Caball. d. cas. 218. nu. 38. & seqq. vbi tamen refert, quod sit verum, quando sententia aliter legi non possit, vt tunc luminaria accensa requiratur; secus si alias legi posset ex doct. Salyc. in l. non minorem, nu. 4. C. de transact. Quod sibi dubitabile est; cum alij teneant, quod adeo requirantur luminaria, vt non sufficiat si luna luceret, & ad eius lumen personę cognoscerentur; cū requiratur etiam quod iudex dignosci possit, & eius persona sit nota testibus.

Quod



Quod malè in Curia Romana obseruatur: quia subscribuntur sententiæ absque alia solemnitate, & traduntur Notario, tam de die, quam de nocte, coram duobus testibus, nulla habita consideratione de luminibus accensis, an sit vnum luminare, vel plura sint luminaria. Et in proposito sciat Aduocatus defendere Notarium, qui dixit sententiam esse latam de die, quæ verè fuit lata de nocte; quia accipitur dies à media nocte vsque ad aliam mediam noctem, vt excludatur falsitas, latè Caball. d. cas. 218. n. 43. & seqq.

8 Nec non requiritur, quod feratur sententia ea die, qua cadit citatio, alias, dicitur nulla si fuerit lata alia die, vel prius, Marant. p. 6. tit. de sent. nu. 88. & seqq. & illa dies, in qua cadit citatio, non debet esse feriata, Farinac. consil. 28. numer. 6. & seqq. vbi alios allegat: & ob id seruatur in practica, quod apponatur in monitorio illa clausula: & si dies erit feriata, citetur pro alia die sequenti non feriata.

Nisi tamen citatus fuerit contumax ea die, qua fuit citatus: quia non comparuit: cum tunc sententia ferri possit etiam alia die, qua non cadebat d. citatio, Alex. in l. si finita, §. Iulianus num. 47. ff. de damn. infect. Marant. de ordin. iud. tit. de senten. num. 89. Menoch. casu 300. num. 282. lib. 1. Paul. de Cast. consil. 254. libro 2. Ruin. cons. 6. num. 5. lib. 1.

Ad q̄ Procurator, & causæ defensor animaduertat, vt compareat, & semper excipiat, vel opponat aliquid contra dictam citationem, vt, si feratur alia die, sententia sit nulla, prout nulla erit si feratur ante relationem factam à Nuncio. Moscatell. in pract. p. 7. glosa sententia, num. 9.

9 Et si Aduocatus velit scire quando sententia sit nulla; quia reus non fuit citatus, vel non constat de relatione citationis, & de alijs concernentibus defectus citationis, vltra deducta per Vant. de nullit. ex defect. citat. videat etiam Cardinal. Tusch. in littera S, conclus. 152. & latius Moscatell. in pract. p. 7. gloss. sententiam Cauale. de Brach. Reg. p. 6. n. 275. & seq.

10 Sententia autem ferri debet in loco solito, & consueto, & an ferri possit extra locum iurisdictionis, vide latissimè Marant. p. 6. tit. de sentent. num. 71. & seqq. & post Io. de Anan. refert Baiard. quæst. 99. numer. 6. quod quidam iudex, cum haberet meretriculam in mensa petètem ab eo, hominem reum mortis coram se occidi, sic fecit; vt meretriculæ complaceret: & quærebat, an ille iudex esset censendus homicida: quia non in loco solito, nec pro tribunali sedens iussit reum esse morti daturum: tandem, post multa deducta pro, & contra, fuit ipse iudex à Curia expulsus, miscuit sanguinem epulis, & dentijs.

Sententia an requirat publicationem ad eius validitatem.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia lata debet parti intimari de iure communi; secus de consuetudine alma vrbis; nisi tamen ageretur de exilio ab ipsa Vrbe.
- 2 Sententia lata debet publicari in termino, in quo cadit citatio, alias esset inualida.
- 3 Publicatio sententiæ debet fieri hic in Curia in termino decem dierum pro seruato habito.

Tomus Secundus.

- 4 Publicatio sententiæ non potest per Notarium retardari sub pretextu alicuius mercedis.
- 5 Publicatio potest fieri quocumque, si fuerit pronuntiatum, prout in cedula.

C A P. X.

1 **L**ata sententia requiritur ad eius essentiam, vt parti, contra quam fuit lata, intimetur, de iure communi, gloss. in capitulo concertationi in verb. sciuerit de appellatione in sexto, vbi notant omnes, vt testatur Natt. consilio 51. numero primo, volumine primo, Anchar. consil. 372. num. 6. Lancellot. de attent. cap. 12. limit. 50. num. 158. & seqq. qui etiam testatur, quod ita tenent omnes, & maximè quando citatio ad sententiam fuit domi executata, & talis intimatio sufficit, quod etiam domi fiat. Capic. decis. 139. num. 4. latè Moscatell. in pract. de appellat. gloss. potest. num. 3. vbi tenet, quod debeat intimari quamuis pars fuerit personaliter citata ad sententiam, Marcus Antonius Maceraten. variar. resolution. lib. 1. resolution. 77. nu. 14. & in resolution. final. casu 15. dicit sufficere, fuisse factam intimationem procuratorū, & quod requiratur intimatio cum tenore sententiæ, latè Turret. consil. 87. numer. 15. vbi alios allegat Paul. de M. Piceno, consil. 59. num. 12.

Secus autem de consuetudine Curia Romanæ; quia absque alia intimatione sententia valet, & sortitur effectum suum: nisi ageretur de exilio iniuncto ab vrbe, quia solet Reo hic in Curia intimari, quod est talis stylus conformis iuris communi, vt dixi in defensione 33. cap. 27. num. 12.

2 Requiritur etiam, quod ipsa sententia sine altercatione publicetur: quia sine publicatione effectum suum sententia non sortitur, & talis publicatio sententiæ debet fieri in termino, super quo cadit citatio ad sententiam, quia si non publicaretur in dicto termino, sententia erit inualida, nec poterit conualidari per publicationem post terminum lapsum, l. 2. & 3. C. de sentent. ex pericul. recit. capit. fin. de re iudic. in 6. clem. sæpè vbi gloss. in verb. in scriptis de verbor. significat. Anton. Gabriel. tit. de citation. conclus. 1. ampliat. 23. num. 116. & ita tenuit Rot. Roman. coram Reuerendo Patre Domino Marcomontio in vna festulana Prioratus die 15. Nouembris 1610.

3 Terminus autem, in quo debeat publicari hic in Curia, est vt publicetur in termino decem dierum pro seruato habito: cum si publicetur dicta sententia in dicto termino decem dierum, retrahitur ipsa publicatio ad diem termini pro seruato, Scacc. de Appellat. q. 14. num. 10.

Quod procedit in iudicibus ordinarijs vel eorum delegatis seu subdelegatis; vel in iudice ordinario cui fuit aliqua causa delegata secus in alijs delegatis, seu subdelegatis a Papa, quia iste terminus pro seruato durat sine termino, & potest quocumq. iudex subscribere sententiam, licet pars debeat appellare infra decem dies a die termini habiti pro seruato Scacc. de Appellat. q. 12. numer. 8. intellige, quod possit subscribere quamq. ipse remaneat iudex Scacc. de Appellat. q. 17. limit. 21. num. 24. sed hodie in curia vigore noue reformationis Sanctissimi Domini Nostri Papæ Pauli V. coram quocumque iudice d. terminus spirat per lapsum decem dierum.

Q

4 Nec



- 4 Nec Notarius potest retardare publicationem dictae sententiae sub praetextu alicuius merce disrogitus dictae sententiae, prout hodie hic in Curia est dispositum per nouam reformationem Sanctissimi Domini Nostri Pauli Quinti.
- 5 Si vero fuerit pronunciatum, prout in cedula: prout solet fieri Contard. de Moment. possess. q. 22. nu. 1. vestr. in pract. lib. 7. cap. 1. num. 12. & seqq. Rot. Romana in d. decis. fesulana prioratus, publicatio potest fieri, quandocumq. ille iudex remaneat in officio & talis sententia scribitur sub illa die qua fuit citatus ad sententiam, & habitus terminus praeseruato, Scac. de Appellat. q. 14. num. 10. & quaest. 17. limit. 21. n. 24. & talis pronuntiatio prout in cedula de iure fieri potest, vt per Bald. quem refert, & sequitur Contar. in l. vnica q. 22. num. 1. C. si de mom. poss. Scacc. de Appel. q. 12. num. 8. quaest. 14. nu. 9. & seqq. quaest. 17. limit. 21. numer. 23. Becc. consil. 78. nu. 36. vbi subdit, quod valeat sententia prout in cedula, si illa fuerit in actis producta & ibi concordantes allegat, & sub n. 38. dicit quod, potest publicari in vltima die officij, & quod ita audiuit seruari Romae, & in illa prouincia vidit etiam seruari a viris peritissimis, quod hodie cessat in curia per d. reformationem Pauli Quinti & quod stilus pronuntiandi, prout in cedula teneat Vestr. in pract. lib. 7. cap. 1. nu. 12. & seqq.

Dummodo tamen constet ex actis cedulam fuisse subscriptam, & publicatam, & notario consignatam tempore prolationis siue in die sub qua cadebat citatio, & in qua terminus fuit habitus pro seruato, vel saltem quod possit praesumi, quia de contrario non constet ex eisdem act. Paris. consil. 49. nu. 91. lib. 3. & ita fuit dictum per Rot. Rom. in vna Farsen. Archidiaconatus die quinta Maij 1561. coram Paleotto, quae habetur lib. 3. par. 3. diuers. decis. 705. & in vna Tarentin. successionis die vigesima secunda Nouembris 1592. coram Reuerendissimo Paceri, & in d. fesulana prioratus coram domino Marcomonte.

Immo requiritur etiam quod fuerit subscripta a iudice in termino citationis, & proferatur mediante rogitu Notarij, cum sola subscriptio, & consignatio cedulae Notario non habeant vim sententiae, vt post Bal. Ia. in l. si ita stipulatus, §. Chrisoganus, n. 15. ff. de verb. oblig. & quod requiratur rogitus Notarij Rot. decis. 347. n. 2. par. 3. diuers. & ob id Bart. in l. fin. in fi. C. de firet. recitand. tenet quod sententia sit nulla, in qua non dicitur, quod fuit lecta, & sequitur Franc. in cap. final. num. 11. de re iudicat.

### Condemnatus ab vno iudice quando possit condemnari ab alio.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Sententia lata per vnum iudicem contra Reum, operatur, vt amplius per alium iudicem reus puniri non possit.
- 2 Reus punitus a iudice laico super eodem facto, non potest iterum puniri a iudice ecclesiastico, cum sufficienter punitus praesumatur; dummodo tamen vere fuerit sufficienter punitus; & dummodo non agatur de diuersis iudicibus sub diuersa iurisdictione existentibus.
- 3 Punitus a iudice Ecclesiastico non iuxta qualitatem delicti,

quod possit puniri a iudice laico, procedit quando iudex Ecclesiasticus punitur pena medicinali, & non pena condigna: Et e contra quando iudex laicus ex defectu iurisdictionis non potuisset delinquentem punire, iuxta qualitatem criminis, tunc poterit iterum puniri per iudicem Ecclesiasticum.

- 4 Punitus ab vno iudice sub diuersa iurisdictione, & dominio, non iuxta qualitatem criminis, si pena fuerit, non poterit amplius ab alio iudice grauiori pena puniri: Et maxime procedit quando alter iudex non se opposuerit condemnationi, sed tacuerit, vt prima sententia corporalis executioni demandaretur.
- 5 Pena inferenda per alium iudicem in vnum casum, si fuerit corporalis, debet suppleri vsque ad integram penam, & non debet reus iterum puniri, ac se nunquam punitus esset.
- 6 Punitus sufficienter, vel insufficienter quando quis dicitur. Declara vt hic per Authorem.
- 7 Pena imposita per vnum iudicem in penis alternatiuis, licet fuerit minor pena imposita, dicretur sufficiens.
- 8 Pena minorata ex aliqua iusta causa per iudicem, si de causa constet, dicitur sufficienter inflicta.
- 9 Punitus ab vno iudice, non secundum qualitatem criminis, ob defectum iurisdictionis, potest iterum ab alio iudice puniri.
- 10 Punitus pena pecuniaria ab vno iudice, si non fuerit sufficienter punitus, per alium iudicem, pena debet suppleri vsque ad mensuram delicti.
- 11 Fiscus an restituatur, quando Reus non fuit sufficienter punitus, ex defectu iurisdictionis, vel potius immediate agat absque alia restitutione, vt sufficienter puniatur.
- 12 Condemnatus in contumaciam a duobus iudicibus pro eodem delicto, an ad vtramque penam teneatur.

#### C A P X I.

1 **S**ententia lata per vnum Iudicem contra reum operatur, vt amplius per alium iudicem puniri non possit, Marant. de inquisit. n. 40. Iul. Clar. q. 57. in princip. Modern. Roman. quaestione 4. numero 2. vbi de communi, & alios allegat, Becc. consil. 69. numer. 1. & seqq. vbi etiam quam plures concordantes cumulauit, late Scacc. de iudic. libro primo, capitulo duodecimo, numero 81. & seqq. & dixi in secunda Defens. capit. 7.

2 Hinc inferitur, quod punitus a iudice laico, non possit amplius puniri ab Ecclesiastico; quia semper praesumitur sufficienter punitus, & grauius, quam si puniretur ab Ecclesiastico, propter leuiorem iurisdictionem, quam exercet, vt firmat Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 1. num. 40. in fin. & sequitur, Clar. q. 57. verfic. sed quaero, & Modern. Roman. q. 4. nu. 2. & late Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 12. num. 83.

Quod tamen Doctores declarant procedere, quando fuit sufficienter punitus, vt tunc non possit amplius inquietari, neque puniri; & hoc procedit in quibuscumq. iudicibus mixti fori, & siue sint sub eodem dominio siue sub diuersis, vt bene firmat Scac. d. cap. 12. n. 84. & ita declarat Clar. in q. 57. verfic. scias etiam, dum voluit, quod si condemnatio fuerit facta, & executata ab vno iudice diuersae iurisdictionis, de consuetudine non impediatur, vt non possit puniri ab alio iudice.



iudice diuersæ iurisdictionis, quod debet intelligi, quādo in vno loco non fuisset sufficienter punitus.

3 Et quod in casibus mixti fori, si imposita sit ab Ecclesiastico pœna non condigna delicto, possit iterum per iudicem laycum grauior iniungi, tenent communiter Doctores, vt testatur Alciat. in c. 1. num. 128. de offic. ordin. Clar. quæst. 57. vers. sed quæro, Modern. Roman. q. 4. sub n. 10. Scacc. d. q. 12. n. 88. vers. & quod in casibus. Et è contra, vt non sufficienter punitus à iudice layco, possit denuò sufficienter puniri à iudice Ecclesiastico, idem Scacc. d. c. 12. n. 83. in fin.

Aduocatus autem sciat in ista quæstione tueri clientem suum, & dicat quod punitus à iudice Ecclesiastico non iuxta qualitatem delicti, possit iterum puniri à iudice layco, vt procedat quando fuisset ab Ecclesiastico imposita pœna medicinalis, & potius ad salutem animæ, quam ad afflictionem corporis, vt docet Clar. in q. 57. versicul. sed quæro in fin. vel quando non poterat imponere pœnam, iuxta qualitatem criminis, ob defectum iurisdictionis, quia delictum merebatur pœnam sanguinis, & illam imponere non poterat. Secus verò si iudex laycus non potuisset etiam imponere pœnam sanguinis, vel aliam corporis afflictuam, tunc, si iudex Ecclesiasticus imposuit pœnam iuxta dispositionem iuris Canonici, quamuis esset mitior pœna, quam potuisset per leges Ciuiles puniri; tamen diceretur per iudicem Ecclesiasticum sufficienter punitus, vt non possit à dicto iudice layco iterum puniri, vt post Boss. in tit. de for. compet. nu. 54. latè declarat Scacc. in d. cap. 12. nu. 91. Et ob id, (vt ibi ipse exemplificat) si blasphemans punitus fuisset in scutis 25. secundum stylum Fori Ecclesiastici, non poterit puniri per iudicem sæcularem in scutis triginta, secundum Statuta dicti Fori sæcularis; quamuis blasphemans possent grauius puniri.

4 Nec non sciat etiam replicare, quod in diuersis iudicibus si reus fuerit condemnatus, & punitus ab vno aliqua pœna corporali; quāuis non esset illa pœna iuxta qualitatem criminis, non poterit ab alio iudice grauiori pœna puniri, vt bene explicat Cauale. de Brach. reg. p. 4. n. 281. ex traditis per Bald. Pely. & Put. in locis per eum relatis. Et ob id ibi subdit, qd semel punitus in istibus funis, in fustigatione, in abscissione membri, in exilio, vel banno, postquam sententia fuit executioni demandata, non possit iterum per alium iudicem grauiori pœna puniri. Et ideo Scacc. in d. cap. 12. nu. 84. in fin. dicit, Iacobum de Beluis. consil. 9. tomo 1. criminal. diuers. malè consuluisse, punitum in vno loco in pœna corporali posse etiam puniri in alio, vel quod opinio procedat, quando non fuerat sententia executioni demandata; secus si esset satisfactum primæ pœnæ: quia non poterit denuò grauiori pœna puniri. Eoque magis verum erit, si alter iudex non se opposuit condemnationi, sed tacuit, & passus fuit quod demandaretur executioni, vt dicit idem Scacc. d. cap.

5 12. nu. 81. ¶ Vel si pœna erit supplenda, isto casu, quando pœna fuit prima vice inflicta corporalis, tunc suppleatur, non per alias pœnas corporales, sed per pœnas pecuniarias, Marant. tit. de Inquisit. nu. 100. & sequitur Scac. d. c. 12. nu. 92. vers. aut fuit imposita corporalis vbi tamen subdit, nisi pœna corporalis fuit adeò leuis, vt iudici videatur posse suppleri per aliam pœnam corporalem: vt si esset punitus vnicò icu funis, cum esset puniendus duobus, vel tribus, tunc iudex

possit alium, seu alios icus decernere. Sed hoc totum arbitrio prudētis iudicis relinquit, & equidem bene loquitur.

6 Et sufficienter dicitur punitus, quando fuerit inflicta pœna pro illo delicto a iure communi, vel Statuto, seu à consuetudine, vel his deficientibus, ab arbitratu, secundum iustum, & regulatum arbitrium: & per oppositum non sufficienter punitus dicitur, quando minor pœna prædictis imponeretur, Scacc. de iudicio. d. lib. 1. c. 12. nu. 86. in princip. ¶ Si verò pro eodem delicto diuersa pœna alternatiuè, vel electiuè imponatur, tunc si fuit imposita maior pœna ab vno iudice, diceretur sufficienter punitus. Si verò in alijs casibus, & pœnis non alternatiuis fuit imposita minor pœna, tunc, si iudex malè iudicauit, quia reus erat puniendus pœna mortis, & fuit condemnatus in amputatione manus, tunc poterit denuò condemnari, & puniri pœna mortis, Castren. consil. 348. lib. 1. Clar. quæstione 17. vers. dictum est, in fin. vbi testatur ita fuisse seruatum in Statu Mediolani contra Gasparem Canoue, qui pro homicidio animo deliberato commisso fuerat punitus pœna pecuniaria. Secus vero erit dicendum, si fuisset punitus alia pœna corporali, quæ executioni demandata fuisset, vt superius dixi, & latè sequitur Scacc. in d. cap. 12. nu. 88. vers. idem dico, vbi subdit, quod licet Clar. restringat hanc cōclusionem, quando per collusionem, vel fraudem primus iudex minori pœna condemnauerit, tamen ipse intelligit, quoquomodo fuerit lata sententia, aut per dolum, aut per ignorantiam, quando pœna erat determinata, & ea pœna reus non fuerit punitus, quod possit iterum

8 ab alio iudice pœna prædicta puniri. ¶ Ego vero arbitror opinionem Scacc. esse veram, quando ex nulla causa recefferit iudex à dicta pœna, secus verò si ex aliqua causa pœnam minueret, quia tunc non posset per alium iudicem denuò puniri; cum tunc sufficienter punitus diceretur, cum iudex ex causa pœnam diminuere possit, vt latè dixi supra in Defens. Circa Pœnam: Dummodo tamen arbitrium non haberet annexum dolum; vel non esset contra naturalem, & apertam rationem: quia imposuit pœnam longe minorem ea, quam requireret causa, propter quam iudex motus fuit ad illam pœnam arbitrandum, idem Scacc. d. c. 12. nu. 97. ¶ Ac etiam quando primus iudex ex defectu iurisdictionis non potuit punire delinquentem grauiori pœna: quia tunc per alium iudicem poterit dicta grauiori pœna puniri: vt si reus pœna sanguinis, vel mortis dignus esset, & tamen a iudice Ecclesiastica alia pœna mitiori, punitus fuerit, quia poterit tunc a iudice sæculari dicta pœna mortis, vel sanguinis puniri, l. placet, vers. si quis contrauerit, & ibi communiter Doct. C. de Sacros. Eccles. vt testatur Scacc. d. c. 12. nu. 88. in princip. & est text. in cap. Eccles. §. per hoc. de pœnis, in 6. qui tex. licet loquatur contra offendentem Cardinalem, tamen procedit in omnibus delictis mixti fori, vt tradunt Anton. Gomez. tit. de delict. c. 1. n. 40. in fin. Couarr. var. resolut. lib. 2. c. 10. vers. 11. eadem Constitutio.

10 Sed etiam sciat Aduocatus tueri clientem, quod si reus non fuerit sufficienter condemnatus (non loquor in pœna corporali, de qua dixi supra, sed de pœna pecuniaria) vt non possit pœna per alium iudicem reiterari, sed suppleri vsque ad mensuram delicti, Bar. in l. Senatus, circa fin. de accusat. quem sequitur



Marant. tit. de inquisit. nu. 100. Modero. Roman. q. 4. nu. 10. vers. sed ad prædicta, & Scacc. d. cap. 12. nu. 92. lib. 1. de iudic.

- 11 Et si non fuerit sufficienter punitus à iudice, ob defectum iurisdictionis; quia non potuit punire, nisi de quibusdam causis leuibus; tunc Fiscus poterit instare, vt per alium iudicem, absque alia restitutione aduersus dictam primam sententiam, reus grauius puniatur, Vant. de nullit. ex defect. iurisd. & sequitur Scacc. de iudic. lib. 1. d. cap. 12. n. 81.

Si vero iudex haberet facultatem grauiori pœna puniendi delinquentem, sed male iudicauerit, & non condēnauerit illum in pœnam expressam à iure, Doctores certant inter se, an sententia dicatur ipso iure nulla, vel potius fiscus egeat restitutione aduersus eam; tamen videntur omnes concludere, vt Reus possit immediatè de nouo puniri, absque alia restitutione; cum sententia, tanquam lata contra legem apertam, dicatur continere manifestam iniquitatem, & ob id sit ipso iure nulla, capitulo inter cœteras, vbi Abb. & alij de re iudic. Marant. in Specul. p. 6. Rubric. & demum fertur sententia, n. 116. & seq. Vant. de nullit. ex ordin. process. nu. 8. Menoch. quæst. 96. numer. 11. & post alios Scacc. dicto capitulo duodecimo, numero 89. in fin.

- 12 Si verò reus fuerit condēnatus a duobus iudicibus pro eodem delicto in contumaciam, & tunc Marant. in tit. de inquisit. nu. 98. tenet, quod ab utroque iudice puniri possit, & sic bis pœna exigi ob contumaciam, ex traditis per Bar. in l. sepulchri, ff. de sepulch. violat. Scac. autem de iudic. lib. 1. cap. 12. num. 99. distinguit; aut loquimur de pœna principalis delicti & tunc, si fuerit sufficienter punitus ab vno iudice, non possit alibi puniri; quia repugnarent omnia iura Mundi.

Nec obstat contumacia; quia non potest illa plus operari, quam vera confessio, pro qua non posset de eodem delicto Reus confessus bis puniri.

Aut vero loquimur de pœna, quæ imponitur pro ipsa contumacia, & tunc possit ab utroque iudice exigi, quia dicuntur duæ contumaciæ, & duæ pœnæ diuersæ.

Sententiæ plurium iudicum super eodem facto an valeant.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudices plures si condēnant Reum, vnus in pœnam capitis, alius in pœnam exilij, tertius in pœnam pecuniariam; quæ sententia istarum attendenda sit. Prout, si duo iudices pronunciarunt pro Reo, duo alij contra Reum, & videtur concludendam esse sententiam reo favorabiliorem attendendam.
- 2 Iudices delegati discordantes in condēnatione non possunt sententiam in aliqua parte executioni demandare: sed debent supersedere, donec conueniant in voto, vel debent adire superiorem. Et circa vota, an sit attendenda qualitas, vel dignitas ipsorum, vel potius numerus.
- 3 Iudices plures, si aliqui fuerint delegati vna cum ordinarijs, non possunt exequi sententiam, in qua aliqui conueniunt etiam plures, sed debent alium superiorem.
- 4 Iudices si fuerint tres, quorum vnus condēnat Reum,

alius absoluit a contentis in petitione, tertius absoluit b obseruatione iudicij, quam sententiam sequi debeant.

- 5 Iudex vnus si proferat duas sententias primam absolutiariam, secundum vero condēnatoriariam, vel e contra, non poterit executioni demandare secundam sententiam, sed prima erit attendenda, iusta, vel iniusta fuerit.

Declarata tamen, vt hic per Authorem.

- 6 Sententia contra sententiam etiam a pluribus iudicibus lata, etiam existentibus sub diuerso Dominio, quando valeat.

- 7 Sententia vnus iudicis lata contra aliam sententiam, quæ transiit in iudicatum, non valet.

- 8 Processus si fuerit deperditus, non culpa iudicis, vel notarij, si denuò fuerit fabricatus nouus processus, & ante sententiam fuerit repertus primus processus, iudex debet iudicare secundum primum, licet secundus processus fuerit pinguior; & quid si primus processus fuerit repertus post sententiam.

- 9 Sententia interlocutoria plurium iudicum debet ferri in simul ab omnibus, vel a maiori parte: & si sint in pari numero, quid faciendum sit.

- 10 Iudices plures deputati in eadem causa debet coniunctim procedere dummodo non agatur de aliquo actu, qui non definiat negocium.

Declarata tamen, vt hic per Authorem.

- 12 Appellatio interponitur semper inter plures iudices iudicantes ad digniorem superiorem.

C A P. XII.

- 1 SVper ista quæstione resolutiue procedendo pro celeri instructione Aduocati distinguo plures casus, & primus est, quando tres iudices ordinarij pronunciarunt in causa, & vnus condēnauit in pœnam capitis, alius in pœnam exilij, tertius in pœnam pecuniariam, vt sit attendenda illa sententia, quæ est Reo favorabilior.

Prout si fuerint quatuor iudices, & duo pronunciarunt pro Reo, illum absoluendo, alij vero duo condēnauerint, vt sit attendenda sententia absolutoria, & non condēnatoria, Ias. in l. inter partes, nu. 5. ff. de re iudic. Puteo de sindicat. in verb. iudices ad sindicatum, cap. 2. sub n. 17. circa fin. Petr. Caball. casu 119. nu. 10. vbi etiam alios allegat, & firmat ab ea non esse in iudicando recedendum, Vant. de nullit. ex defect. iurif. ordin. n. 186. vers. sic. dubitatum tamen, Cualc. de brach. reg. par. 4. nu. 287. licet reuocauerit in dubium hanc opinionem, Couarr. variar. resolution. lib. 1. cap. 16. num. 4.

- 2 Secundus casus est, quando sunt plures iudices delegati, & tunc, data disparitate inter eos in ipsis sententijs neutra valebit, vel stabunt in suspenso donec in vnam maior pars consentiat, vel superior confirmet, aut alium iudicem addat, l. duo iudices, late Ias. in d. l. inter partes, in primo, & secundo notab. nu. 10. vbi allegat plures adducentes rationem inter istum, & casum supradictum, & est distinctio inter vnum casum, & alterum canonizata, & communiter recepta a Doctore, in cap. final. extra de re iudic. & tradunt Vant. in tit. supradicto, n. 86. Thesaur. d. decif. 1. nu. 6. & seqq. vbi etiam ponit de vtorum paritate quomodo constituatur, & an in ea sit habenda ratio ad numerum, vel ad qualitatem, & dignitates iudicantium, & sequitur Caballin. dicto cas. 119. numero decimo, & seqq.



- & seqq. & si vnus iudex condemnet in poenam exilij per decē annos, alius per sex annos, alius per quinque annos, debet valere sententia in minori tempore cum in maiori summa adsit minor, capit. 1. de arbit. in 6. l. diem proferre, ff. si plures, ff. de arbit. Nisi tamen appareat, quod quilibet iudex stet in sua opinione, vt si protestentur, quod intendunt stare quilibet in sua opinione, vel si dicerent velle stare in eorum opinione, de quo vide latissimè Vincent. de Franch. decisio. 356. per totam parte 2. vbi etiam dicit, quid feruetur in illa magna Curia, & solet in proposito dubitari si quis debeat decem, & aduersarius petat viginti, vel det partē rei, & aduersarius petat totam, an possit simplici per totam negare petitionem, absque quod negans incidat in poenam falsi; vide Capel. Tholos. q. 209. & ibi latè Aufred. in addit.
3. Tertius casus est, quando datur vnus, vel plures iudices ordinarij, & vnus, vel plures iudices delegati, aut adiuncti, vt si inter eos detur disparitas in sententijs, sit recurrendum ad superiorem, & neutra sententia valeat: cum delegatus maior sit ordinatio, & magis dignus trahat ad se minus dignum, vt in d. l. duo iudices; & ideo idem dicendū erit in isto tertio casu, quod dixi in casu secundo præcedenti, ex traditis per Doct. in d. l. duo iudices, & præcipuè per Bart. num. 3. Cast. sub num. 2. circa finem, Iaf. nu. 16. vers. extra glossam, & sequitur Petr. Caball. d. cas. 119. num. 14.
4. Quartus casus est, quando vnus iudex condemnat reum, alius absoluit a contentis in petitione, & tertius absoluit solum ab obseruatione iudicij, vt ista sententia ab obseruatione præualeat, cum in ea omnes dicantur conuenire, Bart. in l. inter partes, numero quarto, versiculo, sed quæro, ff. de re iudic. quia iudex, qui condemnat, & secundus, qui absoluit a toto, saltem effectualiter absolunt ab instantia iudicij, quæ finitur: aut saltem duo vltimi iudices in hoc conueniunt, vnde præferri debent primo; vel primus, & vltimus concordant, vt non absoluitur a contentis in petitione; & sic sententia secundi iudicis non potest valere, vt ibi per Bart. qui tamen hoc firmat esse verum in iudicibus ordinarijs, & in arbitris, secus in delegatis, in quibus recurretur ad superiorem delegantem, iuxta dicta leg. duo iudices, & sequitur Caball. dicto casu 119. numero vigesimo octauo licet etiam in delegatis, quoad hoc, vt dicatur absolutus ab instantia aliqui videantur concludere dictam sententiam valere, quos refert ibi Caball. dicto casu 119. numero 30. & sequentibus tamen sub numero trigesimo secundo, firmat tutius esse in hac difficultate adherere opinioni, Bart. cum ibi Bart. dicat, quod ita Lucæ, & senis fuisse iudicatum in contingentia facti.
5. Quintus casus est, quando vnus, & idem iudex protulit duas sententias, vnā condemnatoriam, & alterā absolutoriam, vt prima sententia sit attendenda; cum iam per prima sententiam, siue male, siue bene iudex pronunciauerit, functus fuerat officio suo. Iudex postquam, ff. de re iudic. Vincent. de Franch. decisio. 398. numero 1. & sequent. parte 2. & sequitur Caball. cas. 133. numer. 8. vbi plus subdit primam sententiam valere, etiam si iudex diceret per errorem, vel aliter, seu inaduertenter fuisse dictam primam sententiam scriptam: cum non possit amplius corrigi, neque emendari, postquam iudicauerit: & sit regula satis trita, quod sententia e contra sententiam, tam
- in ciuilibus, quam in criminalibus non teneat, l. prima, C. quando prouoc. non est necess. Crauet. consil. 103. num. 4. Vant. de nullitat. ex defect. process. num. 125. Cauall. de Brach. reg. p. 4. num. 287. versiculo nec etiam licet Baiard. quæst. 93. num. 3. in fine, credat esse attendendam illam sententiam, quæ esset iusta, ne delictum remaneret impunitum, vel puniretur innocens: tamen tu non recedas à supradicta opinione.
- Et hoc est verum, quando clare appareret de dictis duabus sententijs contrarijs latis ab eodem iudice, vt prima per secundam non rescindatur per text. in l. prima, ff. quæ sent. sine appell. rescind. & ita per illum text. declarat. Franch. in dicta decis. 398. secus vero si esset dubium, an essent latae dictæ duæ sententiæ contrariæ, & iudex assereret non esse iudicatum, vt declarat Baiard. quæst. 93. num. 3.
6. Et procedit etiam supradicta conclusio, quando sententia contra sententiam esset lata a pluribus iudicibus sub eodem Principe, vt semper prima sententia si fuerit lata à iudice competenti, sit attendenda, capitulo qui prior, numer. 4. de reg. iur. in 6. Cauall. de Brach. reg. parte 4. num. 287. versiculo, & sententia contra sententiam; secus si esset lata vna contra aliam a diuersis iudicibus existentibus sub diuersis Principibus, vel quando vna a laico, altera ab ecclesiastico lata esset, Afflic. decis. 216. num. 6. & post Bal. in c. Felicis de re iudic. & Io. And. in c. Felicis in notul. Cauall. in fragm. frag. 100.
7. Sextus casus est, quando sententia vnus iudicis fecit transitum in iudicatum; quia si deinde alius iudex pronunciet contra dictam sententiam, non valet, neque tenet, Alex. cons. 53. nu. 16. vol. 5. & text. in d. l. 1. quæ d. prouoc. non est necess. Vant. d. tit. de nullit. ex defectu process. num. 125. Cauall. de Brach. reg. p. 4. num. 287. & in fragm. 100. vbi subdit: secus quando iudex appellationis impugnat primam sententiam iudicis a quo; cum possit per iudicem appellationis prima sententia impugnari, reuocari, declarari, siue approbari, vel confirmari, vt inferius dicam, & quod sententia contra sententiam non valet, de communi, testatur Rim. lun. cons. 747. num. 15. parte tamen opponente, idem Rim. lun. 713. num. 12.
8. Septimus casus est, quando processus fuisset perditus, non culpa iudicis, vel notarij, & denuò oporteret fabricare processum, in quo multa hinc inde essent probata, & demum ante sententiam primus processus reperitur in quo non essent tantæ probationes, vel discreparet ab alio, iudex debeat iudicare secundum primum, & si reperitur primus post sententiam, non posset sententia reuocari, licet secundum primum processum deberet reuocari, vt per Afflic. super consil. Regn. in tit. de not. bann. in consil. coram nobis in fine, Baiard. q. 92. num. 1. & 2.
9. Octauus casus est, quando agitur de sententijs interlocutorijs, vt ad earum validitatem, quando sunt plures iudices, requiratur consensus omnium, vel saltem maioris partis iudicum, & in pari numero adhibeatur per iura adducta in primo casu: & quia appellatione sententiæ ita venit interlocutoria, sicut definitiua, Abb. in cap. causam matrimonij, num. 3. de offic. & potest. iud. delic. Caball. d. cas. 119. num. 34.
10. Tamen in procedendo vnus ex pluribus iudicibus ordinarijs potest sine alijs interlocutorijs ferre, & in causa procedere, Abb. in capitulo prudentiam, sub



num. 10. extra de offic. deleg. vbi de veriori, & communi opinione, & Felin. ibi num. 1.

Et idem erit in delegatis ad vniuersitatem causarum, Bart. in l. Pomponius alias si vni ex pluribus, nu. 4. Castr. num. 9. laf. n. 6. & seq. & n. 11. vbi de communi de re iudic. & Cabal. d. cas. 119. num. 33. & seqq. vbi tamen declarat, conciliando opiniones contrarias in isto articulo, quas ibi refert: dummodo interlocutoria non definiret iurisdictionem, puta, si pronunciauerit super incompetencia, vel absoluerit partes ab obseruatione iudicij, vel nisi interlocutoria haberet vim diffinitiuam: quia tunc omnes iudices, vel maior pars, prout in diffinitiuam requiritur; sed solum procedit tã in ordinarijs, quã in delegatis ad vnam, vel plures causas, quando agitur de mera interlocutoria, quæ non afferat magnum præiudicium; & exemplificat in deferendo iuramentum calumniæ parti, vel in testibus examinandis, vel in dando dilationes ad probandum, vel in admittendo articulos, positiones, instrumenta, & alia similia faciendo, & ipse refert, quod noluit ponere Reum in causa criminali ad torturam, licet indicia essent vrgentia, & licet sine alio coniudice delegato reum examinaret, & quod ita deinde multoties idem praticauit.

At sciat Aduocatus, quod in sententijs latis a pluribus iudicibus erit appellandum ad superiorem illius iudicis, qui fuerit dignior inter ipsos plures, latè Scacc. de Appell. q. 8. n. 102. Gregor. Tolosan. de appellat. lib. 4. cap. 7. sub n. 3. & ob id dicunt, quod si nõ illustris coniunctus illustri simul iudicent, appellabitur ad superiorem iudicis illustris.

An sententia in vna parte nulla possit substineri in alijs, vel in totum sit nulla.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Sententia dicitur indiuidua.
- 2 Sententia continens plura capita distincta, & separata, potest in vno substineri, & in alijs infringi: secus si contineat plura capita vnita, inseparabilia, & connexa.
- 3 Delicta diuersa, & separata, quæ dicantur, & quæ annexa, et connexa.
- 4 Sententia nulla ex defectu iurisdictionis non potest substineri, etiam in capitulis separabilibus.  
Declarat tamen, vt hic per Authorem.
- 5 Sententia lata super pluribus accusationis eodem tempore porrectis, et prosecutis, dicitur vnica sententia.

#### C A P. XIII.

**I**n ista quaestione, licet quoad se sententia sit indiuidua, l. in hoc iudicio, ff. famil. herciscud. latè Hier. Gabriel. conf. 56. lib. 1. Laderch. Imol. consil. 173. tamen Doctores videntur distinguere: aut sententia continet plura delicta, vel negocia, seu capita diuersa, & distincta, & tunc licet sententia possit esse nulla, & iniqua in vno capite, vel crimine, tamen potest in alio capite, vel crimine substineri, & reputari valida; cum in separabilibus, & diuiduis, vtile per inutile non vitietur, vt in terminis nostris sententiæ scribunt Doct. in l. final. de iurisd. omn. iud. & præcipue Bart. num. 4. Bald. num. 3. Castr. sub num. 10. Alexand. sub num. 11. vbi de communi, laf. num. 27. iniquens ceteros ita pertransire, Cagnol. numero 47. & seqq. vbi etiam de communi, Alberic. in l. etiam, §. primo, sub numero

3. de minorib. vbi de communi, Anchar. conf. 208. sub num. 6. & sub numer. 8. Roman. consil. 195. circa fin. consil. 281. numer. 2. seqq. Cardin. Tusch. tomo 7. in litt. S. conclus. 165. num. 1. & octauo. Quia tot dicuntur sententiæ, quot sunt capitula, quæ in ea continentur, gloss. in l. ampliorem in verb. iudicatis, C. de appellat. Bal. ibi, num. 5. Abb. in cap. Raynaldus, num. 6. de testam. Rim. consil. 190. num. 69. lib. 1. Cardinal. Tusch. dicta conclus. 165. num. 7. vbi subdit: hinc est, quod iudex potest in partem absolueri, & in partem condemnare; & num. 10. & seqq. subdit, quod potest iudex appellationis in vno capitulo sententiam confirmare, & in alio reformare, quando continet capitula, vel materias diuersas, Roman. consil. 281. num. 2. & seq. vbi etiam tollit contraria; prout potest in parte separabili exequi, in qua transiit in iudicatum, Cardinal. Tusch. dicta conclusione 295. numero duodecimo, Scacc. dicta limit. 21. numero decimonono, Aufred. ad Cappell. Tholosan. quaestione 213. numero primo.

Aut vero continet crimina, vel capita vnita, connexa, & admixta, seu inseparabilia, vel quæ diuidi non possint & tunc sententia nulla, & inuvalida in vno capite, vel crimine, dicitur nulla, & inuvalida in omnibus, & non potest sententia pro parte valere, & pro parte nõ valere propter indiuiduitatem, vt per Bar. Bal. Castr. Alex. laf. & Cagnol. in d. l. final. in locis adductis, Alberic. in d. l. etiam, §. 1. sub num. 3. Bald. in l. 2. sub nu. 6. C. de re iudicat. Anchar. conf. 208. sub nu. 11. & Petr. Caball. cas. 286. num. 33. cent. 3. Aufred. dicta quaest. 213. num. 1. latè post alios quos allegat ita etiam distinguit Cauall. commun. contra commun. quaestione 960.

**3** Negocia, seu delicta diuersa, vel separata dicuntur, quæ diuersis de causis, & ad diuersos effectus ordinata sunt, Signorol. & Fulgos. in quodam eorum consilio posito in volumine diuersorum circa med. Bal. in l. 2. numer. 5. C. de re iudicat. vel si vnum Capitalum corrigat aliud, Anchar. d. conf. 208. n. 6. & seq. & maxime n. 8. Roman. conf. 195. in fin. & latius conf. 281. nu. 2. & seqq. Cardinal. Tusch. d. conclus. 165. nu. 1. in littera S. tomo 7.

Delicta, vel negocia connexa, & admixta, ac inseparabilia dicuntur, quæ habent ad inuicem dependentiam, vel quæ ad eundem effectum tendunt; ita vt vnum tantum factum censetur, Signorol. & Fulgos. in dicto consilio, & latè Petr. Caball. d. cas. 286. n. 32. & seq. & sub num. 36. post Bal. in l. 2. sub nu. 5. C. de re iudic. & post Anchar. in cap. ea quæ columna 7. de reg. iur. in 6. etiam dicit vnicum capitulum posse reputari, quando sub eadem oratione & structura verborum, & vna essentia plura capitula coniuncta sunt, vel si ageretur de pluribus connexis: quia idem de eis quo 1 de vno tantum dicitur, indicabitur, Alberic. in d. l. 2. sub n. 6. Cardinal. Tusch. d. conclusione 265. numero secundo.

Et de delictis connexis possumus ponere exempla in lenocinio, & adulterio, cum ad eundem finem tendant: quamuis quodlibet de per se sit delictum, Dec. lib. 3. c. 3. n. 3. in tract. crimin. Cauall. de brach. reg. p. 4. nu. 156. & quæ dicantur capita connexa, & separata vide Pacian. de prop. lib. 1. c. 26. n. 40. & 49. Scacc. de iud. lib. 2. c. 11. nu. 363. & seq. & num. 370. & seq. & in tract. de Appellat. q. 17. limit. 21. nu. 30. 31. & 32.



4 Sed Aduocatus sciat ad totaliter sententiam infringendam deducere, quod licet sententia contineat plura capita, vel delicta diuersa, vel separabilia, adhuc si nulla in omnibus, quando pateretur defectum iurisdictionis; vt in aliquo minimè posset substineri, vt in specie tradit Alberic. in d. l. i. §. i. sub n. 3. & sequitur Caball. d. cas. 286. nu. 38.

Nisi iurisdicatio respiceret plures personas; quia posset substineri quoad illam personam, pro qua subesset: secus quoad alias, Bald. consil. 365. nu. 3. lib. 3. Cardin. Tusch. d. conclus. 265. num. 3. & num. 9. tomo 7. in litt. S, Prout etiam potest substineri sententia respectu citatorum, & non valere respectu non citatorum, Roman. consil. 401. in fine, Cardinalis Tuschus d. conclusione 165. num. 4.

Nec non potest esse valida quoad non appellan-tem, vel patientem deserere causam appellationis, & quoad prosequentes potest reuocari tanquam iniusta, Alexand. consil. 36. sub n. 2. lib. 4. Cardinal. Tusch. d. conclus. 165. num. 5.

Prout sententia lata in scriptis, quæ vt diffinitiuam valere non potest, sed vt interlocutoria: si vero contineat interlocutoriam, & diffinitionem, valebit in parte, in qua valere potest; Bald. consil. 346. n. 2. lib. 4. Tusch. d. conclus. 165. num. 6.

Nec minus potest substineri sententia nulla in vim consensus, vel pacti ipsarum partium, vt sententia, latè Anton. Gabr. tit. de sent. lib. 2. concl. 2. num. 1. vbi alios allegat, & testatur de communi Vant. de nullit. quib. mod. sent. nulla repar. poss. nu. 18. latè Paris. cõf. 24. n. 156. & 162. lib. 2. & sub nu. 157. loquitur, etiam si approbatio partium esset iurata: quia sententia non est actus, qui a partibus explicari possit; cum fomentum recipiat a iure publico, & non a priuato: & ideo, si nulla sit de iure priuatorum conuentione, conuolidari non potest, Abb. in consil. 92. nu. 2. Vant. vbi supra, & latè Petr. Caball. dict. cas. 286. numero 45. & seqq. Rip. in in l. 4. §. condemnatum, sub num. 25. ff. de re iudic. Scacc. de iud. lib. 2. capitulo 2. sub numero 4. & in tract. de appell. q. 17. limit. 47. membr. tertio, numero decimo.

Et licet dubitetur, an talis sententia possit substineri inter partes in vim pacti, vt latè per Gabr. d. conclus. 2. nu. 7. & seqq. Vant. vbi sup. nu. 18. & seq. tamen si defectus sit ex capite iurisdictionis, numquam partes possent substinere dictam sententiam, etiam in vim pacti, Gabr. d. concl. 2. n. 11. Caball. d. cas. 286. n. 52. Latè Scacc. de appell. q. 9. Remed. 1. concl. 5. n. 43. vbi alios allegat, & ibi ponit ampliationes, & præcipuè si requireret altiore indagine si opponerentur contra tres conformes, si dictaret statutum, vt fieri debeat executio non obstante exceptione nullitatis, & etiam si excipiens cum iuramento promississet non deducere nullitatem adhuc exceptio nullitatis proposita impediret executionem quando concernit defectum iurisdictionis, & maximè in criminalibus; quia partes non possunt dictam sententiã in vim pacti substinere, cū nemo sit dominus membrorum suorum; ita post Abb. in d. consil. 97. & Fel. in c. significasti in 3. declar. de for. cõp. Ant. Gab. d. cõl. 2. n. 22. & seq.

5 Et pro complemento istius questionis, sciat iudex, quod sententia lata super pluribus accusationibus simul eodem tempore porrectis, & pro sequutis, dicitur vnica sententia ad effectum; vt contineat vnica

summam ex omnibus cumulatis, vt detur appellatio in casu statuti prohibentis appellare a certa summa infra, Castrenf. consil. 164. lib. 1. per totum, vbi tamen dicit hoc esse verum, quando nõ fuit facta certa specificatio pro singula accusatione, sed omnes sunt vniformes, & cumulatae simul, & sequitur Tusch. in litt. S, concl. 164. n. 1. & seq. & vide Scacc. de appell. q. 17. limit. 6. memb. 9. num. 32.

## Sententia inæqualis delicto an valeat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Sententia debet esse æqualis delicto; alias dicitur nulla, et executioni non demandatur.
- 2 Sententia continens in vna parte condemnationem, non censetur in alia parte continere absolutionem.
- 3 Sententia cum clausula: condemno in centum, salvo, & reseruato quod sit condemnatio esset in plus, vel in minus, quam esse debeat ex forma statutorum, illam ex nunc reduco ad debitam pœnam, an valeat.
- 4 Sententia condemnatoria non valet quando ex actis constat de non delicto.
- 5 Confiscationis sententia non tenet vbi a lege, vel statuto non est imposta.
- 6 Sententia inæqualis delicto data de ordine Principis non debet executioni demandari.
- 7 Sententia inæqualis delicto an sit nulla in totum, vel in parte.
- 8 Sententia lata in minorem pœnã, quam sit inflicta a statuto, si nõ constet de aliqua causa minorationis pœnæ, nõ valet.

## C A P. XIV.

1 I N ista quæstione Aduocatus inuigilet, si iudex in ipsa sententia imposuit pœnam maiorem, vel grauiorem, quam delicti qualitas exposulet, vt sententia dicatur nulla, & executioni demandari non possit, Plot. consil. 72. num. 31. & seqq. tomo 2. crim. in fol. vbi ponit exemplum in homicidio non dolose commisso, nec per appensamentum: pro quo si iudex imponat pœnam mortis sententia non erit exequenda, quamuis lata esset in contumaciam, Moder. Roman. q. 11. n. 62. vbi refert ita in facto obtinuisse, & in cõf. 28. nu. 1. vbi de communi, & nu. 8. in fil. latè Baiard. q. 93. nu. 11. & seqq. & q. 96. nu. 10. vbi exclamat contra iudicem in statu Ecclesiastico, qui pro leui delicto sepè solent dare bannum vite contumacibus, vt pro simplici alloquutione, siue salutatione bannitorum, vel pro vulnere cum pugione, vel pro gladio, & aliquando, per solam inobedientiam: & quod inuenit in Gubernio Asculi, quendam fuisse condemnatum in pœnam furcarum: quia crus inciderat cuidam animali. Et ista conclusio procedit, etiam præsuppositis Bullis Pij Quarti, & Pij Quinti, vt testatur Farinac. in d. consil. 28. numero primo, Io. Ant. de Nigr. super capit. Regn. in cap. 155. Rubr. de for. iud. vbi refert, quod quidam imperitus iudex condemnauit quendam in contumaciam ad pœnam mortis pro vulnusculo: de qua sententia fuit derisus & non fuit executus, Crauet. consil. 94. num. 25. volum. 5. Bombin. consil. 34. lib. 1. Cartar. de capt. bannit. capital. final. numero 48. & seqq. & de communi testatur Io. de Carnemorto, consil. 33. numero 2. consil. crim. diuers. lib. 2. in fol. Clar. quæst. 93. num. 4.



- 2 Et è contra, si iudex condemnauit in parte, non censetur in alia parte absoluisse, nisi de animo iudicis appareret, post Hier. Gabr. conf. 71, nu. 20, vol. 1. Baiard. quæst. 93. numero 13.
- 3 Nec minus potest condemnare cum illa clausula; condempno in centum, saluo, & reseruato, quod si condemnatio esset in plus, vel minus, quam esse deberet ex forma statutorum, illa ex nunc reduco ad debitam quantitatem, Clar. q. 93. n. 5. Viui. decif. 174. in princ. licet alij relati per Clar. vbi supra attestentur de contraria obseruantia, & Card. Tusc. in litt. S. concl. 138. numero 5.
- Et quod valeat talis sententia, Mar. soc. & alij relati per Baiard. q. 93. num. 14.
- 4 Et multo minus aliquis potest condemnari quando verè constat ex inquisitione, vel Processu, quod non commisit delictum: vt si inquiratur, vel condemnata fuerit mulier pro furto, quia bona mariti abstulerit: cum in vxore non cadat furto, l. manifestissimi, ff. rer. amatar. vel si quis fuit condemnatus de defloratione in puella, ac quod illam prægnantem reddiderit, & constat, quod ille erat castratus, vel quod illa, quæ dicitur deflorata, erat mulier, & non virgo, Guliel. de Bened. in c. Raynutius, n. 169. extra de test. Cart. d. c. fi. n. 259. & seqq. Mod. Rom. q. 11. num. 62. vers. & idem.
- 5 Nec minus tenet sententia in confiscationem bonorum, si pro delicto d. pœna a lege, vel à statuto non esset imposita; adeo quod dicta sententia nunquam transeat in iudicatum, vt latè dixi in meo tract. de confisc. bonor. conclus. 12. numero 26.
- 6 Imò, & an si Princeps mandaret iudici quem puniri maiori pœna, quam a lege sit statuta, & iudex Principis mandato obtemperauerit, non erit dicta sententia executioni demandanda, sed debet differre eius executionem, iuxta tex. in l. vendicari, C. de pœn. cum alijs adductis per Cartar. in d. c. fi. nu. 33. 48. & seqq. Farinac. dict. q. 11. num. 62.
- 7 Et talis sententia dicitur nulla in totum, secundum communem opinionem attestatam per Io. de Cane. morto in d. conf. 33. n. 2. quem sequitur Clar. q. 93. n. 4. vbi de communi, & quod nec teneat pro summa in statuto contenta; & quod iudex, qui male iudicauit, teneatur versus Rempublicam ad interessè, prout in facto aliquando vidit ita obseruari, Farin. d. q. 11. sub n. 62. vbi testatur, quod illum suum clientem exemit a pœna mortis; & fuit sibi commutata pœna mortis in pœnam triremium.
- 8 Si vero imposita esset minor pœna, quam a statuto inflicta, si constat, quod ex aliqua causa iudex minorauit pœnam, valet; si vero non constat & tunc veluti lata contra ius, non valet, sed est nulla, Scac. de iud. lib. 1. c. 12. nu. 96. Moder. Rom. q. 18. n. 62. & seqq.
- 3 Sententia lata in pœnam mortis, iudex poterit declarare speciem mortis.
- 4 Sententia condemnatoria per homicidio, non expressa pœna, quando valeat.
- 5 Sententia, quæ refertur ad acta, quando valeat.
- 6 Sententia, quæ refertur ad pœnas statutarias, vel benemita, vel ad consilium sapientis, quando valeat.

## C A P. XV.

- 1 **C**Aueat iudex in prolatione sententiæ, ne pronunciet super incerto, quia non valet, l. in sententijs, ff. de re iudic. l. 3. C. de senten. quæ si. cert. Mising. cent. 4. obseruat. 100. nu. 2. Lap. alleg. 8. n. 6. vers. decretum autem, & latius alleg. 133. nu. 2. & seq. Feder. de Sen. consil. 100. n. 4. cum ex sententia incerta iudex nondicatur definire negotium, vel controuersiam, Card. Tusc. tom. 7. lit. S. conclus. 109. n. 1. & 3. & conclus. 138. & quia ex sententia incerta non imponitur finis liti a iudice, qui habet talem potestatem, Signor. conf. 87. n. 11. & seq. & quod sententia incerta nõ valeat, Bal. conf. 94. in fin. lib. 4. & solet adduci tex. in l. 3. vbi scribent, C. de sent. quæ sine cert. quant. Scac. de iud. lib. 1. cap. 102. num. 5.
- Idemque est si petatur aliqua rerum estimatio vel interessè principaliter, vt prius debeat liquidari tale interessè, vel estimatio anteq. ferratur sententia, vt de veriori opinione testatur Mising. cent. 5. obseruat. 100. & ibi subdit, idemque esse quando expensæ principaliter petuntur, vt prius debeant liquidari, secus si petantur accessoriè per rationè per eum ibi allegatã.
- 2 Alij autem in terminis nostris criminalitatis tenet, quod iudex si omittat pœnam in condemnatione, nõ errabit, si declarauit reum commisisse delictum; quia tunc talis sententia tenet, Bart. in l. si te, C. de infam. quia satis est, quod sententia declaret factum, quando lex super tali facto, vel negotio certam pœnam imposuit. Vant. de null. ex defec. iuris. nu. 93. Caualecan. de Brach. reg. p. 4. nu. 285. vers. & iudex, vbi subdit, quod potest tunc declarare iudex, quod intellexerit de pœna, prout de iure; vel a statuto imposita est; & quod talis sententia sit bona, & executioni demandanda, adducitur tex. in l. 1. §. nam si quidem, ff. ad Turpell. & ibi communiter, Doct. vt testatur Anton. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. 31.
- 3 Idemque erit, si iudex condemnauit aliquem ad mortem, non expressa qualitate mortis; poterit postea declarare de qua specie mortis intellexerit: vel in dubio refertur ad pœnam mortis inflictam per statutum, Caualec. d. par. 4. num. 284. circa fin. Si vero sententia fuerit lata a supremo Magistratu, vt a Senatu, vel a Præfecto Prætorio, siue a iudice brachij regij, eo magis potest declarari, emendari, & corrigi sententia incerta, vel non habens certam, & determinatam pœnam, idem Caualecan. vbi supra.
- 4 Sed quia potest contingere, quod iudex condemnauerit Titium pro homicidio, non expressa pœna, & potest esse, quod Titius commiserit dictum homicidium casu fortuito, vel inaduertenter, aut ad necessariam defensionem; ideo non sufficit declarare, quod Titius occidit, nisi dolosè occidisse dicatur, ideo clare sententia ferenda erit; nisi tamen se referat ad acta, quæ sunt in processu, Vantie. de nullit. ex defec. process. nu. 103. Caualecan. de brach. reg. par. 4. num. 286. vers. sed quia. Et idem erit in pœnis arbitratius,

Sententia quæ non habet certam pœnam,  
an valeat.

## S U M M A R I V M.

- 1 Sententia, quæ non habet certam pœnam, est nulla, secundum vnã opinionem, licet alij contrarium teneant.
- 2 Sententia lata super aliquo delicto, vel facto, si ex eo resultet pœna, valet: quia iudex posset declarare intellexisse de pœna iuris, vel statuti.



rus, vt requiratur expressio pœnæ, vt declarat Anton. Gomez. d. c. 13. num. 30. vbi subdit, quod tutius erit in omni casu declarare pœnam determinatam in sententia pro delicto ordinario, vel arbitrario, & quod ita in illo Regno practicatur; licet Cauale. d. p. 4. nu. 284. in fin. dicat, quod in arbitrarijs quilibet possit declarare qualitatem omiffam, non autem sententiam; & quod sententia generalis referens se ad acta valeat; vt si iudex dicat eodemmodo condemnandum, & absoluo absoluum, prout ex actis apparet, Bald. conf. 229. lib. 1. Card. Tusch. litt. S. conclus. 109. nu. 2. qui tamen ibi declarant; dummodo clare cõstet ex processu, qui sit condemnandus, & qui absoluum; alias secus: & Alex. in conf. 109. in princ. lib. 5. vbi Add. in verb. certam, & idem Tusc. d. lit. S. conclus. 138. nu. 1.

5 Et quod sententia, quæ refertur ad acta sit clara, & certa, Vant. de nullit. ex defect. process. numer. 103. Scacc. de iudic. lib. 1. n. 5. cap. 102. Tusc. in lit. S. conclus. 166. num. 2. Immo potest sumi relatio ex actis ad saluandam sententiam, etiam si relatio non esset facta ad acta, Fulg. conf. 143. col. fin. Cuman. conf. 7. numer. 8. Tusc. d. lit. S. conclus. 108. nu. 21.

6 Prout etiam valet, si circa pœnas Iudex se referat ad statutum, vel ad bannimentum, Anchar. conf. 6. nu. 3. Cau. in frag. fragm. 99. vers. & in dicta. Prout si se referat ad dispositionem iuris, dicatur certa, Bal. in cõf. 115. circa finem, lib. 1. & in l. Ancillæ, num. 2. de furt. Marant. in Specul. p. 6. act. 2. nu. 29. limit. 13. Crauett. conf. 323. nu. 2. Scacc. de iudic. lib. 1. c. 102. nu. 5. vers. & in specie, vbi concludunt, quia in iure omnia sunt certa, & ibi Scacc. nu. 6. respondet ad contraria, latè Tusc. in litt. S. conclus. 166. nu. 1. & sub nu. 3. dicit idem procedere, quando est sententia relatiua ad consilium sapientis, vbi tamen declarat post Castren. in conf. 30. in princ. lib. 2. tribus modis: primo quando consilium; Sapientis fuit scriptum.

Secundo si iudex legerat d. consilium.

Tertio si consilium fuerat productum apud acta; alias sententia relatiua non valebit, sed hodie in Curia per nouam reformationem iudices debent pœnas certas exprimere, & non possunt se referre ad ius commune, statuta, constitutiones, vel edicta, sed illa reformatio verè loquitur, quando proferuntur sententiæ contra reos in contumaciam.

#### Sententia lata sub conditione an valeat.

##### S Y M M A R I U M.

- 1 Sententia lata sub conditione an valeat, Doct. distinguunt inter conditionem intrinsecam, & extrinsecam.
- 2 Condicio extrinseca qua dicatur.
- 3 Sententia lata sub conditione de præterito, vel de præsentis, valet.
- 4 Sententia lata sub conditione resolutiua dicitur nulla ipso iure.

##### C A P. XVI.

2 **B** Reuter in ista questione me expediam; quia abundè est decisa cum suis ampliacionibus, & limitationibus ab Ant. Gabr. tit. de sent. conclus. 1. per tot. quam etiam ad longum ponit Ofasch. decis. 146. & latius illam reassumit Cardin. Tusch. in litt. S. conclus. 108. per tot. & faciunt distinctionem inter conditionem intrinsecam, & extrinsecam; & licet aliqui vo-

luerint, quod condicio extrinseca viciet sententiam, quos allegat Apostill. ad Ant. de Butr. in consil. 50. in verb. conditionalis, & alios etiam cumulat Ofasch. d. decis. 146. & ibi etiam ponit rationes, & Ant. Gabr. d. conclus. 2. nu. 2. vers. contrarium, Tamen magis communis opinio est, vt mero iure valeat, sed bene possit per viam appellationis retractari, & reuocari, Ant. de Butr. in d. consil. 50. nu. 2. vbi Apostill. in d. verb. conditionalis, vbi quam plures alios allegat, Ant. Gabr. dict. conclus. 1. num. 3. in princ. vbi etiam alios cumulat, & sub nu. 3. vbi de magis communi, siue condicio extrinseca sit de natura negocij, de quo agitur, siue non, Ofasch. decis. 146. nu. 6. & seq. vbi de magis communi; & ad omnia contraria respondet, & Tusc. d. conclus. 108. nu. 13. qui etiam testatur de magis communi, Scacc. de iud. lib. 1. c. 102. sub nu. 5. vers. & dato quod.

2 Sed Ant. Gabr. ad istam magis communem opinionem ponit quam plures limitationes, seu declarationes; & extrinseca condicio dicitur, quæ in aliquo actu extrinseco interponitur, qui nullam cum materia subiecta habet conformitatem, veluti si nauis ex Asia venerit, Ofasch. decis. 146. Card. Tusc. d. conclus. 108. numero 11.

3 Si vero fuerit lata sententia sub conditione intrinseca, & tunc Doctores distinguunt, aut est condicio de præterito, vel de præsentis, quia iudex dicat, si est probatum, absoluo, & tunc sententia valeat, secus si diceret simpliciter, si est probatum, condemno, quia erit nulla; cum non sequatur argumentum à contrario, ideo si non est probatum absoluo, vt declarat Ofasch. d. decis. 146. nu. 9. & seq. & sequitur Tusch. d. conclus. 108. nu. 14. vbi etiam intelligunt de vera probatione, & non per iuramentum. Intrinsicca autem condicio de futuro, veluti si actor non probauerit, viciat sententiam, secundum magis communem opinionem attestatam per Ofasch. dict. decis. 146. num. 11. & seq. vbi adducit rationes, latè Apostill. ad Anton. de Butr. in d. consil. 50. in verb. conditionalis, & Cardinal. Tusch. d. conclus. 108. nu. 15. licet ibi subdat, post Ofasch. etiam isto casu sententiam mero iure valere, & ita seruari per totum mundum, licet per appellationem rescindatur, Sed quod sit communis opinio, vt sit nulla, tenet post alios, quos cumulat, Gabr. d. conclus. 1. n. 17. in fi. vbi tamen videtur limitare istam opinionem communem, quando ex iusta causa ita pronunciat referens se ad probationes de futuro: quia instantia labitur, & probationes expectantur de longinquis, remotis partibus, licet etiam ibi referat contrarium tenentes, vt non possit iudex se referre ad probationes futuras, etiam propter periculum, quod instantia liberatur.

Tamen ad istam magis communem opinionem accomodantur nonnullæ fallentiæ positæ per eundem Ant. Gabr. d. conclus. 1. nu. 11. & seq. vbi si condicio se referret ad probationes de futuro, quæ possent sequi incontinenti post sententiam, vt est probatio per iuramentum, vel si feratur super fructibus, expensis inter esse, & accessorijs, vt est latè videre per Gabr. dict. conclus. 1. num. 22. & seq. & per Tusch. d. conclus. 108. nu. 22. & seq.

Si vero condicio intrinsicca de futuro esset necessaria, sententia valebit, vt si dicat iudex; condemno, si fueris condemnatus in consilio sapientis, vel absoluo, vt in d. consilio, vt de magis communi opinione testatur Ant. Gabr. d. conclus. 1. nu. 30. quæ tamen limitatur



tatur pluribus modis, vt per Doct. relatos ibi per d. Ant. Gabr. nu. 31. Card. Tusch. d. concl. 108. n. 18.

4 Si vero lata fuerit sub conditione resolutiua, magis communis opinio est, vt dicatur nulla ipso iure, vt testatur Ant. Gabr. dict. conclus. 1. nu. 13. vbi ponit ad istam magis communem opinionem tres limitationes. Et si vis plura videre circa istam materiam, adeas Tusch. d. concl. 108. vbi multa scripsit.

Et quādo reus dicatur absolutus, diffinitiuè, vel sub conditione, vide latè Couar. var. resol. lib. 2. c. 10.

Benè verum est, quod in dubio censetur absolutus diffinitiuè, vt per Caualc. p. 4. n. 275. vbi subdit, quod in tantum fauetur absolutioni, & absolutis, vt absolutoria etiam contra conscientiam Principis teneat; secus si esset condemnatoria.

Sententia lata per verba: Reum esse condemnandum, vel futuri temporis, vel modi infinitiui, an valeat.

S Y M M A R I V M.

- 1 Sententia, quæ non habet alterum de duobus; condemnatio, vel absolutio, dicitur nulla.
- 2 Sententia lata per Gerundium; condemnandum esse, vel absoluendum an valeat.
- Concilia opiniones contrarias in hac materia prout hic per Authorem.
- 3 Sententia conditionalis lata, quia fuit pronuntiatum contra contumacem, si deuenit in fortijs Curia reus decapitetur, numquam currit præscripto contra contumacem, nisi postquam fuerit captus, & fuerit in fortijs Curia.

C A P. XVII.

1 **F**irmant in hac quæstione Doctores, sententiam, non valere, quæ non habet alterum ex istis verbis: condemnatio, vel absolutio, l. 1. de re iudic. l. Præses. C. de sentent. l. in hoc iudicio, ff. famil. herciscund. latè Moscatell. in pract. p. 7. glos. condemnando, num. 59. vbi alios allegat. Nec obstat dicere sententiam valere, quoquo modo prolata fuerit, dummodo definiat negociū, per d. l. 1. & per l. in summa, ff. de re iudicat. quia id verum est, vbiunque per verba præsentis temporis fuisset prolata; secus si per verba de futuro, l. non quemadmodum, ff. de re iud. cum aliud sit renunciare quid faciendum; vel fieri debere, & aliud facere, l. cum duobus, §. idem respondit, ff. pro soc. & aliud si deportare aliud pronuntiare deportandum, l. 1. §. deportans, ff. de legat. 3. & aliud exequi sententiam, & aliud pronuntiare exequendam, l. ab exequutore, C. quor. appell. non recip. Bar. in l. 1. C. si aduers. libert. quam magis communiter Doctores sequuntur, l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. vt testatur Decian. respons. 57. nu. 5. vol. 2. quia sententia debet esse talis, vt iudicium, & controuersiam de præsentis definiat, Vant. de nullit. ex defect. process. num. 90. Card. Tusch. in litt. S. conclus. 132. nu. 1. & de magis communi, & recepta opinione testatur, Dec. in c. cum venerabilis, num. 37. vers. prædicta conclusio extr. de exception. vbi alios allegat, & post alios Moder. Rom. Farinacc. in fragm. crim. in litt. A. numer. 13. vbi etiam testatur de magis communi opinione.

2 Contrariam sententiam, quod iudex ita pronuntians condemnandum esse intelligatur condemnaf-

se, & idem operetur verbum futuri temporis, quod præsentis, vt sententia valeat, quæ non valeret, & contra opinionem Bar. & aliorum in d. l. 1. C. si aduers. libert. tenent communiter Doctores, vt de communi, & quod communiter opinio, Bart. reprobatur, vt post alios, quos allegat etiam testantes de communi, tucur Decian. in d. respons. 57. num. 7. & seqq. & ad contraria respondet; latè Modern. Rom. Farinac. in frag. crim. in litt. A. nu. 15. vbi alios allegat, & plus firmat, quod iudex ita pronuntians incidat in pœnam statuti prohibentis iudicē posse absoluere vel condemnare in ultimo mense sui officij.

Quæ opiniones contrariæ possunt conciliari, vt prima opinio sit vera, quando iudex simpliciter pronuntiauit per verbum Gerundium, quia dixit absoluendum, vel condemnandum, & tunc opinio, Bartol. sit vera, vt sententia nō valeat, latè Moscatell. in pract. p. 6. glos. condemnando, nu. 61. & seqq. licet ibi ponat aliquos casus in quibus dicta sententia subsineatur, secus si pronuntiauit per infinitiuum modum, quia dixit, absolui debere, vel liberari debere: quia verba infinitiui modi sunt apta comprehendere omne tempus, & successiuè etiam præsens vt notant, Glos. Bart. & omnes in l. 5. §. stipulatio, de verb. stipulat. & ita declarat Rom. in d. l. 1. §. si quis ita, nu. 8. de verb. oblig. & Corn. ibi etiam notabiliter distinguit, quod si iudex loquatur de futuro, nihil immiscens de præsentis, quia dicat, condemnabimus, vel absoluemus, tunc sententia non valeat; quia illa verba nihil disponant, sed simpliciter enunciant.

Si vero cum verbis de futuro aliquid immisceat de præsentis, puta, quia addat infinitum, quod est aptū comprehendere omne tempus, tunc sententia valeat, & exemplificat, si iudex dixerit; mihi videtur Titius rebandiendus, quia ille Titius non poterit amplius impunè offendi; cum perinde sit, ac si dixisset, eum rebandio: & declarationem Corn. sequitur Decian. d. conf. 57. nu. 13. & seqq. & sub num. 22. post Bal. Imol. Cast. Fulgos. Angel. & Dec. in locis per eum relatis dicit magis procedere, si iudex in sententia apposuisset claufulam, omni meliori modo, latissimè Vant. de nullit. ex defect. process. n. 91. & seqq. vbi firmat, quod satis sit, quod per æquipollens iudex absoluat, vel condemnet, Card. Tusch. in litt. S. conclus. 132. n. 7. Moscatell. in Pract. de appell. part. 3. Glos. reformamus, nu. 5. & in par. 7. glos. condemnando, num. 59. 60. vbi latè, & ponit exempla, Scac. de appell. q. 4. num. 40. & Vant. vbi supra ponit etiam multa exempla, vt si diceret declaramus, seu definimus rem esse restituendam, vel si dicat; credo Titium debere decem Mæuiō; vel si dicat; non video cur Titium non condemnem; vel si dicat; statuimus, præcipimus, ordinamus, & declaramus, vel si dicat, condemnatio, immo absolutio, sententia erit absolutoria, quia attenditur vltimum verbum, & multa alia ibi ponit exempla.

Sed ad tollendas omnes dubitationes, post illud verbum condemnandum vel absoluendum, iudex deinde apponat, prout condemnamus, vel absoluimus, siue restituimus; prout in Romana Curia seruatur, vt per Vant. vbi supra, n. 91. in fin. & Moscat. in d. glos. condemnando, n. 163. in fin. dicit, quod ipse credat, quod non possint inueniri, qui in laqueos incidant, ob diligentiam quam adhibent iudices in promulgando hodie sententias, & quænam sint verba æquipollentia, late



latè ponit post Alexand. Rip. in l. 1. ff. de re iudicat.

- 3 Si verò sententia fuerit cōditionalis, quia fuit pronuntiatum contra contumacem, quod si deuenit in fortijs Curia, debeat decapitari, si post 50. annos deuenit in posse Curia, sententia non posset exequi, Bal. in l. data opera sub n. 58. vers. sed pone, C. de his, qui accus. non poss. quia præscriptio non potuit currere, nisi adimpleta conditione, quod esset in fortijs Curia, Foll. in verb. captis foro iudicatis, num. 7. Cartar. de exec. sent. c. si. nu. 3. 13. & seq. vbi alios allegat, Cab. cas. 230. num. 3. & seq. cent. 3. vbi etiam concordantes adducit, quod est notandum, quia sæpè potest contingere in facto.

Sententia quando possit retractari, declarari vel suppleri per eundem iudicem.

SUMMARIUM.

- 1 Sententia per supremos iudices potest retractari, emendari, corrigi, & interpretari: & multo magis in interlocutoria sententia, secus in alijs iudicibus ordinarijs.
- 2 Appellatio admittitur à declaratione, vel interpretatione sententia.
- 3 Sententia declarari non potest etiam ex cōsensu partium, quando ex declaratione illius substantia alteratur.
- 4 Iudices ordinarij post sententiam non possunt Reum condemnare grauiori pœna ob aliquam qualitatem delictum aggrauantem, nisi fuerit supremus iudex.
- 5 Sententiam declarari, vel interpretari solum permittitur vnica vice tantum.
- 6 Sententia per iudices ordinarios non potest retractari neque corrigi, etiam si voluerint reum absoluerè, & dixerint, fore, & esse condemnandum.
- 7 Cautela datur, quando iudices per errorem condēnet eum, quem absoluerè volebant, vt habeant recursum ad Principem pro opportuno remedio.
- 8 Sententia in quibus casibus possit per iudicem reuocari, remissuè.
- 9 Sententia non potest declarari per iudicem finito officio.

C A P. XVIII.

1 **D**Octores videntur in ista quæstione concludere quod supremus Magistratus possit suam sententiam retractare, interpretari, emendare, & corrigere, Bart. in l. ab exequutore, nu. 5. ff. de app. Menoc. de arb. q. 67. n. 28. & seq. Put. de sind. in verb. sententia, c. 4. num. 66. & gloss. in l. iudex postquam de re iudic. quæ loquitur in Præfecto Prætorio in Senatu, & in alijs supremis Magistratibus, quos ibi recēset, & Cau. p. 4. nu. 285. qui etiam loquitur in iudice brachij Regij, qui Præfecto Prætorio cōparatur, licet post Bos. tit. de supplic. aduers. rem iudic. nu. 9. & 14. Farinac. conf. 40. nu. 59. vers. & licet fiscus, teneat contrarium, vt Princeps de auctoritate ordinaria non possit retractare primam sententiam, & quod licet fiscus infra triennium restituatur, l. vnica, C. de sent. aduers. fil. lib. 10. tamen non procedat in criminalibus.

Quod multo magis retenta prima opinione verum erit in sententia interlocutoria, quæ potest reuocari per quemcunque iudicem. l. quod iussit, de re iudic. Bald. conf. 65. circa fin. lib. 4. Zabarell. conf. 32. num. 2. & seq. & reuocata diceretur, quando iudex fecit actū

contrarium, Zabarell. d. conf. 32. nu. 3. Alex. conf. 84. nu. 9. & seq. libr. 4. vbi ponit multa exempla, & plenè scribit de ista sententia, quando possit, & non possit reuocari, Card. Tusch. in lit. S. concl. 115. per tot.

In alijs verò iudicibus ordinarijs etiam conceditur iudicem posse declarare mentem, & sententiam suam dubiam, text. in l. prætorijs, ff. de prætor. stipulat. & in l. ab exequutore, de appellat. vbi Bar. latè, & Alex. in addit. cap. olim, cap. ex parte de verb. signif. cum alijs adductis per Decian. in consil. 57. num. 19. vol. 2. vbi post Bal. & Salycet. firmat, quod possit per suum iuramentum coram alio iudice sententiam suam declarare, si solus erit; sed si fuerint plures iudices, oportet, quod omnes idem declarent, Decian. conf. 43. num. 3. vers. sed tamen etiam ad ista, Card. Tusch. in lit. S. conclus. 123. nu. 1. quia declarare non est aliquid noui facere. l. ordo. §. cum quis. ff. de acquir. hæredit. Cauale. de brach. reg. p. 3. nu. 284. vers. & ratio est, & quando iudex possit suam sententiam interpretari, & declarare, vide Ant. Gabriel. libr. 6. tit. de reg. iur. conclus. 3. illat. 6. nu. 14. & seqq.

2 A qua declaratione Doctores affirmant posse appellari, vt post Alex. in conf. 3. colum. fin. libr. 1. firmat Card. Tusch. d. concl. 123. nu. 3. Greg. Tholos. de appellat. lib. 3. cap. 11. num. 1. Scacc. de appellat. q. 17. limit. 40. nu. 52. vbi alios allegat.

3 Sed hoc est verum, dummodo ex ipsa declaratione in substantia dispositio non alteretur, & non addatur, neque diminuatur, quia nec etiam ex consensu partium iudex talem declarationem facere posset, vt post Bal. conf. 94. lib. 4. firmat Tusch. d. concl. 123. nu. 6. Vino. de Franch. decil. 85. nu. 4. p. 1. & talis debet esse interpretatio, vt non mereatur reprehendi, latè Scacc. de appellat. q. 2. nu. 28. & debet esse talis, vt sententia valeat, de quo vide latè eumd. Scacc. d. q. 2. num. 29. q. 3. nu. 4. q. 7. nu. 5. q. 15. nu. 225. in fin.

4 Nec iudices ordinarij, qui omiserunt condemnare reum grauiori pœna, ob aliquam qualitatem delictum aggrauantem, possunt amplius dictam pœnam suppleri; cum iam functi fuerint officio suo. l. iudex postquam de iud. l. terminato. C. de fruct. & lit. expens. l. centum Capuæ. ff. de eo, quod cert. loc. Cauale. de brach. reg. p. 4. nu. 152. in lit. L. vers. & quamuis, vbi tamen subdit non procedere in iudice brachij Regij, qui potest suam, vel aliorum sententiam supplere.

5 Quod tamen intellige, vt iudici liceat suam sententiam tantum semel interpretari, vt post alios, quos allegat, ita declarat Cauale. d. p. 4. nu. 28. in princ. prout semel tantum potest suppliri. Rebuff. in tract. de supplicat. in præfat. nu. 43. 69. 88. & 102. Scacc. de appellat. q. 10. remed. 3. nu. 28.

6 Nec minus possunt iudices ordinarij post prolationem sententiæ, eam retractare; quamuis aliquem condemnauerint, quem absoluerè volebant, sed per errorem dixerint in sententia condemnatum, Vincet. de Franch. decil. 398. nu. 5. & 6. vbi tamen, dicit, quod isto casu iudex debeat habere recursum ad Superiorem, vt de opportuno remedio provideat, & sequitur Petr. Caball. cas. 133. num. 9. & seq. cent. 2. Farinac. conf. 30. sub nu. 59. vers. Quæ conclusio, vbi alios allegat, & in q. 11. num. 12. vbi etiam concordantes adducit, quod est notandum; quia sæpè contingit in facto, prout euenire vidi hic in Curia in quodam iudice deputato, qui condemnauit duos de Iyferno patria mea



mea in poenam ultimi supplicij, cum voluisset eisdem condemnare in poenam tritemium.

- 7 Sed Aduocato erit consultum, ut si per errorem, vel inaduertenter, vel alio modo iudex condemnauit reum, qui erat innocens, deducat iudici, quod in criminalibus possit retractare sententiam suam, vel saltem supersedere debeat, & cōsulat Principem de opportuno remedio pro innocentia Rei tuenda, l. 1. §. si quis ultro, ff. de quæst. iul. Clar. q. 89. nu. 8. in fin. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 1. num. 27. vers. 3. per tex. & c. 13. nu. 33. in fi. Vinc. de Franc. & Cab. vbi sup. Quod idem erit, si fuerit Reus condemnatus in contumaciam, & vigore statuti fuerit habitus pro confesso, vt periuadeat eidem iudici, vt possit dictam sententiam retractare ex se ipso Principe non consulto, Felin. in cap. consanguinei, & in cap. lator. de re iudic. licet Boss. tit. de remed. cont. bann. nu. 3. impugnet, Felin. & teneat, vt sit consulendus Princeps, & sequitur Baiard. qu. 98. nu. 6. & ibi reddit rationem, & quod ita iudices facientes non errabunt, & in multis alijs casibus iudex tenetur supersedere, & consulere Principem, quos posuit Marlin Pract. crim. §. oportune, num. 24. Baiard. q. 98. nu. 5. & seqq. vbi tamen subdit, quod obseruauit suspendere facere delinquentes, qui post sententiam absolutoriam facti fuerint delicta, sine alia Principis consultatione.
- 8 Et si Aduocatus velit etiam scire in quibus casibus possit iudici persuadere, vt possit sententiam suam reuocare, adeat Scacc. de iudic. lib. 1. c. 97. nu. 131. cum plurib. seq. vbi habebit illos bene enucleatos, ac Doctorum auctoritatibus bene corroboratos, & munitos, & inferius dicam in Defensione circa appellationem.
- 9 Sed caueat iudex, vt finito, & dimisso officio non possit amplius sententiam declarare. Bal. in c. 1. col. 2. vers. extra quæro, qui success. teneat, quia vt priuata persona iudicaret, quod absonum esset, Vincent. de Franch. decis. 187. nu. 3. & 6. p. 1.

### Sententia quando sit pro Reo, vel pro Fisco ferenda.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Fiscus non est priuilegiatus, nisi in casibus à iure expressis, & debet vti iure priuato, immo est minus priuilegiatus, quam priuatus: quia in dubio magis fauendum est reo, quam fisco.
- 2 Fisci priuilegia sunt restringenda ad casus expressos, & Fisco incumbit docere de priuilegio.
- 3 Fiscus in pari probatione præferri debet priuato, secundum aliquos.

Declarata tamen, vt hic per Authorem.

#### C A P. XIX.

- 1 Aduocatus in ista questione contra Fiscum acerrimè insurgat, & deducat Fiscum regulariter non dici priuilegiatum, nisi in casibus à iure expressis; & ob id vti iure priuati, l. idem, ff. de compensat. l. cum quidam, §. si. ff. de vsur. l. cum vitiosè, ff. de pignor. l. iustas, C. de iur. fisc. lib. 10. Cou. var. resol. lib. 1. c. 16. vbi latè Peregr. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 1. & tit. de his, quæ spect. ad ord. num. 44. Cabal. cas. 59. nu. 20. & seqq. vbi alios allegat, Caualc. de Brac. reg. p. 6. n. 557. vers. idem de fisco. Imò quod sit minus priuilegiatus, quam sit

priuatus; quia in dubio magis est sanare Reo quam Fisco, & a histori. l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. pulchre Menoch. in q. 80. in add. Et quia in dubio est pronuntiandum contra fiscum, l. nō puto, ff. de iur. fisc. Dec. in l. ambiguus sub num. 2. ff. de reg. iur. & ibi Cagnol. nu. 4. Rip. in l. 1. n. 4. ff. solut. matr. & in l. debitor. nu. 7. C. de pignor. Couarr. var. resol. d. lib. 1. cap. 16. n. 1. Caball. d. cas. 59. nu. 21. Caualc. de Brach. reg. d. p. 6. nu. 550. vers. ex hoc.

- 2 Imò eius priuilegia sunt restringenda ad casus totaliter expressos, nec sunt multiplicandas adeò quod tuentes partes Fisci cogantur ostendere in casu, de quo ageretur esse expressè priuilegiatum; cum reus dicatur habere regulam prote, & ideò habere intentionem fundatam, & alleganti Fisco fallentiam, exceptionem, vel specialitatem, incumbat, onus probandi, ad trad. per Doc. in l. 1. ff. de reg. iur. & præcipuè Dec. nu. 6. & seq. Cagnol. nu. 21. qui alios adducit, Caball. d. cas. 59. nu. 22. & seq.
- 3 Tamen Doctores videntur restringere, & declarare supradictam l. non puto, esse veram, quando sumus in dubio, secus si essemus in pari probatione; quia tunc Fiscus erit magis priuilegiatus, quàm reus, & eius causa præualere debeat causæ rei, latè ita declarat Peregr. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 6. de pignor. Et quod aliud sit, quòd causa sit dubia, vel quòd sit par cum ipso Fisco; quia in pari causa, Fisco, & non reo fauendum sit, v. per Doct. in l. pari causa, ff. de reg. iur. Peregr. d. tit. 6. num. 23. latè Caualc. de brach. reg. par. 6. nu. 550. vers. ex hoc, & numero 557. vers. idem de Fisco, & in fragm. 106.

Quæ distinctio, dum agitur de absoluteione, vel liberatione rei inquisiti à delicto sibi impicto, neque tuta, neque vera est; quia Doct. communiter cōcludunt, quòd data paritate inter reum, & fiscum, sēper præualeat probatio rei, per l. absentem, de pen. l. Præses. l. interpretatone, ff. de pæn. Rim. iun. conf. 359. n. 39. Decian. resp. 59. nu. 7. vol. 3. Surd. conf. 173. num. 57. vol. 2. latè Mascard. de probat. concl. 36. nu. 26. vol. 1. cum probationes fisci debeant de necessitate concludere, Dec. resp. 93. n. 56. vol. 2. & nullus iudex debeat aliquè condemnare, quādo dubitat Nauar. in Manual. c. 27. nu. 193. in fin. Andr. Fach. conf. 99. nu. 28. vol. 2. prout latè dixi in defens. 30. c. 1. & c. 2. Eoque magis, quando agitur de poena imponenda reo, semper dicitur Fiscus agere de lucro captando cum alterius iactura, & reus de damno vitando; ideò semper sit causa rei præferenda causæ fisci. Si verò reus inquisitus ex qualitate causæ etiam ipse ageret de lucro captando: tunc forsitan posset esse vera dicta distinctio, vt in pari probatione causa fisci sit causæ rei præferenda, vt si ageretur contra fraudantem gabellam, qui vellet se tueri non defraudasse gabellam; quia ageretur de lucro captando cum damno Publicani, vt tradit Peregr. de iur. fisc. d. lib. 6. tit. de pignor. & hypothec. nu. 23. & sequitur Caualc. de Brac. reg. part. 6. nu. 550. in fin. & in frag. 106. vbi refert ita fuisse iudicatum contra non soluentem gabellam, & in isto, vel alio simili casu esse veram distinctionem Peregr. arbitrator, & non in alijs casibus quando agitur de absoluteione rei, vt tunc in pari probatione fiscus succumbere debeant, & inquisitus sit absoluendus tamquam magis priuilegiatus.



Sententia lata contra leges, vel Statuta, seu extrauagantes, aut consuetudinem; vel contra notorium, & contra communem opinionem, an valeat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Sententia lata contra leges dicitur ipso iure nulla: quod Doctores admittunt, quando lex esset manifeste clara, & indubitabilis; & quando non est error ita clarus et debet sententia reuocari per iudicem appellationis.
- 2 Sententia lata contra causam Statuti, legis nouæ, alicuius Constitutionis localis, vel extrauagantis, dicitur nulla: declarata tamen ut hic per Authorem.
- 3 Sententia lata contra consuetudinem quando sit nulla, et quando contra notorium factum et contra regulas Cancellarie, et contra decisiones Rotæ, et contra communem opinionem.

## C A P. XX.

**D**iligenter perspiciat Aduocatus, an poena infligenda in sententia sit contra leges, vel Canones; quia sententia erit nulla ipso iure. l. 2. C. quod. pronoc. non est necess. latè Ant. Gabr. tit. de sent. libro 2. concl. 7. num. 1. vbi per duas columnas concordantes cumulat, & testatur de communi, & latè Vantic. de nullit. ex defect. process. nu. 118. Card. Tusch. in litt. S. concl. 141. nu. 1. vbi de communi. Bertazz. conf. 463. num. 4. volum. 2. Maur. Burg. de mod. proced. ex abr. quæst. 50. num. 3.

Nec minus potest ex sua conscientia se excusare, quòd ita sibi visum fuerit pronunciare contra leges; quia iniuriam facit legibus, qui vult melius videri, quam sint ipsæ leges, s. oportet Authen. de iud. quem ad propositum allegat Par. de Put. de Syndic. in verb. iudices puras, ut refert, & sequitur, Vant. de nullit. ex defect. process. num. 118. vers. nec excusaret, & ibi subdit; nec excusabitur, si dixerit leges, vel Constitutiones nescire, & maxime quando sunt publicæ, ut ab omnibus sciri debeant, l. sacratissime. C. de legib. & ibi etiam plus subdit, quòd nec excusabitur, si partes ita consensissent, quia adhuc sententia erit nulla, ex traditis per Doct. in l. si conuenerit, & præcipue Ias. col. 1. limit. 2. ff. de re iud. & sequitur Card. Tusch. in d. lit. S. conclus. 141. nu. 10. & seq.

Sed Doctores declarant istam comunem opinionem esse veram, quando esset lata contra ius apertum, & manifestum, & contra legis manifestum casum; quia esset lata contra regulam iuris, vel contra legem claram, & indubitabilem, Math. sing. 20. Dec. consilio 8. circa princ. latè Ant. Gabr. d. concl. 7. nu. 19. vbi alios concordantes allegat, Vant. de nullit. ex defect. process. nu. 118. vers. & præmissa, Card. Tusch. d. concl. 141. n. 3. vbi de communi: vel quia esset expressus error in sententia; quia pronunciauit contra casum legis, vel quando lex dat formam, sub qua pendet iurisdictionis iudicis, & tunc dicatur sententia nulla. Secus si ultra dictos duos casus sententia esset lata, non secundum ius, & iustitiam, latissime Anchar. consil. 182. n. 10. vsq. in fin. Card. Tusch. in lit. S. concl. 140. nu. 14. vbi reprehendit Bologna. in addit. ad lo. de Anan. in conf. 16. nu. 15. contrarium tenentem; & eandem declarationem sequitur idem Tusch. in d. conclus. 141.

nu. 6. in fin. Et quòd error, ut reddat sententiam nullam, requiritur, ut sit expressus in sententia: alias traseat in iudicatum, Dec. in cap. quoniam contra, n. 35. de prob. Nat. conf. 325. nu. 36. Bero. conf. 154. n. 57. libro 3. Et aded debet esse expressus dictus error, ut debeat oculo corporeo videri, & legi; Secus si tacite resultaret, Innoc. in cap. cum P. in glol. magn. ante fi. de offic. deleg. & alij adducti per Vantic. de nullit. ex defect. process. nu. 122. vbi de communi, & Tusch. d. conclus. 141. n. 6. etiam de communi. Sed bene verum est, quòd si Aduocatus deducat in causa appellationis dictum errorem contra legem non ita clarum, obtinebit sententiam reuocari, vel reformari, Vantic. de nullit. ex defect. process. num. 12. vers. & error; Tusch. d. conclus. 141. nu. 68.

2 Itemque erit nulla sententia, quando lata esset contra casum Statuti, & legis nouæ, siue alicuius localis Constitutionis, vel extrauagantis, Anton. Gabr. tit. de sent. conclus. 7. num. 5. lib. 2. vbi alios allegat, Vant. de nullit. ex defect. process. num. 124. latè Card. Tusch. d. concl. 141. nu. 12. & seq. Maur. Burg. d. q. 50. nu. 5. Et obid, si Statuto caueatur; quòd bannito ius non reddatur, sententia contineat Titium soluere debere, vel aliquid tradere Caio bannito, sententia sit nulla, Alex. conf. 81. num. 3. vers. sicut enim, lib. 2. Idemque erit, quando fuerit sententia lata contra formam Statuti, Anch. consil. 191. nu. 5. & maxime quando iudex iurauit seruare Statuta, Castren. conf. 425. nu. 2. lib. 1. Card. Tusch. d. conclus. 141. nu. 16. & 20.

Nisi tamen dicta Statuta, Constitutiones, vel extrauagantes non fuerint, neque sint publicæ, nec notoriæ, & probabiliter iudex potuisset illas ignorare, & non fuerint a partibus allegata, ac producta in forma probanti, & quòd ab usu fuerint recepta, sententia non erit nulla, sed valebit, Vantic. de nullit. ex defect. process. sub num. 224. vbi alios allegat, & latissime Ant. Gabr. in d. conclus. 7. num. 11. vbi etiam concordantes allegat, & ibi sub nu. 12. & seqq. ponit tres declarationes, Cardinal. Tusch. d. conclus. 141. nu. 22. & seqq. vbi in specie dicit, sententiam non esse nullam, quando fuit lata contra statutum in alio foro, si ibi non fuit allegatum, & productum, ex traditis per Zabarell. in conf. 21. in fin.

Et quòd requiratur, ut statutum fuerit insertum in volumine aliorum statutorum, & procedat in iudice ordinario, & non in delegato, qui verisimiliter potuit ignorare statuta, & ibi multa dicit in proposito circa extrauagantes.

3 Idemque erit, si fuerit lata contra consuetudinem, Ant. Gabr. d. conclus. 7. nu. 15. vbi alios allegat, Vant. d. tit. de nullit. ex defect. iuris. nu. 124. in fi. Cardinal. Tusch. d. conclus. 141. nu. 29. Moseatell. in pract. part. 7. gloss. condemnando, nu. 23. Maur. Burg. de mod. proced. ex abr. quæst. 50. nu. 4. & seq. qui omnes præsupponunt consuetudinem notoriam, vel ex actis probatam; secus si non esset notoria, propter probabile dubium facti, & si error esset expressus in ipsa sententia, alias secus.

Idemque erit si fuerit lata sententia contra aliam sententiam Principis cum illa habeat vim legis, Ias. in l. cum prolati, nu. 4. ff. de re iud. Tusch. d. conclus. 141. Quòd procedit in Principe non recognoscente superiore de iure, vel de facto post alios Bertazz. consil. 160. nu. 1. 2. qui loquitur in Duce Mantuæ.

Et



Et quid si fuerit lata contra notorium facti, ac etiã contra regulas Cancellariã, & contra decisiones Rotę, ac contra communem opinionem Aduocatus habeat recursum ad Gab. in d. concl. 7. lib. 2. de sent. ad Vãt. in d. rit. de nullit. ex defect. process. num. 126. & seqq. & latius ad Card. Tusc. in d. coucl. 141. per tot.

## Sententia festinanter lata an valeat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Sententia festinanter lata est ipso iure nulla.
- 2 Iniquitas sententię equiparatur nullitati.
- 3 Executio dicitur nulla, quando fuit per executorem festinanter facta cui aliquid mandatur exequi cum cognitione causę.
- 4 Sententia festinanter lata est nulla, siue fuerit diffinitiuã, siue interlocutoria.
- 5 Sententia etiam per Principem, & Imperatorem festinanter lata dicitur nulla.
- 6 Sententia quando dicatur festinanter lata. Declarata tamen, vt hic per Authorem.
- 7 Sententia valet, quando fuit Reo assignatus terminus breuis; nisi fuerit à breuitate termini appellatum: & idem si sententia fuerit prolata, partibus presentibus, quando non appellarunt.
- 8 Sententia lata per iudicem, qui bene informatus erat de meritis causę, antequam causa ei commissa esset, non dicitur festinanter prolata.
- 9 Sententia potest festinanter proferri si periculum esset in mora, & si feratur contra rebelles, & si in sententia dicatur: visa accusatione, et visis, etc. ac si in sententia iudex dixerit adhibuisse cognitionem causę, vt non dicatur nulla.
- 10 Sententia quando dicatur nulla ex defectu mandati, citationis, et ex multis alijs defectibus, remissiuę.

## C A P. XXI.

- S**Vper ista quęstione acerrime insurgat contra iudicem Aduocatus, vt sententia tã breui tempore, & festinanter lata fuerit, vt nullo modo iudex potuerit habere cognitionem causę, & ideo sit nulla, Anch. conf. 36. sub nu. 5. Alex. conf. 33. num. 5. & seq. libr. 4. Foely. in cap. Ecclesia Sanctę Marię, nu. 14. & seq. de Constit. Card. Tusch. in lit. S, conclus. 147. num. 1. vbi quamplures alios allegat, & nu. 26. Anch. q. 16. n. 14. lib. 2. vbi alios refert, Petr. Caball. cas. 286. nu. 42. vbi firmat, vt sit ipso iure nulla, & non transeat in iudicatum, licet ab ea non fuerit appellatum, Inf. consil. 21. nu. 5. lib. 1. conf. 44. in fin. vol. 3. Tusch. d. concl. 147. nu. 17. † Quia iniquitas sententię equiparatur nullitati, Dec. conf. 8. n. 5. Curt. iun. conf. 124. & conf. 170. nu. 8. Gozad. conf. 20. num. 24. Petr. Caball. cas. 286. num. 42. cent. 3.
- 3 Et procedit etiam in executore, cui aliquid mandatur cum cognitione causę; quia si exequatur statim eodem die, quo literę presentantur, executio est nulla, tanquam facta sine causę cognitione, Alexand. consil. 218. num. 9. lib. 2. Tusch. d. conclus. 47. num. 7.
  - 4 † Ac procedit, tam in sententia diffinitiuã, quam in interlocutoria, Alex. conf. 33. sub nu. 5. & 6. lib. 1.
  - 5 Ac procedit etiã in Papa, & in quolibet alio Principe, Alex. conf. 123. nu. 24. qui loquitur in sententia Papę Eugenij, quę ob breuitatem tēporis lata, fuit nulla, Card. Tusch. d. concl. 149. nu. 2. 12. & 29. in lit. S,

Anchar. conf. 255. in princ. Decian. respons. 15. num. 86. libro 3.

- 6 Festinanter autem pluribus modis contingere potest, quod sententia feratur, & præcipuę si fuerit promulgata sine probationibus, & sine assignatione dilationis ad se defendendum, Fely. in c. ex parte, de offic. deleg. Alex. conf. 6. nu. 4. lib. 4. Socc. conf. 96. li. 4. Bal. conf. 340. lib. 1. vbi dicit, quod sententia sine dilationis assignatione lata dicatur nulla ipso iure, Card. Tusc. d. concl. 147. nu. 17. & seq. Et si reus confessus, & conuictus prætenderetur, adhuc debet ei dari terminus ad se defendendum, alias sententia erit nulla; cum aduersus confessionem, & conuictionem multa possint deduci, vt dixi latè supra in Defens. 31. per totam. Idemque erit, quando fuit assignata dilatio nimis breuis, ita quod non potuit probari, quia tunc dicitur lata sine causę cognitione, & dicitur nulla, vel saltem iniusta, quę venit retractanda, Abb. consil. 46. col. 2. vers. 4. corruit. lib. 2. Tusc. d. concl. 157. nu. 19. Rim. iun. conf. 770. num. 10. vol. 7. & prius in conf. 45. nu. 23. vbi dicit procedere etiam in sententia interlocutoria. Ac dicitur lata sine causę cognitione, quãdo fertur eodem instanti, Alexand. conf. 33. nu. 5. & seq. libr. 1. vel si statim post accusationem, Curt. consil. 2. nu. 45. vel si delegatus pronunciauit, antequam fuisset facta citatio ad dicendum contra literas suę delegationis, vel si vnico contextu pronunciauit, Bald. conf. 361. per tot. lib. 3. vel si fuerit lata, lite non contestata cum reo, Anch. consil. 255. in princip. vel si fuerit lata per relationem ad acta, quę non fuerunt producta, nisi verbo, quę facto debuerant produci, Alexander consil. 37. num. 22. vers. sed ita est lib. 2. Et generaliter dicitur festinanter lata, & sine causę cognitione, quãdo pars non fuit citata, vel ad inspectionem loci, vel ad sententiam, vel ad actum præiudicialem, Cast. latè conf. 412. per totum lib. 2. Cardin. Tusch. d. concl. 147. num. 34. Et procedit etiam, quando fuerit datus tertius iudex duobus iam electis, qui non citatis partibus, nec sumpta alia informatione pronunciauit, plenè Castrenf. conf. 81. nu. 2. lib. 2.

**S**ed Aduocatus, vel causę defensor caueat, quod si fuit assignata dilatio acta, & breuis suo principali, debet appellare ex breuitate termini, alias sententia valebit, nisi dilatio fuerit ita breuis, quę induceret impossibilitatem circa cognitionem causę, Bal. conf. 92. in fin. lib. 1. Tusch. d. concl. 145. num. 35. & seq. dicit, quod caueant partes, vt, si fuerint presentes prolationi sententię, non taceant, sed reclamant: alias sententia valida erit, ex traditis per Bald. in l. prolata, C. de sent. interlocut.

- 8 Si verò iudex fuisset bene informatus de meritis causę, & de iustitia partium, antequam causa fuerit sibi commissa, licet eadem die sententiam protulerit, non diceretur sententia festinanter lata, vt post Mars. in rubr. de fideiuss. col. 163. & seq. firmat Tusc. d. concl. 147. nu. 38.
- 9 Si verò periculum esset in mora, quia partes essent paratę ad arma, & ad rixas, ob timorem futuri scandali, sententia non diceretur festinanter prolata, Bal. conf. 142. vers. & hoc verum, lib. 1. & consil. 28. libr. 3. Prout nec diceretur festinanter lata sententia capitalis contra rebellem delinquentem, si mora nocere posset, Bald. conf. 204. sub nu. 3. lib. 3. Nec si proferatur contra reum confessum, Bald. consil. 204. sub num. 4.



num. 4. lib. 3. licet dicto Bal. obstant, quæ dixi supra in defens. 31. Et si in sententia adessent illa verba enunciatiua: visa accusatione, & visis, &c. præsumitur fuisse latam cum causæ cognitione, Alex. conf. 213. n. 3. & seq. lib. 7. & sub nu. 7. dicit, idem esse, si iudex in sententia dixerit adhibuisse cognitionem causæ, Card. Tusc. d. concl. 147. num. 48. & seq. † Et si Aduocatus velit scire, quando etiam possit dici nulla ex defectu iurisdictionis, videat Tusc. in lit. S. conclus. 150. Ex defectu mandati, concl. 151. ex defectu citationis conc. 152. & ex multis alijs causis in genere conclus. 153. vbi latè.

## Sententia nulla quos effectus producat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Sententia nulla nullum producit effectum, & habetur pro non sententia, nec exequi potest.
- 2 Nullitas contra sententiam opponi potest, non obstante quocumque statuto prohibente dici de nullitate: vel opponi potest contra sententiam.
- 3 Nullitas sententiæ operatur, non solum quoad partes sed etiam quoad omnes.
- 4 Sententia nulla non transit in iudicatum: licet appellatio deferatur: & maximè si proueniat ex illis tribus mādati, citationis, vel iurisdictionis.
- 5 Sententia nulla nec ex consensu partium substineri potest.
- 6 Nullitatis exceptio potest opponi vsque ad 30. annos.
- 7 Nullitas, vt operetur contra sententiam, debet esse euidentis, & constare debet ex eisdem actis.
- 8 Exceptio nullitatis quomodo proponi debeat, & quomodo iudex pronunciare debeat super nullitate.
- 9 Sententia nulla quando possit per eundem iudicem, vel eius successores, reformari, & corrigi.
- 10 Sententia nulla approbata à parte non potest amplius impugnari.
- 11 Sententia nulla sortitur effectum suum, si post præfixum terminum à statuto ad dicendum de nullitate, nihil fuerit dictum.
- 12 Nullitatis exceptio an possit opponi per procuratorem, & quando, & an requiratur speciale mandatum.

## C A P. XXII.

**A**Duocatus contra sententiam nullam etiam insurgat, vt ex ea nullus effectus cōtra reum producat; quia quod nullum est, nullum effectum inducit, Poelin. in cap. ex tenore de rescript. in capit. gratum, & in capitulo tua nos, de iureiuran. & in capitulo nobis de Simon. Paris. consilio 171. numero 2. volum. 4. vbi subdit; quia dispositio intelligi debet de actu valido, & non de nullo; & ob id dicebat, Bald. in addit. ad Speculat. in tit. de accusat. in p. 1. col. 2. vers. & nota, quod si bannum non valeat, minusque valere possit subsequens sententia fundata in banno, sequitur Marf. in pract. §. postquam, nu. 57. & in conf. 134. & Paris. d. conf. 171. Et quod verba in dubio de actu valido sint intelligenda, Cardinal. Tusch. in littera V, conclus. 100.

Et quod dispositio intelligi debeat de habili, idem Cardinal. Tusch. in lit. D, concl. 505. Et quod sententia nulla non sit sententia, nec mereatur nomen sententiæ, idem Card. Tusc. in lit. S, concl. 154. nu. 1. De ista materia nullitatis sententiæ, latissime vide nouis-

simè Scac. in tract. de appell. questione 19. per totam.

Et in tantum sententia nulla nullum producit effectum, vt non dicatur sententia, & habeatur pro non sententia, l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. vbi scribentes, Gram. decif. 29. nu. 1. Bertazzol. conf. 79. nu. 4. vol. 1. vbi subdit, post Anch. conf. 6. col. 2. & Boff. tit. de bann. nullit. nu. 2. vt non sit sententia, vel bannum, Scac. de iudic. lib. 1. c. 97. nu. 195. vbi ponit exemplum in tribus casibus, & ob id non possit exequi, Marfil. in Tract. de bann. in verbo nullitas, n. 12. 28. & seq. A fin. in Pract. §. 31. c. 2. post 38. amphiat. limit. 1. latè Vincent. de Franc. decif. 440. & decif. 688. nu. 3. p. 4. Moscatell. in Pract. de appellat. p. 3. gloss. seruata, num. 3. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 17. nu. 9. & seq. & sub nu. 39. & seq. dicit, quod, si interim aliquid fuit attentatum, priuilegio attentatorum venit reuocandum: & quando nullitas impediatur executionem, vel non, est videndus Lancell. d. c. 17. per totum, & Vant. de nullit. tit. quot. & quib. mod. nullit. in iudic. propo. pos. nu. 30. vers. prout etiam, & Lancell. d. cap. 17. nu. 68. & seqq. firmant impedire executionem, & quod proponatur nullitas æque principaliter cum ipsa appellatione, & maximè si sententia fuerit intractabilis.

Ac etiam potest dici de nullitate, non obstante quocumque statuto prohibente admitti appellationem, Marf. conf. 64. nu. 20. & seqq. Boff. tit. de citat. nu. 15. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. nu. 4. & seq. Et ex defectu citationis, Bertazz. conf. 69. num. 2. & conf. 46. nu. 4. vbi maximè dicit procedere in nullitate iurisdictionis, Claud. Bertazz. ad patrem in conf. 79. in litt. C, vbi alios allegat, & quod statutum prohibens appellationem non dicatur prohibere dicere de nullitate, latè Scac. de appell. q. 19. remed. 1. concl. 2. nu. 7. Fulgos. conf. 150. vers. 4. roboratur, nu. 3. Card. Tusch. in lit. S, concl. 154. n. 16. vbi firmat, quod si iudex videat sententiam nullam, possit repellere actorem, non obstante, quod per statutum sententia exequi deberet, aliqua exceptione non obstante: quia licet statutum tollat exceptionem partis, non tamen tollit officium iudicis: Scac. de iud. lib. 1. cap. 97. nu. 184. & in tract. de appell. q. 19. remed. 1. concl. 2. nu. 6. & ob id, quādo sententia est nulla, redditur nulla executio, & omnia alia gesta vigore dictæ sententiæ nullæ, Anch. consil. 182. in fine, Tusch. d. concl. 154. n. 27. vbi subdit, post Signor. conf. 255. in fin. nisi dicens de nullitate succumbat, quia amplius non potest dicere de nullitate: nam si succubuit, cessat nullitas, dummodo tamē nullitas sit euidentis, notoria, & apparens ex actis, Rolād. conf. 83. nu. 16. vol. 1. Barbat. conf. 38. nu. 2. volum. 2. Bursatt. conf. 73. nu. 4. & seq. vol. 1. Vant. tit. quis poss. dicer. de nullit. num. 51. cum plur. seqq. Farinac. consil. 85. num. 148.

Imò nullitas sententiæ operatur, non solum quoad partes, sed etiam quoad omnes, secundum communē opinionem attestatam per Alex. conf. 77. nu. 14. vers. nec est bona, lib. 3. sequitur Card. Tusc. in d. conclus. 154. nu. 2. Et quoad alios iuris consortes, & confocios, post Bald. Cyn. & Franc. Vant. de nullit. tit. quot. & quib. mod. nu. 22.

Ac etiam sententia nulla nunquam transit in iudicatum, Pely. in cap. quoniam contra, nu. 25. & seq. de probat. Contard. in J. vnica, limit. 9. nu. 41. & seq. Cui de moment. Abb. conf. 92. per tot. libr. 1. Tusc. d. conclus. 154. n. 4. vbi de magis communi, licet appellatio de se-



- deferatur, Anch. conf. 36. per totum, Bald. conf. 363. nu. 2. libr. 4. Abb. conf. 61. per tot. lib. 1. Alex. conf. 47. in fin. lib. 5. conf. 147. nu. 8. vers. non obstat, & plenius conf. 191. nu. 6. libr. 6. Marant. de ordin. iud. par. 6. mihi fol. 153. Cartar. de execut. sent. capit. fin. num. 2. 14. Iaf. conf. 21. nu. 4. vers. nam clarum est vol. 1. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 97. sub nu. 135. Et eo maxime si proueniat ex illis tribus nullitatibus, mandati, citationis, vel iurisdictionis, vel ex vna ipsarum; quia potest opponi post tres conformes, Thomas Triuisan. decis. 68. lib. 1. vbi in fine testatur, ita fuisse iudicatum; & quod nullum producat effectum sententia nulla ex defectu iurisdictionis, vel citationis, aut alias, Castillio, consil. 24. nu. 38. in fin. & pendente discussione super nullitate, non potest exequi, Farinac. consil. 85. nu. 181. fallit in tribus casibus positis ibi. per eum n. 167. & seq.
- 5 Nec potest talis sententia nulla ex consensu partium sustineri in vim sententiae, Felyn. in cap. significasti, n. 7. de for. compet. Deci. conf. 475. n. 35. Tusch. d. conclus. 154. nu. 10.
- 6 Et potest dici de nullitate vsque ad triginta annos, Marant. de ordin. iudic. par. 6. mihi fol. 37. num. 154. Alex. consil. 77. nu. 14. vers. denique lib. 3. Tusch. d. concl. 154. nu. 9. Farinac. conf. 53. nu. 4.
- 7 Bene verum est, quod Doctores declarant, vt sententia debeat esse euidenter nulla, vt nunquam transeat in iudicatum, per text. in cap. circa, de frigid. & malef. Ant. Gabr. d. concl. 10. tit. de sentent. Et euidenter dicitur constare de nullitate, quando constat ex actis, Alex. conf. 59. nu. 17. lib. 4. Alex. conf. 77. num. 8. lib. 2. cum alijs alleg. per Gabr. d. conclus. 10. Tusch. d. concl. 154. nu. 5. & 8. Farinac. conf. 53. num. 13. Ruin. conf. 62. num. 30. & conf. 114. num. 16. lib. 5. Io. Bott. conf. 69. nu. 19.
- Sed contra sententiam contumacialem, an elapso anno concessio a Bulla Pij V. condemnato ad se expurgandum, dici possit de nullitate, dicam Deo fauente in 2. libro, vbi erit sua materia: sed interim, vide Baiard. q. 96. nu. 16. Petr. Caball. cal. 288. nu. 74. Scacc. in cap. 97. nu. 195. & seq. lib. 1. de iudic.
- 8 Exceptio autem nullitatis quomodo proponi debeat, an per viam appellationis, vel exceptionis, an principaliter, vel incidenter sufficiat, quod proponatur. Et quomodo iudex debeat pronunciare super nullitate, vide late Vant. de nullit. tit. quot, & quib. mod. nullit. nu. 114. cum plurib. seqq. vbi refert plures opiniones: late Scacc. de appellat. qu. 19. remed. 1. conclus. 2. num. 14. & seqq. † Et quando est adeo euidentis nullitas, quod possit per eundem iudicem, vel per eius successorem corrigi, & reformari, tam in procedendo, quam in sententiando, Bald. in l. si accusatoribus, nu. 7. vers. 7. nota. C. de accusat. & de communi, quando nullitas euidentis refultat ex eisdem actis, quod possit coram eodem iudice intentari, testatur Villalob. in suis com. opin. vers. nullitas, nu. 45. Vant. tit. coram quo nullitas nu. 9. & seqq. late Farinac. conf. 53. nu. 2. & seqq. & Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 97. n. 187. & seqq. vbi alios allegat, etiam praesuppositis Bullis Summorum Pontificum, cum sint semper intelligendae de sententijs latis rite, & recte, & validis, late idem Scacc. de appel. q. 19. n. 14. & seqq. de quo dicam late in 2. libro, circa sententias in contumaciam latis. Et an possit confirmari, dicam infra in Defens. circa appellationem, licet aliqui teneant, quod non possit dici de nul-

litate quando statutum denegaret audientiam, & tolleretur defensionem, Dec. consil. 8. nu. 7. Ruin. consil. 14. num. 17. vol. 2. Vant. de nullit. num. 37. & quando non proponeretur nullitas in termino praefixo a Statuto quamuis esset notoria ex actis, Alexan. conf. 105. per totum, libr. 6. Rol. conf. 83. nu. 10. vol. 1. vbi de com. & quod ita fuit iudicatum, quicquid aliter dicat Ant. Gabriel. conclus. 17. nu. 17. & seq. lib. 6. tit. de statut. & pro communi tenet Claud. Bertazzol. in consil. 79. in littera C, lib. 1. vide late Scacc. d. q. 19. fere per totam vbi ponit suas ampliaciones, & declarationes.

- 10 Bene verum est, quod cauere debet pars, ne inflet sententiam nullam exequi; quia deinde non poterit amplius obijcere de nullitate, Bart. & Bal. & alij in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. Feli. in capit. de causis, de offic. delegat. & alij, quos refert Vant. de nullit. tit. quib. mod. sent. null. repar. poss. numer. 18. Cardin. Tusch. d. concl. 154. nu. 21. & Bero. conf. 119. sub num. 1. Barbat. conf. 18. in princip. & in fin. libro 1. Io. Bott. conf. 69. nu. 46. qui dicunt quod post executionem duarum conformium non possit amplius obijci de nullitate. Ac etiam sententia nulla tribuat iustam causam litigandi, Bald. conf. 303. num. 3. lib. 4. Tusch. d. concl. 154. nu. 125. Ac † etiam si Statutum praefixerit terminum ad excipiendum, & dicendum de nullitate infra certum tempus; alias sententia rata, firmaque fit, & exequi possit, non poterit amplius dici de nullitate, elapso dicto termino; quia tunc Statutum non tollit defensionem, sed variat modum defensionis: quod Statuto permiffum est, Alex. conf. 225. sub numer. 8. & latius sub nu. 14. & seq. libr. 6. Tusch. d. concl. 154. nu. 23. Rol. conf. 83. nu. 16. vol. 1. Burfatt. conf. 73. num. 4. & seq. vol. 1. Alexan. conf. 85. num. 148. vers. quoniam illud vbi alios allegat. Prout permiffum est iudici, sed pro vera declaratione, istius opinionis, vide Ruginel. in tract. de appellat. §. 4. cap. 2. num. 1. & seqq. & latius Scacc. in tract. de appellat. q. 19. remed. 1. concl. 4. nu. 45. cum plurib. seqq.

Et ideo Aduocatus caueat, ne patiat labi terminum praefixum a Statuto, sed opponat exceptionem nullitatis ante lapsum dicti termini.

- 12 Sed an exceptio nullitatis possit opponi per procuratorem, Clar. quaest. 52. vers. quaero an in causa, tenet quod sic, si fuerit euidentis, & notoria, Boss. tit. de carcerat. fideiuss. commit. num. 16. & tit. an in crimin. iud. quis poss. num. 16.

Secus si non fuerit clara, & euidentis, sed aliqua tenus reddatur dubia, & sit probanda per alias probationes extrinsecas, Bero. cap. veniens, nu. 32. extra de accusat. Clar. d. q. 32. vers. pariterque in fin. vbi de communi, Farinac. conf. 85. num. 140. & ibi Add. in litt. L, in fin. qui alios allegat late Vincen. de Franch. decis. 688. p. 4. vbi testatur ita fuisse resolutum per Sacrum Conf. vt possit dici de nullitate per procuratorem contra sententiam foriudicationis etiam reo non constituto in carceribus. Et dummodo exceptio nullitatis non tangat ipsum crimen; quia debet tunc comparere ipse principalis ad dicendum de nullitate, Ant. Gabr. conclus. 9. nu. 18. limit. 17. lib. 7. de crimin. Clar. q. 32. ver. Pariter etiam, & late vide Farinac. conf. 85. num. 171. & seqq. & conf. 86. nu. 73. Si vero non tangat crimen, nec merita causae admittitur procurator de iure ad dicendum de nullitate sententiae etiam in causa capitali doct. in d. l. pen. §. ad crimen, ff. de public. indi. & pra-



precipue Rub. Alex. n. 94. Aretin. in cap. veniens, nu. 79. ext. de accus. & Mar. Soc. n. 288. Add. ad Farinacc. in d. conf. 89. in lit. I, ubi plus firmant procedere non solum quando agitur de nullitate principaliter, sed etiam accessorie per viam appellationis, & etiam existente statuto prohibente audiri reum non existentem in carceribus.

Et hoc est verum de iure communi; secus vigore Bullarum Summorum Pontificum; quia procurator numquam admittitur ad dicendum de nullitate, sed ipse principalis se constituere debet in carceribus, Add. ad Farinac. d. confil. 85. in litt. L, in princip. An sententia nulla possit per iudicem appellationis confirmari dicam infra in Defens. 36. cap. 27.

Sententia iniusta quando valeat, vel non valeat.

S Y M M A R I V M.

- 1 Sententia iniusta non transit in iudicatum, neque meretur executionem, etiam presupposito Statuto, quod tollat omnem appellationem, & ius dicendi de nullitate.
- 2 Sententia euidenter iniusta dicitur etiam nulla: declarata tamen, vt hic per Authorem.
- 3 Acquiescens sententia iniquè quando agere possit contra officialem in Syndicatu.

C A P. XVIII.

**I**N ista quaestione Aduocatus habet intentionem fundatam in illa regula, quod sententia iniusta, ac iniqua non mereatur executionem, Aret. in cap. de his criminibus, num. 4. vers. 2. limitatur de accusat. & loquitur quando quis fuit condemnatus pro homicidio commisso in personam Titij, & post sententiam apparet Titium viuere: vel si fuisset condemnatus pro furto, & postea reperiatur res furata, Ias. in consilio 21. num. 2. vol. 1. ubi ponit hoc pro regula, & alios antiquos allegat; & quod nunquam transeat in iudicatum, latè Barbat. confil. 1. n. 4. & seqq. lib. 2. ubi firmat, quod ita tenent omnes, quod non mandetur executioni: & sub numero 7. si fuerit demandata, debeat retractari, Rim. iun. confil. 139. n. 29. lib. 2. Sebast. Vant. de nullit. ex defect. process. n. 126. & seqq. Bertazz. confil. 58. num. 16. & seq. ubi de communi, Ant. Gabr. tit. de sent. lib. 2. conclus. 10. numer. 1. ubi concordantes cumulauit; & quod sententia iniusta, & iniqua non mereatur executionem, Doct. cumulatim per Add. ad Farinac. confil. 4. in litt. S, fere per vnam integram columnam, Bertazz. cof. 469. n. 2. & prius dixit in consil. 401. nu. 10. & 463. nu. 5.

Quæ conclusio est vera, vt sententia notoriè iniqua, & iniusta non transeat in iudicatum, etiam presupposito Statuto, vel lege, vt tollat omnem appellationem, & ius dicendi de nullitate, Bal. confil. 19. numero 3. vers. & licet statutum, lib. 2. Dec. consilio 8. nu. 5. Curt. Iun. consil. 74. numero 13. consil. 104. num. 2. consilio 124. nu. 14. confil. 170. num. 8. Vant. de nullit. ex defect. process. n. 126. & seq. Bertazz. confil. 58. nu. 17. vol. 1. Cardinal. Tusch. in litt. S, concl. 167. nu. 16. & 18. Imò potest impugnari sententia tanquam iniqua, non obstante libero arbitrio dato iudici in procedendo, Anchar. consil. 167. Caualc. de Brach. reg. p. 6. n. 476.

- 2 Et sententia notoriè, ac euidenter iniusta dicitur etiã

Tomus Secundus.

nulla, secundum magis communem opinionem canonizatam, de qua, post alios antiquiores, testatur Contard. in l. vnica in 8. limit. numer. 41. & seq. C. si de mom. poss. Cephal. confil. 23. n. 5. & seqq. lib. 2. Menoch. in l. fin. nu. 852. C. de edict. Diu. Adr. toll. Farin. confil. 53. num. 3. 26. & 29. in fin. Quod declara, quando fuit lata contra casum legis apertum, vel contineat errorem iuris apertum, & expressum, qui posset oculo corporeo legi: secus si esset error iudicis surgens ex solo intellectu, vel per tacitam relationem ad acta; quia primo casu est nulla, secundum magis communem; Secundo casu venit reuocanda per iudicem appellationis, quasi lata contra ius litigatoris, plene Vant. de nullit. ex defect. process. nu. 122. & seq. Card. Tusc. in litt. S, concl. 147. n. 31. quia sententia lata contra ius litigatoris valet, & transit in iudicatum, dummodo non sit lata contra expressum iuris errorem, Alex. in l. Præses. num. 2. & seq. ff. de re iudicat. ubi de magis communi, & respondet ad contraria, Afflict. decis. 47. n. 1. & seq. ubi de communi, Vant. ubi supra nu. 118. & seq. Tusch. d. concl. 147. nu. 11. & latè Ant. Gabr. in d. conclus. 10. ferè per totam tit. de sent. lib. 2. Farin. cofil. 53. nu. 2. Qui omnes concludunt, quod oportet, quod ex eisdem actis notoria iniustitia resultet, vt dicatur sententia notoriè iniusta, & nulla.

- 3 Et non appellans a sententia iniqua & iniusta potest agere in iudicatu contra officialem, latè Hieron. Hispan. in tract. comm. contra comm. q. 153. ubi alios allegat, & testatur de commun. ubi subdit secus si expressè appellationi renunciauerit, & ibi etiam hanc declarationem esse communem, & latè Scacc. de appellat. q. 19. remed. 4. num. 1. & seqq. ubi dicit procedere licet sententia fuerit confirmata, vt possit agi contra iudicem confirmantem, & etiam quod sententia transfuerit in iudicatum, imò etiam si essent latè tres sententiæ conformes adhuc in iudicatu possit agi contra iudices.

Quæ sententia non transeat in iudicatum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Sententia in multis casibus non transit in iudicatum.
- 2 Sententia lata, non ex veris probationibus, sed ex præsumptionibus non transit in iudicatum.
- 3 Item sententia iniqua.
- 4 Item nec sententia ipso iure nulla.
- 5 Item nec sententia contumacialis.
- 6 Item nec sententia lata per relationem Medicorum, vel ad consilium Sapientis. Declarata tamen, vt hic per Authorem.
- 7 Item nec sententia contra minorem delinquentem ex solo aspectu lata.
- 8 Item nec lata ex probatione imperfecta, habita etiam a statuto pro perfecta.
- 9 Item nec in sententia lata in pœnam corporalem, vel pecuniariam.
- 10 Item in crimine vsurarum. Item contra euidentiam facti.
- 11 Sententia, quæ non transit in iudicatum, potest retractari infra 39. annos, nisi agatur de periculo anime; quia tunc potest retractari post mille annos.
- 12 Sententia, quæ transiit in iudicatum, habetur pro veritate.
- 13 Res iudicata quando inducatur.

R

CAP.



1 **M**ultae sunt causae ex quibus sententia non transit in iudicatum, & Marant. de ordin. iud. p. 6. m. hi fol. 534. n. 130. cum pluribus seqq. ponit 24. casus, Marf. in pract. crim. s. ordine, ponit plures casus, Tusch. in litt. S. concl. 173. per totam, ponit alios plures casus. Et primus est, quando sententia criminalis fertur, non ex veris, & legitimis probationibus, sed ex presumptionibus; quia ex quocumque temporis lapsu non transit in iudicatum, l. eum qui adulteri, C. de adulter. Marf. consilio 7. numero 32. vbi de communi, Moder. Rom. conf. 39. nu. 120. in fi. & de communi, Aret. in c. de his criminibus, nu. 4. in princ. de accusat. Natt. conf. 444. nu. 6. vol. 2. vbi ponit istud, pro regula trita, idem Moder. Rom. q. 11. n. 8. & 13. vbi alios allegat, Scacc. lib. 1. de re iudic. cap. 87. nu. 131. sub versic. quod non transeat.

3 Secundus, quando sententia est notorie iniqua non transit in iudicatum, Farinac. conf. 53. n. 3. & nu. seqq. vt dixi in praecedenti cap.

4 Tertius, quando est sententia ipso iure nulla, vt non transeat in iudicatum, Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 97. sub n. 135. & dixi in c. 22. Bertaz. conf. 79. n. 2. & seqq.

5 Quartus, sententia lata in contumaciam non transit in iudicatum, etiam si vigore Statuti reus habeatur pro confesso, & conuicto, Natt. conf. 444. n. 5. Mazol. conf. 11. n. 11. vide late Scacc. de iudic. lib. 1. c. 97. num. 131. versic. quod non transeat, vbi reddit rationes, & sub nu. 193. Cauale. de Brach. reg. p. 4. sub nu. 291. De quo dicam in secundo libro.

6 Quintus est, vt sententia lata super relatione medicorum, vel ad consilium Sapientis, nunquam transeat in iudicatum, sed semper possit retractari, habito iudicio magis peritorum, Marf. sing. 427. Natt. conf. 444. n. 7. vol. 2. Rim. iun. conf. 71. n. 29. vol. 1. Rom. conf. 228. n. 16. Afflic. dec. 33. n. 5. & seq. Carait. rit. 267. nu. 115. Scac. de iudic. lib. 1. c. 97. sub n. 131. ver. quales sunt oes.

Quod procedit in peritis electis a iudice ex officio; secus si a partibus, vt declarat bene Rim. Iunior. in d. consil. 7. n. 30. & seq. post las. in l. admonendi, n. 43. ff. de iureiur. & Purpur. 161. nu. 46. & Marant. in Spec. in primo act. 3. p. 6. p. princ. nu. 131. Et idem dicunt esse in consilio Sapientis habiti, & electi ex consensu Partium, vt est videre ibi per Rim. iun. post Bart. & Io. de Amic. in locis per eum relatis.

7 Sextus, est casus, quando fertur sententia contra minorem delinquentem ex solo aspectu; quia superuenientibus nouis probationibus, quandocumque potest retractari, Nat. conf. 444. nu. 8.

8 Septimus casus est, quando fuerit lata sententia ex probatione imperfecta, quae per consuetudinem, vel Statutum, haberetur pro legitima, Aret. in cap. de his criminibus, n. 3. in fi. de accusat.

9 Octauus casus est in sententia capitali lata contra reum, quae nunquam transit in iudicatum, Marf. in pract. s. ordine, n. 1. Thesaur. decif. 262. n. 4. qui etiam loquitur in sententia criminali pecuniaria, Aret. in capit. de his criminibus, nu. 2. & 3. de accusat. vbi refert plures opiniones, & tandem dicit, in omnem casum esse cedendam restitutionem in integrum. Quod sententia in criminalibus non transeat in iudicatum Thesaur. decif. 202. num. 5. Qui casus est verus in sententia condennatoria, secus in absolutoria; quia illa in causa criminali transit in iudicatum, Marf. in d. s. ordine, nu. 1.

in fin. Thesaur. d. decif. 262. n. 4. in fin. vbi testatur, qd Senatus in contingencia facti ita secutus fuit Aretin. d. c. de his criminibus, n. 1. Sicut alij volunt, quod non obstat quoad Fiscum, vt iudex non possit procedere ex officio, vt post Rebuff. tradit Baiard. q. 57. nu. 4. vbi testatur ita fuisse iudicatum, & post Iul. Clar. q. 2. vers. fin. in fine, Farinac. conf. 49. n. 23. dicit, quod in criminalibus res iudicata non obstat iudici procedenti ex officio.

10 Nonus Casus est in crimine vsurariae prauitatis, in quo nunquam sententia transit in iudicatum, las. in conf. 21. nu. 1. vol. 1. Butr. conf. 28. in verb. iudicatum, vbi plene additio, Card. Tusch. in lit. S. concl. 173. nu. 27. vbi tamen limitat quoad sententiam absolutoriae, ex sententia Abb. in conf. 60. per tot. lib. 2. qui Abb. disputat articulum, & ad contraria respondet.

Nonus Casus est in sententia lata contra euidentiam facti, quae nunquam transit in iudicatum, licet non fuerit ab ea appellatum, vel appellatio fuerit deserta, las. conf. 21. lib. 1. Cardin. Tusch. d. conclus. 173. n. 31.

11 Et maximus effectus resultat; quia istae sententiae possunt reuocari quandocumque infra spacium 30. annorum, Cardin. in Clem. 1. q. 14. de re iudic. Salyc. in l. si praeses, C. quomod. & quand. iud. Dec. cap. dilecto, col. 5. vers. 5. quæritur de appell. cum alijs relatis per Marant. in verb. & demum feratur sententia, nu. 154. Scacc. de iudic. lib. 1. c. 97. n. 131. vbi subdit, nisi vertatur periculum animae; quia tunc quandocumq; possunt reuocari; & quod isto casu procedat, quod dicit las. in l. admonendi, nu. 38. ff. de iureiur. quod sententia lata ex praesumptiuis probationibus possit reuocari quandocumque vsque ad mille annos, & ultra, Card. Tusch. in lit. S. conclus. 173. nu. 26.

12 Et sententia, quae transit in iudicatum iuris, & de iure, ex praesumptione habetur pro veritate, l. ingeniu, ff. de stat. hom. l. res iudicata, ff. de reg. iur. & facit de albo nigrum, & e contra, iuxta not. in l. 2. C. quando non est necess. Scacc. lib. 1. de iudic. c. 97. sub nu. 131. vers. sententia, Rim. iun. conf. 41. volum. 1. vbi ponit multas illationes.

13 Res iudicata autem inducitur, si reus infra decem dies non appellauit, de iure communi, Auth. hodie, vbi Doct. C. de appellat. vt late dicam infra in defens. circa appellationem.

Sententia lata in vno iudicio quando noceat, & pariat exceptionem rei iudicatae in alio iudicio.

#### SUMMARIUM.

- 1 Sententia lata in vno iudicio quando noceat in vno, & inducat exceptionem rei iudicatae, remissive.
- 2 Sententia lata in causa civili non inducit rem iudicatum in causa criminali, etiam si fuerit lata super crimine civili, ter intentato.
- 3 Sententia lata in causa civili praesudicat in criminali, quando ex ea infertur infamia.
- 4 Sententia lata in causa civili suffragatur reo in criminali causa pro absoluteione obtinenda.
- 5 Sententia lata in causa criminali inducit exceptionem rei iudicatae in causa civili.
- 6 Sententia lata in vno iudicio, tam civili, quam criminali inter easdem personas quando ad eundem finem inducat exceptionem rei iudicatae in alio iudicio, & late n. 8.



- 7 Exceptio rei iudicatæ non noceat condemnato, quando variatur res, vel causa agendi, & multo minus nocet tertio.
- 9 Sententia lata super exceptione vel replicatione, quando inducat exceptionem rei iudicatæ.
- 10 Sententia lata super negotio principali, quando noceat super accessorijis, & lata super crimine quoad unum, quem effectum habeat quoad alios; & sententia quid operetur, & quid non operetur, & remissive, &c.

C A P. XXV.

**D**E ista questione Card. Tusch. in litt. S. conclus. 175. per totam firmavit unam conclusionem, & ibi multa deduxit, quæ tamen concernunt materiã civilem. Ego autem solum me restringam ad materiã criminalem.

- 2 Et sciat Aduocatus, quod, si civiliter actum fuerit, & deinde sententia lata in causa civili reproducatur in causa criminali, non probat contra reum; cum in iudicio criminali maiores, & lucidiores probationes requirantur, quam in civilibus, per l. fin. C. de probat. Felyn. in cap. at si Clerici numero 26. de iud. Rip. in l. 2. n. 4. C. de eden. Villalob. commu. opin. in lit. A. nu. 47. Imò etiam si fuerit lata super crimine civiliter intentato, non probat in iudicio criminali, Abb. in cap. per inquisitionem, numero 12. de elect. Bero. in cap. qualiter, & quando, nu. 87. de accusat. Iul. Clar. q. 53. num. 2. vbi de communi, Card. Tusch. d. concl. 172. n. 24.
- 3 Nisi ageretur de sententia, ex qua infamia irrogaretur; quia tunc sententia lata in causa civili præiudicaret in causa criminali, & iudex potest illum punire ea pœna, qua posset punire, ratione infamiæ; nempe, repellendo eum à testimonio, vel priuando dignitate, & familia faciendo, Boff. tit. de plurib. violent. nu. 117. vers. secundo principalis.
- 4 Sed bene sententia lata in causa civili, reprodusta in causa criminali suffragabitur reo ad obtinendam absolutionem in eadem causa criminali, Boff. d. tit. de plurib. violent. nu. 117. vers. 3. prædicta. Imò quod etiã sententia lata in causa civili inducat exceptionem rei iudicatæ, vt non possit denuò criminaliter molestari, Curt. iun. conf. 3 18. nu. 3. & seq. conf. 350. ferè per totum, Ant. Gabr. tit. de except. lib. 2. conclus. 2. num. 11. Rimin. iun. conf. 4 13. n. 6. Card. Tusch. concl. 179. n. 9. littera S, Farinac. consil. 40. n. 53. vltra quòd est generalis conclusio, quòd, si delictum semel fuerit discussum non fuisse commissum, sententia super eo lata impediatur, vt amplius in secundo iudicio proponi non possit, Bar. in d. l. 2. §. 1. nu. 3. ff. de vi bonor. rapt. Bal. in l. ex morte, n. 4. C. ad l. Aquil.
- 5 Sed versa vice sententia lata in causa criminali plenè probat in causa civili inter easdem personas, Bar. in l. 2. §. hoc edicto, ff. de vi bonor. raptor. Doct. omnes in l. 2. C. de eden. Boff. tit. de plur. violent. numero 24. & 171. Rim. iun. consil. 163. nu. 28. lib. 1. Socc. consilio 60. nu. 3. lib. 4. Cardin. Tusch. in d. conclus. 175. nu. 11. & 13. vbi reddit rationem, & sub nu. 12. post Bar. in l. 2. §. hoc edicto, dicit, nulla habita distinctione, an ad eundem finem, vel non.
- 6 Sed pro resolutione dicas, quod quando vtraque causa civilis, & criminalis inter easdem personas, & tendat ad vindictam, semel accusatus in vna instantia, vel in vno iudicio, non potest amplius in alio accusari, vel inquiri, quia inducit exceptionem rei iudicatæ

Ternus Secundus.

- 7 Et quod exceptio rei iudicatæ non obstat etiam condemnato, quando variatur res, vel causa agendi, l. cum quæritur, cum duab. seqq. ff. de excep. rei iudicat. cap. final. de except. in 6. vbi Doct. Abb. conf. 50. nu. 2. vol. 1. Dec. conf. 445. n. 43. conf. 464. nu. 6. Socc. Iun. conf. 28. nu. 3. vol. 1. adeò quod requiratur eadem immediata, & non sufficiat mediata, l. & an eadem, §. qui cum partem, vbi gloss. de except. rei iudic. Bertrand. conf. 1. n. 4. vol. 1. Blanc. in tract. de compromis. q. 4. n. 16. in fin. Petr. de Surd. conf. 173. n. 83. vol. 2.
- 8 Et quod minus exceptio rei iudicatæ nocet tertio, vt sententia lata contra notarium, sub prætextu falsi instrumenti, non noceat partibus, Rolan. conf. 13. nu. 14. vol. 2. Clar. in §. falsum n. 3. Boff. tit. de fals. nu. 12. Solat. tit. de fals. gloss. 5. nu. 4. & seqq. Petr. de Surd. conf. 173. n. 81. vol. 2. vide latissimè Card. Tusch. in litt. S. concl. 176. per totam, vbi infert ad plura concernentia materiã criminalem.
- 8 Quod autem supra firmatum est, sententiam inducere exceptionem rei iudicatæ inter easdem personas in alio iudicio, quando agitur ad eundem finem, procedit, & etiam si in primo iudicio fuisset cognitum super exceptione, vel replicatione, quia non potest excipiens, vel replicans de nouo agere, cum ei obstat exceptio rei iudicatæ Bar. & alij in l. 1. C. de ordin. cognoscen. vbi Castren. n. 7. Abb. in conf. 50. vol. 1. Ant. Gabr. conclus. 2. nu. 10. lib. 2. tit. de except. & sufficiat quod fuerint dati termini ad probandum, Castren. in l. fin. autem, §. fin. ff. de negot. gest. Moder. Rom. conf. 40. n. 56. vbi subdit: & licet aliqui hoc intelligant procedere, quando agitur ad eundem finem, tamen alij aliter sentiunt, vt per Bar. Cart. & Cror. in locis per eum citatis, & satis dicatur agi de eodem facto, & ad eundem finem, licet per diuersa media agatur, Rip. in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 25. Alciat. nu. 11. Tamen Doct. videntur tria requirere, vt dicatur sententiatum etiam super exceptionibus, & primum, quod fuerit plenè super eis cognitum.
- Secundo, quod super eis fuerit tacitè, vel expressè pronunciatum.
- Tertio quod agatur iterum ad eundem finem, & inter easdem personas, Dec. conf. 96. num. 2. Soc. iun. conf. 28. num. 3. conf. 68. nu. 2. lib. 1. & alij adducti per Card. Tusch. in litt. S. concl. 177. nu. 3. & sub nu. 5. addit quartum, vt fuerit lata sententia per iudicè cõpetentè.
- Et super exceptione, vel replicatione diceretur pronunciatum super negotio principali, & sententia faceret exceptionem rei iudicatæ contra Fiscum, super exceptionibus, & replicationibus ab eo factis, per tex. in l. 3. C. de ordin. iudic. vbi gloss. in verb. tempore, & per tex. in l. fin. in fin. C. de fid. instrum. Et ob id, si in negotio principali, per viã exceptionis, vel replicationis, fuerit oppositum de falso, non potest iterum post rem iudicatam de eo opponi, Bar. & alij in l. 1. C. si ex fals. instrum. & latè Moder. Rom. in d. conf. 40. nu. 54.
- Et de alijs exemplis abundè Aduocatus videat tradita per Card. Tusch. in d. concl. 177. per tot. vbi ponit aliquas declarationes, & limitationes.
- 10 Et quando sententia lata super negotio principali

R 2 no.



noceat etiam super accessorijs, vide latè Tusch. in litt. S, conclus. 177. per tot. Et latè super crimine, quoad vnum, que in effectum habeat quoad alios, vide eundem Tusch. concl. 179. & in concl. 180. & seqq. ponit etiam, quid operetur, & quid non operetur sententia.

Sententia autem absolutoria, vel condemnatoria lata per iudicem loci commissi delicti, vel per iudicem domicilij, vel originis, siue per iudicem laicum, vel ecclesiasticum, quando inducat exceptionem rei iudicetè coram alijs iudicibus, dixi supra in diuersis locis.

Sententia an præsumatur ritè, & rectè lata,

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia præsumitur lata ritè, & rectè, & ob id, si exhibeatur coram aliquo iudice, debet exequi, quamuis fuerit lata a iudice nequam, vel magno ribaldo.
- 2 Quod maxime procedit, quando in prolatione sententia fuerunt omnia substantialia iudiciorum enunciata; & eo magis, si pars fuerit præsens, & non reclamauerit; etiam quod processus, non exhibeatur; ac magis procedit, si probaretur combustio actorum, vel essemus in sententia Principis.
- 3 Sententia dicitur stricti iuris: & omisus in ea habetur pro omisso: nec potest desumi argumentum a contrario sensu: & semper fit interpretatio contra fundantem se in sententia.
- 4 Sententia non habet præsumptionem pro se, quando ab ea fuerit appellatum: vel si penderet tempus ad appellandum, sed tantum quando fecit transsum in iudicatum: & solum tunc ante rem iudicatam habet aliquam præsumptionem pro se.
- 5 Sententia debet interpretari ad fauorem condemnati, & ut minus noceat, quam sit possibile.
- 6 Sententia non habet præsumptionem pro se, quando constat ex actis de iniquitate illius, vel de nullitate: vel quando solemnia non fuerint adhibita, vel quando iudex non seruauerit ordinem in procedendo.
- 7 Sententia præcipitanter lata non habet præsumptionem pro se.
- 8 Sententia interlocutoria non dicitur habere præsumptionem pro se.
- 9 Sententia habet præsumptionem inter ipsas partes: secus quoad alios.
- 10 Sententia contumacialis non habet præsumptionem pro se. Declara tamen, ut hic per Authorem.
- 11 Sententia, qua habet vitium visibile, non habet præsumptionem pro se.
- 12 Sententia quando dicatur habere præsumptionem pro se. Distingue, ut hic per Authorem.
- 13 Sententia in antiquis habet præsumptionem pro se, secus si fuerit de recenti lata; & quomodo dicatur, lata de recenti, vel de antiquo, traduntur hic per Authorem plures opiniones.
- 14 Sententia executio an spectet ad primum iudicem, vel ad iudicem appellationis.

C A P. XXVI.

**L**icet fiscus in ista questione habeat intentionem fundatam super sententia lata contra Reum, ut præsumatur fuisse ritè, & rectè latam, gloss. in verb. iniuste, Auth. generaliter, C. de Episcop. & Cleric. late, qui alios cumulauit Ant. Gabr. concl. 4. n. 1. & con-

cl. 6. etiam, n. 1. lib. 2. de sentent. Vant. de nullit. a quo, & quib. mod. n. 9. Rolan. conf. 71. n. 18. vol. 1. Magon. decis. Lucen. 36. n. 17. Tusch. in litt. S, conclus. 126. nu. 1. & seqq. & in lit. P, conc. 622. n. 22. vbi de magis communi; & ob id, si exhibeatur sententia coram aliquo ordinario, vel iudice executore, absque alio processu, erit executioni demandanda: etiam quod iudex, qui eam tulit, fuerit vir nequam, vel magnus ribaldus, vel post Bal. Ias. & alios firmat Vant. dict. tit. a quo, vel a quib. n. 10. cum semper præsumatur pro iudice, & pro sententia, & eius solemnitatibus, Mascard. de probat. concl. 802. nu. 20. & seqq.

2 Quæ opinio maxime procedit, quando substantialia iudiciorum in prolatione sententiæ fuerunt recitata, ut communiter fieri consuevit, quando dicitur viso bello, vel inquisitione, examinibus testium, ac constitutis, & visis videndis, Bartol. in l. 1. C. de relat. Dec. consil. 4. col. 6. Gozzad. consil. 96. col. penult. in fin. Vant. d. tit. a quo, & quibus, nu. 8. in fin. Ant. Gabr. d. concl. 4. n. 6. Et eo magis, si pars fuit præsens, & non reclamauit, ut præsumatur pro ipsa sententia, ac illius validitate, Vant. d. n. 8. post princ. Ant. Gabr. concl. 6. n. 14. & concl. 4. nu. 6. vbi alios allegat, & testatur de communi, Hier. Hisp. in tract. comm. contra comm. q. 157. n. 1. vbi de communi.

Ac etiam præsumatur pro iudice: & pro sententia, siue constet de processu, siue non, Ram. conf. 70. n. 9. lib. 4. Grat. consil. 95. n. 17. lib. 2. Tusch. d. concl. 621. n. 23. Ac multo magis procedat, quando probaretur casus, nempe combustio actorum, post alios Ant. Gabr. d. concl. 4. n. 13. Nec non faciat ius inter partes; cum habeatur pro veritate, & secum trahat præsumptionem iniustitiæ, Socc. iun. conf. 36. n. 4. vol. 2.

Et præsumatur lata ob causam, ob quam iustitia, & iniquitas excludatur, Crau. conf. 186. nu. 14. & seqq. & latè Tusch. d. concl. 126. n. 7. & seqq.

Ac multo magis procedat in sententia Principis, vbi pro ea præsumatur; de quo latè scribit Vant. de nullit. tit. a qualibet sent. n. 13. 19. 105. & quæ facere possit Princeps circa ordinem, & solemnia iudicij, & sententiæ, vide Cauale. de Brach. reg. p. 1. n. 168. & seqq. Lancell. de attent. in præfat. num. 69. Qui omnes ferè alios infinitos allegant, Card. Tusc. concl. 621. n. 16. in litt. S, & in lit. P, conclus. 681. & concl. seqq.

3 Tamen circa istam quæstionem Advocatus Rei condemnati plures habet exceptiones ad faciendam, ne sententia exequatur, & subuertatur. Et in primis obijciat, quod sententia est stricti iuris, & quod poena, quæ non est expressa in ipsa sententia, non subintelligitur; sed omisum habetur pro omisso, l. 1. C. quand. plur. vn. sent. Dec. in l. ius nostrum, n. 3. de reg. iur. Olasc. decis. 64. n. 1. & seqq. Villalob. comm. opin. litt. S, n. 47. vbi de communi, Anchar. conf. 137. in fin. Roland. conf. 79. n. 10. & seqq. lib. 3. Decian. respons. 8. nu. 108. lib. 1. Card. Tusc. in litt. S, conclus. 126. num. 57. & seqq. vbi alios concordantes allegat; Et maxime in sententia criminali, Dec. respons. 27. in princip. vol. 2. Nec potest desumi argumentum a contrario sensu, Olasc. decis. 146. num. 10.

Ideo, si dicat: absoluo absolendum non sequitur argumentum a contrario sensu: condemnatio, condemnatio: nec etiam in sententia continente conditionem resolutiuam valet tale argumentum a contrario sensu, Olasc. d. decis. 145. n. 10. Tusch. d. concl. 126. n. 83. & seqq. Et



Et quod semper fiat interpretatio contra fiscum se fundantem in sententia, arg. l. veteribus, ff. de pact. l. stipulatio est §. in stipulationibus, ff. de verb. obligat. Dec. conf. 321. n. 6. Ruin. conf. 146. n. 9. lib. 4. cum alijs adductis per Tusch. in d. concl. 126. nu. 99.

- 4 Nec non procedit, quando ab ipsa sententia non fuit appellatum, & fecit transitum in iudicatum, Roland. conf. 71. n. 18. vol. 1. Magon. decis. Lucen. 36. nu. 13. Mascard. de prob. concl. 802. n. 13. & seq. vbi alios allegat, & multa dicit; cum ipsa res iudicata faciat de albo nigrum, & è contra, & naturalia vincula mutet: & falsum faciat videre verum, & ius inter partes etiã faciat, & de indebito debitum, etiam si agatur de sententia, quæ de sui natura nõ transit in iudicatum, vt si ab ea non fuit appellatum, ritè lata præsumatur, Mascard. d. concl. 802. n. 21. Tusc. conclus. 621. n. 24. Secus si fuerit suspensa per appellationem; quia si producat abiq. suo processu, pro ea non præsumitur, latè Vant. tit. a quo, & quib. mod. n. 9. Ant. Gabriel. d. concl. 4. nu. 30. vbi concordantes cumulat, Dec. in cap. quoniam cõtra n. 33. de prob. vbi de cõi, Roman. conf. 479. n. 2. Iaf. in l. 1. §. si quis procurator, n. 13. ff. si quis ius dicen. non obtemper. Tusch. in litt. P. concl. 621. nu. 93. vbi de communi, Roland. conf. 71. n. 18. vol. 1. Magon. decis. Lucen. 36. nu. 13. Mascard. de probat. conclus. 802. num. 2. vbi de communi, & reddit rationem, & alios allegat.

Sed quando transit in iudicatum, quod non fuerit solemniter lata, poterit probari per inspectionem actorum Mascard. d. conclus. 802. num. 24. & seq. vbi latè, & alios allegat, & sub num. 27. firmat, quod probata nullitate, tollitur dicta præsumptio, quæ stat pro sententia.

Prout nec minus præsumitur pro sententia, pendente termino ad appellandum, Ant. Gabr. d. conclus. 4. n. 32. vbi concordantes allegat, & latius Mascard. de probat. concl. 802. nu. 1. & 7.

Sed tandem, pendente termino ad appellandum, vel pendente appellatione, præsumitur pro iudice, & sententia quoad aliqualem præsumptionem, & quoad illam præsumptionem, quæ se habet, vt deuoluat onus probandi in aduersarium, Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. n. 8. Bertazzol. conf. ciuil. 66. nu. 44. volumine 1. Mascard. de probat. dicta conclus. 802. num. 4. vbi de communi, Tusch. in littera P. conclus. 621. numero 97.

- 5 Ac etiam debet interpretari, ad fauorem condemnati, Menoch. conf. 111. n. 34. lib. 2. vbi subdit; & vt minus noceat, quam sit possibile, Tusc. in litt. S. concl. 126. n. 51. & seq. & latius sub n. 49. vbi alios adducit, & num. 74. Crauet. conf. 188. n. 8. Dec. conf. 43. nu. 3. Boss. tit. de fauor. defens. num. 49.

Quod procedit etiam ad fauorem actoris, vt si Reus absoluat, potius præsumatur, propter ineptum libellum, quam propter non ius actoris, vt minus noceat, Socc. conf. 255. n. 5. lib. 2. Boss. d. tit. de fauor. defens. n. 3. Tusc. d. concl. 126. n. 75.

- 6 Minusque præsumitur pro sententia quando producantur acta, ex quibus apparet de iniustitia sententia, Crauet. conf. 290. versic. similiter videmus, Belamer. decis. 89. de re iudicat. vide Mascard. conclus. 35. & conclus. 802. n. 24. & seq. vbi post alios quos allegat, dicit, quod solemniter non interuenisse probatur ex inspectione actorum.

Tomus Secundus.

Et multo minus præsumitur pro sententia, quando constat manifestè, sententiam esse iniquam; quia in claris præsumptio non adaptatur; vt si pro vulnere simplici condemnauit reum pœna vltimi supplicij, Alex. conf. 77. n. 3. & seq. lib. 3. vbi latè Add. Tusch. in d. conclus. 621. n. 95.

Prout non præsumitur pro sententia criminali lata super inquisitione obscura, vel inepta, Bald. consilio 251. lib. 4. Tusch. d. conclus. 621. num. 108.

Et si probaretur nullitas sententiæ, tunc cessat illa præsumptio pro sententia, Mascard. d. conclus. 802. nu. 27. & sic semper intelligitur ista propositio, vt præsumatur pro sententia; si alia requisita, & aliæ qualitates concurrant, alias non Doct. in l. mancipia, C. de de seru. fugit. Rom. conf. 449. Tusc. dicta conclus. 621. num. 105.

Et quando iudex seruauit debitum ordinem in procedendo; secus si illum omisit, Roland. conf. 6. numero 35. vol. 2.

- 7 Ac etiam deducatur, quod processum & iura iudex non vidit, neq. ex breuitate temporis adhibuit causæ cognitionem; quia tunc non præsumitur pro sententia, Anchar. conf. 26. num. 5. versiculo ex quo conuincitur, latè Gabr. conc. 6. n. 3. cum seq. de sent. vbi alios allegat lib. 2. Tusch. conclus. 721. nu. 173. in litt. S. & tunc dicitur ipso iure nulla, Caball. cal. 286. num. 42. centuria 3.

Sed caueat causæ defensor etiam allegare, quod, vltra breuitatem temporis, etiam iudex non potuit esse instructus de causa; ac proponatur talis exceptio per eum, cuius interest, & non per alios, & si pars fuerit præsens, appellet; ac etiam deducatur, quod, si non fuisset ita pars arctata, ob breuitatem temporis, fecisset suas defensiones; & quod breuitas temporis fuit talis, ob quam iudex minimè potuit adhibere aliquam causæ cognitionem; quia, si potuisset adhibere aliqualem cognitionem, licet non plenam, non esset nulla sententia, sed iniusta; vt de his omnibus scribit Ant. Gabr. d. concl. 6. n. 14. & seq. & corroborat auctoritatibus omnes supradictas considerationes.

Quando autem consideretur breuitas temporis, dixi supra in cap. 21.

Sed præcipuè erit, quando, sine probationibus, & sine dilationum assignatione, fuit lata, quia tunc dicitur ipso iure nulla, Bald. conf. 350. lib. 1.

Vel si non fuisset concessa dilatio reo ad se defendendum, Alex. conf. 96. lib. 4.

- 8 Nec non deducatur, quod sententia non est diffinitiva, sed interlocutoria, & ob id non habeat præsumptionem pro se, Rebuff. in l. quod possit, nu. 312. de re iudic. Socc. in reg. 362. in 5. fallent. Ant. Gabr. d. conclus. 6. n. 22. & prius in conclus. 4. nu. 45.

9 Nec non deducatur, quod talis præsumptio pro sententia procedat, quoad ipsas Partes litigantes; secus quoad tertios, qui non fuerunt in iudicio, Castrè. cõf. 169. nu. 1. in fin. lib. 1. Tusch. litt. P. concl. 621. nu. 109.

Sed an aliquale præiudicium faciat tertio; latè Crauet. de antiq. temp. p. 2. n. 43. & seq.

- 10 Nec non etiam deducatur, quod agatur contra contumacem, & ita non præsumatur pro iudice, & sententia, atque credatur verbis assertiuis iudicis, sed debeat iustificari citatio, & relatio ex actis, Abb. consilio 84. colum. 2. versic. corrui denique lib. 2. Card. Tusc. litt. P. dicta conclusione 621. num. 102. licet in hoc



Doctores constituant differentiam inter verum, & fictum contumacem: ut in vero contumace, quando fuisset citatus personaliter, tunc præsumantur intervenisse omnia solemnia; secus in ficto contumace: ut est latè videre per Gabr. concl. 4. nu. 16. & seqq. libro 2. tit. de sentent. & latius per Mascard. de probat. conclus. 802. num. 29. 30. & hanc distinctionem commun. dicit Hieron. Hispan. in tractat. commun. contra commun. quaestione 157. in fin. & tamquam æquam esse in iudicando, & consulendo sequendam ibi firmat.

Sed Card. Tusch. in lit. P. conclus. 621. nu. 25. post Alexand. consil. 22. & consil. 136. num. 14. & seqq. lib. 2. & consil. 219. nu. 20. & seq. lib. 6. dicit, magis esse communem opinionem, ut, quoad solemnia, præsumatur pro sententia, siue agatur contra præsentem, siue contra absentem contumacem, siue verum, siue factum; licet sub n. 26. dicat Mandos. ad Roman. col. 497. vers. præsumitur, contrarium tenere, & testari de communi, & concordantes allegare.

11 Si vero sententia aliquo vitio visibili esset notata, deducat dictum vitium visibile, propter quod annullabitur sententia, Marfil. sing. 438. in fin. Alciat. de præsumptionib. reg. 1. præsumpt. 7. n. 11. Ant. Gabr. d. conclus. 6. n. 25. Vitium autem visibile quando dicatur in Scripturis; dixi in Defens. circa corpus delicti.

Nec non caueat etiam defensor bene docere Iudicem de causa, vel negotio, ne possit deinde sustinere suam sententiam, sub prætextu, quod procurator non bene instruxerit eum de meritis causæ, Alciat. de præsumpt. reg. 10. n. 9. Ant. Gabr. d. conclus. 6. nu. 26.

12 Ac etiam defensor causæ animadvertat, quod Doctores distinguunt inter solemnia intrinseca, & extrinseca ipsius sententiæ; ut si enunciaretur sententiam fuisse latam, parte præsentem, & quid simile, ut pro istis præsumatur, secus circa alia præambula actorum, etiam si Notarius ea enunciaret in sententia; quia pro eis non præsumitur, nec Notario creditur, Ant. Gabr. d. conclus. 4. n. 46. Tusch. conclus. 621. n. 101. in lit. P.

Et si Advocatus velit habere clariorem distinctionem, inter solemnitates extrinsecas; videlicet circa ordinem iudicij, & solemnitates intrinsecas, circa iustitiam, vel iniustitiam sententiæ, videat latè Mascard. de prob. concl. 802. per totam.

13 Solum restat videre, an ex antiquitate temporis præsumatur pro sententia, ut omnia solemnia intervenisse dicatur, & concludunt Doct. quod ubi sententia lata est de recenti contra præsentem, vel contumacem absentem, si sententia transiit in iudicatum, & solemnia in sententia referantur saltem in genere, & tunc præsumantur omnia intervenisse, si vero de antiquo lata sit, pro sententia præsumatur, licet dicta solemnia non referantur, ut firmat Crauet. de antiquit. tempor. p. 2. nu. 36. Mascard. de probation. conclus. 802. nu. 24. Ant. Gabr. conclus. 4. nu. 36. & seqq. lib. 2. tit. de sent.

Quando autem de antiquo lata dicatur, variae sunt opiniones, quas originaliter refert Crauet. de antiquit. tempor. par. 2. nu. 37. latius Anton. Gabr. dict. conclus. 4. num. 38. & seqq. Cardinal. Tusch. in lit. P. conclusionem 621. numero 27. & seqq. Et aliqui voluerunt dici sententiam de antiquis, per lapsum biennij; & fuit originalis doctrina, Hostiens. in capitulo in præsentia, columna secunda, de renunciat. quam sequuntur Doctores relati per Anton. Gabr. dicta con-

clus. 4. numero 38. & præcipue Grammat. decis. 24. & consilio civil. 15. vbi de communi, Alexan. consil. 27. & consil. 136. numero 14. & seqq. lib. 2. & plene, consilio 150. numero 8. versic. 5. lib. 6. vbi firmat, quod per lapsum biennij præsumatur pro sententia authentica, sine processu, quod sit ritè, & rectè lata, & refert, Cardinal. Tusch. d. conclus. 621. nu. 27. & relati per Crauet. de antiquit. temp. par. 2. sub numero trig. primo septimo sequuntur eandem opinionem ut lapsus biennij sufficiat.

Alij autem dixerunt requiri lapsum decem annorum, ut, post Alex. Gozad. Veronen. & alios, dicit idè Crauet. d. par. 2. sub num. 37. Ant. Gabr. d. conclus. 621. nu. 27. in fin.

Alij vero dixerunt post decem annos, alij post viginti, & alij post 60. alij de longissimo tempore, de quo vix possit haberi probatio: ut de singulis tradit, Ant. Gabr. d. conclus. 4. n. 39. & seqq. & Crauet. d. p. 2. sub d. num. 37.

Alij autem tenent, quod resideat in arbitrio iudicis iudicare per quantum temporis spacium dicatur tempus antiquum, ut pro ipsa sententia præsumi valeat; & hanc communem appellant, ut post alios quos allegat, testatur Crauet. dicta parte secunda, numero 37. & ibi etiam concordantes allegat; & postquam alios retulit, Anton. Gabr. d. conclus. 4. num. 40. etiam testatur hanc esse communem opinionem, & de communi etiam novissime dicit Tusch. d. conclusionem 621. numero 28.

Et ob id Crau. d. p. 2. numer. 38. dicit in proposito non posse dari certam doctrinam, & successive esse relinquendum arbitrio iudicis, qui variè arbitrari poterit, secundum qualitates iudicum, qui pronunciaverunt, & quod magis præsumatur pro sententia vnius iudicis maioris, quam inferioris. Idem firmat Musc. in Pract. de appell. gloss. appellari num. 17. Sed Crauet. vbi supra dicit: dummodo qualitas iudicis maioris non esset nota iudici arbitranti; secus si esset sibi nota; quia fuisset imperitus, præceps, malæ conscientia, aut minus integra, & in isto considerabit longius tempus, quam in iudice recto, integro, perito, æquo, & iuculato; & quod ubi lapsum esset tempus annorum 30. sine dubio videatur sufficere, ex traditis per Veronen. consil. 63. col. 2. Et maxime erit præsumendum pro iudice, & sententia in poenis arbitrarijs, Bal. consil. 217. circa med. vers. Statutum enim lib. 1. Tusch. conclus. 621. nu. 35. in lit. P. & sua n. 31. post alios, quos allegat, dicit esse præsumendum etiam pro sententia post lapsum decennium, & testatur de communi.

Remedium erit tunc Advocato, ut ipse exhibeat processum, & ostendat sententiam pati defectum solemnitatum, vel iniustitiæ, cum ista negatiua per inspectionem actorum probetur, Alex. consil. 105. n. 3. lib. 5. Tusch. d. conclus. 621. n. 29. & n. 94. & latè erit videndus Masc. concl. 35.

Postremo in ista defensione quis sententiam appellationis exequatur, vide Mising. centuria quarta, observatione nonagesima quarta, qui concludit: quod si iudex appellationis confirmet primam sententiam diffinitivam ipse exequatur, cum recipiat vires a sententia confirmante, Auth. si qui litigantiu, C. de episc. audient. l. addictos, C. de appell. si vero confirmaret sententiam interlocutoriam, tunc spectet ad primum pronuciare super negotio principali, cū eius officium



officium non fit adhuc finitum, capitulo cum in ecclesia de appellat. si vero causa deserta fuisset, quia expriuauerint fatalia, & iudex appellationis desertam decreuerit, primus iudex exequetur. l. fin. C. de temporal. appell. l. si quando, C. de appel. & alios casus ponit ibi, Misng. in d. obseruat. 94. quando cognitio, ac executio redeant ad primum iudicem.

Sententia non potest ferri contra Mortuum.

S Y M M A R I U M.

- 1 Mors extinguit delictum.
- 2 Sententia lata contra mortuum est ipso iure nulla, et idem si feratur contra febricitantem, et etiam est nulla, si iudex nescierit mortem delinquentis, quamuis alij contrarium teneant.
- 3 Sententia lata ad fauorem mortui non valet.
- 4 Mors quomodo probetur.
- 5 Memoria defuncti quando damnari possit, et per quantum tempus.
- 6 Sententia quomodo sit ferenda contra mortuum, et an heredes possint appellare a dicta sententia.
- 7 Mortuus an possit creari eques.

C A P I T U L U M XXVII.

**D**octores in hac quaestione omnes conveniunt, quod per mortem extinguatur delictum per l. defuncto, ff. de public. iudic. per l. ex iudiciorum de accusat. per l. poena, ff. de poen. consuluit Cepol. conf. 23. late Peregr. de iur. fisci, lib. 4. tit. 5. nu. 1. & seqq. & ego late dixi in tract. de confisc. concl. 19. per tot. Aduocatus bene sciat subvertere sententiam latam contra mortuum, ut illa sit ipso iure nulla per tex. in l. in summa, §. si quis, ff. de re iudi. l. Paulus ubi glos. ff. que sent. sine appell. rescindat. l. Nerat. de reg. iur. l. quam re §. cum absentem, ubi Bart. in summar. ff. de iudicij, idem Bart. in l. si ut proponis, la prima sub n. 5. C. quomod. & quand. iudex, & Rom. sing. 522. & sing. 629. Capic. decif. 1. nu. 26. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. n. 106. Viu. decif. 52. nu. 6. Surd. conf. 99. nu. 11. & seqq. lib. 1. Turret. conf. 63. n. 5. lib. 3. ratio est, quia morte rei his finitur, ut explicat gloss. in d. l. in summa, §. si quis in verb. soluitur, Mastril. decif. 137. n. 1. & seqq. Peregr. de iure fisci d. lib. 4. n. 55. n. 34. & prius sub n. 3. reddit aliam rationem, quia poena est sensus, mortuus autem non sentit, ideo in defuncto corpus exerceri nequit.

Immo ista opinio procedit etiam si feratur contra febricitantem, ut non valet, l. quaesitum ubi gloss. & Doct. ff. de re iud. Mastr. d. decif. 137. nu. 4. Et si feratur etiam infra tempus luctus, prout loquitur Rimnal. lun. conf. 179. lib. 2. num. 34.

Immo, quod plus est, ut non valet sententia lata contra defunctum, etiam si iudex nescierit mortem defuncti per generalitatem, text. in d. l. in summa, §. si quis, cum finiatur possibilitas ferendi sententiam ex defectu rei, & sic ex substantia iudicij, quae ratio militat, siue iudex sciat, siue ignoret mortem conuicti, ut post gloss. bene aduertit Cuman. in d. §. si quis nu. 1. Et ex eadem ratione generaliter dixerunt Verall. decif. 140. n. 1. p. 3. Gabriel. conf. 50. n. 15. lib. 1. Cioff. conf. 20. n. 23. lib. 2. Cornazan. decif. 155. nu. 4. Et magis in specie tradit Dec. in l. eius, qui §. si stipulat. n. 1. & seqq. ff. si cert. petat. ubi Soc. n. 13. & Jacob. nu. n. & in l. decesserit, n. 10. ff. qui satisfacere cogantur, ubi Castren. n.

Tomus Secundus.

5. Zaz. n. 6. Vinc. de Franch. decif. 235. ubi testatur ita fuisse decifum, Vant. de null. ex defect. iurisd. nu. 106. Turret. conf. 53. n. 5. Mastril. decif. 137. n. 6. & seqq. Polid. Rip. obseruat. 23. nu. 2. & seqq. ubi de communi, & omnes concludunt, quod sit d. sententia ipso iure nulla, & de veriori, & communi opinione testatur Dec. & alios quos allegat Mastril. d. decif. 137. n. 25. Immo sub n. 12. post Cabed. decif. 197. num. 2. plus firmat, ut nec iudex dari possit contra mortuum.

Et licet Angelus in conf. 233. sub n. 2. vers. contrarium est verum, videatur firmare condemnatoriam sententiam memoriae, & confiscationis bonorum nulla funditus ipso iure tamquam latam in iam mortuum, & per iudicem mortis habentem notitiam, non per hoc sit dicendum, quod ista duo copulatiue requirantur, scilicet mors, & notitia mortis, ut sententia sit nulla ipso iure, quia illa copula (&) debeat per iudicem resolui in dictionem maximè, ut bene explicat Rip. in d. obseru. 23. n. 4. in fi. & n. 5.

Sed quod requiratur concursus vtriusque, qualitatis, quod fuerit mortuus, & iudex ignorauerit rei mortem tenent Andr. Gail. obseru. 109. n. 4. lib. 1. ubi subdit ita singulariter limitari tex. in d. l. in summa, §. fin. Guid. Pap. decif. 86. n. 2. Becc. conf. 110. per totum Cost. de fact. ignorant. cent. 2. distinct. 74. n. 6. & seqq. Viu. com. opin. 710. Ant. a Gamb. decif. 324. ubi testatur ita saepissime iudicatum fuisse. Tapat. variar. resol. lib. 1. tit. de sent. definit. col. 1. fol. 305.

Et idem Doctores praedicti affirmant esse dicendum de sententia lata contra febricitantem, ut sit nulla, si tamen de infirmitate iudici, ut iudici, constiterit Becc. conf. 110. nu. 2. Gabriel. cont. 60. in princ. lib. 1. Bertazz. conf. 402. n. 37. lib. 2. Misng. obseru. 57. ceter. 4.

Nec decimo ista claudicat, ut sententia lata contra mortuum non valeat, quia nec etiam valeret ad fauorem mortui Balb. decif. 27. cent. 1. reprobata glossa, quae videbatur tenere contrarium, idem voluit Vant. de nullit. ex defect. iurisd. n. 106. Polyd. Rip. obseruat. 23. n. 6. ut nec etiam ad fauorem mortui teneat.

Ego autem arbitror non esse recedendum a prima opinione tanquam veriori, & magis communi, Nec obstat, quod Mastril. in alleg. decif. 137. nu. 19. & seqq. referat, quod aliter in illo regno, discusso articulo, fuerit obseruatum, quia in casu suo agebatur de causa civili, & quia in eo fuerat conclusum in causa, & quia in dicto regno proceditur sola facti veritate inspecta, & non attenduntur apices iuris, & quia etiam in eodem Regno ita de consuetudine inductum fuit, quae rationes non possunt extendi ad causam criminalem, cum in eis non concludatur ita solemniter in causa, nec procedatur, ita summarie sola facti veritate inspecta, & quia corpus mortuum tanquam insensibile non est capax d. poenae per ea, quae dixi late in meo tract. de pac. q. 68. par. 1. dum tractari, an per iniuriam factam cadaueri rumpatur pax, & quia consuetudo vnius loci non sit trahenda ad alia loca, ut milles dixi, & sic non erit recedendum a prima opinione, tanquam in puncto iuris sit magis vera, & communis, & ideo satis erit, quod mors allegetur, & pbetur post sententiam ad illam infligendam Polyd. Rip. obseruat. 33. n. 2. & Peregr. de iure Fisci d. lib. 4. tit. 5. n. 2. & seqq. late tradit, ut poena corporis afflictiva in cadauera non exerceatur, etiam quod quis se ipsum interemerit, & etiam quod in carceribus obierit, & ibi

R 4 Doct.



Doc. concordantes cumulat, & ego in facto habui de anno 1613. in curia Gubernatoris Urbis, ubi fuit condemnatus quidam imputatus de homicidio, postquam ipse in Civitate Lucana obiit ante sententiam, cuius mortem ante sententiam iudex non ignoravit, quia fuerat in actis allegata, & petus terminus competens ad illam probandam.

4 Et mors quomodo probetur, vide latissime Sebast. Medic. in tract. mors omnia p. 1. nu. 72. cum pluribus seqq. & latius Pacian. de probat. parte 1. capit. 46. nu. mero 617. & 47.

5 Et licet in aliquibus casibus possit procedi contra mortuum, quod contingit quando memoria defuncti damnari potest, ut in crimine Hæresis, Rolan. conf. 8. num. 8. vol. 3. Burlat. conf. 43. vol. 1. Menoch. conf. 99. nu. 192. Peregr. de iur. Fisc. lib. 4. tit. 5. nu. 11. Ant. Gomez. nu. de delict. cap. crimin. l. f. maiest. nu. 12. Pagn. direct. inquisit. p. 3. q. 63. Caval. de Brac. reg. p. 4. num. 136. Masfril. decil. 138. nu. 5. & omnes adducunt text. in c. a nobis de Heret. & c. sane profertur 24. quest. 2. Ac in crimine læte Maiestatis, ex iudiciorum vers. 1. ff. de accus. Clar. q. fi. vers. scias, Ac in crimine peccatus repetendum homicidij sui ipsius ob conscientiam sceleris, Clar. d. q. fi. vers. sciat tamē. Peregr. de iur. fisci d. lib. 4. tit. 5. & alios allegat Caval. de Brac. reg. part. 4. num. 136.

Tamen sciat Aduocatus in isto proposito, quod accusatio debeat proponi infra quinquennium à die mortis ad hoc, ut memoria damnari possit. l. 2. & ibi Bar. C. de apost. Rom. sing. 436. & licet Marian. Soc. in c. veniens nu. 149. de accusat. opinionem Bart. non esse veram, nec ratam dicat, quia est contra text. in c. 2. §. fin. de præscrip. in 6. ubi requiruntur 40. anni, tamē opinio Mar. Socini potest verificari, quo ad damnationem in memoria, ut declarat Baiard. in §. Hæresis, n. 27. & sequitur Caval. d. p. 4. nu. 137. & erit videndus Farinac. in q. 10. num. 82. & seqq.

6 Sententia autem erit formanda contra reum defunctum non proprio nomine, sed ut citetur eius memoria, & erunt citandi hæredes respectu honoris, & bonorum defuncti, ut compareant ad defendendum, si velint. Par. conf. 2. nu. 209. vol. 4. Ant. Gomez. d. tit. de crimine læte Maiest. num. 12. Alban. conf. 80. in fin. Caval. de Brac. reg. p. 4. nu. 138. & Zancad. de Hæretic. capit. 1. numero 3. & seq. ubi ponit formam istius sententiæ.

Et sciat Aduocatus, quod à sententia lata contra memoriam defuncti hæredes possunt appellare, ut est latè videre per Decian. in tract. crim. tom. 1. libro 5. c. 57. & c. 58. Et quoad pœnam pecuniariam, vel confiscationis bonorum latè dixi in tract. de confisc. conclus. 19. ut hæredes, & procuratores litis, & causæ sint citandi iuxta decis. Olasch. 149. Theaur. decisione 144. Baiard. q. fi. nu. 9. Caball. c. al. 298. cent. 3. Misfing. obliuat. 85. cent. 1. ubi docet quod post mortem rei sint reproduceanda omnia acta contra hæredes Caval. de Brac. reg. p. 4. nu. 138.

7 Sed incidenter sciat, an mortuus possit creari eques Abb. tenuit, quod sic ea ratione motus, quia ipsa dignitas respicit corpus, quod post mortem videtur; sed Decian. c. ad hæc nu. 23. & seq. extra de privileg. tenet contrarium, ut refert Pacian. de probat. capitulo 42. numero 34.

## DEFENSIO XXXVI.

## Circa Appellationem.

Appellatio de quo tempore interponi debeat, & quomodo tempora appellationis

currant.

## SUMMARIUM.

- 1 Appellatio debet interponi infra decem dies à die lata sententiæ, et quamvis constet de appellatione, tamen non præsumitur interposita infra dictum tempus, nisi appareat evidenter ex actis, et alleganti interposuisse appellationem infra dictum tempus incumbit onus probandi.
- 2 Dies lata sententiæ computatur in termino decem dierum de iure communi, cum tempus appellationis currat de momento ad momentum.
- 3 Tempus decem dierum incipiat à die lata sententiæ, an à die intimationis.
- 4 Condemnatus ad pœnam pecuniariam solvendam infra certum tempus, sciat dictum tempus currere incipere à die intimationis, non autem à die sententiæ.
- 5 Appellatio à continuo, et successivo gravamine, datur quoadcumque.

## CAP.

1 **C**AUEAT Rei defensor, ut appellet à sententia lata contra Reum in termino decem dierum, ne demè dicatur deserta appellatio, Auth. hodie, C. de appellat. latè Moscatell. in Pract. de appellat. gloss. in verb. potest. num. 1. & 38. ubi dicit esse verum in omni sententia, tam definitiva, quam interlocutoria, & in omnibus alijs actibus extrajudicialibus, & ibi concordantes allegat, Caraut. rit. 243. & rit. 159. num. 2. latè Lancell. de attent. p. 3. cap. 26. nu. 18.

Adeoque istud tempus decem dierum nec iudicis consensu nec voluntate partium possit prorogari latè Grauat. ad Vestr. in practica, lib. 7. cap. 3. nu. 51. ubi alios allegat, & reddit rationem, & ibi Vestr. n. 20.

Immo etiam si appellatio post decem dies interponatur, nullum effectum operabitur, Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. nu. 89.

Ideo fideiussio, & omnia hac de causa data, & facta in nihil resoluuntur, l. cum principalis causa de reg. iur. Caval. de Brac. reg. fragm. 52. in princ.

Adeo quod, licet constaret de appellatione, tamen non præsumeretur facta, nec interposita infra decem dies, & antequam de hoc iudici fides fiat, non potest procedere, nec inhibere: & si feratur deinde sententia, eam parte non opponente, non valeret, Misfing. cent. 3. obliuat. 11. nu. 2. Ant. Gabr. concl. 5. num. 2. tit. de sent. Menoch. de præsumpt. p. 1. lib. 2. præsumpt. 65. nu. 3. & seqq. ubi latè, & alios allegat.

Et qui dicit, appellationem non esse interpositam, vel esse desertam, habet intentionem fundatam, ut post Castren. firmat Petr. de Surd. conf. 139. num. 10. vol. 1. & ubi deseritur appellatio, sententia transit in iudicatum, Auth. ei, qui, ubi Doct. C. de temp. appell. Surd. d. conf. 139. n. 10. & seq. latè, qui alios allegat, & restatur de communi, Honded. conl. 84. nu. 85. & seq. lib. 1.



lib. 1. Lancell. de attent. p. 2. cap. 20. in præfat. n. 118. ut appellas teneatur probare appellasse infra decem dies, non sufficeret iuramentum ad talem probationem, & cap. 12. limit. 50. n. 102. & dictum tempus decem dierum, currit in omni appellatione siue ab actu iudiciali siue extraiudiciali interposita sit per c. carcerationi de appellat. libro 5. Misng. dict. obseru. 11. num. 1. cent. 7. ubi etiam firmat, quod currat non obstante compromisso aut pacto partium ex traditis per Guid. Pap. decis. 115. & cons. 184. & per Abb. cons. 77. lib. 2. & quod iudex non possit procedere vel inhibere antequam fiat ei fides, quod appellatio fuerit interposita infra dictos decem dies, & post si post decimum diem fuerit appellatum, & sententia ferratur, non valeret etiam si per partem non fuerit oppositum, Clem. si appellationem de appellat. cum deficiat iurisdicatio propter desertionem instantiæ, & latè Misng. d. obseru. 11. in fin.

Et Aduocatus habet regulam in hac materia appellationis ut appellas ad quattuor teneatur, ut euitet desertionem causæ, & primum, quod fuerit appellatum, secundo quod ex iusta causa, tertium, quod intra decem dies, quartum, quod intra tempus legitimum vel à iudice præscriptum appellationem prolequutus fuerit, Misng. c. 3. obser. 15. ubi quodlibet requisitum iuribus, & autoritatibus comprobatur.

2 Sed dubitatur in proposito, an dies latae sententiæ computetur in termino decem dierum, & Misng. d. obseru. 11. cent. 2. firmat dictum diem latae sententiæ connumerari inter dictos decem dies, & tempus currere de momento ad momentum, Bal. in c. si ad consultationem, nu. 1. de sent. & re iud. decis. Auen. nu. 35. nu. 10. Lancell. de attent. 2. p. c. 11. n. 6. & seq. ubi alios allegat, & testatur de communi, Caballin. ad Constit. March. lib. 6. c. 1. nu. 3. Gayl. obseru. 139. n. 5. in fil. lib. 1. Scac. de iud. lib. 1. c. 32. nu. 19. Hond. cons. 83. nu. 85. & seqq. vol. 1. ubi alios allegat, & testatur de communi, & dat cautelam, ut quando appellatur vltima die termini debeat in appellatione apponi hora, ex qua constet fuisse interpositam infra decem dies, illis computando de momento ad momentum; alias reputaretur illegitima, & sententia faceret transitum in iudicatum, & si vltima dies fuerit feriata, adhuc dicta die potest interponi appellatio, l. 1. §. dies, ff. quando appell. cum alijs alleg. per Marfil. in dict. tit. n. 217. Moscat. in pract. de appell. gloss. Potest. num. 40. & seq. & post decem dies non admittitur, quamuis res iudicata non fuerit declarata, Scac. de iud. lib. 1. c. 97. sub n. 75. Si vero non constaret, qua hora fuerit data sententia tunc erit tenendum, quod lata fuerit in vltima hora diei, ut subsistatur ipsa sententia, & appellatio interposita in vltima die decem dierum cum semper præsumatur pro validitate actus March. concius meus de com. p. 1. c. 28. nu. 3. Scac. de app. q. 3. nu. 4. & quid probare debeat appellans, & quomodo si probanda appell. latè Masc. de prob. conc. 114. & seq. lib. 1. † Si vero velimus tenere necessariam esse intimationem, quando tempus decem dierum incipiat currere, an à die latae sententiæ, vel à die intimationis, latè Mosc. in pract. de app. gloss. Potest. num. 2. cum plur. seq. tradit practica, ut notarius in actu prolationis sententiæ scribat ea, quæ ipsis partibus per nos iudicialiter intimata, ac notificata sunt.

Et præsupposita intimatione, saltem si non fuerit

appellatum infra decem dies à die intimationis, sententia transit in iudicatum, Mar. Ant. Macerat. resol. 57. num. 1. lib. 1.

Et potest interponi appellatio coram Notario, absq. præsentia iudicis, Geam. super Const. regn. tit. de appell. nu. 2. mibi fol. 78. Misng. cent. 2. obseru. 12. Marfil. sing. 90. Moscatel. de appellat. §. potest nu. 47. & Vestr. in pract. libr. 7. cap. nu. 21. dici quod in sacro Palatio est receptum, ut si ferratur sententia contra præsentem, vel absentem verum contumacem, ut currat à die latae sententiæ si contra contumacem fictum, vel in actibus extraiudicialibus currat à die sententiæ, & si sententia fuerit conditionalis, prout contingit in sententia excommunicationis, quæ profertur nisi infra tres, incipiat currere à die sententiæ, & non à die adimpletæ conditionis, & sub num. 22. declarat, quis dicatur verè, vel fictè contumax, & ibi latè Grauat. nu. 53. qui infinitos alios allegat.

Sed hic in Curia iste terminus momentaneus in appellatione non seruatur, & si opponeretur de ista momentanea obseruatione, esset res ridiculosa, ut testatur Scacc. in suo Manual. iuris, in verb. dies termini, & in tract. de iudic. lib. 1. cap. 32. num. 19. in fine & idem testatur Vestr. in practica, lib. 7. cap. 3. num. 26. in fine.

4 Et si fuerit reus condemnatus ad penam pecuniariam, quam si non soluerit in termino vnus mensis, puniatur corporaliter, iste terminus non currit, nisi à die intimationis, & non à die sententiæ, Moder. Roman. q. 26. nu. 16. in fine, & ego dixi in tract. de confiscatione honorum, concl. 31. nu. 14.

5 Et quando grauamen est continuum potest interponi appellatio etiam post decem dies, Marfil. in tit. de quest. in princ. nu. 34. in fin. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 9. num. 10. ubi loquitur in eo, qui iniuste detinetur in carcere: & idem dicendum erit in eo, qui fuerit condemnatus ad triremes, vel in relegationem, latè qui alios allegat Grauat. ad Vestr. lib. 8. c. 3. nu. 56. ubi tamen, nisi fuerit pronunciatum super incarceratione, quia debet appellari infra decem dies dictæ sententiæ, sed circumscripta dicta declaratione, quatenus durat grauamen, nunquam curat tempus decem dierum, latè qui alios allegat, Vestr. d. c. 3. nu. 23. fuit originalis doctrina Speculat. in tit. de appellat. §. restit. num. 6. Ias. in l. error nu. 8. C. de iur. & fact. ignor. Franch. in c. super el. 2. nu. 4. 8. & 9. de appell. Lancell. de attent. cap. 12. limit. 50. nu. 131. & seqq. Modern. Farinacc. in fragm. crim. litt. A, num. 236. ubi testatur ita seruari in curia in condemnato ad carceres ad Triremes, in Relegationem, vel Exilium, & à conductione ad carceres, licet de iure possit appellari, à consuetudine tamen non recipitur, Clar. q. 46. nu. 2. vide latè Scac. de appellat. q. 17. limit. 57. memb. 1. nu. 156. & seq. ubi concordantes allegat.

Appellatio in criminalibus per quem interponi possit.

S P M M A R I V M.

- 1 Appellatio in criminalibus interponitur per principalem, procuratorem extraneum, Clericum, mulierem, et quemcunque terminum; etiam si reus vellet sententiæ acquiescere.
- 2 Quod procedit, non solum in condemnato in penam vitæ



- ultimi supplicij, sed etiam in aliam poenam corporalem.*
- 3 *Nisi reus esset confessus, vel nisi delictum esset notorium vel nisi condemnatus esset absens, & non in fortijs Curia.*
- 4 *Dum reus ducitur ad supplicium, invito ipso, quilibet potest appellare, secundum opinionem Farinac. quam Author reprobat.*

## C A P. II.

**A**ppellatio in criminalibus potest, non solum per ipsum reum cōdemnatum interponi, sed etiam per suum procuratorem, Alber. in l. pen. §. ad crimen. nu. 8. de public. iudic. Ant. Gomez. cap. 1. num. 14. & absque mandato, & à quolibet de populo. l. non tantum, ff. de appell. Clar. q. 94. nu. 4. in fin. & mulier potest appellare pro tertio, Baiard. q. 94. nu. 52. & etiam Clericus pro reo; vt de veriori opinione testatur Baiard. d. q. 94. nu. 5. vbi concordantes allegat, & etiam ibi Clar. nu. 5. testatur etiam de veriori, & reddit bonam rationem, & latè Farinac. q. 11. nu. 49. q. 99. num. 175. & q. 101. nu. 23. & seq. Et etiam sine mandato admittitur procurator ad prosequendam causam appellationis, Add. ad Farinac. in consil. 85. in lit. H. vbi alios allegant, etiam invito condemnato, Scacc. de appell. lib. 3. cap. 2. q. 5. num. 46.

Imò tertius admittitur ad appellandum, etiam si reus vellet sententiæ acquiescere, & sic invito reo. d. l. non tantum, Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. num. 3 t. Marfil. sing. 201. Iul. Clar. q. 94. nu. 4. in fin. vbi Baiard. nu. 54. Decian. in tract. crim. lib. 2. c. 6. nu. 17. Farinac. q. 101. nu. 20. vbi de communi, licet allegat alios contrarium tenentes. Scacc. de appell. d. q. 5. nu. 44. vbi de com. Ruginell. de appellat. §. 2. c. 1. nu. 53. & seqq. qui firmant quod talis appellatio fieri nomine appellantis & nomine appellati debet, & facta simpliciter intelligitur facta omni meliori modo, & etiam clericus admittatur ad appellandum pro condemnato, Farinac. q. 101. nu. 27. & seq. Ruginell. d. §. 2. cap. 1. nu. 57. in fine, Scacc. d. q. 5. nu. 45. vbi reddit bonam rationem. Prout diximus idem esse, quando quis esset condemnatus ad soluendam poenam pecuniariam, & si illam non soluerit, ad poenam corporalem; quia, licet ille vellet subire poenam corporalem, tamen si sit soluenda, debet cogi ad soluendam poenam pecuniariam, Clar. q. 95. num. 7. Boer. decif. 349. nu. 10. Peguer. decif. 6. nu. 12. Petr. Caball. cal. 77. nu. 13. & cal. 236. nu. 84. & seqq. Et dixi in Tract. de confiscat. bonor. conclus. 31. num. 28. & maximè procedit quando mater pro filio, dominus pro seruo appellant. Scacc. d. qu. 5. nu. 48. & seqq. vbi etiam quod alius nomine domini pro seruo, & ipse seruus possint appellare, licet regulariter seruus non appellet, & quando non est soluendo condemnatus tertius potest invito eo soluere poenam, ne ei imputetur manus, vel alia poena corporalis irrogetur Scacc. d. c. 5. nu. 51.

Et procedit, non solum quando quis est condemnatus in poenam ultimi supplicij, sed etiam in aliam poenam corporalem, Fulgos. in d. l. non tantum, num. 2. & 7. Ang. de malefic. in verb. præfente d. Caio. num. 7. & seq. vbi Angel. ampliat in condemnato ad mortem civilem, Diaz in pract. can. cap. 144. nu. 4. vbi ampliat in cōdemnato ad perpetuum carcerem, sed quis non tenetur prosequi causam rei suis sumptibus. Bertaz.

conf. 220. nu. 6. & seq. vbi alios allegat Scacc. de appellat. q. 5. nu. 51. etiam si condemnatus renunciaisset appellationi, cum non possit in crim. appellationi renunciari. Scacc. d. q. 5. n. 51. vers. Amplia hanc, & q. 17. limit. 2. nu. 91. vbi alios allegat.

- 3 Nisi tamen reus esset confessus, & in confessione perseverauerit; quia non admittere tur tertius ad appellandum pro ipso reo confessio, Marfil. singul. 201. post alios, quos allegat, Baiard. q. 94. nu. 5. & 51. Cum ipse met reus confessus non poterit appellare, vt inferius dicam, minus poterit alius tertius; cum nemo plus iuris in alium transferre possit, quàm ipse habeat, Decian. in tract. crim. lib. 5. tit. de appellat. cap. 58. nu. 4. Farinac. q. 101. nu. 22. vbi dicit idem esse in delicto notorio; quia renunciatio valeret, latè Scacc. de appellat. q. 12. nu. 171. & seqq. vbi etiam firmat dummodo appellet tertius infra decem dies, & quod ita seruatur in practica, & quod tertius tantum in casibus permissis & non in alijs appellet, Scacc. q. 5. num. 51. & q. 12. nu. 172.
- 4 Vel nisi esset absens condemnatus: cū requiratur, quod sit in fortijs Curia, vel quod datur ad supplicium, vt vnusquisque pro eo etiam invito admittatur ad appellandum: alias quis non admitteretur, invito condemnator, nisi ageretur de interesse appellantis, vt post Paris de Put. de Syndicat. in verb. appellatur, nu. 15. in fin. tradit Moder. Roman. d. q. 101. nu. 29. & in consil. 85. nu. 53. Quæ declaratio nullo modo est admittenda; quia nemo est dominus suorum membrorum, & nemo suis defensionibus renunciare potest: neque appellationi vt supra dixi, & ideo non est restringenda ad vltimum actum ductionis ad supplicium sed quod vnusquisque liceat defendere, per appellationem interpositam, à periculo vitæ ipsum condemnatum quando cumque, sed tantum pro absente non admittatur tertius ad appellandum. Alexan. in tract. de potest. procur. & defens. in caus. crim. 2. p. n. 24. q. 12. Farinac. q. 11. nu. 49. conf. 85. nu. 53. in fin. & cur prohibeatur absenti, & contumaci. Scacc. de iud. libro. 1. c. 97. n. 126. vers. Non obstat, & latius de appell. q. 5. nu. 52. & q. 17. limit. 48. nu. 28.

## Appellatio in criminalibus in quibus casibus admittatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Appellatio in criminalibus in quacumque causa, quamuis graui, admittitur; immo admittitur etiam in crimine læsa maiestatis: declara tamen, vt hic per Authorem.
- 2 Appellatio in dubio semper est admittenda.
- 3 Appellatio admissa per iudicem in casu de iure non admittibili, substatetur.
- 4 Appellatione prohibita, non intelligitur prohibitus recursus, vel supplicatio.
- 5 Forma concipiendi supplicationem, vel recursum in casibus, in quibus non datur appellatio.
- 6 Recursus regulatur secundum terminos appellationis.
- 7 Appellatio admittitur à declaratione pœne incurse & ab impositione multæ.
- 8 Appellatio interposita ab vno, suffragatur alteri, cui non licet appellare, cum appellatio sit terminus communis.
- 9 Adherere appellationi si quis velit, debet declarare velle



- velle adherere, infra decem dies à die scientie: declarata tamen, vt hic per Authorem.*
- 10 *Fiscus semper dicitur adherere, absque alia expressa declaratione.*
  - 11 *Appellans an possit renunciare appellationi in damnum partis aduersæ.*
  - 12 *Appellatio prohibita à Statuto in causis criminalibus, non dicitur prohibita, quando causa est mixta.*
  - 13 *Appellatio interposita ab vno condemnato prodest alijs complicibus condemnatis non appellantis.*
  - 14 *Appellatio in supremis Tribunalibus admittitur etiam post decem dies.*
  - 15 *Contumax habitus à statuto pro confesso, & conuicto quando possit appellare.*
  - 16 *Appellans pluribus potest peti illa appellatione, quæ sibi placuerit. Bulla Pij V. circa appellationem prosequendam declaratur.*

C A P. III.

**I**n ista quæstione Aduocatus habet regulam profertur, vt in omnibus casibus, quauis grauibus, à sententia appellare liceat, cap. vt debitus, & per tot. extra de appell. c. 1. 2. 3. & 4. & per tot. 2. q. 6. l. & in maioribus, C. de appellat. Decian. in tract. crimin. lib. 5. c. 58. nu. 2. Ant. Gomez, c. 13. nu. 31. tit. de delict. Paris. conf. 170. nu. 28. & seqq. vol. 4. Roland. conf. 73. n. 12. lib. 3. Carrer. in Pract. crimin. in princip. nu. 2. Marfil. conf. 84. nu. 1. Farinac. q. 101. nu. 1. Viu. opin. 55. nu. 1. & seq. vbi alios allegat, & testatur de communi, Brun. à sol. in suo crimin. conf. num. 204. & seq. vbi de communi, Vulpell. respons. 137. n. 1. Lancellott. de attent. p. 2. cap. 12. ampliat. 4. nu. 1. & seq. Caualc. de Brach. Reg. p. 6. nu. 202. vbi firmat, quod appellatio conceditur cuiuscumque oppresso, ne detur occasio iudicibus ferendi iniquas sententias, Menoch. cas. 368. num. 1. lib. 2. Vincent. de Franch. decif. 351. nu. 2. par. 2. dicit quod iura denegantia appellationem sunt odiosa, cū publice inter sit legum àdminicula non negari, l. 1. C. de sentent. Præf. prætor & quod de iure communi in omnibus causis, etiam grauibus, concedatur appellatio; cum sit species defensionis; & dicatur Therya ea aduersus venenum contra male iudicantem, latè Carait. tit. 256. num. 1. & 2. & Bertazzol. conf. 608. nu. 1. & seq. Curt. Iun. conf. 163. nu. 8. Costa de subsid. remed. remed. 60. illat. vnica, num. 8. vbi tamen dicit, quod licet appellatio sit defensio, tamen sit triste auxilium.

Et quod admittatur appellatio etiam in grauissimo crimine læsæ maiestatis, vel in quolibet alio, est communis opinio, quam attestatur Ant. Gomez, tit. de delict. c. 13. nu. 31. Roland. d. conf. 73. per tot. decif. Auenion. 60. nu. 1. & seq. Et à quolibet delicto, etiam capitali, post Bar. Plot. conf. 3. nu. 22. in fin. tom. 2. crimin. Diuers. in fol. Lancell. de attent. p. 2. c. 11. nu. 20. latè Farinac. q. 101. nu. 7. & seqq. vbi etiam contrariū tenentes allegat, & sequendo opinionem affirmatiuā, ponit ad illam tres limitationes, & tandem cōcludit, quod in omni casu, etiam in dicto crimine grauissimo læsæ maiestatis, sit admittenda appellatio, & iudex non admittens appellationem in casu appellabili est puniendus, Franc. in c. pastoralis, sub nu. 5. de appell. Contard. in l. vnica limit. 27. nu. 8. C. si de thom. poss. Scacc. de appellat. q. 13. nu. 100. vbi subdit procedere etiam quādo non vult dare apostolos, & si causa erit

crim. iudex debet deponi, Boer. decif. 153. n. 4. declarata tamen vt per Scacc. in d. q. 13. nu. 101. & seqq. & licet in aliquibus delictis grauissimis non admittatur appellatio, quæ latè ponit Scacc. in trac. de appell. q. 17. limit. 4. nu. 67. plurib. seqq. tamen etiam in eis si ad sit rationabilis causa admittitur appellatio, Scac. d. limit. 4. num. 84. & quæ sint causæ rationabiles latè ponit Scacc. d. limit. 4. num. 48. & seqq. & iudici non admittenti appellationem in casu appellabili imponitur pœna arbitraria de iure canonico, de iure autem civili in causa criminali erit imponenda eadem pœna, quæ imponeretur ipsi reo appellanti, vt est latè videre per Menoch. cas. 358. per totum.

2 In dubio autem semper appellatio est admittenda, Marf. conf. 84. n. 4. & seq. & quoad vtrumque effectum, Decian. in c. Pastoralis. nu. 12. de appellat. Contar. in l. 1. q. 7. C. si de thom. poss. Surd. decif. 27. nu. 2. Mar. Ant. Macer. var. resol. libr. 1. resol. 52. nu. 6. & lib. 2. resol. 60. cas. 7. in princ. Vinc. de Franch. decif. 351. n. 3. vbi etiam subdit in dubio esse pronuntiandum appellationem non esse desertam.

3 Immo in casibus prohibitis appellare si fuerit per ignorantiam iudicis, vel ex alia causa, admissa appellatio, debet remitti causa ad iudicem, ad quem, Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. 32. vbi alios adducit, & dicit esse notabile, & menti tenendum, Socc. lun. cōf. 18. nu. 7. & seq. vol. 1. Farinac. conf. 17. nu. 7. vbi reddit rationes, & ibi addentes in littera D, vbi restantur de communi, & alios inuitos allegant, & reprobant Boss. tit. de appell. num. 16. & Baiard. q. 40. nu. 14. qui volebant non posse iudicē præiudicare Reipublicæ.

Sed si Aduocatus velit habere declarationes ad istam opinionem, habeat recursum ad Socc. lun. in d. confil. 18. nu. 14. & seqq. vol. 1. vbi ponit quatuor ampliationes, & ad Doctores adductos per Addentes ad Farinac. in d. conf. 17. in littera D.

4 Et prohibita appellatione, non diceretur prohibita reclamatio; seu recursus, lib. 1. Auth. quæ supplicatio. C. quand. libell. Princip. offer. Gram. dec. 35. nu. 4. vbi latè, & testatur ita fuisse iudicatum per magnam Curiam Vicariæ in quadam sententia capitali, Plot. conf. 130. nu. 64. tom. 1. crim. diuer. Petr. Caball. cas. 109. num. 1. vbi de communi, & alios allegat, Caualc. de Brac. reg. p. 4. nu. 302. in litt. F. Lud. à Pegner. decif. 16. nu. 4. decif. 22. per totam, Farinac. q. 101. nu. 105. Cartar. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. nu. 75. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. nu. 118. & seq. prout dicit de appellatione non admittenda à sententijs supremi Magistratus; cum non sit conueniens, supponere iniquitatem in ipsis supremis Tribunalibus, vel Magistratibus.

Sed possumus bene supplicare, ac recursum petere, allegando propriam negligentiam, & errorem, ac aduersarij circumuentionem, Afflic. super constitut. Regn. in prælud. q. 10. nu. 4. & seq. & post alios, quos allegat, idem firmat Moscatel. in prac. de appell. gloss. appellari mem. 18. & Scacc. de appell. q. 19. remed. 3. nu. 3. Gregor. Tholof. in tract. de appell. lib. 1. cap. 6. sub nu. 2. fol. 35. & seq.

Et ideo Aduocatus in Curia Romana sciat bene concipere supplicationem aduersus sententiam latam in facta Consulta, vel in Cōgregatione Illustrissimo- rum DD. Cardinalium super Episcopis; ne incidat in periculum indignationis dictorum supremorum Tribunalium.



bunallum, à quorum sententijs minime datur appellatio, vt inferius dicam.

- 6 Et talis recursus regulatur secundū terminos causæ appellationis, Marfil. sing. 88. in pract. §. oportune, sub nu. 65. Capic. decis. 28. sub nu. 11. Boer. decis. 247. nu. 9. Magon. decis. Lucen. 23. Caball. d. cas. 109. nu. 2. & seq. & alios quos allegat, tenet, vt sit ad instar appellationis, non solum quoad effectum deuolutiuum; sed etiam quoad suspensiuum; licet nonnulli alij, quos ibi allegat, cōtrarium voluerint, latè Scacc. de appell. q. 19. remed. 3. num. 14. vbi alios allegat, quod reclamatio regulareretur, quoad tempus exercitij, & determinationis causæ sicut appellatio, & ibi infert ad plura, & ibi etiā ponit differentias inter vnā, & alterā.
- 7 Necnon admittitur appellatio à declaratione pœnæ incurfæ, c. pastoralis de appellat. Felin. in capitulo Rodolphus, nu. 43. de rescript. Put. decis. 221. num. 1. p. 3. Abb. conf. 100. nu. 4. p. 1. Mar. Ant. Macerat. lib. 2. resolut. 60. cas. 7. & ob id ibi firmat, quod à declaratione periurij datur appellatio, & quod ita fuit resolutum. Prout datur appellatio ab impositione mulctæ, & eius excessu, l. si qua pœna de verb. signf. vbi glof. Magn. Marfil. in l. 1. nu. 178. C. de rapt. virg. Farinac. q. 18. nu. 58. q. 101. nu. 16. vbi alios concordantes allegat, Bertaz. conf. 181. nu. 17. lib. 1.
- 8 Si vero esset vni parti prohibita appellatio, potest tamen (si appellatio fuerit interposita ab altera parte) dictæ appellationi partis aduersæ adherere Bald. in cap. tua nobis, nu. 3. in fin. de appellat. Deci. conf. 161. num. 7. Marant. de ordin. iudic. in 6. p. num. 271. Bertazzol. conf. 19. nu. 5. vol. 1. vbi alios allegat; quia tunc appellatio efficitur communis: latissime Burlatt. conf. 145. per tot. Lancell. de attent. cap. 12. ampliat. 12. Caualc. de brac. reg. p. 6. num. 593. vers. ex supradictis, Cost. de subsi. remed. remed. 56. nu. 5. Petr. Caball. cas. 109. n. 22. cent. 2. & latè alios congerens Grauat. ad Vestr. in pract. lib. 7. c. 3. nu. 49. vbi de receptissima opinione Vinc. de Franch. decis. 467. nu. 3. p. 3.
- Et eo magis procedit, quando sententia non contineret, nisi vnum factum, vel capitulū, quia, licet pars aduersa appellauerit solum in parte, & partibus sibi contrarijs, tamen suffragabitur etiam prohibito appellare, Doct. in cap. si duobus de appel. & præcipuè Dec. nu. 18. & alij, quos allegat, & sequitur Bertazzol. conf. 19. nu. 6. secus si plura capitula contineret, & esset appellatum in parte, & partibus, Vinc. de Franch. decis. 467. nu. 4. p. 3.
- 9 Sed talis adhesio debet declarari infra decē dies, Vant. de nullitat. titol. quis poss. dier. de nullit. nu. 26. latè Magon. decis. Lucen. 6. nu. 23. & decis. 49. nu. 2. qui ambo alios concordantes allegant.
- Qui tamen decē dies incipiunt currere à die scientiæ, Magon. d. decis. 6. nu. 24. & decis. 59. n. 27. & seq. vbi tamen etiam declarat procedere, quando interponitur à negociorum gestore: secus si à persona cōiuncta, quia poterit etiam adherere post decem dies.
- 10 Fiscus vero ipso iure dicitur adherere appellationi interpositæ a Reo, Baiard. qu. 64. n. 3. 2. & quod ad hæsiō debeat fieri infra decem dies datos ad appellandum, latè Lancell. de attent. cap. 11. ampl. 12. nu. 6. Imò si semel adhæsit, & postea adhæsiōni renunciauit, si velit iterum adherere debet infra decem dies adherere, Lancel. c. 12. appel. pend. limit. 50. nu. 50. & seq. Vant. de nullit. tit. quis poss. dicere de nullit.

nu. 26. Vestr. lib. 7. c. 3. nu. 20. & ibi Grauat. num. 49. Vinc. de Franch. decis. 257. nu. 4. p. 1.

- 11 Sed an. post appellationem interpositam, appellas possit renunciare appellationi in damnum partis aduersæ: vide Franch. in capit. interposita, §. illi denique num. 10. & seqq. vbi latè de appellat. vbi dicit quid in appellatione ab interlocutoria, & quid in appellatione à diffinitiuā, & quod non possit ei renunciare, latè Costa de subsid. remed. remed. 56. nu. 5. vbi alios concordantes allegat, Grauat. ad Vestr. in pract. li. 7. c. 3. nu. 50. vbi alios allegat, & testatur de com. & Scac. de Appell. q. 17. limit. 21. nu. 8. & in trac. de iud. lib. 2. c. 3. nu. 216. & seq. vbi etiam dicit procedere si appellans vellet renunciare antequam cepisset vni appellatione vel si omittat, prosequi appellationem, Vinc. de Franch. decis. 467. nu. 4. p. 3. & decis. 658. n. 2. p. 4.

Nec non potest appellari à decreto vel à comminatione de torquendo, vt dixi supra in defensione 30. capitulo 1.

- 12 Si verò esset prohibita appellatio à statuto in causis criminalibus, & pœna partim applicaretur fisco, & partim parti ratione dictæ mixturæ, erit licita appellatio, Boss. tit. de appellat. nu. 8. versic. quæro quando, quem sequitur Magon. decis. Luc. conf. 91. num. 1. & seq. & Ambros. refert, & sequitur Petr. Caball. cōf. 110. n. 18. latè Scac. de appell. q. 17. limit. 48. memb. 3. sub num. 20.

Immo Camera Imperialis admittit appellationes quamuis prætendatur statutum vel consuetudinem non recipiendi appellationes, vt de communiori opinione testatur Mising. cent. 1. obseru. 14.

- 13 Ac etiam si fuerint plures correi condemnati in vna sententia, & vnus tantum appellauerit, dicta appellatio prodest alijs complicibus condemnatis non appellantibus, l. 1. & 2. C. si plur. vnic. sentent. lul. Cla. q. 94. nu. 4. vbi de communi, August. ad Ang. in verb. præfente Caio nu. 33. Petr. Caball. cas. 75. num. 4. vbi reddit bonam rationem, ne sequantur sententiæ contrariæ ex eodem facto, vna absolutoria, altera condemnatoria, Caualc. fragm. 5. in fine, Vinc. de Frac. decis. 467. p. 3. dicit appellationem vnus alijs non appellantibus suffragari, quando sententia continet vnū capitulum, vel plura connexa.

Sed quia talis opinio patitur aliquam dubitationem, per ea, quæ scribit Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 10. num. 6.

Ideo, pro eius resolutione, erit videndus Lancell. de attentat. cap. 12. in ampliat. 11. num. 1. & seqq. vbi latè ponit istam materiam, quando appellatio vnus confortis in lite pro fit alteri non appellanti, & latè Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 4. sub num. 22. & 29. & latè Scac. de appellat. q. 4. nu. 39. vbi subdit nisi essent condemnati ex diuersa causa, & latius dicit in qu. 5. nu. 58. vbi subdit idem esse in prosecutione causæ, vt vnus prosecutio pro fit alijs non appellantibus, secus si appellauerint.

Ac intellige quando alij condemnati de iure appellare possent, & tunc vnus appellatio pro fit alijs non appellantibus, secus si de iure non possent appellare, latè Vinc. de Franch. decis. 658. n. 4. & seq. par. 4. vbi refert in casu suo, & ob id si instigator appellauit à sententia absolutoria, & deinde renunciauit appellationi, talis appellatio non suffragatur fisco, quia in illo regno non appellatur à sententia absolutoria.



- 14 Immo adeo est favorabilis appellatio in criminalibus apud suprema Tribunalia, ut admittatur, & de ea cognoscatur, etiam si fuerit interposita post tempus datum ad appellandum, Couarr. variar. resolut. lib. 1. c. 1. in fi. Baiard. q. 94. nu. 2. in fin.
- 15 Contumax habitus à statuto pro confesso in casibus, in quibus alias datur appellatio, appellat, Castr. in conf. 141. nu. 1. lib. 1. & in l. 2. §. quod si actor. nu. 6. & seq. C. de iurament. Calumni. Nell. de bann. in 4. p. 3. p. princ. in verb. & si confitebuntur, nu. 35. Boss. tit. de Reis. requir. nu. 3. Cartar. de excus. sent. c. 1. nu. 60. & seq. & num. 105. & seqq. Moder. Roman. q. 11. iud. nu. 48. Petr. Caball. cas. 1. nu. 1.
- Immo, etiam si haberetur pro confesso, & convicto, adhuc appellat, Cartar. d. cap. 1. nu. 261. Farinacc. d. q. 11. nu. 48. Caball. d. cas. 1. nu. 2. vbi alios allegat, & testatur de magis communi, & ab ea in iudicando non esse recedendum, latè Baiard. q. 94. nu. 3. de quo latè dicam in 2. lib. vbi erit propria eius sedes.
- 16 Et sciat Advocatus quod si pluries in ead. causa quis appellet, eius arbitrio stare potest appellationi, quam velit proficui, & vna electa, relique concedunt, cap. bonæ memoriæ vbi Abb. & alij de appellat. Roman. conf. 41. Mising. cent. 2. decis. 61. & hoc potest deseruire pro Bulla Pij Quinti circa materiam appellationis, vbi disponitur, quod condemnatus in penam pecuniariam debeat expediri facere causam infra sex menses à die interpositæ appellationis incipiendo.

- 12 Appellatio si iuxta deferat, etiam in casu prohibito, suspenatur executio sententiæ.
- 13 Nullitatis exceptio non intelligitur prohibita, prohibita appellatione.
- 14 Appellatio, datur excessiuitate pœna semper admittitur.
- 15 Sententia iniusta recipit appellationem.
- 16 Appellatio subsistetur quando iudex ad quem, incipit cognoscere de appellatione, & vidit causam esse dubiam.
- 17 Appellatio super civili incidenti occasionato ex causa criminali admittitur, etiam stante statuto, ut non possit appellari à sententia criminali.
- 18 Appellatio ab expensis datur, & in causa criminali, prohibita appellatione, non admittitur, nisi ab excessiua.
- 19 Appellatio prohibita à statuto intelligitur prohibita à diffinitiva, & non ab interlocutoria.
- 20 Appellatio prohibita à statuto non ligat forenses.
- 21 Appellatio prohibita à statuto semper intelligitur, dummodo reus fuerit ore proprio confessus, convictus, vel inflagranti repertus, alias secus.
- 22 Appellatio admittitur, quādo iudex se declarat iudicem competentem.
- 23 Appellatio non potest tolli per legatum de latere, sed solum per Principem supremum.

C A P. IV.

Appellatio in criminalibus in quibus casibus non admittitur.

S Y M M A R I V M.

- 1 Appellatio in criminalibus in quibusdam casibus de iure communi non admittitur, ac etiam de consuetudine generali Italia, & totius Orbis.
- 2 Condemnatus in contumaciam, elapso anno, vel si fuerit captus infra annum, non appellat.
- 3 Appellatio in statu ecclesiastico in pœnis corporalibus, relegationis, vel exilij, de quadam generali consuetudine Signatura, non admittitur; & de quo tempore incipit in Curia d. consuetudo.
- 4 Appellatio à sententijs Gubernatoris Urbis, & eius Locatenentium, in pœnis corporalibus non admittitur.
- 5 Condemnatio in Tribunali Gubernatoris Urbis in pœnam ultimi supplij, trivemium, & similium pœnarum corporalium, irrogatur, sine aliqua citatione ad sententiam.
- 6 Appellatio à sententia Tribunalis Gubernatoris Urbis admittitur, quoad effectum deuolutiuum.
- 7 Appellatio in pœnis pecuniarijs in statu Ecclesiastico non admittitur nisi factò actuali deposito, vel data cautione in forma depositi.
- 8 Appellatio in criminalibus de iure communi in quibus non admittitur remissuè.
- 9 Condemnati in statu ecclesiastico, per Bullam Pij V. debent procurare reuocationem condemnationis infra sex menses.
- 10 Statuta constitutiones, consuetudo, vel stilus tollentes appellationes in causis criminalibus, valent.
- 11 Recursus, prohibita appellatione, non censetur prohibitus.

1 Fiscus videtur habere intentionem fundatam in ista quæstione; cum regula sit, quod in causis criminalibus, dum agitur de quibusdam delictis, puta, de homicidio, veneficio, adulterio, de maleficio, quod vim publicam sapiat, de raptu, falsa moneta, Vmceen. de Franch. decis. 351. p. 2. vbi tamen declarat procedere in fabricante falsam monetam, & non in expendente, neque in eo, qui cū falsa moneta repertus fuit, & de similibus, non admittatur appellatio de iure communi, l. 1. C. de rapt. virg. l. 1. C. de fals. l. 2. quor. appell. non recip. Bonac. commun. opin. tom. 4. tit. de iud. cap. 22. vbi ampliat, & limitat Caualecan. in 6. par. de brach. fragm. 5. & par. 1. nu. 49. Baiard. q. 94. num. 8. & seq. & nu. 43. & seqq. & Petr. Caball. cas. 1. nu. 17. qui loquuntur, quod ita seruetur de consuetudine in multis locis, & per totam Italiam, ut hodie in criminalibus sit sublata facultas appellandi; prout etiam testantur Gram. vot. 7. nu. 8. Iul. Clar. q. 99. nu. 3. Carait. rit. 259. nu. 1. Vinc. de Franch. decis. 637. nu. 2. par. 4. vbi testatur quod in crim. à sententia Regij collateralis consilij non detur appellatio de consuetudine; Nec in Germania in crim. appellatur Mising. cent. 2. obseru. 98. nu. 2. & cent. 4. obseru. 41. Scacc. de iudic. lib. 1. c. 97. nu. 92. vbi testatur de pluribus locis, non solum in tota Italia, sed ferè in toto Orbe; Adde. ad Farinacc. conf. 85. in litt. B. vbi alios allegat, & testatur, talem consuetudinem, secundum magis communem opinionem, valere; latè Scacc. in tract. de appellat. q. 17. limit. 47. memb. 3. num. 1. & seq. & ibi contrarijs respondet, & Breder. in tract. de appellat. e. 1. tit. 10. colum. 22. lit. B. & sub lit. D. Et in Regno Neapolis adest ritus, ut a sententia lata contra homicidam, appellatio non detur; licet Carait. dicat, illud ritum non seruari in practica, & Baiard. q. 4. nu. 30. & seq. atque etiā testetur in dicto Regno Neapolis ac in Francia seruari ius commune. In Statu Eccle-



- Ecclesiastico omnes appellationes etiam sunt sublatae à sententijs, & grauaminibus in causis homicidiorum per Pium Secundum. Constit. 8. per Clementem Septimum, Constit. 6. & testatur Baiard. q. 94. nu. 2. & Farinac. q. 101. nu. 58. vbi illas restringit ad condemnatos pro homicidijs in cōtumaciam tantum, & non pro alijs, vt ego latè dixi supra in Defens. cap. & de iure in quibus casibus nō admittatur appellatio. Specul. in tit. de appell. §. in quibus, ponit. 37. casus, & latè Scacc. in tract. de appellat. q. 17. limit. 4. n. 76. & seqq. sed sub num. 84. limitat quando in istis crim. exprimeretur causa rationalis quia admittitur appellatio, & an in istis delictis prohibitis appellari a sententia diffinitua appelletur ab interlocutoria Scacc. de iud. lib. 1. c. 97. num. 98.
- 2 In eodem etiam statu Ecclesiastico, condemnati, in contumaciam, elapso anno, vel si infra dictum annum capti fuerint, appellare non possunt, sed, omni appellatione postposita, sententia contra eos executioni demandatur, per Bullam Pij IV. Constit. 128. & Pij V. Constit. 10. De quo dicam in secundo libro, vbi tractabo materiam contumaciam, sed interim Aduocatus videat pro declaratione Bullae, & constit. Marchiae, circa condemnatos in contumaciam Farinac. qu. 101. num. 59. Scacc. de appellat. q. 17. limit. 4. 8. num. 30. & seqq. vbi etiam loquuntur quid si compareant infra annum.
- 3 In alijs vero pœnis corporis afflictiujs, vt in pœna trirremium, iētuum funis, relegationis, & exilij in toto Statu Ecclesiastico, licet non adsit aliqua Cōstitutio, vel Bulla Summi Pontificis, quae tollat appellationem in criminalibus; tamen, ex quadam consuetudine, tam Signaturae Gratiae, quam Iustitiae, solet semper rescribi cum clausula: non retardata executione. Quae consuetudo incoepit tempore Pij V. occasione foelicissimi belli naualis sequuti contra Turchas, cum tunc Sedes Apostolica indigeret, pro illo bello hominibus ad remigandum, & postmodum ob seueritatem, ac acerbiteratem temporum continuauit dictus stylus, & vsque in praesentem diem durat; non solum in pœna trirremium, sed etiam in quacumque pœna corporali, & relegationis, & exilij, & si signatura rescriberet, sine dicta clausula; non retradata executione, erit locus appellationi, quoad effectum etiam suspensiuum: licet, vigore dictae consuetudinis, vel styli Signaturae, iudices criminales soleant, quando appellationes interponuntur, admittere dictam appellationem cum clausula praefata; nō retardata executione, vel dando Apostolos refutatorios, & male, quia ad eos non spectat cognoscere, an sit admittenda, vel non admittenda appellatio, quoad effectum suspensiuum, sed ad ipsam Signaturam, vt inferius dicam, c. 19. nu. 13.
- 4 Sed solum in Tribunali Gubernatoris Vrbs vigore Bullae Leonis X. Constit. 7. de facultat. Gubernat. Urb. verl. statuentis in 1. p. Bullar. fol. 186. à sententijs latis ab eo, siue eius Locumtenentibus in causis crim. corporalibus, seu corporis afflictiujs, non datur appellatio.
- 5 Imo, quod magis est, nec etiam datur reis cōdemnandis facultas, vel occasio appellandi; quia condemnantur ad Furcas, vel ad pœnam vltimi supplicij absque alia citatione ad sententiam; & dum putant de sero bene comedere, & de nocte bene dormire, ex tempore eis denunciatur vltimum terribilium, & in alijs pœnis corporalibus, absque alia citatione, transmittuntur ad triremes, & alijs pœnis corporalibus afficiuntur; & ideo in isto supremo Gubernio Brachium Regium habente, Pontifices, solent eligere viros eruditos, prudentes, circumspectos, expertos, integros, & speatē fidei: cum ab illius gubernio dependeat tranquillitas totius Ciuitatis.
- 6 Sed quoad effectum deuolutiuum non est dubium, quod etiam à sententijs dicti Gubernat. & eius Locumtenentium, datur appellatio, & in dies sententiae reformantur, ac in totum reuocantur per alios iudices, prout testatur Modern. Roman. in q. 101. nu. 100. Et ego, vt verum fatear, dum fui Locumtenens Crimin. A. C. plures, quam vnam reuocaui, licet regula sit, quod prohibita appellatio dicatur quoad vtrumque effectum deuolutiuum, & suspensiuum, Decian. in rubr. de appellat. n. 5. Rol. conf. 77. nu. 16. lib. 2. Lancell. de attent. c. 12. limit. 25. nu. 29. sed de hoc vide Menoch. de ret. poss. remed. 9. num. 322.
- 7 In alijs vero pœnis pecuniarijs, in toto Statu Ecclesiastico admittitur appellatio, facta actuali deposito, vel data cautione in forma depositi, prout diues, vel pauper fuerit condemnatus, arbitrio iudicis, pro summa in condemnatione contenta, in euentum succumbentiae, ex constit. Pij IV. 128. & iuncta alia Pij V. 180. in 2. p. Bullar. de quibus mentionem facit Baiard. q. 64. nu. 28. & seqq. & Modern. Roman. q. 101. nu. 80. & num. 102.
- 8 In quibus vero casibus de iure communi non admittatur appellatio in criminalibus, Aduocatus potest habere recursum ad Anton. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. 31. Baiard. in q. 94. vbi recenset plures casus: Et latissimè potest videre Doctores recollectos per Moder. Roman. in q. 101. c. 1. per tot. Cost. de subsid. remed. remed. 110. na. 11. & Scacc. de iud. lib. 1. c. 97. ferè per totum, & Addit. Ad Spec. in tit. de appell. §. in quibus, vbi ponit 37. casus, & a quibus iudicibus siue eorum sententijs non detur appellatio latè recollectit Scacc. de appellat. q. 16. in limitat. vbi posuit 24. casus, cum suis declarationibus.
- 9 Et infra sex menses rei condemnati debent procurare obtinere reuocationem dictae sententiae; alias per iudicem, a quo, demandabitur executioni, vt disponitur per Pium V. in dict. Bulla 43. Baiard. d. q. 94. nu. 29. Farinac. d. q. 101. nisi rei obtinuerint à Signatura fatalia prorogari, quae vsque ad tertiam vicem concedere solet, vt etiam ibi Modern. Roman. testatur, & ita passim obseruatur.
- 10 Et licet tales constitutiones, consuetudines, stylus, vel statuta teneant, quod in causis criminalibus tollunt appellationem, latè Couari. Practicar. q. cap. 23. nu. 6. vbi concordantes allegat, & contrarijs responder. Clar. q. 94. nu. 3. vbi firmat in practica, non esse recedendum ab hac opinione, sequitur Bartazzol. consil. 422. num. 16. lib. 2. latissimè Scacc. de iudic. lib. 1. c. 97. nu. 62. vbi refert plura Statuta, Constitutiones, & consuetudines prohibentes talem appellationem videlicet, Mediolani, Neapolis, Flandriae in locis Imperij, & ferè in toto Orbe Christiano, vigere talem consuetudinem, & latè etiam Baiard. d. 94. nu. 30. & seqq. Petr. Caball. cas. 110. num. 19. & cas. 208. num. 6. & cas. 288. nu. 32. Caualecan. de Brach. reg. p. 2. nu. 49. Claud. Bertazz. in add. ad Patrem consil. 79. in littera A, vbi post alios, quos allegat dicit non posse similia statuta fieri



- feri ab inferioribus, sed tantum à Principe non recognoscante superiorem, seu ab alijs habentibus facultatem statuendi, Rol. conf. 29. nu. 1. vol. 1. Borgn. decis. 12. nu. 1. Io. Bott. conf. 103. nu. 2.
- 11 Tamen Aduocatus habet aduersus ea multa remedia pro defensione condemnati. Et primum erit, vt non intelligatur prohibitus recursus, vel supplicatio apud Superiorem, latè Rolan. conf. 94. num. 2. & seqq. lib. 1. Decian. in tract. crimin. lib. 8. c. 9. num. 17. tom. 2. Modern. Roman. q. 101. num. 108. Benintend. decis. Bonon. 68. & latè superius dixi nu. 8. licet Claud. Bertaz. in d. conf. 79. in littera A, post Decian. in rub. de appellat. nu. 7. & in c. pastoralis, nu. 5. de offic. deleg. & Ruin. conf. 77. nu. 18. vol. 2. teneat contrarium, vt stante prohibitione statuti ne admittatur appellatio, etiam dicatur prohibitus recursus, & supplicatio, latissimè vide Scacc. de appellat. q. 29. remed. 3. per totum, & quod dicatur prohibitus etiam recursus, Vincen. de Franch. decis. 637. num. 2. vbi testatur ita fuisse seruatum p. 4.
- 12 Secundum, quod si iudex velit deferre appellationi in casibus prohibitis, potest, vel si per ignorantiam, vel propter aliam causam, admiserit appellationem, sunt sibi ligatæ manus, vt amplius non possit sententiam executioni demandare, cum, ob delationem appellationi, abdicauerit à se omnem iurisdictionem, latè Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 13. n. 32. vbi dicit, hoc esse menti tenendum, tanquam quotidianum; Lancell. de attent. p. 2. c. 12. limit. 1. nu. 70. in fin. & nu. 80. Scacc. de iud. lib. 1. c. 97. nu. 124. quicquid, aliter senserint Boss. & Baiard. vt dixi supra num. 3. cap. 3. latè Scacc. de appell. q. 17. limit. 4. num. 27. 57. & 95. & limit. 48. membr. 3. nu. 25. vbi tamen sub nu. 27. videtur restringere istam facultatem admittendi appellationes, dummodo agatur de casibus in quibus à iure, vel à communi interpretatione appellatio nō reijciatur, & Farinacc. q. 101. nu. 106. & seqq. dicit communem opinionem esse contra Boss. & Baiard. Sed Aufred. ad Capell. Tholos. q. 177. nu. 5. circa finem dicit, & tenet quod etiam in casibus non permissis de iure appellare etiam si reus fuerit confessus, & conuictus, si iudex detulit appellationi, vt non possit amplius sententiā executioni demandare, etiam si ageretur de delicto atrocissimo.
- 13 Tertium, vt non sit, in istis casibus prohibitis appellare; prohibitum dicere de nullitate, Clar. qu. 94. nu. 10. vbi facit conclusionem, vt, pendente causa nullitatis, sententiā criminalis non sit executioni demandanda; licet cognitio nullitatis requireret altiore indaginem, Boss. de null. numer. 4. Moder. Rom. q. 101. nu. 111. Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 9. num. 15. to. 2. Vestr. in pract. lib. 8. c. 1. nu. 6. vbi Grauat. & testatur de communi, Anchar. q. 4. nu. 11. & seq. p. 2. & maxime si proveniat ex defectu iurisdictionis, Dec. conf. 8. nu. 7. Vant. de Nullitat. tit. Quis possit dicere, nu. 37. Claud. Bertaz. conf. 79. in litt. C, vbi tamen ponit duas limitationes, & prima est quando statum denegat audentiam, & tollit defensionem. Secunda si non sit apposita in termino è statuto præfixo, vide latè Vant. tit. Quis possit dicer. nu. 33. Turret. conf. 77. nu. 20. vbi de communi, latè vide Scacc. de appell. quæst. 29. remed. 3. per totum.
- 14 Quartum, si poena infligta in quocunque casu esset excessiua; quia ab eius excessu datur appellatio, etiam in notorijs delictis, Mascard. concl. 699. nu. 1. & seqq. lib. 2. Lancell. de attent. p. 2. cap. 12. limit. 9. nu. 10. vbi firmat, quod, isto casu, conceditur appellatio ad virtutem effectum, deuolutiuum, & suspensiuum, Caballin. ad Constit. March. lib. 6. c. 2. in verb. notorijs, num. 6. & de recepta opinione testatur Moder. Rom. q. 101. nu. 110. Fab. Turret. conf. 68. nu. 6. conf. 75. nu. 19. latè Vestr. in pract. lib. 7. c. 3. nu. 6. & sub 12. & seq. dicit quod debeat exprimi in ipsa appellatione causa specialis excessus.
- 15 Quintum, si fuerit notoriè iniusta, sententia recipit appellationem, etiam in casibus prohibitis appellare, Afflict. decis. 39. nu. 5. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. nu. 25. Viu. opin. 5. nu. 3. & seqq. vbi firmat procedere etiam in sententia Principis, Moder. Rom. q. 101. nu. 72. & seqq. & nu. 112. Decian. lib. 8. c. 9. nu. 16. to. 2. latè Bertaz. conf. 79. nu. 1. & seq. lib. 1. Plot. consil. 52. num. 27. vers. & etiam quod, Rimin. conf. 766. nu. 9. vol. 7. Baiard. q. 94. nu. 48. Add. ad Farin. conf. 85. in litt. B, in fin. latè Bertaz. conf. 79. per totum Fab. Turret. conf. 38. nu. 21. vbi alios allegat.
- 16 Sextum, quando iam iudex ad quem, inhiuit, & incepit cognoscere de causa appellationis, & vidit casum esse dubium, an sit, vel non sit admittenda appellatio; quia iudex, à quo, tenetur supersedere in executione sententiæ, per tex. in cap. Romana. §. fin. autem, de appell. in 6. vbi Hoff. sub num. 20. Io. Andr. sub nu. 17. Archidia. sub nu. 9. & 11. Gemin. latè num. 3. & seq. vbi respondet contrarijs, Foller. in verb. & si confitebuntur, nu. 66. & in verb. penis debitis feriantur, nu. 6. Grauat. ad Vestr. in pract. lib. 7. cap. 3. nu. 48. Moder. Rom. q. 101. nu. 109. vbi de recepta opinione, & concordantes allegat. & Baiard. in q. 94. nu. 13. firmat, procedere etiam in sententia lata contra confessum, & conuictum, quando iudex inhibitionis sciuit, reum esse confessum, & conuictum, & eandem opinionem sequitur, reprobatis contrarijs, Moder. Rom. in d. q. 101. num. 109. circa fin. quam ego etiam omnino sequor; cum, & contra confessionem, & contra conuictionem, possint multæ exceptiones, & defensiones deduci, per quas sententia non sit executioni demandanda.
- 17 Septimum posset etiam deduci, non procedere similia Statuta in causa ciuili incidenti, & occasio nata ex causa criminali; quia in ea admittitur appellatio, vt, post Rimin. firmat Baiard. in q. 94. nu. 43. Addentes ad Farin. in consil. 85. in litt. A, vers. verum quando. Prout minus similis prohibitio appellationis procedit in casu mixto; vt, post Alciat. conf. 12. nu. 6. lib. 7. firmat Baiard. in d. q. 94. nu. 44. Boss. tit. de sent. nu. 8. Magon. decis. Lucen. 91. nu. 1. & seq. Caball. cas. 110. nu. 18. Scacc. in tract. de appellat. quæst. 17. limit. 48. membr. 3. sub nu. 20.
- 18 Sed, quoad expensas, damna, & interesse, in quibus reus in causa criminali fuit condemnatus, Petr. Caballus cas. 208. per totum tuetur, vt minimè admittatur appellatio quando pars appellata vellet retractare sententiā, sed solum possit appellare ab excessiua taxatione damnorum, & interesse, vel expensarum; Immo etiam quod Statutum denegaret expressè appellacionem, restitutionem, vel posse uti aliquo remedio contra sententiā criminalem; prout est decretum Medional. de quo loquitur Boss. tit. de appellat. num. 7. tamen daretur appellatio ab excessiua taxa-



taxatione, vt post Bal. in conf. 119. nu. 6. & seqq. lib. 2. declarat Petr. Caball. d. caf. 208. nu. 6. Scacc. de appell. d. q. 17. limit. 48. membr. 2. nu. 28. in fin.

19 Octauus intelligitur similis prohibitio in sententia diffinitiuā, secus in sententia interlocutoria, vel super alio incidenti, vt, post alios, firmat Baiard. d. q. 94. n. 45. Addent. ad Farinac. in d. conf. 85. in litt. B. vers. verum quando, vbi tamen limitant, quando Statuta prohiberent, vt a nulla sententia criminali posset appellari, vide latè Scacc. de appellat. limit. 6. memb. 7. num. 35. & in trac. de iud. lib. 1. c. 97. sub n. 98. Vinc. de Fräch. decis. 408. p. 2. firmat, quod si grauè super emergenti, vel incidenti posset reparari per diffinitiuam, & tunc appellatio non admittatur, secus si non posset reparari, quia prohibita appellatione ante sententiā posset appellari, & ibi alios allegat, & latius in decis. 633. parte 4.

20 Nonus similia statuta, firmant Doctores, non ligare forenses, vt post Bertazzol. conf. 15. num. 1. voluit Baiard. in d. q. 94. nu. 47. & Addentes ad Farinac. in d. conf. 88. in litt. B. in fin.

21 Decimus, Generaliter deducitur, vt in omnibus casibus prohibitis appellare, tam de iure communi, quā vigore Statutorum, intelligatur, si reus fuerit ore proprio confessus legitimè, aut legitimis, & a iure approbatis probationibus conuictus, aut inflagranti crimine repertus; secus si non fuerit conuictus plenè, neque confessus legitimè, vel non repertus inflagranti; quia tunc omnino erit admittenda appellatio, saltem expressa, & inserta cedula sententiæ in ipsa appellatione, vt per Decian. in tract. crimin. libr. 8. cap. 9. nu. 12. vers. declara tamen tom. 2. & sequitur Moder. Rom. in d. q. 101. nu. 113. latè Scac. in tract. de appell. q. 17. limit. 47. membr. 3. num. 24. & ideò cautus Aduocatus semper in appellatione inferat, ac exprimat aliquam causam iniustitiæ sententiæ, vt facilius concedatur inhibitiō, ac ipsa sublineatur.

22 Vndecimo, admittitur appellatio, quando iudex pronunciat se iudicem competentem, & posse procedere, contra aliquem criminaliter, non obstante quocūque Statuto prohibente appellationem in criminalibus; cum alias quilibet iudex posset ad se omnes causas, de mundo trahere, & per hanc viam indirectam absorbere iurisdictionem omnium aliorum iudicem, vt tradit Ang. conf. 195. nu. 3. quem sequitur, Dec. conf. 49. sub nu. 2. Roland. alios citans conf. 33. nu. 6. lib. 4. & Petr. Cabal. caf. 208. nu. 8. & seq. cent. 3. Scac. de iud. lib. 1. c. 101. nu. 18.

Postremò Doctores ad similia statuta prohibentia appellari, de nullitate dici, ac peti restitutionem in integrum, vel posse vti alio iuris remedio, tradunt quinque limitationes, quas ponit per extensum Plot. conf. 130. nu. 64. tom. 1. criminal. sequitur, Baiard. in q. 94. nu. 34. Addent. ad Moder. Roman. in conf. 85. in litt. B. sub vers. verum quando, & latè Moscat. in pract. de appell. gloss. appellari, nu. 17.

Et etiam notandum est, quod appellatio non possit auferri nisi per principem non recognoscentem superiorem, vt de com. testatur Abb. in c. pastoralis, num. 4. de appellat. & sequitur Mar. Ant. Macerat. resolut. 32. num. 14. lib. 2. vbi subdit quod nec etiam per legatum de latere tolli possit, nisi hoc haberet ex speciali commissione Papæ, ex traditis per Franc. in d. c. pastoralis, col. 7. vers. 2. quæritur, & quando princeps

recognoscens superiorem possit tollere, vel non tollere appellationem, vide latè Scacc. de appell. qu. 17. limit. 48. membr. 3. num. 22. & seqq. Sed Rol. conf. 29. nu. 1. vol. 1. post alios, quos allegat, firmat posse induci etiam per alios recognoscentes superiores, vt non admittatur appellatio, vt etiam refert, & sequitur Io. Bott. conf. 103. num. 2. & seq. dummodo habeant facultatem condendi Statuta.

### Aliquæ difficultates super Bulla Pij Quinti, circa depositum faciendum, vel cautionem præstandam.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Bulla Pij Quinti, circa deposita facienda, vel fideiussorem præstandam informa depositi, recipit plures declarationes.
- 2 Prima est, vt non procedat, quando pœna non esset applicata Camera Apostolica, etiamsi causa deuoluatur ad Curiam.
- 3 Secunda si non habeat reus facultatem dādi fideiussorem, vel faciendi depositum, an admittatur ad pignus.
- 4 Tertia, an reus possidens multa mobilia, & stabilia, teneatur illa vendere, vt faciat actuale depositum.
- 5 Quarta, an condemnatus in causa appellationis teneatur facere depositum, quando in prima instantia habuit sententiam pro se.
- 6 Quinto, An fideiussio præstita in causa appellationis extinguatur per aliam sententiam condemnatoriam, vel absolutoriam secutam in causa appellationis.
- 7 Sexto, Condemnatus, si velit stare in carceribus, an possit cogi ad dictam cautionem præstandam, vel depositum faciendum.

#### C A P. V.

- 1 Circa depositionem Bullæ Pij V. in faciendo deposito, vel in cautione præstanda. Primo contingit dubitare, an in omni condemnatione pecuniaria applicanda cuiusque, procedat dicta extrauagans. Et resolutiuè procedendo, dicitur, verba eiusdem Bullæ esse clara, quæ requirunt dictam cautionem, vel actuale depositum, quando pœna applicatur
- 2 Camera Apostolicæ: † Et ideò, si pœna sit applicata alij locis pijs, vel alteri Camere Baronum, seu Episcoporum, condemnatus, non erit adstringendus ad dictam cautionem, vel depositum faciendum, quando cognoscitur coram dictis Baronibus, vel Episcopis, vt dicit Moder. Roman. q. 101. num. 104. prout in simili, de alia Bulla Pij Quarti, circa pœnas conuentionales applicandas Camere Apostolicæ, vt intelligatur in dubio applicatæ Camere Apostolicæ, quando fractura pacis, vel fideiussionis esset facta in Statu Ecclesiastico immediatè, secus si in Terris Baronū; quia tunc intelliguntur applicatæ Camere ditorum Baronum, vt in terminis declarat Tob. Non. conf. 110. nu. 12. & Add. ad Magon. in decis. 100. in litt. B. Si vero causa appellationis deuolueretur ad Sedem Apostolicam, tunc Farinac. d. q. 101. num. 104. in fine dicit esse locum dictæ Bullæ, cum debeat postmodū pœna applicari Camere Apostolicæ, vel per viam sententiæ, vel per compositionem: Ideò erit obseruanda dispositio eiusdem Bullæ; & quod ita semper præticauit, & præticari vidit de ista opinione Farinac. mentionem



tionem facit Scacc. in tractat. de appellat. q. 17. limit. 58. membr. 3. num. 74.

Ego autem contrarium teneo, & obseruavi, & credo melius; quia dicta cautio, vel depositum non præstatur, neque fit, nisi quando reus est condemnatus in aliqua pœna particulari pecuniaria, & non in vniuersali bonorum confiscatione, & quando pœna est particularis pecuniaria, tunc sine difficultate pœna applicatur Camere Baronum, & non Camere Apostolicæ vt, post Cassan. Super Consuetud. Burg. De confisc. Rubr. 2. §. 1. in verb. & apartient. n. 1. vers. quando

Ego declaravi in tract. de confiscatione bonorum conclus. 21. nu. 9. omiſsa disputatione, an sit pœna applicanda primo iudici, vel Camere, vel secundo iudici, seu Camere iudicis confirmantis sententiã, cum certum sit, quod debeat applicari primo iudici, & non iudici, qui confirmauit sententiã, Nat. consil. 553. n. 10. volum. 3. vbi de veriori, & communi opinione.

Quod est in practica notandum quia non adimpleta forma dictæ Bullæ Pij Quinti est reo prohibita appellatio Marches. conciuſis meus in tract. de commiss. p. 2. commiss. appellat. cap. 2. n. 35. Scac. de appellat. q. 17. limit. 48. membr. 3. num. 34. nempe, vt non possit prosequi appellationem in casu, in quo est faciendum depositum vel est præstanda cautio.

Secundo, occurrit dubitare: An Reus condemnatus, si non habeat facultatem faciendi actuale depositum, neq; inueniat fideiussorem, vel potius velit dare pignus, quam fideiussorem, sit audiendus, & concludo, non esse audiendum: cum de iure communi, qui tenetur dare fideiussorem, non admittatur ad dandũ pignus, vt firmat Cassan. super Consuetud. Burgund. tit. Des iustices. Rub. 1. n. 171. & sequitur Ba ar. q. 46. num. 41. & postea Bulla loquitur expressè de deposito, vel de cautione, quæ intelligi debet per fideiussorem, & nõ per pignus, vt magis sit fiscus cautus: cum sub fideiussione veniat etiã pignus, nempe hypothecca omnium bonorũ eiusdem fideiussoris: vt ego latè dixi in meo tract. de Pac. Treug. p. 2. §. 3. q. 15. per totam, & quia Bulla expressè loquitur de cautione, vel de deposito, vel de propria cautione. Grat. consil. 59. num. 12. volum. 2. & prius dixit in consil. 85. num. 4. & seqq. libro 1. & quia cum eius verba sint circa hoc clara, cessat omnis disputatio, Roland. consilio septuagesimo secundo, lib. 3. Ioseph. Lud. decit. Lucens. 12. num. 12.

Et ita etiam de consuetudine obseruatur, vt non admittatur pignus.

Et cum mihi casus euenerit, dum fui Locumtenens in criminalibus. A. C. quod quidam, qui fuerat condemnatus in pœnam scutorum 500. auri in auro, cum non inueniret fideiussorẽ, obtulit pignus idoneum, & ego nolui dictum pignus recipere; quãuis deinde, ex gratia Summi Pontificis, fuerit pignus receptũ; quia erat ille condemnatus ex Prouincia Flandriæ, & non poterat verè reperire fideiussorem in Curia.

Et quomodo probetur, quod non possit quis inuenire fideiussorem, docet Iul. Clar. q. 46. num. 15. & ibi Baiar. num. 50. & seq.

Tertio, contingit dubitare, si Reus condemnatus possideat bona, tam stabilia, quam mobilia, quæ ascendant ad summam, vel maiorem, quam sit ipsa condemnatio; an ad dictum depositum effectuale teneatur, nempe dicta bona vendere, & deinde depositum

facere. Et si velimus inhærere verbis dictæ Bullæ, sine difficultate, tenetur bona præfata vendere, & d. depositum facere; cum tunc dicatur esse soluendo; & non pauper, vt dixi alias supra, & summ. Pontifex ibi, vt condemnatus euitet depositum reale, requirat, vt sit pauper, & non diues.

Tamen contrarium arbitror verius, vt nullo modo teneatur bona præfata vendere, & deinde per ea, quæ tradit, post Bald. & Ang. Alex. in l. maritum, nu. 2. vers. sed quid si maritus, ff. solut. matrim. qui dicit, quod, si maritus habeat magnũ Palatiũ, & ultra illud, non sit soluendo, non teneatur illud vendere pro dote, vt deinde emat domũ minoris prætij, & ex residuo se alere, & dotem mulieri restituere possit: & ob id, transiit in obseruantia eiusdẽ Bullæ, vt minimè reus condemnatus teneatur bona stabilia, vel mobilia vendere, pro deposito faciendo; sed tantum probare teneatur, ex testibus sine aliqua Fisci citatione, examinatis, & non habeat præ manibus in promptu, neque possit, secundum suas substantias, facere dictum actuale depositum, quamuis multa bona stabilia, vel mobilia possideat: & tunc iudex arbitratur reum esse admittendũ ad cautionẽ in forma depositi, cũ tandẽ, etiam de iure iuxta qualitatem factorũ, iudex arbitretur, quis dicatur pauper, vel diues, Pacian. de probat. lib. 1. c. 54. n. 5. tom. 1. latissimè Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 65. n. 7. vbi infinitos cumulauit, & testatur de communi.

Quarto, contingit dubitare, an, si inquisitus prius fuerit absolutus, postea in causa appellationis fuerit condemnatus in pœnam pecuniariã, si velit prosequi causam appellationis in tertia instãtia, teneatur dictã fideiussione in forma depositi præstare, & omiſsa disputatione, arbitror omnino ipsũ teneri ex verbis eiusdem Bullæ, quæ solum respiciunt condemnationem, & damnũ Fisci, vel Camere, quod resultare ei potest, si dictã fideiussione non præstiterit, & causa non expediretur infra sex menses, cum posset causam reus in longũ protrahere: vt ibi Papa apertè dicit. Ideo quomodo fuerit condemnatus, siue in prima siue in secunda instantia, semper causa ibi per Pontificem assignata viget. Quocirca, vigore istius idẽtitatis rationis, est firmiter tenendũ, dispositioni Bullæ esse locũ, l. illud, ff. ad l. Aquil. Nec dicitur lex extendi, vbi adest eadem ratio, sed enucleari, l. si postulauerit, §. sed si negauit, ff. de adulter. Oldrad. conf. 184. in fin. Calder. consil. 1. tit. vt lit. penden. latè Crauet. consil. 183. n. 3. licet posset dubitari, quod secunda sententia condemnatoria debilitetur per primam absolutoriam, & ob id non esse locũ dictæ Bullæ per Clemen. 1. de re iud. & erit videndus Franch. decif. 135. n. 1. p. 1.

Quinto, an, si data cautione vigore primæ sententiæ condemnatoriæ, sequatur in causa appellationis alia sententia cõdemnatoria, vel absolutoria, dicatur extincta illa fideiussio, vigore primæ sententiæ cõdemnatoriæ, præstita. Si loquimur de sententiã absolutoria, videtur esse fideiussor liberatus; quia, etiam ea retractata, fideiussor non reicindit, Bart. & Doct. in l. fin. ff. de pact. Bos. tit. de carcer. fideiussor. commit. nu. 55. & quod generaliter fideiussor in causa principali nõ teneatur in causa appellationis, gloss. in l. cum apud, de iudic. solu. & in auth. de his, quæst. de appellat. in princip. versic. personam; Quæ dicit. Non est mirum, si nõ teneatur, quia prima satisfactio est finita, finito primo iudicio: & quia causa appellationis sit diuersa a prima,

S

patet,



patet, quia testes de nouo inducuntur, l. eos, §. si quis autem, C. de appell. & l. per hanc, C. de temp. appell. & post Bar. Ang. & alios, Marfil. in rubric. ff. de fideiuss. n. 108. vers. quo autem, vbi dicit, ita esse tenendū; cum causa appellationis dicatur alia instantia diuersa à prima, & ob id fideiussor in prima instantia non teneatur in causa appellationis, ex traditis per Bart. in l. Grecè in princip. ff. de appellat. Ang. in l. 2. §. in fideiussorem, ff. qui satisd. cogant. & ideo debet recipi cautio cum clauis, vt teneatur in omni, & quacunque instantia, vsque ad totalem executionem rei iudicatae, vt bene admonet Thesaur. decis. 102. n. 19. vers. ad euitandas, vbi in tota decisione refert plures opiniones, an cautio de reficiendis expensis duret in causa appellationis, & an cautio præstita de stando, iuri, & iudicatum soluendo in prima instantia duret in causa appellationis, vide Vinc. de Franch. decis. 320. p. 2. per tot. vbi latè sumè.

7 Sexto, & postremò contingit in Curia dubitare, si condemnatus reperiatur in carceribus, & velit manere carceratus, donec causa appellationis reuideatur in secunda instantia, an possit cogi, vigore dictæ Bullæ ad dictam satisfactionem præstandam, vel ad depositum faciendum; & dicitur negatiuè, vt non possit cogi, sed sit audiendus, ipso remanente in carceribus; Primo, quia iniquum videtur, velle rem, & personam, l. apud Celsum, §. labeo, ff. de dol. except. l. rescriptum, §. si factus, ff. de pact. Carait. rit. 102. n. 2. Bertaz. conf. 560. n. 23. Thesaur. decis. 29. n. 5.

Secundo, quia carceratio illius succedit loco satisfactionis, Afflic. post Ifern. in constit. Clem. 10. vers. sic. 2. quæro tit. vbi bannit. liceat lib. 2. Rubr. 4. Foller. in verb. si citati compareant, n. 5. Modern. Roman. q. 11. nu. 85. & ita passim obseruatur.

Nec est omittendum, quod dicta Bulla de cautione præstanda in causa appellationis non procedat quoad interesse partis, quia loquitur expresse de pœna applicanda fisco, vel Camera Apostolicæ, ideo non est extendenda ad interesse partis, las. consil. 46. nu. 5. vers. sic. vnde cum. volum. 3. & ita passim sine controuersia in omnibus tribunalibus etiam seruatur, & possem infinitos casus recensere; Nec dicta Bulla locum habet in vniuersali bon. confic. sed solū, quando reus fuit condemnatus in aliquam pœnam determinatam habentem particularem lummam pecuniariam, & ita ab vsu, & practica recepit interpretationem, prout omnis constitutio ab vsu recipit interpretationem, Ant. Gabriel. conclus. 1. nu. 45. & 63. tit. de consuetud. lib. 6. Bertaz. conf. 256. nu. 9. & seq. Rim. Jun. conf. 641. num. 28. vol. 6. Honded. consil. 92. nu. 77. & seq. vol. 1. consil. 89. num. 46. volum. 2.

Et ex his Aduocatus, & causæ defensor habet declarationes ad dictam Bullam Pij V.

Ab excommunicatione an detur appellatio.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatio, interdictum, vel suspensio non recipiunt appellationem, quoad effectum suspensiuum, secus quoad deuolutiuum.
- 2 Appellatio à comminata excommunicatione admittitur, etiam quoad effectum suspensiuum.
- 3 Appellatio à declaratione iudicis, super excommunicatione, admittitur, nisi factum esset notorium.

4 Appellatio à pœna excessiua inflicta in sententia admittitur.

5 Excommunicatus post appellationem, an possit denunciari.

6 Cedulones an possint affigi contra excommunicatum, si ipse petat absolui.

7 Sententia excommunicationis, quando transeat in iudicatum.

C A P. VI.

1 Videtur in ista quæstione posse firmari conclusionem, vt excommunicatio interdictum, & suspensio non recipiant appellationem, quoad effectum suspensiuum, cap. Pastoralis, §. verum de appellat. c. is, cui de sent. excom. in 6. cap. ad hæc quoniam, de appell. Specul. in tit. de appell. §. in quibus, n. 16. vers. 17. non appellatur, Decis. Tholof. 299. vbi reddit tres rationes vt excommunicatio non admittat appellationem quoad effectum suspensiuum, vbi latè Aufr. in add. Add. ad const. Marc. lib. 6. c. 2. in verb. Canonico. n. 2. Moder. Rom. q. 101. n. 66. Prax. Arch. Neap. c. 23. n. 2. vbi firmat hoc pro regula. Scac. de app. q. 17. lim. 22. vbi de com. & latè ea ratione moti, vt magis terreat.

Secus verò quoad effectum deuolutiuum; quia appellationem recipiunt, c. peruenit extra de appell. c. si de exception. c. re vera. 3. q. 9. Scac. d. lim. 22. nu. 34. Gamb. decis. Lusitan. 133. in fin. Vinc. de Franc. decis. 602. n. 4. p. 4. latè Aufr. in add. ad decis. Tholof. 299. & sic p. ista appellationem causa transfertur ad iudicem, ad quæ e. per tuas. extra de sent. excom. eximiturq; appellans à iurisdictione iudicis, à quo. c. ad hoc. extr. de appell. Spec. in tit. de appell. §. in quibus n. 16. & seq. & iudex ad quæ potest excoicatum absolueri, nec tenetur, nisi velit mittere illum ad absolvendū iudicem, à quo, Add. ad Const. March. lib. 6. c. 2. in d. verb. Canonico, nu. 2. vers. q. intellige, Scac. d. lim. 22. n. 34. vbi subdit nisi esset reclamatum per viam querele, quia tunc erit remittendus pro absoluteione ad Diocesanū, & ob id excoicatus debet appellare infra x. dies alias deinde nō audiretur, Aufr. in d. decis. 299. nu. 3. vbi refert præiudicia quæ resultant excoicato non appellanti infra x. dies.

Sed erit Aduocato consultum in ista quæstione, vt non expectet ferri sententiã excommunicationis, sed appellet à comminata excommunicatione, à qua datur appellatio etiã quoad effectum suspensiuum, Par. de Put. de Syndicat. in verb. appellatio. c. 2. n. 6. in fin. Add. ad Const. March. in d. verb. canonico, n. 3. Moder. Rom. q. 101. n. 70. Scac. d. limit. 22. n. 47. & exemplificat, quando iudex faceret præceptum sub pœna excoicacionis, vt aliquid faceret, vel daret, in tantum, quod si sententiã excommunicationis, feratur post interpositam appellationem non fortiaur effectum suum, & sit nulla, etiam si appellatio fuerit extraiudicialis, latè Scac. d. limit. 22. nu. 54. & seq. & ibi ponit aliquas declarationes.

3 Caueat etiam Aduocatus, ne decipiatur à conclusione in principio firmata: quia illa est vera, vt non appelletur ab excoicacione, bene tamen appellatur à declaratoria iudicis lata super dicta excommunicatione, quando pronunciat, vel declarat quem incidisse in excommunicationem, Carrer. in pract. crim. in tract. de appellat. §. quintus casus est, num. 6. Brunor. à Sol. in compend. iur. vers. sic. appellatio non suspendit sententiã, fol. 14. vbi alios allegat Farinac. dicta quæst. 101.



q. 101. numer. 67. & post Domin. Anchar. & Franch. Prax. Archiep. Neapol. c. 23. n. 1. & 2. vers. declara primo: Nisi tamen factum esset notorium: quia tunc nec à dicta declaratione daretur appellatio, cap. peruenit de appellat. Imol. Ant. Abb. Franc. & Præposit. in d. §. verum, vt testatur Prax. Archiep. Neapolit. in d. c. 23. n. 2. circa princ. Scacc. d. limit. 22. n. 3. vbi latè prosequitur, vt a d. declaratoria detur appellatio, & ibi ponit aliquas declarationes & ampliaciones. Ac etiam sciat Aduocatus quod licet legatus extra suam prouinciam non possit aliquem excommunicare nisi de consensu Diocesani, poterit tamen excommunicatum absoluerè, latè Marf. sing. 90. ex doctrina, Innoc. in c. nouit de off. delegati.

4 Nec non si sententia excommunicationis intolerabilem, & patentem cõtineret errorem, daretur appellatio; vt si diceret iudex: excommunico te, quia facis eleemosinam, vel quid simile, August. ad Angel. in ver. præsentè d. Caio, n. 12. Add. ad Const. March. in d. verb. Canonico num. 3. vers. 2. quando, Modern. Rom. d. q. 101. n. 69. Scacc. d. limit. 22. nu. 53. & iudex nõ seruando ordinem per c. sacro. de sent. excommunic. traditum potest puniri pœna arbitraria, vt est latè videre per Menoch. de arbitr. cent. 3. cas. 41. per totum vbi recenset, quæ obseruare debeat iudex, & in cas. 42. per totum recenset, quando iniustam & dolosam protulit excommunicationem quibus pœnis debeat puniri.

5 Minusque excommunicatus, post appellationem interpositam, potest denunciari, quado per denunciationem plus ligaretur: secus si plus non ligaretur, quia poterit denunciari: cum ipsa denunciatio amplius nõ liget, sed declarat: de qua denunciatione vide latissimè, Prax. Archiep. Neapol. in d. c. 23. num. 2. & seq. & etiam Scacc. d. q. 17. limit. 22. n. 12. & seqq. vbi latissimè declarat istum articulum denunciationis.

6 Nec non sciat Aduocatus, quod cedulones affigi non possunt cõtra excommunicatos, si compareant, & petant absolui, c. 1. de except. in 6. Clem. 1. de pœn. & ibi Anchar. n. 15. cum finis in excommunicato cõuerso petente absolutionem cesset; & ob id excommunicatus statim est absoluendus, propter mala, quæ affert excommunicatio, Gloss. communiter recepta in c. qua fronte de appell. & sic frustra affiguntur, si statim sequi debeat absolutio, Prax. Archiep. Neap. c. 24. nu. 1. vbi subdit, nisi ageretur de temerarijs, qui solent non obedire: quia tunc solent in illa Curia affigi cedulones, donec satisfecerint, & sint effectualiter absolui; vt ipsi magis confundantur & se abstineant in futurum, & alij timeant: & pro dicta obseruatione adducit tex. & Doct. per eum ibi allegatos, & est regula, quod a sententia absolutoria ab excommunicatione non detur appellatio doct. adducti, per Scacc. d. lim. 22. nu. 20. & seqq. vbi subdit magis procedere quando fuit prestita cautio, vel si fuerit in periculo mortis, sed sub n. 25. & 29. & seqq. refert casus in quibus a d. sententia absolutoria datur appellatio & per totam limit. 22. q. 17. latè tractat istam materiam appellationis ab excommunicatione, & quod non detur appellatio à sententia absolutoria ab excommunicatione, latè tuetur Vincent. de Franch. decis. 602. p. 4.

7 Sententia excommunicationis an transeat in iudicatum, vide latè Moscatel. de appel. glos. demadatur. nu. 47. & seqq. & latissimè Scacc. in tract. de appell. q.

Tomus Secundus.

12. n. 150. & seq. qui concludit negatiuè, vt non transeat in iudicatum & possit retractari etiam post mille annos. Aufred. in add. ad Capell. Tholof. decis. 299. n. 3. vbi firmat idem esse in qualibet sententia censturæ, vt in suspensione & interdicto, & an detur restitutio maiori, vel minori aduersus excommunicationis sententiam, vide Decis. Tholof. 302. & Aufred. in locis per eum ibi relatis. Et si iudex iniuste & per dolum aliquem excommunicauerit tenetur ad damna & interesse & puniri potest actione iniuriarum, Capell. Tholof. q. 398. & ibi Aufred. ita declarat, secus si non dolosè; Et excommunicatus ab vno ordinario quando possit absolui ab alio, vide decisionè Tholof. 232. & ibi in add. Aufred. etiam dicit si excommunicatus ab Archidiacono possit absolui ab Episcopo, & quibus pœnis puniatur non proferens sententiam excommunicationis ritè, & rectè, & quibus excusationibus Aduocatus illum defendere possit, videat nouissimè, Modern. Farinac. in fragm. crimin. in littera E, num. 42. & seq. post Menoch. cas. 544. & seq.

In pœnis arbitrarijs an detur appellatio.

S V M M A R I V M.

- 1 Appellatio in arbitrarijs non admittitur, secundum vnam opinionem.
- Contrariam autem tenent alij.
- 2 Appellatio, vt admittatur in arbitrarijs procedit etiam, quando plenum arbitrium datum esset a lege, statuto, vel homine.
- 3 Appellatio in arbitrarijs admittitur quando iudex ex cessit in pœna interroganda.
- 4 Appellatio, vbi agitur de graui præiudicio, admittitur etiam in arbitrarijs.
- 5 Recursus in arbitrarijs non censetur prohibitus.

C A P. VII.

1 QVamuis fiscus videatur habere intentionè fundatam super ista quæstione vt in arbitrarijs nõ admittatur appellatio, vt per gloss. in c. statutum §. affessorum de refer. in 6. Innoc. in c. præsentis, de test. Menoc. de Arb. q. 70. n. 6. vers. cõtrariu; vbi alios allegat, Magon. dec. Lucen. 42. n. 21. dec. 43. n. 3. Granut. Theorem. 3. Ruginell. in tract. de appellat. §. 9. glo. 2. q. 14. num. 43. & seq. vbi loquitur de pleno, & de mero arbitrio, Farinac. q. 17. nu. 30. vers. sic. Amplia igitur, & alij relati per Scacc. de appellat. q. 17. limit. 15. n. 1. & seq. vbi de communi, & loquitur etiam de simplici arbitrio.

Tamen contrarium multi alij tuentur, vt etiam in arbitrarijs appellatio admittatur, quos refert Menoc. d. q. 70. in princ. Anton. Gomez. tit. de delict. c. 1. n. 63. vbi de communi, Couarr. var. resolut. lib. 2. c. 11. nu. 5. vers. 2. aduers. Boer. decis. 284. num. 16. vbi quam plures alios adducit, & testatur de communi, & idem facit, Rom. q. 17. nu. 28. alias sequeretur quod iudicibus esset aperta via ferendi sententias iniquas, contra l. 1. C. de appel. & quod in omnibus causis criminalibus numquam daretur appellatio; cum hodie pœnæ omnes sint arbitrariæ, latè Scacc. de iud. libro primo, cap. 12. numero 98. Et tamen iura præbent appella-



tionem a sententijs datis in criminalibus, l. & in multis, C. de appellat. & quod etiam in arbitrarijs detur appellatio, Scac. de iud. lib. 1. c. 97. nu. 62. vers. contrarium est Rugin. de app. 9. gloss. 2. sub nu. 43. vbi de com. Scacc. de app. q. 17. limit. 15. n. 2. vers. contra vbi sub nu. 3. dicit procedere etiam quando fuit commissio cauta alicui cum clausula tuam conscientiam oneramus, Gregor. Tholof. de Appel. lib. 3. c. 15. n. 1. & seq. Marchef. concius meus de commiss. appell. in Rom. Cur. c. 6. n. 53. 55. fol. 74. in 2. impress.

2 Quae opinio communis, vt detur appellatio in arbitrarijs, procedit eo magis in iudice habente arbitrii liberum a lege, vel ab homine, seu a statuto; Conuar. var. res. lib. 2. c. 12. nu. 5. Menoc. d. q. 70. n. 13. Magon. dec. Lucen. 42. n. 21. Gom. d. c. 1. n. 63. vbi de communi, Simonc. in tract. de decret. lib. 2. tit. 1. nu. 8. Farinac. q. 17. numero 30. vbi de communi, quicquid alij contrarium senserint.

3 Et magis etiam procedit, quando iudex excessit poenam: quia ab eius excessu etiam in arbitrarijs appellatur, Farin. q. 17. n. 31. & q. 101. n. 110. Scac. de iud. lib. 1. cap. 67. num. 62. circa fin. & in tract. de appell. q. 17. limit. 15. num. 8.

4 Et si ageretur de graui prauidicio admittitur appellatio, de communi, post alios, quos allegat, testatur idem Rom. d. q. 12. nu. 31. Cauale. de brach. reg. p. 4. sub n. 250. vers. nisi tractetur de magno prauidicio;

5 Scacc. de appellat. q. 17. limit. 15. n. 7. † Sed in omnē casum est consultum Aduocato, vt petat recursum ad Principem: quia ille nunquam censetur sublatus, Rolan. conf. 94. n. 1. & seqq. lib. 1. Lancell. de attent. c. 19. num. 2. Farinac. d. q. 17. n. 32. & seq. & dixi supra.

#### Appellatio à sententia Principis, Senatus, Iudicis habentis brachium regium, & similibus, quando detur.

##### S V M M A R I V M.

- 1 Appellatio a sententia Principis, Imperatoris, Senatus, et iudicis habentis brachium regium, non admittitur.
- 2 Recursus à sententijs supradictorum ad eosdem admittitur.
- 3 Appellatio a sententia Papae, Regum, & aliorum, admittitur, quando sententiatum ad relationem alterius.
- 4 Appellatio a iudice pronunciante, auctoritate Regia, vel cum clausula: facto verbo cum Sanctissimo, an admittatur.

##### C A P. VIII.

1 **O**Mnes concurrunt, quod à sententia Papae, Imperatoris, Regis, Praefecti Praetorij, & Senatus, non detur appellatio, per text. in l. 1. §. 2. ff. a quib. appell. non licet, capit. cuncta 9. quæst. 3. Par. de Put. de Syndicat. in verb. appellatio. cap. 4. nu. 1. & 4. vbi reddit rationes, Roman. consil. 521. nu. 1. vbi Mandof. in lit. A, Gram. decis. 35. n. 1. Gabr. conclus. 1. n. 1. lib. 2. de appellat. Rolan. conf. 94. nu. 1. lib. 1. vbi de communi, & obseruata opinione Brun. à Sol. in suo compend. iur. in verb. appellari non potest, fol. 13. in prin. & fol. 14. col. 3. in fin. vbi dicit procedere, tam de iure, quam de consuetudine, Mod. Rom. q. 101. n. 72. & seq. idem firmat latè Caualecan. de Brach. reg. par. 5. num. 250. alios allegat, Thefaur. decis. 101. num. 4. Scacc. de ap-

pellat. q. 16. limitat. 1. n. 1. & seq. & per totam d. q. 16. ponit ad saturitatem à quibus sententijs principi & superiorum non detur appellatio, & ibi ponit suas declarationes, limitationes & suas ampliationes & intelligentias, ac fallentias ad quem lectorem remittos cum non intendam hic conficere vnum tractatum de appellatione.

2 Sed erit Aduocato consultum, vt isto casu reclamet, & recursum habeat ad eundem Principem, Capic. decis. 111. n. 2. Gram. decis. 35. n. 4. Gabr. d. concl. 1. n. 7. & seq. Roland. conf. 94. n. 3. & seq. lib. 1. Brun. à Sol. in d. suo Compend. iur. sub verb. appellatio nō datur à sententia Senatus, fol. 14. col. 4. in fin. Paris. conf. 164. n. 18. lib. 4. Moscatell. in pract. de appellat. gloss. appellari, n. 18. Et quomodo Aduocatus debeat concipere recursum, docui supra in cap. 3. n. 3.

3 Si vero Rex, vel Princeps pronunciauit ad relationem alterius, tunc licet non detur appellatio à defuosa relatione sibi facta, per text. in l. 1. in princ. ff. quand. appell. sit, qui ex canonizat. in cap. biduum, 2. q. 6. Rom. conf. 521. n. 1. & seq. vbi de magis communi, vt tunc à Principe male informato, appelletur ad eundem melius informandum: sed, post Brun. à Sol. in d. suo compend. iur. verb. appellari non potest à sententia Principis, fol. 13. col. 3. in princ. Farinac. q. 101. nu. 76. dicit, vt non per hoc Princeps debeat retardare executionem, si nolit, latè Scacc. de appellat. q. 16. nu. 130. vbi ponit suas ampliationes & restrictiones.

4 Et ob id erit etiam permessa appellatio, quado aliquis delegatus à Principe pronunciauit in causa, secundum consilium ipsius Principis, Paris de Put. in verb. appellatio. cap. 4. vers. nam ille commissarius, Capic. decis. 111. n. 4. Idemque erit, quando apponeret in sententia illa verba: facto verbo cum Sanctissimo, vt detur appellatio proponenda tamen in Signatura ipsius Sanctissimi, ex quo Princeps in ea manum apposuit, Farinac. d. q. 101. n. 78. latè Scacc. de appellat. q. 16. limit. 1. n. 154. vbi ponit vnam limitationē quando Princeps commisit causam cum clausulis tollentibus omnem appellationem; Idemque erit dicendum quando iudex in Statu Ecclesiastico pronunciat de ordine Sacre Consultę, vt habeant recursum ad eand. Sacram Consultam, seu ad Pontificem, cum à sententia Sacre Consultę non detur appellatio, licet Capic. in d. decis. 111. dixerit, non dari appellationem à sententia iudicis pronunciantis nomine Regio, & reprehendit Roman. in d. consil. 521. & quod ipse ita alias obseruauit.

#### Sententia in notorijs delictis non recipit appellationem.

##### S V M M A R I V M.

- 1 Appellatio in delictis notorijs non admittitur; declara tamen, vt hic per Authorem.
- 2 Notorium in proposito tripliciter consideratur.
- 3 Appellatio non conceditur reperto in flagranti crimine.
- 4 Appellatio in notorio non tollitur quoad effectum suspensionum.
- 5 Cautela pro Aduocato, vt in notorijs admittatur appellatio.
- 6 Appellatio admittitur, quando causa committitur per Principem, omni appellatione remota; dummodo appellatio non fuerit friuola.



¶ *Appellatio, quando causa requirit celerem expeditionem, non admittitur.*

C A P. IX.

**I** **Q**uoniam sæpè iudices, sub prætextu, quod delictum sit notorium, recusant admittere appellationem, per text. in l. 2. C. quor. appell. non recipian. Clar. q. 94. nu. 2. vbi de communi, Brun. à Sol. in compend. iur. in vers. appellatio an detur in notorijs, fol. 14. col. 4. vbi alios cumulauit, Vulpell. respons. 137. n. 8. & seqq. Farinac. q. 2. n. 17. & q. 101. n. 60. Scacc. de iud. lib. 1. c. 97. n. 119. vbi de notissima iuris regula, & quod ita tenent communiter Doctores, & habemus in Constitut. March. lib. 2. cap. 6. vide latissimè Scacc. de appell. c. 2. q. 17. limit. 4. vbi latè loquitur de ista quæstione num. 1. & seqq. Aufred. ad Capell. Tholos. quæstione 177. num. 7.

Idèò Aduocatus, ac causæ defensor deducat, dictam opinionem procedere in notorio per euentiam facti; secus in notorio iuris, quod resultat ex probationibus, vel ex confessione; quia in criminalibus tunc admittitur appellatio, vt per Baiar. in q. 94. n. 19.

**2** † distinguens notorium in triplicem speciem: quoad iudices, & alios: quoad alios, & non quoad iudicem; & quoad iudicem, & non quoad alios, per gloss. in c. fin. in verb. quoad se ipsum de cohabit. cleric. & mulier. & in c. consuluit. in verb. notorium. de appell. & propterea in prima specie notorij, quod est facti euentis, prohibetur appellatio; secus in alijs duobus speciebus respicientibus notorium iuris, Carauit. ritu 158. n. 7. dicit, ita esse intelligendum Statutum prohibens appellationem; & cum ista declaratione, transit etiam dicta Constitutio Marchiæ. lib. secundo, capit. sexto, vt bene ibi Caballin. in verb. notorijs, num. 2. 3. & 7. firmat.

**3** Idemque affirmant Doctores esse in condemnato, qui fuit repertus in flagranti crimine, vt non appellet, Carrer. in præf. in §. secundus erit casus, nu. 14. & 15. versic. idem dicas, si in flagranti crimine inuentus sit, Petr. Caball. cas. 262. n. 15. Cent. 3. Gram. decis. 36. nu. 33. Scacc. de appell. c. 2. q. 17. limit. 4. nu. 88.

**4** Ac etiam causæ defensor sciat, quod in omnè casum in crimine notorio non tollitur appellatio, quoad effectum deuolutiuum; quamuis iudex appellationi non detulerit, vt declarat Butr. in cap. speciali. §. porro, nu. 2. & 4. vbi Zabbarell. col. 2. versic. quantum verò. Extra de appellat. Et magis erit consultum Aduocato, si quærat aliqua causa assertum notorium ofuscare; quo casu admittèda erit appellatio ad vtrūq; effectum, suspensiuum, & deuolutiuum, vt per Imol. in l. creditores, §. nu. 11. de appell. qui exemplificat in eo, qui aliquem occidit in cœtu populi, & allegat, occidisse ad suam defensionem, vel occisum fuisse bannitum, & propterea sibi licuisse illum impunè occidere, Salycet. in l. 2. n. 5. C. quor. appell. Brunor. a Sol. in compend. iur. vers. appellatio datur in notorijs. fol. 14. col. 5. Vulpell. respons. 137. n. 12. Caballin. in d. lib. 6. ad Constit. March. quæst. 2. n. 118. & seqq. latè Scacc. de appellat. q. 16. limit. 4. n. 93.

**5** Et cautela etiam erit pro Aduocato in istis delictis notorijs, vt admitti possit appellatio, quod infra decennium, ne sententia exequatur, appellet, & in ipsa appellatione causam grauaminis deducat; quia tunc admittitur appellatio, & suspenditur executio. Rom.

*Tomus Secundus.*

conf. 324. sub n. 4. & seq. vers. verumtamen: Carrer. in præf. crim. in princ. n. 56. & seq. vers. limita nono, & in §. secundus erit casus, nu. 18. vers. intellige tamen: Petr. Cabal. cas. 262. n. 14. cēt. 3. Scacc. d. limit. 4. n. 93.

**6** Prout quando Princeps committit causam alicui, omni appellatione remota, vt intelligatur de friuola, & non de alia, Afflict. super Const. Regni in prælud. q. 10. n. 3. in fine, & alias latè dixi.

**7** Si verò sententiæ interfit, vt celeri expeditione mittatur executioni, tunc non daretur appellatio, per text. in l. si quis filio. §. hi autem omnes in fin. de inuest. rupt. & irrit. testam. qui loquitur, non solum contra famulos latrones, feditiosos, & capita factionū: sed etiam generaliter contra alios: idem habemus generaliter in l. constitutiones. de appellat. Angel. de malefic. in verb. præfente Caio, n. 15. & 20. Farinac. q. 101. nu. 81. & seq. Cartar. de execut. sent. cap. 1. nu. 75. ver. & si periculum, Hier. Giacch. ad Clar. q. 94. in lit. B. Boer. decis. 135. n. 5. decis. 259. n. 5. Cost. de remed. sub sid. remed. 103. num. 10. Caualean. de Brach. regio, par. 5. sub num. 260.

An à sententia lata in syndicatu contra officiales detur appellatio.

S V M M A R I V M.

- 1** *Officialis de consuetudine non sindicatur, nisi de dolo, barattaria, & illicitis extortionibus.*
- 2** *Appellatio à sententia syndicatorum, secundum aliquos, non admittitur: sed magis communis opinio est in cōtrarium.*
- 3** *Appellatio non admittitur à sententia lata per Gubernatorem contra suos ministros.*
- 4** *Appellatio à sententia syndicatorum non datur, quando adesset Statutum, prout in Prouincia Marchia, quod tolleret appellationem: & quomodo ista Statuta intelligantur, declaratur hic per Authorem.*
- 5** *Appellatio à sententia lata contra officialem, super non tangentibus officium eius, admittitur.*

C A P. X.

**I** **Q**uoniam, vt plurimum, in Syndicatu multi acerrime insurgunt contra officiales, non zelo iustitiæ, sed particulari odio; quia forsitan ab eis fuerint puniti; idèò omni conatu affectant porrigere quærelas, obtinere eligi Syndicatores odiosos, ac reportare sententias contra ipsos, tuti deinde, vt à dictis sententijs non detur appellatio, & eosdem pauperes officiales opprimere. Idèò videamus quomodo causæ defensor possit ab eorum manibus officiales eripere.

**2** Idèò Aduocatus pro officialibus deducat, quod hodie de generali consuetudine officiales non sindicantur nisi de dolo, barattaria, & illicitis extortionibus, Clar. q. 73. n. 3. in fin. vbi de cōmuni, Amod. Iustin. in signis officialis Conciuis meus de syndicatu. n. 137. in fin. Ioseph. Ludouif. decis. Lucen. 1. nu. 50. & seq. & concl. 38. vers. infertur 102. vbi multos cumulauit testantes de cōmuni, & quod ita seruetur in Vrbe Bertazz. conf. 71. per tot. vol. 1. Farin. conf. 64. nu. 10. in fin. Baiar. q. 73. nu. 35. & nu. 36. & seq. Granut. Theorem. n. num. 8. Polid. Rip. obseruat. 135. num. 1. vbi de communi, Scacc. de appellat. quæst. 19. limit. 4. num. 4. & sub numero 1. dicit procedere licet grauati non ap-

S 3 pella-



pellauerint a sententijs iudicum adhuc possint querelas proponere contra officiales, & consequi eorum interesse, ibi alios allegat, & testatur de com. Fabius Turret. conf. 4. n. 3. Nec est contra eos scrupulosa inquisitio facienda, ne neruus iustitiæ, auctoritasq; iudicum frangatur, atq; vilescat, & in officio successores lento gradu procedat, Gram. conf. 54. n. 5. Farin. cōf. 64. n. 11. Baiar. q. 73. n. 38. Cavale. de Brach. reg. p. 4. n. 79. Nec non contra officiales non sufficiunt ordinariæ probationes, sed requiruntur luce meridiana clariore, latè Mascar. de probat. concl. 165. 166. & 457. Bertaz. conf. 71. n. 11. & seq. vol. 1. Baiar. q. 73. n. 16. in fin. & n. 18. vers. latè Fab. Turret. d. cōf. 4. n. 88. & seq. Minusque in syndicato iuramentum in supplementū plenè probationis sufficit, Baiar. d. q. 73. n. 17. Nec testes carcerati a iudice recipiuntur contra eum, idem Baiar. d. q. 73. num. 16.

2 Et ob id, licet Doctores velint à sententia syndicatus nō dari appellationem, per text. in l. nulli. C. quor. appell. vbi Doct. & præcipuè Cyn. nu. 1. vbi reddit rationem: quia iura præsumunt contra officiales, Alber. num. 1. Salyc. num. 1. Amod. Conciuis meus de Syndicat. num. 236. vers. an autem, Viui. opin. 423. num. 1. vbi de communi, Paris de Put. in verb. appellatio, c. 1. num. 16. & seqq. cum alijs adductis per Moder. Rom. in q. 101. num. 83. Lancellott. de attent. tit. de appell. pend. limit. 20. num. 2. Fab. Turret. conf. 4. num. 4. vbi de communi.

3 Tamen sciat Aduocatus replicare, extare magis communem opinionem in contrarium, quam attestatur Alber. vt refert Moder. Rom. d. q. 101. n. 89. vers. vbi licet, & sub nu. 90. in fin. post Par. de Put. testatur etiam de veriori opinione, Mastril. decis. 152. nu. 4. vbi post Cum. de syndic. cap. 25. de appell. n. 3. subdit nisi sententia fuerit lata per magnam Curiam. Vel quod de barattaria, siue de sibi impietis in syndicato Officialis non sit conuictus: & ob id d. l. nulli, non procedat, vt adimat eidem officiali appellationem, vt post alios, quos allegat firmat Moder. Rom. d. q. 101. num. 29. vers. nisi officialis; Et quod officialis in syndicato possit appellare, & quod d. l. nulli, in qua Doctores se fundant, non loquatur generaliter de omnibus officialibus in syndicato condemnatis, sed solum de officialibus inferioribus condemnatis ab eorum superiore, vt in nuncio, Notario, Executore, seu alio condemnato a suo Prætoro, vel iudice pro delictis commissis in officio, declarat Bar. in d. l. nulli, vers. 2. in eo, Ang. nu. 1. Castr. nu. 2. Paris de Put. in verb. appellatio, cap. 1. nu. 16. Amod. conciuis meus de syndic. nu. 238. vers. an autem, vbi firmat, quod lectura, & intellectus Bar. ad d. l. nulli valde conuenit, & aliquis sequi velit primam opinionem Aduocatus desumat occasionem vt a sententia absolutoria syndicatorum lata in fauorē officialis, nec detur appellatio ob naturam correlatiuorū, vt tenet Fab. Turret. in d. consilio 4. numer. 5. & seq.

4 Si vero adessent statuta in aliquo loco, quod non detur appellatio a sententia syndicatus, prout in prouincia Marehiæ per constit. lib. 6. c. 6. valebunt, vt tuetur Amod. cōciuis meus de syndicat. n. 238. vbi reprobat contraria; sed non censentur tamen tollere sup. plicationem, neque recursum ad superiorem, Lancel. de attent. par. 2. capit. 12. limit. 20. num. 4. vbi firmat, quod officialis possit appellare etiam ab interlocuto-

ria; nec minus dicuntur prohibere appellationem, quæ iusta esset, & multo minus, quando constaret de manifesta iniquitate: vel si in appellatione Aduocatus exprimat legitimam causam per quam dicatur, sententiam esse iniustam, vt per Parid. de Put. de syndic. in d. verb. appellatio, cap. 2. num. 1. cum pluribus seq. Farinacc. d. quæst. 101. num. 93.

5 Eoque magis procedit, vt officialis possit appellare a sententia syndicatorum, quando esset condemnatus de delicto officium non tangente, per d. l. nulli, vers. nisi in eo; & ibi gloss. in verbo nulli, vbi exemplificat in crimine adulterij, aut simili, vbi Bar. vers. 1. quod, Alber. num. 1. in fin. cap. ei, qui §. nulli quoque vers. nisi in eo tantum 2. q. 6. vbi Bellam. nu. 1. Turrecrem. n. 1. vers. secus pro causa, & n. 2. Farinacc. d. quæst. 101. n. 87. Amod. Iustin. conciuis meus, de syndic. num. 236. versiculo an autem in princ. vbi firmat idem, si condemnatur ciuilitè, & non criminaliter.

### Conuictus, vel confessus, an appellet.

#### SUMMARIUM.

- 1 Confessus, & conuictus non appellat, tam de iure civili, quam Canonico.
- 2 Et procedit, non solum in quinque casibus expressis in l. 2. C. quor. appell. sed etiam in omnibus alijs criminibus, licet alij contrarium teneant.
- 3 Sed, vt admittatur appellatio in istis casibus pro confessio, & conuictio, debet aliquid deduci, vt offensetur notorietas resultans ex eo, quod sit confessus, & conuictus, & isto casu potest appellare etiam in pena pecuniaria.
- 4 Appellatio in confesso, & conuictio, non adumbrata notorietate, non admittitur, & iudex non superfedet, etiamsi fuerit inhibitus: & si iudex admitteret appellationem, mortaliter peccaret.
- 5 Conuictus, & confessus non appellat, etiam in delicto attentato.
- 6 Appellatio in conuictio, & confesso, ex præsumptione iuris, & de iure, quando admittatur, vel quando esset conuictus per indicia indubitata.
- 7 Appellatio vbi de iure, vel de consuetudine non admittitur, nec etiam tertius pro condemnato appellare potest.
- 8 Appellatio, quando reus est confessus, & conuictus, admittitur, si iudex appellationis incepit cognoscere de causa, & inhibuit, et præcipuè, si inhibitio emanauerit vigore rescripti summi Pontificis, vel si mandauit Pontifex, causam appellationis cognosci.

#### C A P. XI.

1 **F**iscus in ista quæstione habet regulam pro se, vt confessus & conuictus non appellet, l. 2. C. quor. appell. vbi Doct. & præcipuè Cyn. num. 1. Castr. nu. 1. Salicet. in princip. Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 13. numer. 31. versiculo quod tamen limita, Viui. opin. 50. num. 1. & seqq. vbi de communi, Clar. q. 94. num. 1. Modern. Roman. q. 101. num. 114. Vulpel. respons. 137. num. 4. Lancellott. de attent. par. 3. cap. 11. num. 22. cap. 12. nu. 12. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 97. num. 124. & num. 126. vbi alios allegat, & testatur de communi.

Et



Et iudex potest exequi sententiam non obstante appellatione, non solum in isto casu, sed etiam in omni alio casu prohibito appellari, Scacc. de Appellat. q. 17. limit. 4. num. 4.

Cum isto casu, confitendo, non dicatur errare ex legitimis probationibus contra reum existentibus, Rolan. conf. 74. n. 24. lib. 1. Carrer. in pract. crim. tit. de appell. in principio n. 5. & seqq. latè Addentes ad Magon. decis. Lucen. 49. in litt. B. vbi concordantes allegat, & testatur de communi Vincent. de Franch. dec. 556. nu. 4. par. 4. vbi alios allegat.

Quæ opinio procedit, tam de iure ciuili, quam de iure Canonico, Clar. quæst. 95. sub num. 1. vbi de magis communi.

2 Et etiam admittunt Doctores, non solum procedere in illis quinque casibus expressis in d. l. 2. C. quar. appell. sed etiam in omnibus alijs casibus, Clar. q. 94. num. 1. versiculo sed certe, vbi de communi, & ibi Hier. Giach. in litt. A. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. num. 3. i. versic. licet illa lex loquatur, Crass. commun. opin. lib. 2. cap. 16. quæst. 6. vbi relatis contrarijs, testatur de communi, Lancel. de atten. cap. 12. ampliatur. 4. num. 12. in fin. vbi de communi, Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 97. sub num. 126. vbi etiam de communi, Hier. Hisp. in tract. commun. contra commun. q. 509. nu. 5. & seq. vbi de magis communi, & alios refert, Scacc. de appellat. cap. 2. quæst. 17. limitat. 4. num. 7. vbi etiam concordantes allegat, & testatur de communi, & etiam in causis pecuniarijs Vincent. de Franch. decisione 555. numero secundo, parte 4. vbi de communi.

Alij autem contrariam opinionem tuentur, vt in alijs criminibus, præterquam in dictis quinque casibus dictæ legis 2. conuictus, & confessus appellet, vt in specie declarat Butrigar. in d. l. 2. in Summar. Olofred. sub n. 1. Cyn. n. 2. vbi de æquiori opinione, testatur Alberic. n. 2. qui etiam de æquiori, & veriorè opinionem dixit Imol. in l. creditor. §. Iustus. n. 7. & seq. & alios refert Hier. Hisp. d. q. 509. n. 1. & seq.

3 Eoque magis ista opinio erit vera, si ex parte appellantis aliqui deducatur, per quod offuscetur notorietas resultans ex eo, quod quis sit confessus, & conuictus, Franch. in cap. cum speciali, §. Porro. n. 6. & 7. extra de appellat. & Modern. Rom. in q. 101. nu. 121. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 97. nu. 127. licet alijs contrarium voluerint, vt confessus, & conuictus non audiat appellans, quamuis in appellatione causam deduxerit, Imol. in l. constitutiones, col. fin. versic. sed vbi esset, ff. de appel. & ponit exemplum, quando diceret, errasse in confessione.

Sed Farinacc. in d. quæst. 101. num. 145. per Doct. per eum allegatos dicit, esse in arbitrio iudicis a quo, admittere, & non admittere appellationem isto casu, quando exprimitur causa, sed quoad effectum deuolutiuum semper expressio causæ admittat appellationem, vt latissimè per Scacc. de appellat. limit. 4. n. 17. cap. 2.

Si verò confessus vel conuictus in ipsa confessione deduxerit aliquam qualitatem exclusiuam delicti, erit audiendus in appellatione, quamuis dictam qualitatem dicat velle probare in causa appellationis, latè Vinc. de Franch. decis. 556. per totam par. 4. vbi latè disputat istum articulum, concordantes allegat, contrarijs respondet, & testatur ita fuisse resolutum, & decisum.

Tomus Secundus.

Idemque erit dicendum, quando Reus esset condemnatus, non solum in pena corporali, sed etiam in pena pecuniaria, vt confessus, & conuictus appellet, si adumbretur intentio Fisci, circa confessionem, & conuictionem; vt videtur de mente eiusdem Farinac. in d. q. 101. num. 118. & seqq. latè Scacc. d. quæst. 17. limit. 4. n. 9. vbi alios allegat, & testatur de communi, Vinc. de Franch. decis. 556. n. 2. vbi de comm. p. 4.

4 Immo, non adumbata illa notorietate confessionis, & conuictionis, iudex, a quo, non tenetur superfedere, etiam si fuerit inhibitus, vt, post Guidum Pap. & Lancellott. Baiard. quæst. 94. numero decimoteruo, licet ibi subdat, quod ipse superfederet in reuerentiam iudicis, ad quem, secuta inhibitione, & firmat, quod idem tenuit, Aufred. in decis. 170. & Lancellot. de attent. in loco per eum relato.

Immo si iudex admitteret appellationem, non offuscata illa notorietate mortaliter peccaret, Roland. consil. 72. num. 26. lib. 3. Clar. quæstione 94. numero primo, in fin. Adden. ad Magon. decisione Lucen. 49. in littera B.

Ac etiam, si detulerit de facto appellationi, adhuc poterit suam sententiam executioni demandare, Bos. tit. de appellat. num. 26.

5 Et qui tenent, confessum, & conuictum non posse appellare, dicunt procedere etiam in delicto attentato: cum in delictis attendatur principium, & non finis, Carrer. in Pract. crim. in principio n. 10. & seqq. in tract. de appellat. Bal. in l. 2. sub n. 8. C. quor. appellat. vbi ad contraria respondet, & sequitur ibi Salyc. sub n. 6. in fin. Scacc. de appell. q. 17. limit. 4. n. 13.

6 Nec non dicunt sufficere esse conuictum per iuris præsumptionem, quæ dicitur iuris, & de iure; & ob id habitus a iudice pro confesso, & conuicto; quia delatorem suum corrumpit, nõ appellat, iuxta text. in l. eius, qui delatorem, ff. de iur. fisc. Foller. in verb. & si confitebuntur, nu. 79. & n. 89. Lancell. de attent. p. 2. cap. 11. n. 22. vbi de eo, qui fractis carceribus aufugit, habeturque pro confesso præsumptiuè, quod non possit appellare; nisi in casibus, in quibus talis præsumptio recipiat probationem contrariam; quia in eisdem potest appellare, Mascar. conclus. 122. num. 7. & seq. Farin. q. 101. num. 125.

Idemque erit quando esset conuictus per indicia indubitata, vt non admittatur appellatio, Carrer. in d. tract. de appell. in principio, numer. 12. 13. & 16. Foller. in verb. & si confitebuntur, numero 99. Farinacc. d. quæst. 101. num. 128. Scacc. de appell. c. 2. q. 17. limit. 4. num. 5.

7 Et in casibus, in quibus de iure, vel de consuetudine non admittitur appellatio, neque ipse condemnatur neque tertius pro eo admittitur ad appellandum, Scacc. de appell. quæst. 32. num. 172. vbi reddit bonam rationem.

In casibus autem permissis tertius admittitur, dummodo appellet infra legitima tempora, Scacc. d. q. 12. n. 272. vbi testatur de veriori opinione, & quod ita in practica seruetur.

8 Si verò in isto casu, quando Reus est confessus, & conuictus, iudex appellationis incœperit cognoscere, an appellatio sit admittenda, & inhibuerit iudici, a quo, debet superfedere in executione, vt post Farinac. q. 101. num. 109. Scacc. de appell. q. 17. limit. 4. n. 26. testatur de communi, vbi maximè dicit procedere



si inhibitiō emanauerit, vigore rescripti Summi Pontificis, vel quia viuæ vocis oraculo mandauit causam appellationis cognosci, & etiam si inhibitiō emanauerit non canonice in Curia, cum possit facile haberi recurus ad Principē, secus in alijs inhibitionibus factis extra Curiam; quia si canonicè, & legitimè non emanauerint, iudex a quo tenetur super sedere, & possunt impunè sperni, Vant. de null. t. ex defect. iurisd. ordin. sub num. 141. & post alios quos allegat, Scac. d. q. 17. limit. 4. sub nu. 26.

### Conuictus tantum an appellet.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Conuictus tantum appellat, secundum receptam opinionem, & vide illationes, & restrictiones.
- 2 Conuictus de crimine quando dicatur, & an possit condemnari sine eius confessione.

#### C A P. XI.

**A**Duocatus rei super ista questione acerrimè opponat contra Fiscum, vt conuictus tantum appellet, per text. in l. 2. §. 1. versiculo aut minima voce sua confessus sit, C. quor. appell. & ibi gloss. in verb. propria, Bart. nu. 1. Cyn. num. 1. Cast. nu. 1. Alber. in l. non tantum, ff. de appell. Farin. q. 101. nu. 131. vbi de communi, Gom. tit. de delict. c. 14. n. 31. Viu. opin. 50. nu. 5. vbi etiam de communi, Carta. de exec. sent. c. 1. nu. 67. vbi etiam de communi, & num. 77. qui omnes alios concordantes cumularunt, Scac. de iud. libro 1. c. 97. num. 59. dicit, sibi non placere consuetudinem, quod solum reus conuictus testibus non possit appellare; & latius reasumit hanc opinionem in tract. de appell. q. 17. lim. 4. nu. 72. & seqq. vbi prius refert contrarium tenentes; post modum firmat, omnino conuictum posse appellare, & ibi concordantes allegat, & testatur de recepta, & communi opinione in practica, & ibi ponit vt conuictus testibus appellet etiam si testes fuerint publicati, factæ fuerint defensiones, & nihil oppositum fuerit contra ipsos testes, quia nō per hoc præsumitur quod acceptauerit testes non impugnatos.

Benè verum est, quod in aliquibus criminibus grauissimis conuictus nō appellat, vt in crimine Heresis, in Raptu Virginis, in crimine læsæ Maiestatis, in Seditione, in Ducibus factionum, in crimine Simonie, in crimine falsæ monetæ, in latrocinio insigni, & in alijs criminibus expressis per Scacc. de appellat. d. qu. 17. limit. 4. nu. 76. & seqq.

Sed Aduocatus in istis criminibus ad obtinendam appellationē, & in executione super sedeat, exprimat causam rationabilem appellationis, quia tūc non potest denegari appellatio, Tiraquel. de pœn. in præfat. sub nu. 69. Contard. in l. vnica limit. 3. nu. 44. C. si de moment. poss. Rugin. de appell. §. 2. c. 3. nu. 179. Scac. d. limit. 4. nu. 84. & si probatio esset dubia sine dubio conuictus appellat, Bal. in l. 2. nu. 2. in fin. C. quor. appellat. & alij, quos cumulauit Mod. Rom. quæst. 101. nu. 141. & seqq.

Ac etiam conuictus ex præsumptionibus iuris, & de iure appellat, Scacc. de iud. lib. 1. c. 78. nu. 3. & dict. limit. 4. num. 87.

Prout appellat quando esset excessum in pœna inflictæ, d. Mod. Rom. q. 101. sub nu. 110.

Ac etiam in istis delictis in quibus est prohibita appellatio tamen iudex a quo potest eis deferre, & deferrendo sunt ligatæ manus ipsi iudici deferenti, Farinacc. d. q. 101. n. 106. & seqq. Scacc. d. limit. 4. num. 27. 57. 95.

Et in proposito solet dubitari an legitimè conuictus de crimine possint puniri absque sua confessione pœna mortis, & doctores tenent partem affirmatiuā, vt est videre apud Castren. in l. si quis in hoc genus nu. 2. C. de episcop. & cleric. Marfil. sing. 198. Cartar. capt. Bannit. cap. 2. nu. 61. & seqq. Boss. tit. de conuict. nu. 3. & seqq. vbi dicit esse notandum contra vulgi opinionem, latè Petr. Caball. cal. 39. per totum, nisi in loco extaret consuetudo in contrarium prout extat Franciæ, vt nemo possit condemnari in pœnam vltimi supplicij, & corporalis nisi etiam ore proprio quis fateatur delictū; idem seruatur in Flandria, latè Modern. Rom. q. 81. nu. 2.

Sed Aduocatus pro defensione conuicti recurrat ad illam distinctionem, aut proceditur per viam accusationis, aut per viam inquisitionis, & etiam inter ius canonicum, & ius ciuile, & si fuerit processum per inquisitionem de iure canonico conuictus mitiori pœna puniatur, de iure autem ciuili quoquomodo procedatur semper conuictus pœna mortis puniatur, Mar. Soccin. in cap. inquisitionis, nu. 1. 6. 7. & 27. in fi. & in cap. qualiter, & quando, el. 1. nu. 1185. & n. 1198. de accusat. Decian. in tractat. crim. lib. 3. cap. 30. nu. 5. quos in proposito sequitur, Menoch. de Arbitr. cent. 6. cal. 594. & idem Modern. Roman. dicta quæst. 81. num. 2. in fine.

### Confessus tantum an appellet.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Confessus tantum, secundum vnā opinionem, non appellat, tã de iure ciuili, quàm Canonico, & de consuetudine. Contrarium autem tenent alij. Quæ contraria opinio recipitur, tã de iure ciuili, quàm canonico.
- 2 Cautela est, vt confessus appellet, & inferatur causa grauaminis in ipsa appellatione.
- 3 Confessus, vigore constitutionis Marchiæ, & Constitutionum Summorum Pontificum Pij Quarti, & Pij Quinti non appellat.
- 4 Confessus non appellat in penis pecuniarijs, quando pœna, applicatur Camera Apostolica, secus si alijs.
- 5 Contumax habitus pro confesso, an appellet remissiuè.
- 6 Confessus, mediante persona procuratoris, appellat.
- 7 Confessus per torturam, quando appellat.
- 8 Confessus post sententiam, appellat.

#### C A P. XII.

**I**N hac quæstione duæ sunt opiniones, Et prima est negatiua, vt confessus tantum non appellet, Iul. Clar. q. 94. in princ. vbi plures refert restantes de communi, & magis communi. Vulpell. respons. 137. nu. 3. & seqq. Lancell. de attent. p. 2. nu. 12. ampliat. 4. num. 13. vbi de magis communi, Modern. Roman. q. 101. nu. 154. Scacc. de iudic. libr. 1. cap. 97. nu. 118. vers. tantum operatur, & nu. 119. & seqq. vbi alios allegat, & testatur de communi, post Iul. Clar. de magis communi, & obseruata opinione, & in quæst. 17. limit. 4.



limit. 4. nu. 30. vbi de communi, & concordantes allegat, in tractat. de appellat. & latius num. 34. vbi concordantes allegat, & testatur etiam de communi, & Capell. Tholos. q. 177. testatur, quod ante inhibitionem superioris iudex æquè potest exequi sententiã suam, si appellationem non admittit.

Et ista opinio procedit, non solum de iure Ciuili, sed etiam de iure Canonico, imò multo magis, Alber. in l. 2. nu. 2. in fin. C. qu. r. appell. Ber. in cap. at si clerici, nu. 28. de iud. Couarr. practic. quæst. cap. 23. nu. 5. vbi de communi, Viui. opin. 51. num. 1. vbi de communi, & obseruata opinione; vide latè Octau. Vestr. lib. 7. c. 3. nu. 19. & ibi Grauat. nu. 48. Scacc. d. limit. 4. nu. 31. vers. Quid dicendum.

Nec non est recepta ista opinio à consuetudine, Clar. d. q. 94. in princip. Couarr. d. cap. 23. num. 5. circa finem, vbi tam apud Hispanos, quam fere per totum orbem ita seruari in practica testatur Vulpell. respõs. 137. nu. 4. Cartar. de execut. c. 1. nu. 75. vbi alios allegat testantes de consuetudine, Scacc. d. c. 97. nu. 119. & seqq. de iudic. lib. 1. & maxime vbi ageretur de delicto, quod requireret celerem executionem, Azor. in um. Rubr. C. Quor. appellat. nu. 4. Salicet. in l. 1. C. de rapt. Virg. Guid. Pap. de appell. q. 120. nu. 86. & seq. Scacc. de appell. q. 17. limit. 4. num. 33.

Contrariam opinionem, vt confessio tantum concedatur appellatio, tenet Roman. in l. Pantonijs, §. rei per duellionis, nu. 1. ff. de acquir. hæred. vbi de communi, latè Ang. de malefc. in verb. præsent. d. Caio, nu. 20. & latius ibi August. tuetur hanc opinionem, & contrarijs respondet, Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. 31. Viui. opin. 50. nu. 5. vbi de communi, Cartar. de execut. sent. c. 1. nu. 67. vbi de communi, Scacc. de iudic. lib. 1. c. 97. nu. 118. vers. sed vere confessus, & latius in d. limit. 4. nu. 30. vers. contra istam illationem, q. 17. vbi concordantes cumulauit, & testatur de communi. Cum in causa appellationis possit reuocare suam confessionem, & de illius errore docere, Bart. in l. 1. nu. 3. C. quor. appell. Cyn. nu. 2. Alberic. num. 2. Præpos. in c. quicumque, nu. 2. 2. q. 6. & firmant Doctores supra adducti, & Aufred. ad Capel. Tholos. q. 177. num. 1. & 2. dicit, quod tria concurrere debeant, vt confessio denegetur appellatio, primum, quod non fuerit facta confessio per Procuratorem; secundum quod fuerit spontè facta confessio, & non per tormenta; Tertium, quod fuerit etiam testibus conuictus, & argumentis superatus.

Et huiusmodi opinio recipitur, non solum de iure ciuili, sed etiam de iure canonico, vt, post Franch. & Hostiens. firmat. Io. Monac. in c. Romana, §. sin autè, num. 4. de appellat. in 6. Et maxime Doctores dicunt procedere in criminalibus, Gloss. in cap. cum specialibus, §. Porro, in verb. confessione, extra de appellatio. vbi Franch. num. 5. Turrecrem. in c. ei, qui, §. nullus, nu. 4. 2. q. 6. & ibi Præposit. num. 3. latè Scacc. d. q. 17. limit. 4. num. 31. vbi concordantes allegat, & testatur de communi; & quod recipiatur etiam de iure ciuili, de magis communi, vt confessus non appellet, procedit, quando concurrat cum ipsa confessione infamia, vel notorietas in populo; quia tunc, nec etiam de iure ciuili, appellat, vt supra dixi, & Roman. sing. 625. Carrer. in pract. crim. in tract. de appell. in princip. num. 35. & in §. tertius casus est, num. 2. Decian. lib. 2. cap. 22. nu. 24. tom. 1.

2 Sed, ad evitandas huiusmodi opiniones contrarias, causã defensor, non solum appellet, verum etiam in ipsa appellatione inserat causas appellationis; quia confessus fuit per errorem, quem vult probare, & ipsam confessionem reuocet; & tunc appellatio, non obstante confessione, suspendit executionem, & deuoluit causam ad iudicem ad quem; alias, sine causa non suspenderetur executio per ipsam appellationem, latè Aufred. ad Capell. Tholos. q. 177. num. 3. & seq. vbi etiam firmat, quod Iudex ad quem potest appellationem recipere, & examinare vtrum habuerit legitimam causam appellandi, & impedire executionem a tempore quo incepit cognoscere, Couarr. practic. quæst. c. 23. sub nu. 5. Buff. in tit. de appell. nu. 27. vbi de magis communi, Viui. opin. 51. sub num. 1. Clar. quæst. 94. in princ. vbi de communi, Moder. Roman. q. 101. nu. 257. vbi alios allegat, & testatur de magis communi, & refert Doctores dicentes, hanc distinctionem procedere, tam de iure ciuili, quam Canonico, Cartar. de execut. sent. cap. 1. nu. 71. & seq. etiam de magis communi, & practicata opinione ex utroque iure, Scacc. de Iudic. lib. 1. c. 97. num. 118. vers. & hæc propositio, vbi de communi, & nu. 125. & latius in tract. de appell. c. 2. q. 17. limit. 4. nu. 47. & ibi concordantes allegat, & multa dicit, ac ponit plures ampliationes, extensiones, ac declarationes.

3 Sed huiusmodi distinctio parum prodest in Statu Ecclesiastico; quia vigore Constitutionis Marchiæ, lib. 9. c. 3. nec Iudex, à quo, nec Iudex, ad quem, potestmittere appellationem; eoque magis per Bullam Pij Quinti reformantem, Bullã Pij Quarti Constitut. 180. vers. sic. quo vero ad confessos, Modern. Roman. q. 101. nu. 161. Scac. de iud. lib. 1. c. 97. num. 121. & in tract. de appellat. q. 17. limit. 4. n. 43. & seq. Qui ambo reprehendunt Cartar. de execut. sent. qui voluit dictam Constitutionem Marchiæ non comprehendere casum simplicis confessionis, sed quando Reus erat confessus, & conuictus simul, & contra Cart. tenent etiam addentes ad Mag. decif. Lucen. 49. in litt. B, & Baiard. q. 94. num. 22.

Sed contra huiusmodi opinionem Aduocatus in statu Ecclesiastico insurgat, & dicat, has Constitutiones Marchiæ, & Pij V. procedere, quando agitur de pœna pecuniaria, Rom. q. 33. nu. 23. Scac. de appell. q. 17. limit. 4. sub nu. 34. secus si ageretur de pœna capitali, vel alia corporali, vt per Cartar. de execut. sent. c. 1. nu. 97. Scacc. d. c. 97. n. 123. & non dissentit, Gasp. Caballin. in d. Constit. March. li. 6. c. 3. in verb. spontè.

Nec minus dissentit Roman. in q. 101. nu. 162. vide Scac. de app. q. 17. limit. 48. per totam.

4 Nec non insurgat quando ageretur de pœna pecuniaria, vt non procedat in omnibus penis pecuniarijs, sed tantum in illis, quæ Cameræ Apostolicæ applicantur; secus si alijs communitatibus, vel alijs temporalem iurisdictionem habentibus. Thob. Non. conf. 110. nu. 9. Addent. ad Magon. decif. Lucen. 49. in litt. B, vbi testatur ita fuisse de facto obseruatum.

5 Contumax habitus pro confessio vigore contumaciæ, an appellet, dicam in 2. lib. vbi erit materia contumaciæ tractanda.

Interim vide Scacc. de appellat. q. 17. limit. 4. nu. 69. & seqq. & Aufred. ad Capel. Thol. q. 17. num. nu. vbi dicit quod ei permittatur appellatio.

6 In confessio autem per mandatum mediante persona



sona procuratoris, non est dubium, quod appellatio ei concedatur; cum similis confessio non sufficiat ad tollendam appellationem, tex. in l. 2. vers. voce etiam propria, C. quor. appel. vbi Pal. nu. 10. Salic. nu. 1. Castren. nu. 2. & cap. ei, qui, §. nullus, 2. q. 6. Præpos. nu. 1. Carrer. in pract. crim. de appell. in princ. nu. 42. Duen. reg. 156. limit. 2. Aufred. ad Cap. Thol. q. 117. num. 2.

7 Si vero fuerit confessus, non sponte, sed per torturam, de iure communi non tollitur ei appellatio, tex. in dicta l. 2. vers. aut formidine tormentorum, C. quor. appel. cap. ei, qui §. nullus, 3. q. 6. vbi Turrecrem. n. 1. & 2. Præpos. nu. 3. & alij relati per Rom. in d. q. 201. n. 132. Aufred. ad Capel. Thol. q. 177. nu. 2. dummodo tamen confessio non fuerit post torturam sponte ratificata, gloss. in d. l. 2. in verb. nisi perseverauerit; Lancell. de attent. p. 2. c. 12. ampliati. 4. nu. 13. vbi de communi obseruantia, Cart. de exec. sent. 1. c. nu. 73. Scacc. de iud. lib. 1. c. 97. nu. 118. in fin. & in tract. de appell. q. 17. limit. 4. nu. 17.

Sed Augustin. ad Ang. de Malefic. in Verb. presente Caio col. 7. dicit quod ipse semper admitteret appellationem propter multa, quæ possunt occurrere, maxime vbi tractatur de vita hominis, sequitur Aufred. iud. q. 177. nu. 3. vbi alios allegat.

Sed Aduocatus aduersus prædicta videat an confessio, vel ratificatio fuerint legitimis præcedentibus indicijs, & iuris ordine seruato, factæ: alias appellatio non denegabitur, Ang. in d. l. 2. num. 4. Carrer. in d. §. tertius casus est nu. 11. & seqq. Decian. lib. 8. c. 9. n. 12. in fin. tom. 2. cum per ratificationem tollatur appellatio, Cartar. de execut. sent. cap. 1. nu. 13. Farinacc. q. 101. nu. 133. Scacc. de appell. q. 17. limit. 4. nu. 20.

Et licet Modern. Roman. ex traditis per Vulpell. respon. 137. nu. 3. & n. 7. in d. q. 101. num. 135. dicat, ratificationem spontaneam tunc tollere beneficium appellationis, quando tortus fuisset conuictus, fecus si indicijs ordinarijs esset grauatus: quia, vigore Constitutionis Marchiæ, & summorum Pontificum in practica difficillimè obtineretur; quicquid aliter dici posset de iure communi, eoque minus admitteretur in practica appellatio quando factus fuisset metu tormentorum, vt dicit Scacc. de appellat. q. 17. limit. 4. nu. 18. & seq. vbi dicit idem esse in confesso per leuem torturam, & si fuerit grauatus ex indicijs indubitatis, & per torturam reus confessus fuerit, adhuc ratificatio requiratur, vt tollatur beneficium appellationis, Mod. Roman. d. q. 101. n. 137. vbi alios allegat.

8 Si vero confessio superuenerit post sententiam, quicquid dici possit in civilibus, in criminalibus autè non est dubium, quod minime impediatur, quin possit appellare; quamuis esset prius conuictus, gloss. in d. l. 2. in verb. propria in fin. C. quor. app. Odofred. nu. 1. Bart. n. 2. in fine, & ibi Alex. in addit. in litt. A, & etiã si emanauerit, non solum extraiudicialiter, sed etiam in figura iudicij, Carrer. in pract. crim. tract. de appell. in princ. nu. 48. & seq. Duen. reg. 156. in 4. limit. Modern. Roman. d. q. 101. n. 138. & seq. Scacc. de appell. q. 17. limit. 4. nu. 59.

Et isto casu arbitratur, quod nec cõstitutiones Marchiæ, nec Bullæ Pontificum supra allegatæ comprehendant istam confessionem emanatam post sententiam, vt minus lædant reum contra dispositionem iuris communis.

### Fiscus an in criminalibus appellet.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Fiscus de iure appellat à sententia absolutoria, & à minoritate pœnæ: & si Reus appelleret, Fiscus dicitur ipso iure adhærere.*
- 2 *Fiscus de consuetudine non appellat: sed ad signaturã spectat cognoscere citato absoluto, an Fiscus appellet, nec ne.*
- 3 *Fiscus, licet appellet, si adsit instigator secretus, vel apertus, non prosequitur causam appellationis: nisi præstita cautione, vel facto actuali deposito, de resciendo expensas.*
- 4 *Instigator non prosequitur causam appellationis, nisi præstet cautionem, iuxta formam rescripti, etiamsi à parte non petatur.*
- 5 *Fiscus in criminalibus an restituatur remissivè.*
- 6 *Fiscus non appellat à sententia absolutoria, quando adest statutum, prout Bononiæ in Ciuitate Lucana, & Mediolani, quod reus non possit appellare à sententia condemnatoria.*
- 7 *Cadaver defuncti non potest impediri ne sepeliatur, & nõ admittitur appellatio.*

#### C A P. XIV.

1 **L**icet super ista quæstione Fiscus, ex iuris dispositione videatur habere intentionem fundatam, cū fisco permittatur appellare l. i. l. i. ff. de app. Gram. decis. 14. n. 2. Gabr. concl. 14. per tot. lib. 7. Ios. Ludou. dec. Luc. 1. nu. 41. Baiar. q. 94. sub nu. 32. Peregr. de iur. Fisc. lib. 7. tit. 4. sub nu. 1. & ego dixi in tract. de confisc. concl. 30. nu. 1. Prax. Archiep. Neapolit. c. 38. per tot. vbi testatur ita pluries fuisse obseruatum in illa Curia Archiepiscopali, & post longam dispositionem etiam in curia fuisse resolutum. Et non solum à totali liberatione, sed etiam à modicitate pœnæ, Gram. d. decis. 14. nu. 2. Baiard. q. 57. num. 23. & q. 94. nu. 27. Caualc. de brach. reg. p. 4. n. 286.

Et in tantum est verum, quod, si reus appellet, ipso iure Fiscus intelligitur adhærere, ita vt possit sententia contra reum reformari in peius, vt post Franch. decis. 148. nu. 1. p. 1. firmat Baiard. q. 94. n. 32. vers. sed quando, Marc. Ant. Macerat. var. resol. lib. 3. resol. 41. nu. 2. Idem Franch. decis. 467. nu. 6. & seq. vbi tamen subdit quod Pragmatica Regni non procedat vbi adesset pars, quæ quærelã exposuit, & non appellasset.

2 Sed Aduocatus infurgat, quicquid de iure dici possit, Fiscum habere intentionem fundatam, vt possit appellare: de consuetudine autem, non solum in agro Neapolitano, sed etiam per totam Italiam, prohibetur Fiscus appellationem interponere, vt testatur Ioseph. Ludou. d. decis. Lucen. 1. nu. 41. & refert Moder. Roman. in d. q. 101. n. 32. & de consuetudine Mediolani Clar. q. 46. nu. 2. & de consuetudine Regni Neapolis, Gramat. decis. 14. circa fin. & Baiar. q. 94. n. 34. vbi adducit rit. 258. Vinc. de Franc. decis. 148. nu. 1. p. 1. decis. 467. n. 6. p. 3. Marchesan. Concialis meus in tract. de commiss. p. 2. in commiss. appell. c. 2. num. 35. Scacc. de appell. lib. 3. c. 2. q. 17. limit. 49. nu. 1. & seqq. & ego dixi in d. concl. 30. nu. 23. de confisc. bonor. & Mar. Ant. Macerat. d. resol. 41. n. 2. & seqq. vbi subdit, quod de tali consuetudine tanquã notoria iudex potest ex se ipso in Camera extraiudicialiter se informare:



mare: & quod in Curia Romana, de laudabili cōsuetudine, Fiscus non appellet, per Bullam Pij IV. Constit. 74. vers. minus etiam, Macerat. d. resol. 41. num. 2. vbi firmat, talem consuetudinē Romanæ Curie vbi que locorum esse obseruandam, tanquam omnium Magistrum cum stylum Romanæ Curie faciat ius quoad inferiores, Grauat. ad Veltr. lib. 5. c. 3. nu. 5.

Et talis consuetudo procedit in omnibus decretis Fisco præiudicialibus, vt puta si diceretur: inquisitum esse remittendum ad suum domicilium, Fiscus non appellet, & etiam si absolueretur ab obseruatione iudicij, propter peremptam instantiam; vt est latè videre per Scacc. de appell. d. limit. 49. nu. 5. & seqq.

Ac etiam si accusator appellauit, qui si deinde desistit ab accusatione, illius appellatio non suffragetur fisco, qui de consuetudine appellare non potest, vt fuit decisum per Consil. Neapolit. testes Vincent. de Franch. decis. 658. per totam p. 4.

Sed quia per aliam Bullam super reformatione ariorum Tribunalium Constit. 85. vers. cum ad signaturam, Statutum fuit, Fiscum posse appellare: ideo hodie seruatur in Curia, vt, citato reo absoluto, signatura arbitretur, an appellatio Fisci sit, vel nō sit admittenda, prout etiam dicit Modern. Roman. d. q. 101. nu. 32. Baiar. q. 94. n. 23. & seqq. & ego dixi id d. conclus. 30. nu. 22. de confisc. bonor. & idem dicit seruari in Prouincijs Statu Ecclesiastici, vt Legati, vel alij Superiores videant, an sit admittenda appellatio Fisci, vel reiicienda, Ioseph. Ludou. d. decis. Lucen. 1. n. 40. & seq. latè Scacc. de appell. d. q. 17. limit. 46. nu. 10. & Vinc. de Franch. decis. 148. p. 1. vbi quærit, an possit saltem Fiscus petere recursum à sententia liberatoria, & relatis opinionibus contrarijs, concludit, quod in illo regno inspiciatur grauamen, & si fuerit notoriè iniustum Fisco concedatur recursus, vel supplicatio, alias secus.

- 3 Sed licet Fiscus admitteretur ad appellationem, iuxta resolutionem signaturæ, tamen prosequi non posset appellationem, si daretur instigator secretus, vel apertus, nisi præstiterit dictus instigator cautionē de reficiendo expensas tam prioris, quam vterioris instantiæ, vigore dictæ Bullæ Pij Quarti, Constit. 85. vers. non prosequatur, Farinac. d. q. 101. n. 32. Baiard. d. q. 94. num. 24. & ita passim obseruatur, vt dixi in d. concl. 30. nu. 23. absque aliqua contradictione, Scacc. d. limit. 49. nu. 11. & sub nu. 12. dicit, dummodo petatur à parte, alias non teneretur dare dictam cautionem. † Et quotidie rescribitur per signaturam, vt dicta cautio sit præstanda, tunc talis fideiussio erit præstanda per instigatorem, absque alia interpellatione, vel requisitione facta à Iudice, vel ab inquisito; cum ita de forma censeatur rescriptum à signatura, & Iudex debeat seruare ordinem narratorum, & omnia adimplere, prout sunt descripta per tex. in c. cum dilecta de rescr. vbi Abb. n. 4. firmat, quod ille tex. quotidie ad hoc allegatur, & prout alias dixi in d. concl. 30. sub nu. 2. de confisc. de quo dicam latè infra c. 25. num. fin.
- 5 Sed an Fiscus, si non possit appellare, saltem possit petere restitutionem in integrum, conclusio est negatiua, vt minimè admittatur ad restitutionem: de qua opinione latè dixi in d. concl. 30. nu. 25. vsque ad fin. conclusionis, & vide Farinac. q. 101. n. 35. & seqq. nec minus petere recursū, vt est videre latè per Vinc.

de Franc. d. decis. 148. declarando tamen, vt supra nu. 2. in fi. Nec potest Fiscus se tueri si appellatio fuerit interposita per accusatorem, si deinde ipse accusator renuntiauerit appellationi, vt profit illius appellationi eidem Fisco, Franch. d. decis. 658.

- 6 Pro complemento autem Aduocatus sciat, quod, si vigore Statuti, Reus non possit appellare à sententia lata contra ipsum, nec poterit fiscus appellare à sententia absolutoria lata ad fauorem Rei; vt in iudicio seruetur æqualitas, prout obseruatur Bononiæ, ac adest Statutum in Ciuitate Lucana, vt latè habetur per Magun. decis. Lucen. 58. per tot. Farinac. q. 101. nu. 34. Baiard. q. 94. nu. 26. & ego dixi in d. concl. 30. n. 24. de confisc. prout etiam adest latè statutum Mediolani, vt per Petr. Caball. cas. 208. per totū cent. 3. Ruginel. in Tract. de appell. §. 2. cap. 3. nu. 8. Scacc. de appell. lib. 3. c. 2. q. 17. limit. 49. num. 3.

Et tandem sciat fiscus, quod pro debito nō potest cadauer defuncti creditoris arrestari facere, ne sepeliatur, etiam si debitum descendat ex delicto, cum ratio naturalis, & diuina, & humana iura detestentur cadaueribus defunctorum, ex d. causa denegari sepulturam, Abb. in c. ex parte, el. 1. nu. 3. de sepult. Felin. in c. sicut Iudæi, de Iud. & Saraceni. Boer. decis. 287. n. 2. Gram. decis. 82. vbi valde increhet contra Aug. contrarium tenentem latissimè Petr. Caball. cas. 203. per totum, vbi subdit, & ob id fiscus non potest appellare cum sepultura requirat celerem expeditionem, gloss. in d. c. ex parte, in verb. post appell. in fin. de sepul. vbi Abb. nu. 3. Marf. sing. 199. Cabal. d. cas. 203. nu. 14. & seqq. vbi plus subdit, quod creditor, sic petere, & post denegatam sententiam, sic petens priuetur debito, & actione ad illud sibi competente post Boer. d. decis. 287. nu. 2. latius Gram. d. decis. 82. nu. 4. & 6.

Appellatio, vel recursus quos effectus operentur.

S V M M A R I V M.

- 1 Appellatio, & recursus eosdem effectus operantur.
- 2 Appellatio an tollat, vel suspendat iudicatum.
- 3 Bannitus, pendente appellatione à sententia lata contra eum, potest condere testamentum, nec potest offendi.
- 4 Episcopus, vel alius depositus ab officio per sententiam, pendente appellatione, non prohibetur interim examinare, & officium suum exercere.
- 5 Canonicus depositus per sententiam, pendente appellatione, potest eligere, & ferre testimonium.
- 6 Arrestatus, pendente appellatione, potest recedere, & habere recursum ad superiorem.
- 7 Excommunicatus absolutus ab excommunicatione, si fuerit appellatum vel dicta absolutoria remanet interim absolutus.
- 8 Suspensus, pendente appellatione, remanet suspensus.
- 9 Excommunicatus, pendente appellatione ab excommunicatione, quando remaneat excommunicatus.
- 10 Excommunicatus sub conditione (nisi infra tres) pendente conditione, interim non dicitur excommunicatus.
- 11 Appellatio non tollit acta probatoria, nec grauamen, quod quis sua culpa sentit.



**A**ppellatio, vel recursus eisdem effectus operantur, Caball. caf. 109. nu. 1. & dixi supra cap. 3. nu. 6. & præcipuè operantur, vt Iudex appellationis suspendat executionem, quia, aut extinguit pronunciatum, l. fin. ff. ad Turpell. & Doct. quos cumulat Lancell. de attent. c. 12. in præfat. nu. 114. vers. secundum alios, suspendit iudicatum, & reducit rem ad illud statum, in quo erat tempore litis contestatæ, l. ita demum, vbi Bart. C. de procur. l. ab executione, §. 1. ff. de appell. Rip. in l. si Insulam, nu. 47. ff. de verb. oblig. Moder. Rom. q. 56. n. 20. Scac. de iudic. lib. 1. c. 97. n. 111. vers. ad primum. Cost. de subsid. remed. in 4. prælud. nu. 10. Petr. Caball. caf. 110. num. 3. Doct. adducti per Farinac. conf. 30. nu. 17. & ibi latè Add. in litt. B. Sed post alios, quos allegat, Lancell. in Tract. de attent. d. c. 12. in præfat. sub nu. 114. distinguit, quod appellatio, quando respicit futura, suspendit pronunciatum quatenus respicit præterita, extinguit. Vincen. de Franch. decil. 370. nu. 14. p. 2. & Lancell. vbi supra, & sub num. 83. in fin. Idem Lancell. ponit pro regula, vt appellatio conseruet statum appellantis, ita vt appellans possit omnia explicare, quæ poterat ante sententiam: & quod per appellationem suspendatur executio, & effectus sententiæ, latè Farinac. d. consil. 30. nu. 6. & 55. & latè ibi Add. in litt. B.

3 Et ideo bannitus, quandiu pendet appellatio à sententia lata contra ipsum, potest condere testamentum, Franch. in rubr. de appellat. sub numero 20. & seqq. Nec poterit interim impunè bannitus occidi, secundum communem opinionem attestatam per Lancell. d. cap. 12. in præfat. nu. 9. & latius in 4. ampliatur. princ. numero 3.

Prout nec condemnatus, pendente appellatione, efficitur infamis, sed retinet iura Ciuis Romani, & testamenti factionem actiuam, & passiuam consuluit, Boer. conf. 1. num. 2.

Prout, si pendente appellatione, condemnatus decedat delictum extinguitur, & eius cadauer puniri non potest, Boer. d. conf. 1. nu. 2. Gomez. tit. delict. cap. 1. nu. 82. vbi de communi, Farinac. q. 10. num. 46. vbi de communi, Sforz. Odd. conf. 72. num. 58. vbi recolligit 17. Doctores, & ibi testatur de magis communi, & ego dixi in tract. de confic. bonor. concl. 28. nu. 11. Lanc. de attent. d. c. 12. in præf. num. 93. vbi dicit esse notandum contra iudices imperitos, qui faciunt suspendere, & comburere cadauera Reorum, & allegat Guid. Pap. in tract. de appell. q. 120. col. 9. vers. quid si reus moriatur.

4 Nec non Episcopus, vel alius depositus per sententiam, pendente appellatione à dicta depositione, interim potest excommunicare, & alias officium suum exercere, Abb. in c. 2. nu. 6. & ibi Apostil. extra, vt lit. pend. Glof. in c. sæpè in verb. rata, n. 31. de appell. latè Deci. conf. 214. ferè per tot. & præcipuè sub vers. his non obstantibus, vbi plures illationes adducit, & idem Deci. in c. dilecti, nu. 5. extra de appell. dicit, quod valet sententia ab Episcopo suspensio, qui appellauit, & quod interim, pendente appellatione, non potest sibi auferri obedientia, Lancell. de attent. c. 12. in præfat. nu. 84. & seq. Scacc. de app. q. 3. num. 72.

5 Idemque erit in canonico, qui per sententiam irrogantem infamiam, fuit depositus, vt, pendente ap-

pellatione, possit eligere, ac testimoniū ferre, Franch. cap. sæpè nu. 35. & seq. de appell. Lancel. d. cap. 12. in præfat. nu. 95. & seq. Scacc. d. q. 3. nu. 72. & nu. 75. vbi ponit alias illationes.

6 Prout idem erit in eo, qui fuit arrestatus; quia, si ab eo fuit appellatum, ea pendente appellatione, potest recedere, & recurrere ad superiorem, Guid. Pap. decil. 436. n. 304. vbi subdit, quod ita seruat Curia Parlamenti, & idem dixit in tract. de appell. q. 87. vbi alios allegat, Lancel. d. cap. 2. in præfat. num. 87. vbi firmat, quod, ex Doctoribus supra adductis, possent haberi mille alie illationes.

7 Sed Aduocatus sciat defendere excommunicatum absolutum ab excommunicatione, vt, si fuerit appellatum à dicta absolute, nihilominus ille interim remaneat absolutus non obstante appellatione aduersarij, Franch. de appellat. c. qua fronte, q. 4. sub n. 35. & in c. Pastoralis, §. verum in fi. q. eod. titul. latè Lancell. de attent. d. c. 12. in præf. nu. 105.

Si verò extaret in loco consuetudo, quod perdens corpus, ex sententia, amittat etiam bona, tunc non obstante appellatione, dicitur incapax, & perdit testamenti factionem, glof. in l. qui a latronibus, §. fin. de testam. Boer. conf. 1. num. 6. vers. in contrarium facit, Lancell. d. c. 2. in præf. nu. 107.

8 Idemque erit in condemnato in suspensionem; quia, pendente appellatione, adhuc remanet suspensus secundum Mille. in verb. appellatio: sicut sequitur Lancell. d. c. 12. in præf. nu. 104. Abb. in c. sæpè sub nu. 15. de appell. Scac. d. q. 3. nu. 77. de app. vbi tamen ponit aliquas declarationes, & præcipuè illa est, quando suspensio infligitur alicui in pœnam, quia tunc illa suspenditur per appellationem ex traditis per Abb. in d. c. sæpè, num. 16. licet Franch. ibi nu. 34. in fi. aliter sentiat.

9 Sed quamuis dicatur, quod pendente appellatione ab excommunicatione, ille remaneat excommunicatus, & hoc sit speciale in excommunicatione, Franch. in c. sæpè n. 32. de appell. & in rubr. eod. tit. n. 3. Guid. Pap. in tract. de appell. q. no. rationem ponit remissiuè, Franch. in c. Pastoralis, §. verum nu. 5. de appellat. Io. Andr. in c. is, cui nu. 4. de sent. excom. in 6. vbi subdit; quia secum trahit executionem.

Tamen si fuerit lata sententia sub conditione, ante euentum conditionis, si excommunicatus, appellet, appellatio conseruat statum ipsius, vt interim non sit excommunicatus, Lancel. de attent. c. 12. n. 100. & seq. vbi infert, † quod maximè est notandum in Curia Romana, vbi ferè semper solent excommunicationis sententiæ ferri sub ista forma: nisi ad primam, vel nisi infra tres, Franc. in c. præterea, n. 4. de appell. Io. Andr. in d. c. is, cui nu. 4. de sent. excom. in 6.

Sed talis appellatio, licet reducat statum causæ in terminis, in quibus reperiebatur, tempore, quo lis contestari debebat, vt supra dixi, tamen respectu confessionis, & aliorum actorum probatoriorum nihil tollit, Bal. in l. ita demum, num. fin. C. de procurat. Becci. conf. 11. nu. 4. Roman. conf. 85. nu. 95. Nec minus tollit gravamè, quod quis sua culpa, vel negligentia, sentit Becc. d. conf. 11. nu. 3. Cypoll. cōf. cri. 63. num. 14. Cor. conf. 45. n. 4. lib. 3. Cart. de. exec. sent. c. 1. n. 148. & nu. 162. & multa alia scribit de effectibus appellationis Scac. in tract. de appellat. q. 3. per totam, & Rebuff. de sent. execut. art. 5. glof. 2. & Couarr. pract. 9. cap. 6.



cap. 6. num. 5. vbi multa ponunt, quæ suspēdunt sententiam per ipsam appellationem, & Magon. decif. Lucenf. 98. num. 3. & 8.

Executio sententiæ in quibus casibus retardetur, donec veniat responsum à Principe.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia lata de ordine superioris si fuerit iniusta, non erit demandanda executioni per iudicem, nisi consulto ipso Principe.
- 2 Sententia Imperatoris contra notorium facti notum iudici, vti iudici non est exequenda.
- 3 Sententia lata contra mulierem prægnantem non est exequenda.
- 4 Sententia in multis casibus non est exequenda, nisi consulto Principe.
- 5 Sententia non est exequenda, pendente causa nullitatis.

C A P. XVI.

**I**udex debet esse multum oculus circa executionem sententiæ criminalis, nec statim illam executioni demandare debet, sed illam suspendere, donec consuluerit Principem, circa qualitatem dictæ sententiæ, & præcipuè, si sententia fuerit lata de ordine Principis; & si iudex videat, quod iussus Principis fuerit iniustus, iudex non debet dictam sententiã executioni demandare, nisi certiorato dicto Principe de iniustitia illius sententiæ, text. in l. sicut proponis, C. de execut. rei iudic. Ias. in §. si minus nu. 16. de action. Imol. conf. 127. per tot. Abb. in cap. vniuersitatis, n. 7. extra de sent. Gig. de crim. læs. maieft. q. 16. nu. 13. Cauale. de brac. reg. frag. 105. in princ. & quando non debeat exequi mādaturum iniustum, latè habemus per Iul. Clar. q. 60. nu. 12. vbi latè Baiard. num. 49. & seqq. Menoch. de arb. cas. 353. per totum, lib. 2. & latissimè Cartar. de execut. sentent. cap. finali, num. 327. & seqq. vbi etiam docet, quod iudex potius admittere officium, quam mādaturum iniustum exequi, & caueant illi Principes seculares, qui eligūt iudices, & ministros iustitię ignaros, vt deinde nesciant eorum voluntatibus resistere; quia in alio sæculo nõ euitabunt extremum, & iustissimum iudicium Dei, & nostri Redemptoris.

Immo iudex videns ex officio sententiam iniustã, quamuis esset sententia lata per Imperatorem, contra notorium facti notum sibi iudici vti iudici, nõ debet illam exequi, cum sit nulla ipso iure, capitulo Abbate sanè, de re iudicat. Clement. Pastoralis eod. titul. Anchar. conf. 6. Cauale. d. fragm. 104. in fine.

Prout si Princeps mandauerit delinquentem puniri grauiori pœna, quam consuetudo loci dicitur; quia erit supersedendum in executione per triginta dies, l. si vendicari, C. de pœn. Marfil. in Pract. crim. §. opportunè, sub numero sexto, versiculo quando Princeps.

Idemque erit, quando mulier prægnans fuerit cõdemnata ad mortem, quia sententia non erit exequenda, Marfil. d. §. opportunè sub nu. 6. in fi. & Cepoll. in caut. 4. ponit multos casus, in quibus differtur executio sententiæ, & Folin. in c. quærenti de offic. delegat. ponit 12. casus, Ias. in l. debitoribus de re iudic. ponit duos casus, Blanch. in Pract. crim. fol. 155. ponit octo

casus, Marfil. in d. §. opportunè, num. 1. 2. 5. & 6. ponit quam plures alios casus, Cauale. frag. 104. de brach. reg. ponit alios casus.

Et præcipuè singularis casus est, quando constaret de innocentia rei, post confessionem, vel condemnationem, vt non debeat fieri executio sententiæ cõtra condemnatum, Innoc. in cap. significantibus in fin. de purg. vulgar. Cepoll. caut. 68. latè Ias. in l. is, qui, ff. qui testam. facer. poss. Marfil. in sing. 42. vbi alios infinitos allegat, & quam plures alios concordantes in d. §. opportunè, num. 7.

Ideo Aduocatus deducat tam contra confessionem rei, quam contra sententiam, de innocentia eiusdē rei, allegans dictæ rationes innocentie, offerens se velle illas probare, & interim instet supersederi in executione, donec fuerit consultus Princeps.

Et in multis alijs etiam casibus iudex, non consulto Principe, retardare, executionem sententiæ debet, & potest, & præcipuè, si sententia fuerit lata ex aliqua præsumptione.

Et Aduocatus aduersus dictam sententiã deducat aliam fortiorem præsumptionem eiusdē speciei; quia potuit per iudicem retractari dicta sententia; etiam Principe non consulto, vt per Bart. in l. si ab hostibus, ff. solut. matrim. vbi inquit, quod si imperitus Medicus testificatur, & iudex secundum eius testimonium tulit sententiã, à qua non fuit appellatum, & postea per testimonium peritorum appareat contrarium, sententia reuocabitur, ac si lata fuisset per veras probationes, vt habetur in l. Diuus, ff. de re iud. & tot. tit. C. si ex fall. instrum. cap. licet causam de probat.

Quod dictum Baldi in eadem l. si ab hostibus dicit esse mirabile, & ibi alios cõcordantes allegat, & subdit, quod propter hoc singularissimè infert Ant. Burt. in cap. proposuisti de probatio, quod sententia lata ex sententia vnius Doctoris: quia statutum arctat ferri sententiã ad consilium periti in arte, possit semper sine appellatione retractari, si consilium peritoris in contrarium habeatur; & eandem opinionem sequitur, allegando concordantes, Marfil. in §. opportunè nu. 21. in fi. & n. 22. & seq. vbi ponit alios casus, & modos quibus iudex debet, & potest retractare sententiã, sine consultatione Principis, ad quem Aduocatus habeat recursum.

Sed, iudicio meo, in omnibus casibus, in quibus agitur de retractanda sententia capitali, vel corporali, tutius erit, quod iudex cõsulat Principem; prout omnes officiales status Ecclesiastici faciunt, qui consulunt sacram consultam.

Prout nec potest exequi sententia, pendente nullitate euidenti, & notoria ex actis, Marfil. de bannit. in verb. nullitas, nu. 12. 18. & seq. Afm. in prax. §. 31. c. 2. 38. ampliat. limit. 1. Lancel. de attent. p. 2. cap. 17. n. 9. & seq. Vestr. in Practica, c. 1. nu. 11. Aufred. ad Capell. Tholosan. q. 431. vbi firmat procedere quando executio fuerit irretactabilis, nisi tamen appareret calumniosa, & ibi quærit, quid si tertius veniat ad causam an impediatur executio.

Et quando, & in quibus casibus nullitas impediatur executionem, vide Lancelot. dicto capit. 17. per tot. Vant. de nullit. tit. quot & quib. mod. nullitas proponi poss. Farinacc. consilio octuagesimo quinto, numero 174. & seqq.



Appellationis causa ad quem Superiorem de-  
uoluatur, & quomodo iudex appella-  
tionis cognoscere debeat causam  
appellationis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Appellationis causa deuoluitur ad Principem delegatam.
- 2 Appellationis causa à sententia Episcopi, tanquam sedis Apostolicę delegati non deuoluitur ad Metropolitanū, sed ad Principem: nisi iurisdictio fuerit tantummodo excitata, & non alterata.
- 3 Iudex appellationis cognoscit causam eo modo, & forma, quibus agnouit primus iudex: & ideo, si in prima instantia fuit processum summarie, & ex abrupto, ita erit procedendum in causa appellationis.
- 4 Appellatio regulariter interponitur de minori ad maiorem, & non potest omitti medium, remissiuę.

## C A P. XVII.

**S**I iudex primę instantiæ in causa processit, per alteratam iurisditionem sibi concessam à Principe, appellationis causa deuolui debet ad ipsū Principem delegatam, O fasc. conf. 9. num. 34. Decian. in tract. crimin. lib. 4. c. 25. num. 1. Intrig. hol. decis. 40. nu. 34. Petr. Iannin. in tract. de citat. real. lib. 1. c. 1. n. 407. Baiard. q. 41. nu. 1. Petr. de Greg. de appellat. lib. 4. c. 8. nu. 9. Cardin. Tusch. in lit. A, conclus. 342. nu. 40. & in lit. D, concl. 147. n. 10. Moscat. in pract. de appel. glos. seruato, nu. 64. Rodolph. in tract. quib. mod. ord. eff. deleg. nu. 58. vide latissimè Scacc. de appell. quæst. 8. per totam.

**S**icut ab Episcopo procedente tanquam Sedis Apostolicę delegato appellatur ad Sedem Apostolicā, & non ad Metropolitanum, Nauarr. conf. 28. nu. 6. de Stat. Monac. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 45. num. 13. & a sententijs Episcoporum seu eorum Vicariorum appellatur ad Nuntium Apostolicum vbi non datur Archiepiscopus, Qui Nuntius vigore Concilij Trident. sess. 13. c. 2. de reform. debet committere causam alteri Episcopo, vel eius Vicario Generali nō autem inferioribus iudicibus, neque eius Auditori cū dicatur inferior Vicario Episcopi, etiam si fuerit Auditor Generalis vel locumtenens, vt fuit per Sacram Congregationem Illustris. DD. Card. super interpretatione Sacri Consilij bis resolutum, vt refert & testatur Petr. Cabal. conf. 167. nu. 7. & seqq.

Si vero per Principem fuerit tantummodo iudici primę instantiæ excitata iurisdictio ordinaria, & non alterata, tunc appellatio non deuoluitur ad Principem, sed ad iudicem immediatē superiorem, Intrig. sing. 133. lib. 1. Maur. Burg. d. q. 45. nu. 12. quia commissio illa non dicitur delegatio, sed iussus, & non tollit, neque alterat ordinariam iurisditionem, Menoch. de præsumpt. 18. nu. 24. And. Gail. lib. 2. pract. obseruat. in 1. obseru. q. 7. Grat. decis. 44. n. 4. & seq. Polid. Rip. obseru. 373. n. 3. Gran. Theor. 21. nu. 2. Tusch. in lit. I, conclus. 426. nu. 9. vbi subdit, quod in dubio præsumitur iurisdictio potius excitata, quā delegata, & iudex

**S**i iudex appellationis cognoscit causam eo modo & forma quibus cognouit primus iudex l. 1. ff. an per aliā caus. appellat. Vinc. de Franch. decis. 520. parte 3. vbi alios allegat.

**E**t appellatio regulariter de minori ad maiorem iudicem, & non omisso medio interponitur, vide latissimè Scacc. nouissimè in tract. de appell. lib. 3. c. 2. q. 7. per totam, vbi suas ampliaciones, & restrictiones ponit ad istam quæstionem, & ob id Baro habens merum, & mixtum Imperium potest prohibere vassallo, ne in denegationem suę iurisditionis, & priuilegiorum sibi concessorum vadat ad Curiam Regiā, Par. de Put. de Syndic. de excess. Baron. in verb. An Baro. n. 1. & seqq. Natt. conf. 271. n. 1. Frecc. in tract. de subfeud. libr. 2. auth. 9. & 10. Mandos. de inhibit. q. 123. nu. 5. Scacc. de appell. q. 7. nu. 33. & n. 75. in fin. dicit idem esse in Baronibus Papæ, qui possent interdicerē vassallis ne per saltum adeant Summum Pontificem: quod nota quia semel liberare feci quemdam Baronem, qui publicare fecerat bannum ne in causis, & appellationibus secundę instantiæ adirent Curiam per saltum, cum earum cognitionem ipse haberet vigore suorum priuilegiorum tam in prima, quam in secunda instantia, si Aduocatus velit substinere appellationem omisso medio, deducat suspicionē contra Medium, vel alleget consuetudinem ita se habere, & alios casus ponit Soc. reg. 23. & Misng. cent. 1. obseru. 67. vbi tamen monet, vt opponatur quod appellatio non possit interponi omisso medio, alias valeret ex traditis per Franch. in c. dilecti de appellat. & Rot. decis. 387. in nouis, incip. Si tres vel quod palam, & euidenter medius sibi denegauit iustitiam, Misng. cent. 3. obseru. 55. & vid. in obiern. 56. & 57.

Appellans quas probationes deducere possit in  
causa appellationis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Appellans potest deducere, & probare in causa appellationis quæ non probauit in prima instantia, & hoc tam respectu appellantis, quam appellati.
- 2 Quod declara, vt possit deducere, & probare super eis, sed non super nouis deducendis in causa appellationis: sed bene potest deducere ea, quæ dependent à causa primę instantiæ.
- 3 Reus in causa appellationis an possit torqueri.
- 4 Appellans non potest deducere in causa appellationis quæ sibi nota erāt in prima instantia, & illa neglexit deducere.
- 5 Appellans temerè qua pœna puniatur.

## C A P. XVIII.

**I**N hac quæstione, ex text. in l. per hanc. C. de temp. pot. appel. & l. eos §. si quis. C. de appellat. desumitur defensio pro reo vt ea, quæ non probauit in prima instantia, possit deducere, & probare in causa appellationis.

Quæ iura procedunt, tam in civilibus, quam in criminalibus, Lancell. de attent. c. 12. limit. 27. nu. 4. Moder. Roman. conf. 16. nu. 3. Et ex iuribus supra positis deducitur illa generalis regula, quod non deducta deducam, & non probata probabo, Lancellot. vbi supra n. 7. Magon. decis. Florent. 98. n. 9. in fin.

Quæ conclusio, Doctores affirmant, vt procedat quoad vtramque partem, tam ex parte appellantis, quā ex parte appellati, Misng. singular. obseruat. cent. 2. decis. 21. incip. In causa appellationis, vbi concordantes allegat, & testatur de comm. & sequitur Lan-

Lancellot.

Et a possint fuisse in sua limit. re limit. 2

Et q & 2, C vel ren qui no nem po 21. in fi

3 Que sit cog fuerit ma inst clarat Lucen facient

pellata ca ea, q 145. nu de app nu. 13. cif. 15. med. ré

Ac e causa a mæ inf ff. de ad adulter cellot.

fi in pri terabar latione qualifi test ap ma, ad gestum quando

3 Sed Magon tra illu torque reum e sentent natus.

tidie fi tionis natos rare, no cere, q

in prin rat pri lationi lauerit tio inst specter

Iudicis uenta in fin. nu. 1. iu



Lancell. d. limit. 27. n. 12. cum appellatio sit terminus communis vtrique parti dixi supra.

Et adeo est vera ista opinio, vt non deducta deduci possint, vt non obstat conclusio in causa, quae facta fuisset in prima instantia, vt late est videre per Afm. in sua prax. iudic. §. 123. c. 6. vers. 13. limitatur in 13. limit. regulae per eum positae, & sequitur Lancell. d. limit. 27. num. 13.

Et quid si vnus ex confortibus appellauit, vide l. 1. & 2. C. si vnus ex plurib. Quid si appellans tranfigat, vel renunciet appellationi, aut confor vel adherens, qui non appellauit, neque prosecutus est appellationem possit eam postea prosequi, Misfing. in d. obseru. 21. in fin. se refert ad Bal. in auth. Hodie, C. eod.

2 Que conclusio est vera, vt iudex appellationis possit cognoscere in causa appellationis, de his, quae non fuerunt deducta in prima instantia super eisdem in prima instantia deductis; se cus super nouis causis: ita declarat Misfing. sing. 240. Regula iuris, Magon. decis. Lucen. 26. nu. 37. Prout si appellens se restrinxerit ad facientia contra se ipsum: quia tunc parti aduersae appellatae non poterit suffragari ipsa appellatio, nisi circa ea, quae facerent contra appellantem, Bursatt. conf. 145. nu. 3. 1. & seqq. vol. 2. Bart. in l. 4. nu. 10. & seqq. ff. de appell. & conf. 95. num. 3. Franc. Marc. decis. 143. nu. 13. p. 2. Brederod. de appell. p. 1. tit. 20. Borgn. decis. 15. num. 10. p. 1. Surd. decis. 143. Conf. de subsid. remed. remed. 56. num. 8.

Ac etiam sciat Aduocatus, quod possunt deduci in causa appellationis ea, quae dependent a causa primae instantiae, vt per Bartol. in l. Senatus, nu. 4. & seq. ff. de accusat. & in l. denunciasse. §. quid tamen, ff. de adulter. Mil. in verb. qualitas aggrauans, fol. 337. Lancelot. de attent. c. 12. limit. 17. n. 10. qui dicunt, quod si in primo iudicio sit omiffa aliqua qualitas, quae alterabat, & augebat poenam, dicta qualitas, post appellationem, potest addi, & super ea, & toto crimine sic qualificato iudicium institui; & sic ex ista ratione potest appellari a sententia diffinitiuam, quamuis iustissima, ad finem, vt suppleantur omiffa, Franch. cap. suggestum nu. 1. de appell. Marant. p. 6. act. 2. in verb. & quandoque appellatur, n. 160. Scac. de appell. q. 3. n. 1.

3 Sed an possit iudex appellationis reum torquere, Magon. decis. Lucen. 57. refert, quod d. licet adesset contra illum reum vnus testis de vilo, & ob id debuisset torqueri, iudexque appellationis non pronunciauit, reum esse torquendum, sed tantum reuocauit primam sententiam, tanquam iniustam, in qua fuerat condemnatus. Tamen Farinac. conf. 53. nu. 33. vers. quin quotidie firmat, quod quotidie videmus Iudices appellationis absolutos a primo Iudice condemnare, condemnatos absoluerunt, carceratos liberare, relaxatos carcerare, non tortos torquere, & omnia alia indistincte facere, quae potuit primus Iudex facere ad suum libitum in prima instantia. Et sub n. 41. refert de illo, qui fuerat primo absolutus, deinde fuit per Iudicem appellationis condemnatus ad triremes & cum ipse appellauerit a dicta condemnatione triremium, Iudex tertio instantia in Vrbe fecit eum suspendere; cum vere spectet ad Iudicem, ad quem, errorem, & grauenam Iudicis, a quo, corrigere; cum ad istum effectum sit inuenta ipsa appellatio, Franch. in rubr. de appell. n. 1. in fin. Marant. in Specul. in 3. par. 6. p. princ. in 2. actu, nu. 1. iuncto, nu. 4. & 5. Rebuff. in Tract. de appellat. in

praefat. n. 17. & seqq. tom. 3. Contard. in l. vnic. C. si de moment. possels. nu. 3. & seqq. Scacc. de appellat. q. 3. nu. 1. vbi alios allegat.

4 Postremo declara totam istam questionem, vt non possit quis non deducta in prima instantia deducere in causa appellationis, quando appellans scienter neglexerit probare id, quod postea in secunda instantia se probaturum offert, Marf. sing. 240. & 360. Lancell. de attent. cap. 12. limit. 27. num. 6. & seq. vbi firmat, quod, si per Iudicem competentem fuerit quis admiffus ad probandam, & ille scienter omiserit probare in prima instantia, tunc non audiretur in causa appellationis, & testatur ibi de magis communi opinione, Menoch. de Arbitr. q. 72. nu. 13. lib. 1. Moder. Roman. conf. 16. nu. 3. in fin. & vide latissime Ceuall. in tract. com. contra com. q. 301. per totam, vt ponit istam questionem, si publicatis attestationibus in causa appellationis, liceat examinare testes super articulis productis in principali causa, vel directo contrarijs, & in principio dicit, quod adeo est difficilis, vt indigeret Caesarea decisione, & postea adducit Doctores tenentes parte affirmatiuam, & postea tenentes partem negatiuam, quam magis communem appellat, & est materia Clem. 2. de testibus, & cap. fraternitatis, & laud. Clem. 2. declarat Thom. Truif. decis. 43. lib. 1. vbi ponit 16. limitationes, & aliquas limitationes ponit etiam Ceuall. in d. q. 301. n. 19. & seqq.

Ac etiam procedat in concernentibus decisionem causae, & negocij principalis, ac illius determinationem, & etiam dummodo, quae reparari in causa appellationis desiderantur non fiat omnino noua, vt est late videre per Magon. decis. Florent. 98. num. 11. & seqq. & ibi ponit exempla.

5 Et sciat Aduocatus, quod licet de iure ciuili temerarie appellans aliqua poena puniri possit, eos ne temere. C. de appell. quae erit arbitria Iudicis Menoch. cas. 445 n. 1. & seqq. tamen de iure Canonico illa poena recessit ab aula, & solum punitur ad refectionem expensarum, cap. vt debitas, extr. de appell. cap. cum appell. de appell. in 6. Menoch. d. cas. 455. n. 6.

Appellatio quibus verbis concipi debeat, ac quomodo sit interponenda, & quando sit praesentanda, & quibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Appellatio debet in scriptis per cedula interponi; & an sufficeret dicere; scribe Notari, quod appello; vel si libellus appellationis scriberetur per Notarium ad dictamen appellantis.
- 2 Mulier, minor, rusticus an restituantur aduersus omiffam appellationem.
- 3 Impedimentum Iudicis an excuset a desertione causa, ob non interpositam appellationem.
- 4 Appellatio potest interponi die feriata extraiudicialiter in domo Iudicis, ac coram Notario, sine praesentia Iudicis.
- 5 Appellatio ab interlocutoria, & omnibus actibus extraiudicialibus est interponenda infra decem dies.
- 6 Appellatio de iure Canonico a quacunque interlocutoria ad vtrumque effectum admittitur.
- 7 Nullitatis exceptio non dicitur sublata per Statutum prohibens appellationem; sed bene debet dici de nullitate infra tempus praefixum a Statuto.
- 8 Nullitatis exceptione sublata per Statutum, non dicitur sublata



sublata exceptio notoria nullitatis.

- 9 Appellatio viua voce interposita, cum reservatione appellandi in scriptis, si postea cedula appellationis exhibeatur, à quo tempore incipiat currere tempus, & terminus appellationis.
- 10 Appellatio coram honestis viris quando, & quomodo sit interponenda.
- 11 Appellans debet vti honestis verbis in appellatione, & non iniuriosis.
- 12 Appellatio non debet interponi ante sententiam, nisi fuerit pronunciatum, prout in cedula, vel fuerit habitus terminus proseruato ad sententiam.
- 13 Iudex non admittens appellationem in casu appellabili de iure puniri debet.
- 14 Appellatio qua continere debeat, & qua sint in ea exprimenda; remissiuè.
- 15 Appellatio an debeat interponi coram Iudice à quo, vel ad quem.
- 16 Appellatio est interponenda limitatè in parte, & partibus sibi præiudicialibus, vt non suffragetur parti aduersa in alijs capitulis separatjs.

C A P. XIX.

**I**nuiilet Aduocatus, quòd appellatio à sententia diffinitiuā in scriptis interponatur, prout omnino requiritur: nec sufficit, quod viua voce appelletur sed debet infra decem dies à die latæ sententiæ exhiberi cedula appellationis, Contrad. in l. vnic. q. 22. C. si de moment. possess. latè Becc. consil. 78. num. 36. & seqq. Burlatt. conf. 288. nu. 13. vol. 3. Carocc. decif. 49. Costa de subsid. remed. in Prælud. 9. nu. 2. In tatum, quòd non sufficeret, si Notarius redigeret in scriptis dictam appellationem viua voce interpositam; quia appellans dixerit Notario; scribe qualiter appello à dicta sententia, & ille Notarius hoc scripserit penes acta, Marsil. in loco relato per Muscatell. de appell. Gloss. potest, n. 42. licet ibi dicat, quod aliter seruetur in Regno Neapolitano.

In Tribunali autem A.C. seruatur Ius commune, vt appellatio fieri debeat per cedulam in scriptis; & in tota Curia, de stylo, tam à sententia diffinitiuā, quā ab interlocutoria appellatur in scriptis, Vestr. lib. 7. tit. 3. nu. 27. & ibi Grauat. nu. 59. docet, quod in scriptis tunc dicatur, quando libellus appellationis in scriptis porrigitur: Et nec sufficeret, si diceret appellans Notario scribe; quia appello à tali sententia.

Imò fortius, si vica voce distaret, & Notarius scriberet, nihilominus non diceretur appellatio in scriptis: Et ob id hoc erit animaduertendum, quando esset in scriptis appellandum, etiam in sententijs interlocutorijs, & ibi concordantes allegat; & ad eò requiritur libellus appellationis, vt in eò debeat apponi illa clausula: appello in scriptis, Vestr. d. c. 3. nu. 28. Sed ibi Grauat. nu. 62. post alios, quos allegat distinguit, aut appellatur statim, Iudice adhuc sedente pro Tribunali, viua voce, & tunc sufficiat, quod dicat appellans: scribe Notari, quod appello: si vero ex intervallo appellet, tunc requiratur cedula appellationis, alias appellatio non valeret: Misng. centur. 4. obseru. 45. vbi plus subdit, quod nō sufficeret attestatio Notarij, si non appareret de schedula appellationis in scriptis.

Et quod in proposito statim, vel in continenti di-

catur, antequam diuertat ad alios actus extraneos: secus si fuisset ad prandium, & postea rediret ad Tribunal; quia non sufficeret illa appellatio redacta in scriptis per Notarium, latissime vide nouissime, Scac. de appell. q. 4. per totam.

2 Nec minus, si fuerit minor, mulier, vel rusticus, restitueretur, si omiserit appellare infra dictos decem dies, Rot. Rom. decif. 269. lib. 3. p. 3. in nouiss. cum nemini parcatur circa ea, quæ sunt iudicia ad rigorem iuris conseruandum, seu circa ea, quæ concernunt formam, aut solemnitate iudiciorum, Doct. in l. iuris. C. qui admitt. Curt. in l. vnic. num. 3. C. de in ius vocan. Rip. de remed. præfer. contr. pest. nu. 246. & seq. Natt. conf. 574. & conf. seq. Felin. in cap. fraternitatis, n. 6. de testib. Philip. Mas. Perusin. in l. quicumque, col. 2. cum duabus seqq. C. qui admitt. Cost. de subsid. remed. prælud. 9. nu. 3. & seq. vbi alios allegat. Tamen suprema Tribunalia solent admittere, ex æquitate, appellationes, etiam post decem dies, & post lapsum tempus ad appellandum, vt dixi supra, c. 3. n. 14.

3 Eoque magis, si allegaretur impedimentum facto iudicis, quia non potuisset haberi copia iudicis, vt nō attenderetur, si appellatio non fuisset interposita infra decem dies, per tex. in l. 1. §. Diuus. ff. quan. appell. & tunc caueat Procurator, vt protestetur, & appellationem interponat coram honestis viris, argum. l. cū quidam ff. de appellat. l. 1. C. de his, qui per met. iud. Specul. in tit. de appellat. §. restat verf. sed nunquid, & verf. Itē non currit ei: nec non poterit deducere aliud legitimum impedimentum, vt post Marsil. firmat Muscatell. de appell. gloss. post nu. 45. & seq.

Et de materia istius impedimenti vide latissime Scacc. de appell. q. 15. art. 3. 4. 5. & 6.

4 Sed circa impedimentum iudicis caueat Procurator, vel Aduocatus, quod parum Reo condemnato prodesset; cum appellatio possit interponi, & presentari, non solum iudicibus, sed etiam ipsi Notarijs, vel actuarijs Affict. in Const. Appellationem temp. n. 41. verf. in gloss. 5. per text. in l. præcipimus, & in l. eos, §. super, C. de appell. Muscatell. d. gloss. potest. nu. 47. Misng. cent. 2. obseru. 12. Marsil. sing. 90. item possit interponi extraiudicialiter, in domo iudicis, latè Vestr. in Prax. lib. 7. c. 3. nu. 25. & ibi subdit, post alios, quos allegat: etiam in die feriata, Carau. rit. 25. r. nu. 2. vt de iure communi appellatio possit presentari actuario, latè Scacc. de appell. q. 6. per totam.

Nec non potest interponi quocūque infra dictos decem dies, etiam die feriata, per text. in l. 1. §. dies. ff. quand. appellat. sit, & post Marsil. Muscatell. d. gloss. potest, nu. 41. & dixi supra.

5 Ac etiam appellatio ab interlocutoria, & omnibus actibus extraiud. est interponenda infra dictos decem dies; cum dictum tempus dictorum decem dierum sit vniforme omnibus istis sententijs & extraiudicial. actibus, Socc. conf. 45. n. 10. lib. 1. & post Marsil. Muscatell. d. gloss. potest, nu. 39. in Tract. de appell. cum appellatio sit triplex, vna à diffinitiuā, altera ab interlocutoria, tertia ab alijs actibus extraiud. Carau. rit. 6. num. 2. & 4. Quæ vim diffinitiuæ habet, quæ in omnibus æquiparatur, sententiæ diffinitiuæ, Vestr. in Prax. lib. 7. c. 3. num. 4.

6 Sed ab interlocutoria appellatio est interponenda in scriptis, cum insertione grauaminis, & quod de iure Canonico, a quacunque interlocutoria admittitur, ad vtrum-



utrumque effectum appellatio : quicquid sit de iure civili, Contard. in l. vnica. limit. 1. nu. 4. limit. 5. nu. 5. & 7. limit. 26. nu. 7. & seqq. Lancell. de attent. c. 12. p. 2. limit. 1. nu. 2. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 820. Mar. Anton. Macerat. resolut. 9. n. 16. & 19. libr. 2. & maxime si contineat damnum irreparabile, Scacc. de iudic. libro primo, capitulo nonagesimo septimo, nu. 81. & latissime, cap. 102. per totum.

Quid autem obseruetur in Camera Imperiali, vide Mising. cent. 1. obseruatione 66.

7. Caveat etiam Aduocatus, quod, si statutum præfigat terminum ad dicendum de nullitate contra sententiam, licet prohibita in eo sit appellatio, non dicitur prohibitum ius excipiendi de nullitate, vt dixi supra in cap. 4. num. 3.

Et dictam exceptionem nullitatis opponat infra dictum terminum à statuto præfixum alias, eo elapso, non poterit amplius illam opponere, neque de nullitate dicere, Alex. consil. 25. per totum, volum. 6. vbi Apostill. Cassan. consil. 16. num. 54. in fin. Paris. consil. 95. lib. 1. Roland. consil. 38. num. 16. in fin. libri primi. Contard. in Tract. moment. possess. limit. septima, numero 67. vbi alios allegat, & testatur de communi, Becc. consilio 40. numero 5. Claud. Bertazzol. ad Patrem, consilio 79. in litt. C. Vantic. de nullitat. tit. quis dicer. poss. numero 37. Fab. Turret. consil. 77. numero 20. vbi de communi.

8. Benè verū est, quod Aduocatus scire debet, quod, si statutum prohibeat dici de nullitate, non per hoc dicitur sublata facultas dicendi de nullitate notoria, & patenti, Ruyn. consil. 27. num. 3. lib. 5. Cœphal. alios allegans cons. 395. numer. 44. lib. 3. latè Becc. consilio 12. nu. 55. lib. 1. Burfat. cons. 288. nu. 8. lib. 3. Menoch. consil. 110. nu. 7. & seqq. lib. 2. vbi alios congerit; Turret. consil. 78. num. 4.

Hinc etiam dicitur, quod, licet contra tres conformes non possit dici de nullitate, tamen, si nullitas esset euidens, & ex actis constaret, opponi posset, Turret. consil. 77. num. 5. & seqq. de quo dicam infra capitulum vigesimum septimum.

9. Contingit etiam in proposito dubitari, quale tempus debeat inspici, quando quis appellat, viua voce, cum reseruatione appellandi, in scriptis, si postea per cedula in scriptis appellet, an tempus primæ appellationis viua voce, vel secundæ appellationis in scriptis, Marant. in Specul. in 6. par. vers. appellatio, num. 127. post Bar. in l. cum procurator. §. si dominus, ff. de nou. oper. nunciat. dicit, quod erit attendenda prior appellatio. Sed Grauat. ad Vestr. in Pract. libr. 7. cap. 3. num. 62. hoc declarat esse verum quando prior appellatio valuerit: secus si non valuerit, vt si fuerit appellatum ab interlocutoria, à qua non licet appellare, nisi in scriptis, & tunc posterior appellatio in scriptis attendenda erit, & ibi concordantes allegat, & respondet contrarijs, & testatur de receptissima opinione, & eamd. distinctionem communem dicit Mising. cent. 1. obseruat. 7. & quod illam Cameram Imperialis sequitur.

10. Appellatio coram honestis viris potest interponi in subsidium, quando non posset haberi copia Iudicis, vel eundem Iudicem timeret, Gram. decis. 36. nu. 36. Dec. in capitulo suggestum, num. 17. de appellatione, Cassad. decisione 8. de appellat. vbi tradit formam appellandi, quando copia Iudicis haberi non posset; sed

Tomus Secundus.

talis appellatio debet fieri, adhibitis testibus, Iaf. in l. Gallus, §. quid si is, nu. 9. ff. de liber. & posthum. & Præpos. in cap. si iustissim. num. 8. de appell. dicit esse communem opinionem: vt fiat coram Tabellione, aut testibus: & de ista appellatione coram honestis viris dixi supra, ex traditis per Muscatell. in d. §. potest, n. 45. & latè Grauat. ad Vestr. in Pract. libr. 7. cap. 3. n. 57. & seqq. vbi etiam quærit an appellans coram honestis viris, teneatur redire pro Apostolis, & de ista appellatione coram honestis viris quomodo & qualiter, & quando sit interponenda, latè scribit Petr. Caball. cons. 167. num. 1. & seqq. Cent. 2.

11. Sed debet cauere procurator, ac Aduocatus, qui appellat à sententia contra inquisitum lata, vt in ipso libello appellationis modestè se habeat, nec iniuriam, vel contumeliam in Iudicem, à quo, proferat; quia posset puniri pœna iniuriarum, vt dixi in defens. 1. c. 19. num. 62. in tertia limitatione.

12. Nec non appellatio non debet interponi ante sententiam, l. ante sententiæ, C. quor. appell. non recip. latè Vestr. in Pract. libr. 7. c. 3. n. 3. & seqq. vbi subdit, nisi grauamen esset tale, quod per appellationem à diffinitiuam reparari non posset: vt si Iudex quem torqueri iuberet, l. fin. ff. de appel. recipien. vel Nisi fuerit pronunciatum, prout in cedula, & habitus fuerit terminus pro seruato ad sententiam: quia tunc appellatur infra decem dies, antequam proferatur sententia; cum tunc non dicatur appellatum ante sententiam; quia, licet subscribatur sententia in vltima die termini, tamen retrotrahitur ad diem termini pro seruato habiti, vt est latè videre per Scacc. de appell. quæst. 14. nu. 10. vers. respondeo.

13. Et sciat Aduocatus, quod Iudex, qui appellationi in casu appellabili non defert, neque illam admittit, de iure puniri debet, cap. de priore cum ibi not. de appellat. cap. cum appellationibus eodem tit. libro 6. Cassador. decis. 8. nu. 10. eodem tit. Vestr. in Pract. libr. 7. cap. fin. nu. 1. Franch. cap. Pastoralis, nu. 5. & cap. vt debitus, nu. 42. & latius, cap. de priore, in princ. de appellat. Contar. in l. vnica. limit. 27. numero 8. C. si de mom. poss. & idem erit si nolis præcisè dare apostolos, Scacc. de Appel. q. 13. num. 100. & in causa criminali debet deponi. Boer. decis. 153. num. 4. & alij quos allegat Scacc. d. q. 13. nu. 101. & seqq. dummodo procedat ad vltiora in executione alias tantum puniretur mitiori pœna, Lancellot. de attent. cap. final. num. 244. & seqq. fol. 465. Scacc. d. quæst. 13. num. 103. vbi subdit procedere etiam, quando procedit sine partis instantia, vt debeat priuari, tamquam nimis imperitus, & condemnari ad damna, interesse partis, & ex officio attentata reuocare. Immo in causa capitali, si processit ad executionem quando datur appellatio, debet Iudex decapitari, latè Scacc. d. q. 13. nu. 106. & seqq. & si fuerit appellatum ad Principem, & non deferat, est mittendus ad Curiam, vt puniatur, tam in casu certo, & probabili, quam dubio, vt benè explicat Benint. decis. Bonon. 1. num. 3.

Et ideò non video, quomodo aliqui Iudices non puniantur, qui in omnibus ferè causis criminalibus; quâuis esset inflicta pœna pecuniaria, à qua datur appellatio; tam de iure, quam vigore Bullarum Summorum Pontificum, vt videantur crudeles, non admittunt appellationes.

14. Quæ aut sunt exprimenda in ipsa appellatione, ponit

T

feria-



seriatim nouissime Scacc. de appellat. lib. 3. c. 2. q. 4. artic. 6. nu. 39. & seqq. & in tota d. 4. q. vbi loquitur de substantialibus requisitis in appellatione, & format sex articulos, & illos bene examinat, & declarat, & Doctorum auctoritatibus corroborat, & exornat.

Et primus est, an appellatio dari debeat in scriptis, Secundus, an verbum (appello) sit de forma, vel sufficiant alia quæcunque verba æquipollentia. Tertius, an à pluribus sententijs simul prolatis sufficiat vnica appellatio, vel requirantur plures. Quartus, an in appellatione debeat exprimi causa grauaminis. Quintus, an cedula appellationis dari debeat ipsi Iudici. Sextus, quæ sint exprimenda in ipsa appellatione.

15 Sed solum restat videre, an debeat interponi coram Iudice, à quo, vel coram Iudice, ad quem.

Hanc quæstionem post antiquiores, ad longum tractant Vestr. in Practic. lib. 7. c. 4. n. 27. & ibi Grauat. num. 57. & seq. Moscatell. de appellatio. gloss. potest, n. 32. Scacc. de appellat. latè q. 9. nu. 1. & seqq. qui omnes videntur concludere, vt debeat interponi coram Iudice, à quo, prout testatur etiam idem Scacc. q. 3. nu. 12. in fin. vbi tamen limitat de stylo Aud. Cam. quia coram eo, non aliter constito de appellatione, coram Iudice, à quo, dummodo constet de sententia, per instrumentum, vel per testes, dantur inhibitiones contra partem, & Iudicem, qui sententiam tulit; cum appellatio dicatur interponi ex ipso recurso ad Aud. Cam. & coram eo interponitur appellatio, cuius vigore conceditur postea inhibitiō, & ita seruetur, & ego obseruari.

16 Nec non appellatio est interponenda limitatè, & in parte, & partibus contra se facientibus, vt non efficiatur communis cum parte aduersa in capitulis separatis, & diuersis, Vestr. in Pract. lib. 7. c. 3. sub nu. 29. & 30. Luc. Pær. in Pract. Capit. lib. 5. c. 1. n. 19. & seq. Marchesan. Conciat. meus in Tract. de commiss. p. 2. c. 3. sub n. 67. Scacc. de appell. q. 17. limit. 2. n. 19. & seq. vbi, post Fælin. & Abb. docet Aduocatū partis aduersæ, vt illo casu ipse quoque sub eadem formula appellet, ne sententia in capitulis separatis transmissum in iudicatum: & ob id iusta cum ratione fuit in Curia introductum, vt statim, habito termino pro seruato per Iudicem, Procurator appellet, quatenus contra, & in parte, & partibus sibi præiudicialibus, prout bene docet Vestr. d. c. 3. lib. 7. n. 29. vers. amplius quia, & n. 30. & sequitur Scacc. de appell. d. q. 27. lim. 2. n. 13.

Quibus remedijs condemnatus vti possit, vbi sibi non conceditur appellatio.

S Y M M A R I V M.

- 1 Nullitas sententiæ operatur, vt ipsa nunquam transeat in iudicatum, & talis exceptio potest opponi etiam contra res conformes.
- 2 Nullitas sententiæ vsque ad quod tempus proponi possit aduersus eam: declaratur hic per Author.
- 3 Notoria iniustitia exceptio, vsque ad quod tempus contra eam opponi possit.
- 4 Sententia, quæ non recipit appellationem, recipit tamen restitutionem in integrum, & à quo sit dicta restitutio concedenda, & quid operetur.
- 5 Supplicatio prohibita appellatione, non dicitur prohibita, prout nec minus est prohibitus recursus, reclamatio, & restitutio.

6 Recursus habendus est ad Iudicem, qui tulit sententiam, quando appellatio est prohibita, ob excellentiam Iudicis, & quomodo supplicatio concipienda, & per quæ verba.

7 Recursus debet haberi ad delegantem, quando causa fuit commissa per Superiorem alicui, cum clausula, omni appellatione remota.

8 Supplicatio per viam gratiæ non est prohibita, quamuis diceretur prohibitus recursus, vel reclamatio: et quomodo dicta supplicatio, per viam gratiæ describatur.

9 Supplicatione admissa, proceditur in causa, sicut procedetur in causa appellationis.

10 Supplicatio, vel recursus peti debet infra decem dies à die lata sententiæ.

11 Recursus, vel supplicatio, respectu executionis retardanda an sint similes appellationi remissive.

12 Supplicatio, in quibus differat ab ipsa appellatione.

13 Princeps, quomodo se habere debeat in admittendis supplicationibus contra rem iudicatam.

14 Condemnatus indebitè, licet non appellauerit, potest contra Officialem in Syndicatu proponere querelam, pro suo interesse consequendo.

14 Officialis non syndicatur, nisi de dolo, et barattaria, et non de iniquis sententijs.

C A P. XX.

1 **I**N cap. 4. huius Defensionis deduxi, quod multa possit Aduocatus remedia adhibere, ex quibus possit defendere suam Clientem à sententia contra eum lata: quamuis per statutum, vel per consuetudinem, vel per legem, sit prohibitum appellare, & inter alia, illud potissimum remedium est, deducere, sententiam esse nullam; & quæ sit nullitas; contra quas sententias admittatur talis exceptio; & quibus modis proponi possit; & de eius effectibus, Aduocatus adeat nouissime, Scacc. in tract. de appell. q. 19. vbi latissime, ac distinctè declarat istum articulum illum diuidendo in 7. q. & quia ibi habebit totam istam materiã bene digestam; idè, ne hic sua scripta referam, ad illū me remitto.

2 Sed solū volo te monere, quod facultas agendi de nullitate durat vsque ad triginta ann. vt dixi supra in d. c. 4. & fuit originalis doctrina, Bald. in l. data opera, num. 90. C. qui accus. non poss. & sequitur Salyc. in l. si Præses, n. 6. C. quomod. & quand. Iud. Card. Alex. in c. dilecto, q. 15. n. 96. & Franch. n. 10. de appell. Rebuff. in tract. de appell. art. 1. gloss. 2. nu. 19. tom. 3. fol. 485. Vant. de nullit. Quoties, & intra quod tempus, sub nu. 8. & Scacc. de appell. q. 19. remed. 1. concl. 7. n. 1. & loquuntur in nullitate deducta principaliter in iudicio per modum agendi: si verò deducatur per viam appellationis, tunc, quoad tempus, sequitur naturam actionis, vt latè etiam ostendit Scacc. de appell. q. 19. remed. 1. concl. 4. n. 55. & concl. 7. num. 1. in fin.

Si vero ageretur de periculo animæ, tunc potest perpetuo agi, & de nullitate dici, Marant. in Specul. p. 6. act. 1. princ. in verb. & demum fertur sententia, n. 154. Vant. de nullit. tit. quoties, & infra quod tempus sub nu. 8. vers. quod remedium, Scacc. d. remed. 1. conclus. 7. numero 2.

Prout idem est in nullitate notoria, quia illa perpetuo reddit actū nullū, ipso iure, & quæ sunt, ipso iure, nulla, traçtu tēporis nō cōualescunt, Vant. d. tit. quoties, & intra quod temp. sub n. 8. Scacc. d. concl. 7. n. 3.

Et de



Et de nullitate, ex defectu Iurisdictionis, seu mandati, potest agi vsq; ad mille annos, Vāt. d. tit. quoties, & intra quod tēp. sub nu. 8. vers. quod remedium, Sed Scacc. in d. remed. 1. concl. 7. q. 18. n. 3. ponit, pro vera resolutione istius articuli, tres casus. Et primus est, quando constat, per inspectionem actus, non interuenisse ea, quæ in ipsius actus celebratione erant necessaria ad illius validitatem; & tunc possit agi de nullitate vsque ad mille annos. Secundus casus est, quando non apparet, quod interuenit id, quod requiritur ad actum validandum; vt si nō appareat de consensu Superioris in alienatione rei Ecclesiasticæ, & tunc præscribatur spacio 30. annorum ista nullitas. Tertius est casus, quando constat, quod ille consensus Superioris fuerit adhibitus, sed imperfectus, & inualidus, & tunc etiam perpetuo possit agi de nullitate.

Si vero nullitas opponatur, per viam exceptionis, tunc perpetuo opponi possit; quia ea, quæ ad agendum sunt temporalia, ad excipiendum sunt perpetua, Franch. in c. delicto, n. 10. & n. 150. vers. his sic præmissis, de app. Gram. conf. ciuil. 165. nu. 2. & seq. Vant. tit. quoties, & intra quod temp. n. 8. Scac. d. q. 19. remed. 1. conclus. 7. nu. 4.

Sed, si statutū præfigat terminū ad agendū de nullitate, tūc debet infra dictum tempus proponi, vt dixi supra in c. 4. & addo Scacc. de app. q. 19. remed. 1. cōcl. 4. n. 46. & seqq. Nec non sciat Aduoc. quod, licet de nullit. possit vsq; ad 30. ann. dici, tamē instantia causæ nullit. durat solum triēnio, vt post alios, quos allegat, ostendit Scac. de app. q. 15. n. 192. art. 3. cal. 2. & n. 261. art. 11. ampliat. 9. & 19. remed. 1. concl. 7. num. 6.

3 Et ea omnia, quæ dicta sunt de nullit. contra sent. proponenda, eadem sunt vera contra sent. per notoriam iniustitiam; cum adiuicem nullitas, & notoria iniustitia fraternizent, vt testatur idem Scacc. d. rem. 1. concl. 7. in fi.

4 Nec non Aduoc. poterit tueri suum clientem, aduersus sent. in appell. tam ex natura, quam propter excell. Iudicium, vt est videre latē per eundē Scacc. in d. q. 19. remed. 2. per tot. vbi firmat in proposito 4. cōcl. Et prima est, q̄ aduersus quamcunq; sent. possit peti restitut. in integrum, 2. vt quilibet Ordinarius possit restituere in integrum, prout de Iure. 3. vt restit. in integrum impediatur executionem sent. 4. vt, concessa à Signatura restit. in integrum, prout de Iure, Iudex restit. caute agat, non pronūciādo super ea. Sed quia, suo solito more, & nouissimē benē, istum art. declarauit; ideo remitto Aduocatū ad eum.

5 Eritque consultum Aduocato, vt tueatur condemnatum in casu non appell. per supplicationem, recursū, querelam, reclamationem, & reuisionem, vt de singulis latē scribit nouiss. Scacc. d. q. 19. remed. 3. per tot. ad quem Aduocat. remitto. † Sed solum volo monere Aduocatū, vt, quando appell. est prohibita, propter excell. Iudicis, tunc supplicatio, vel recursus habeatur ad eundem Iudicem, vel Superiorem, Contard. in l. vni. q. 8. n. 20. C. si de mom. poss. Rolan. conf. 38. n. 1. 2. & 16. lib. 2. Rebuff. in Tract. de suppli. in præfat. n. 27. & seqq. tom. 1. Scacc. de appell. q. 19. remed. 3. nu. 2. vbi de communi, Achil. Personal. in Tract. de adipiscend. possess. sub nu. 350. Boss. tit. de supplic. aduersus rem Iud. n. 1. Cumia. super Rit. Sicil. c. 74. not. 4. num. 42. c. 43. num. 14.

Et docui supra, quomodo Aduocatus debeat con-

Tomus Secundus.

cipere supplicationem, ne offendant Iudicē supremum, vt debeat allegare propriam negligentiam, vel circumuentionem aduersarij, & petere veniam proprij erroris; minusque debet conqueri de errore Iuris in ipso Iudice supremo, in cuius scrinio omnia iura censentur insita, Rebuff. in Tractat. de supplicat. in præfat. numero 11. & 70. Gregor. Tholosan. in Tractat. de appellatio libro primo, capitul. 6. numero 3. & seqq. Et licet fuisset erratum in iure, adhuc Aduocatus deducat (ob reuerentiam dicti supremi Iudicis) fuisse erratum in facto, Rebuff. d. nu. 70. in fin. & nu. 81. Scacc. de appellat. q. 19. remed. 3. sub nu. 2. vers. infero ex hoc.

7 Si vero fuerit commissa causa, omni appellatione remota, supplicatio non interponitur ad eundem Iudicem, sed ad Superiorem delegantem, & isto casu conceditur supplicatio, Rebuff. de supplicat. in præfat. numero 91. tom. 1. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 15. num. 3. & 5.

8 Et in omnem casum, quando est prohibita appellatio, recursus, vel reclamatio, non erit prohibita supplicatio, per viam gratiæ, ad ipsum Principem, Contard. in l. vnica, q. 8. n. 16. 17. 24. 28. & 41. C. si de moment. possess. Quæ supplicatio, per viam gratiæ, describitur, vt sit quædam precum porrectio facta Principi, per quam, ex quadam benignitate, & gratia, Princeps restituit supplicantem aduersus sententiam, contra quam non competit remedium ordinarium appellationis, vt per Marant. parte 6. act. 2. in verb. & quandoque appellatur, n. 13. Roland. conf. 94. nu. 15. lib. 1. conf. 38. numero 17. lib. 2. Cumi. super Rit. Sicil. cap. 43. numer. 2. Personal. in Tract. de adipiscend. possess. num. 349. tom. 3. par. 2. & sequitur Scacc. de remed. 3. num. 21. in fin.

9 Admissa supplicatione, proceditur in ea, sicut in causa appellationis, cum recursus reguletur secundum terminos appellationis, vt supra dixi, & tenet Franc. in c. dilecto. q. 56. n. 168. de appellat. Menoch. q. 70. na. 27. lib. 1. Contard. in d. l. vni. q. 8. nu. 35. Roland. conf. 9. lib. 1. Et ob id, sicut in appellatione, ita in supplicatione, non deducta deducam, & non probata probabo, Roland. d. conf. 94. n. 10. Contard. d. l. vnica, nu. 37. in 8. q. Scacc. de appellat. q. 19. remed. 3. nu. 25. licet ibi referat, quod aliter seruetur in Regno Franciæ. Ac etiam instantia causæ supplicationis durat, quantum durat instantia causæ appellationis, Rolan. d. conf. 94. num. 5. 15. 22. & seqq. Sed quantum duret in Regno Franciæ, vide Rebuff. de supplicat. in præfat. n. 75. & seqq. tom. 1. Gregor. Tolos. in Tract. de appellat. lib. 1. c. 6. sub num. 10.

10 † Sed talis supplicatio debet peti infra decem dies: quia postea non conceditur, Greg. Tholos. vbi supra, Rebuff. in præfat. nu. 89. different. 6. fol. 519. Ac, post lapsum biennium, nullatenus auditur, Rebuff. in eadem præfat. num. 56. & seqq. Scacc. d. remed. 3. n. 27. vers. Subdeclara primo.

11 Sed an supplicatio, vel recursus, respectu executionis retardandæ, sint similes appellationi, vide Scacc. d. remed. 3. n. 27. in princ. vbi latissimē.

12 Supplicatio autem differt ab ipsa appellatione, quia appellare bis licet, sed supplicare, semel tantum, Rebuff. de euocat. art. 2. nu. 125. fol. 453. & in Tract. de supplicat. in præfat. num. 43. 69. 88. & 102. tomo primo. Sed, si in causa supplicationis fuerit correctæ



sententia, & altera pars diceret fuisse erratum in causa ipsa supplicationis audiretur etiam ipsa semel, per viam supplicationis. Quate una pars potest semel supplicare, sed ytraque pars bis supplicare potest, Rebuff. in eadem præfat. n. 44. Scac. d. remed. 3. n. 28. circa fin. Et si vis ad plenum videre, in quibus differant supplicatio, & appellatio, vide Rebuff. in d. præfat. n. 84. & seqq. vbi ponit decem differentias, quas sequitur Gregor. Tholos. in d. Tract. de appellat. lib. 1. cap. 6. num. 11. & seqq.

13 Princeps autem quomodo se habere debeat in admittendis supplicationibus contra res iudicatas, vide Rebuff. in d. Tract. de supplicat. art. 1. gloss. 15. Rolan. consil. 38. nu. 12. lib. 2. Achill. Personal. de adipiscend. possess. sub n. 350. tom. 3. Contar. in d. l. vnica q. 8. nu. 32. Et quid obseruetur in Francia, Rebuff. in præfat. num. 19. in Tract. de supplic. tom. 1. fol. 507. & art. 5. gloss. vnica, fol. 534. Gregor. Tolosan. in Tract. de appell. lib. 1. c. 6. nu. 10. Et quid in Ciuitate Lucana, Scacc. de appell. q. 19. remed. 3. n. 29. Et quos effectus producat supplicatio, vide Rebuff. in d. præfat. num. 96. & seqq. tom. 1. fol. 120.

14 Vltimum remedium Aduocatus habet pro suo Cliente, eum tuendo in Syndicatu, contra Officiales, contra quos potest proponi querela de iniustitia, & iniquitate sententiæ ad interessè; licet grauatus non appellauerit a sententia, neque dixerit de nullitate, nec alio vsu fuerit remedio, Rebuff. in Tract. de appellat. in præfat. n. 23. tom. 3. Franch. in cap. sæpè, nu. 41. & seqq. de appellat. vbi Dec. nu. 20. & seqq. vbi de communi, & tuetur, etiam si essent late tres sententiæ conformes, Scacc. de appellat. quæst. 19. remed. 4. numero 1. & seqq.

15 Quod tamen non seruatur de consuetudine; quia non syndicatur, nisi de dolo, & barattaria, vt dixi supra in cap. .... & Clar. in q. 73. ver. Item Iudex, & non de iniquis sententijs, Hier. Giachar. in cons. Syndicat. nu. 46. posito post Jul. Clar. Et idem seruatur particulatim in multis locis, & Regnis, prout in statu Ecclesiastico, in Francia, in Ciuitate Lucana, & in Vrbe Romæ, vbi licet disponatur per statutum lib. 1. c. 13. & seq. vt stare debeant Officiales syndicati, tamen de consuetudine non seruatur. Nec solet per signaturam referri contra Iudices, super spolio, & iniquis sententijs, Scacc. de appell. q. 19. remed. 4. num. 9. fin. Granut. Theorem. 11. num. 3.

Postremo Aduocatus potest tueri suum clientem, vt audiatur post duas, vel tres conformes adherendo appellationi interpositæ a parte aduersa cum appellatio sit terminus communis, l. ampliore, in princip. vbi Bald. n. 3. & seq. C. de appellat. March. consil. 22. nu. 41. Marant. de ordin. iud. act. 2. princip. fol. 171. Dec. in cap. si duobus, num. 18. & seq. vbi Franch. num. 5. & 7. de appell.

Quæ opinio de iure communi est vera, sed admittitur, vt adherens audiatur non super toto negotio principali, sed super ec. super quo per partem, aduersam fuit appellatum, & in ea parte, & partibus solummodo, vt post alios quos allegat, ita declarat Io. Bott. consil. 69. num. 9. & seqq. vbi etiam subdit, secus eise si per statutum fuisset prohibita appellatio a duabus conformibus, quia non posset nec adherere appellationi partis aduersæ, Brun. in Tract. de stat. in verb. Appellatio, fol. 11. col. 2. Lancellot. de attent. appell.

pendet. p. 2. c. 10. ampliat. 12. n. 5. late Io. Bott. d. consil. 69. n. 11. & seqq. vbi etiam firmat magis procedere si per statutum esset prohibitum non solum appellare, & de nullitate dici, sed nec ei aliquo modo contrarij, nec quicquam recipi, vel opponi, & ibi etiam ad contraria respondet.

Intra quantum tempus debeat committi  
causa appellationis.

SUMMARIUM.

- 1 Appellationem admittere non spectat ad iudicem, a quo; & quamuis non admiserit appellationem, tamen eius officium conuiescit, & ipsa lex dicitur admittere appellationem, & isto casu appellans dicitur habere terminum vnius annis, et, ex causa biennij, iuxta dispositionem iuris.
- 2 Iudex non admittens appellationem, non potest postea præfigere appellanti terminum ad illam proseguendam.
- 3 Apostoli testimoniales dati per iudicem operantur, vt appellans habeat annum ad committendam causam.
- 4 Apostoli reuerentiales etiam operantur, vt appellans habeat annum.
- 5 Terminus præfixus a iudice in admisione appellationis, operatur, vt intra dictum terminum causa sit committenda.
- 6 Cautela, vt evitatur desertio instantia ob non commissam causam, vt fiat diligentia per appellantem ad Cameram Principis eorum testibus; et in Curia Romana adeat appellans Cancellarium, seu Vicecancellarium, vel Regentem, et curet ab eo subscribi commissionem, et talis subscriptio operatur, vt terminus vnius mensis incipiat a die dictæ subscriptionis vulgari dictæ, præsentata.
- 7 Terminus iuris datus a iudice operatur, vt infra 30. dies appellans causam committat, et si deinde iudex dederit alium terminum iuris tunc habet annum, et, ex casu, biennium ad committendam causam.
- 8 Causa decisa per Principem non habet instantiam, cum sit perpetua.
- 9 Appellatio a iudicibus omnino est admittenda, ne in foro animæ teneantur.
- 10 Apostoli reuerentiales in forma operantur, vt appellans teneatur infra decem dies causam committere; et ita Curia Romana obseruat.
- 11 Appellationi quando iudex dicitur detulisse, et præcipue per illam clausulam (si, et in quantum) vel per aliam clausulam (nisi si, et in quantum).
- 12 Appellatus an possit præuenire appellantem in commissione causa.
- 13 Appellatio efficitur communis inter appellatum, et appellantem.

C A P. XXI.

1 **L**icet viderim quosdam iudices credentes posse iura Fisci melius sustinere, quamuis causa esset appellabilis, rejicere appellationes, vel dare refutatorios; de quo Aduocatus parum curare debet; quia ad ipsum iudicem a quo non spectat admittere, vel non admittere appellationem, vs habemus in lege prima, si nihil noui appell. interp. Greg.



Greg. Tholosan. de appellat. lib. 6. c. 12. sub n. 2. Scac. de appell. q. 10. art. 1. n. 10. ubi alios allegat, & ipse iudex in poenam incidit, & debeat puniri, ob denegatam appellationem, vt dixi supra in cap. 19. Tamen similis denegatio proficua est condemnato: quia, ea non obstante, causa deuoluitur ad Superiorem, & eius officium conuiescit: ac si appellatio recepta esset, & interim à iure inhietur, quamuis iudex à quo non receperit dictam appellationem, Ang. in l. si cuius, nu. 1. ff. de appellat. recip. Franch. in cap. sepè, nu. 14. & in cap. vt debitus, sub nu. 42. de appellat. Rolan. conf. 77. nu. 4. in fin. & nu. 5. & seqq. lib. 2. Scacc. qui alios allegat, in tractat. de appellat. quæst. 3. num. 19. q. 10. art. 1. numero 10.

Et isto casu iudex nullum terminum dicitur concedere ad prosequendam appellationem: & ideo appellans remanet in terminis iuris communis, & de iure communi habet annum, & ex causa, biennium, cap. cum si Romana, & ibi Doct. de appellat. & latè Scacc. qui alios allegat, in tract. de appell. q. 14. n. 1. & seq. & sub nu. 3. post Rot. Vestr. & alios, etiam dicit, † quod isto casu non poterit postea præfigere appellanti terminum ad eam prosequendam; cum iam appellationem non admiserit.

3 Si vero iudex dederit Apostolos testimoniales, habet appellans etiam annum ad committendam causam, Put. decis. 371. libro 2. Marchesan. Conciuis meus de commiss. p. 2. de commiss. appel. c. 2. sub nu. 10. fol. 29. Scacc. de appell. q. 14. nu. 3. & 60. ubi reddit rationem, Quia dando testimoniales nullum præfigit terminum ad committendum & prosequendum, & consequenter remanet terminus, qui est vnus anni Lancellott. cap. 12. in præfat. numero 72. Scacc. d. quæst. 14. num. 60. in fi.

4 Si vero dederit Apostolos reuerentiales, simpliciter sine clausula in forma & sic nullo præfixo termino appellanti ad prosequendam appellationem, habet etiam annum ad illam prosequendam, Franch. c. oblatæ, sub nu. 4. vers. prima est, quando nullus de appellat. Scacc. de appell. q. 14. num. 4.

6 Si vero iudex admittit appellationem, & præfixit terminum appellanti ad committendam appellationem; & tunc appellans, infra terminum sibi præfixum, curare debet, causam committi. † Et ideo introductum est, quod appellantes vadunt ad Cameram Principis, & sollicitent Porterium pro inducenda causa appellationis, & faciant rogare Notarium coram testibus, quod non possunt habere aditum, Ang. in Authent. sed lis, C. de temp. appell. referunt, & sequuntur Alex. conf. 154. sub numero 5. lib. 2. Bauer. in tract. de mora. p. 1. in 4. temperament. sub n. 12. tom. 6. p. 2. Et in Curia debet appellans adire Cancellariam, vel Vicecancellarium, vel Regentem Cancellariæ, & præsentare commissionem, si poterit, alias debet protestari, & recipere testes super hoc; & tunc, si commissio non fuerit in tempore præsentata, sibi minimè nocebit, Rota decis. 25. alias 155. sub nu. 1. de appell. in nou. Nec sufficeret, quod semel tantum procurauerit adire Superiorem, sed debet pluries curare, commissionem signari, & copiam habere Superioris: quia, si hodie non potuit habere copiam Pontificis, habebit cras: & ideo non sufficeret, si tantum semel instetisset, Gram. decis. 13. sub numero 4. Bauer. in d. par. 1. sub numero 13. Scacc. qui alios alle-

gat, de appell. q. 14. nu. 5. qui admonet Procuratorem, vt protestetur de impedimento.

Et practici Defensores solent adire Regentem Cancellariæ, & faciunt, vt ipse in calce commissionis, diem illius præsentatæ apponere faciat, per ista verba: præsentata die 28. Septembris 1612. ad effectum, vt per dictam subscriptionem constet de diligentia appellantis, Lancell. de attent. p. 2. cap. 12. in præfat. n. 65. Marchesan. Conciuis meus, p. 2. in Commiss. appel. c. 1. nu. 67. Scacc. de appell. q. 14. nu. 36. Et utilitas resultat, vt causa non dicatur deserta, quamuis commissio non fuerit expedita infra decem dies, Vestr. in pract. libro 3. c. 5. n. 4. & hoc seruatur quotidie, sine controuersia, vt firmat Scacc. d. q. 14. nu. 37. Et etiam quia, ex ista præsentata, prorogatur terminus ad committendam causam infra mensem a die præsentatæ, Conciuis meus ubi supra in 2. impress. p. 1. c. 4. de offic. & acut. Vicecancell. num. 16. Et debet præsentari coram iudice, à quo, vt se absteat ab executione, Scacc. d. quæst. 14. numero 37.

7 Si verò dederit terminum iuris, tunc debet infra 30. dies curare causam committi, & si deinde obtineat ab eodem iudice, à quo, aliam terminum iuris, & tunc habet annum, & ex causa, biennium ad committendum causam appellationis; quamuis appellatus in secundo termino iuris obtinuerit appellanti concedi reuerentiales, cum termino decem dierum ad prosequendum, & in forma, & hoc fecerit appellanti intimari, vt bene, post Lancellott. de attent. cap. 12. pendent. appellat. in præfat. num. 71. & latius in limit. 13. sub num. 5. Scacc. de appellat. q. 14. num. 32. ex quo iudex, hoc casu, non censetur appellationi detulisse, Lancell. in præfat. in d. cap. 12. num. 78. Sed habetur, ac si iudex dedisset refutatorios, Scacc. de appell. q. 13. num. 10. & num. 60. & q. 14. nu. 32. Sed sciat iudex appellationis, quod ipse non potest tempus appellationis prosequendæ abbreviare sine causa, vt tenuit Capell. Tholos. q. 168. ubi latè Aufred. in addit. & ibi ponit quando iudex possit tollere dilationes & illas abbreviare & quod iudex à quo nullo modo possit abbreviare terminum prosequendæ appellationis. Immo quod nec etiam partes possint prorogare fatalia appellationis ex traditis per Alex. conf. 24. col. fin. in vol. 4. ubi etiam testatur de communi, vt refert, Add. ad d. Capell. Tholos. q. 198. n. 5.

8 Si vero causa fuerit determinata per Principem, vel in Auditorio Principis, fatalia non currunt, & non efficitur appellatio deserta: de quo latè Scacc. in tract. de appell. quæstione 15. numero 266. & dixi in Defens. 2. c. 6.

9 Et admono iudices, vt seruent admittere omnem appellationem, ob reuerentiam Superiorum; cum laudabile sit superioribus honorem, & reuerentiam deferre, & iudex debet esse contentus, si malam, & iniquam sententiam protulit, vt Superior eam reformet, ne pars condemnata remaneat læsa, & ipse in foro animæ teneatur. Et ideo videant quam malè faciant quidam ignari, & peruersi iudices odio prosequendo appellantes, Franch. Rebuf. & Capic. in locis relatis per Scacc. de appell. q. 14. n. 8.

10 In Curia autem stylus est, vt iudex admittat appellationem cum termino decem dierum: Quod contingit, quando dat Apostolos reuerentiales in forma; ex quo dicitur dedisse terminum decem die-



rum, Cassador, decis. 7. nu. 1. de appellat. Vestr. in Practic. lib. 3. cap. 5. nu. 4. Et quod, datus reuerentialibus in Curia; censeatur datus terminus decem dierum ad committendam causam, latè Lancell. de attent. appel. pend. cap. 12. in præfat. num. 59. 60. & latius prosequitur Scacc. in tract. de appellat. q. 14. nu. 7.

11 Quando autem iudex dicatur detulisse appellationi, nouissimè ponit Scacc. latissimè in tract. de appell. q. 13. num. 3. cum plurib. sequent. vbi in specie sub nu. 17. loquitur, quando iudex admisit appellationem, cum illa clausula: si, & in quantum, vel cum alia: nisi si, & in quantum, an censeatur detulisse appellationi, latius dixit in quæst. 17. limit. 6. membr. 7. num. 100. & de dd. clausulis latè scribit etiam Marc. Ant. Macerat. var. resolut. lib. 2. resolut. 4. nu. 1. & resolut. 12. num. 5. & Fab. Turret. consil. 4. num. 8. post alios quos allegat, declarat quod d. clausula si & in quantum operatur, vt dicatur admissa, vel non admissa quatenus de iure fit, vel non sit admittenda, latè Io. Botta consil. 16. vbi subdit, & ob id iudex a quo non possit se amplius introumittere in causa, & cognoscere si erat appellationi deferendum etiam ex consensu partium, nisi superior remississet causam ad eundem, & ibi concordantes allegat, & testatur de communi, & de supradictis clausulis latè scribit Benitend. dec. 1. Bononiens.

12 Et an appellatus possit præuenire appellantem in commissione causæ, vide, post Marches. Conciuem meum, Scacc. in tract. de appellat. quæst. 14. num. 36. vbi videtur firmare, quod in Curia possit; tucus extra Curiam; & ibi assignat rationes differentia.

13 Bene verum est, quod commissio causæ appellationis interposita ab appellante, efficitur communis cum appellato, Caput. decis. 36. num. 4. part. 1. vbi firmat, etiam, quod efficiatur communis, si appellatus non appellauerit, & potest deducere, & probare in causa appellationis, ac si appellasset, & potest prosequi causam, etiam appellante inuito, Gall. Pract. obseruat. libro 1. obseruat. 123. numero 3. Misling. cent. 2. obseruat. 22. num. 2. vbi de communi, latè Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 3. num. 209. & seq. de appellat. q. 14. nu. 46. versic. exten. de hanc limitationem.

Quis teneatur transportare acta, & processus, an appellans, siue appellatus.

S V M M A R I V M.

- 1 Acta seu processus transportare debet appellans, quando concernunt iustificationem appellationis.
- 2 Appellatus instans declarari, appellationem esse nullam, tenetur transportare acta, prout, si voluerit prosequi causam appellationis, tenetur docere de legitima appellatione.
- 3 Acta, & processus, quæ concernunt merita causæ, & iustificationem sententiæ, tenetur transportare appellatus secundum vnam opinionem. Alij autem tenent, quod teneatur appellans.
- 4 Acta, & processus transportare tenetur, qui vult expeditionem causæ.
- 5 Concilium Tridentinum circa transportationem actorum, quomodo intelligatur.
- 6 Acta, & processus quibus expensis fieri, & transportari debeant remissive.

PRO vera resolutione istius quæstionis Aduocatus consideret tria tempora.

Primū est, quādo agitur de validitate appellationis. Secundum, quādo agitur de confirmanda, vel infirmanda sententia.

Tertium est, quādo agitur post desertam causam appellationis.

Et circa primum dum agitur de iustificanda appellatione, tunc sciat Aduocatus, quod appellans tenetur acta producere, & sic debet docere, se appellasse infra legitima tempora in scriptis, ac petiisse Apostolos, Ant. de Butr. in cap. præsentia, num. 16. de renunt. Cappel. Tholosan. decis. 342. sub nu. 1. & ibi Aufred. num. 5. Anton. Gabr. lib. 2. tit. de appellat. conclusione 5. sub nu. 1. vbi de communi, Vant. de nullitat. Rubric. a quo, & quib. mod. sub nu. 20. Scacc. de appell. quæst. 20. num. 1. vbi etiam de communi.

Nec non tenetur, si procurator est, fidem facere de mandato; cum sit pars appellationis, Bellam. decis. 58. num. 2. Felin. in cap. cum contingat, sub numero 9. de rescript. Scacc. de appell. quæst. 6. nu. 24. & quæst. 20. num. 2.

Imò appellanti non sufficeret docere de grauamine, vel de nullitate sententiæ; nisi doceret de legitima appellatione, Doct. in cap. dilecto, de appellat. & præcipue, Io. Andr. nu. 5. Franc. nu. 3. & seq. Card. Alexan. num. 61. Abb. numer. 6. & de coi. testatur Vant. de nullit. Rubr. a quo, & quib. mod. num. 2. vers. & quod diximus in fi. Et si appellatio esset penes appellatum, ipse tenetur exhibere appellationem, si aliunde appellans eam non posse habere, vt possit iustificare appellationem circa tempus, & circa alias qualitates, & cum distinctione quorundam casuum, sequitur Ant. Gabr. conclus. 5. num. 5. vsque ad num. 13. tit. de appellat. lib. 2. & sequitur Scacc. de appellatione, q. 20. nu. 4.

Immo si appellatus solus instaret declarari, appellationem esse nullam, tenetur fidem reportare de appellatione, Anchar. in cap. constitutionem, numer. 13. de elect. Ac si intenderet prosequi causam iam deuolutam ad Curiam, tenetur docere de legitima appellatione, Butr. in cap. præsentia, sed num. 16. de renunt. & Scacc. d. quæst. 20. num. 5. & seq.

Circa secundum tempus variæ sunt opinioniones an appellans, vel appellatus teneatur transportare acta, quas refert latè Anton. Gabr. conclus. 5. per totum, lib. 2. de appellatione, & Scacc. de appellat. quæst. 20. num. 7. & seq.

Tamen illa videtur communis, vt appellatus teneatur ad transportationem actorum, quia ipse iustificare tenetur sententiam suam; cum appellans possit producere sententiam, & illam impugnare, & eo ipso, & appellatus nō producit acta, sententia dicitur iniqua, & iniusta, & venit retractanda, Guid. Pap. quæstion. 20. Aufred. ad Capell. Tholosan. quæst. 342. nu. 8. Senat. Pedemont. dec. 138. column. fin. vbi de communi. Magon. decil. 64. & decil. 72. nu. 2. Scac. de appellat. quæst. 20. num. 8. versic. contrariam opinionem, licet supradictos non alleget, sed alios, Rugin. in trac. de appell. §. 10. glossa 10. sub num. 25. versic. 6. dicit ita seruari Mediolani, vigore constitutionis, Anton. Gabr. conclusione quinta, num. 1. vbi de communi, libro secundo, de appellat.

Con-



Cōtrariam autem opinionē, vt appellatus teneatur acta trāsportare, Vant. de nullit. Rubr. a quo, & quib. num. 20. & seq. Guid. Pap. in tract. de appell. sub num. 10. tomo 5. vbi dicit ita seruari in vrbē, veteri vigore statuti illius ciuitatis, libro 2. Rubr. 5. Addent. ad Magon. decisione Lucenf. 64. in littera A, & ita etiam vigore Concilij Tridentini sessione 24. cap. 20. §. præterea, de reformat. Scacc. dicta quæst. 20. numero 8. & Add. ad Magon. dict. decis. 64. in litt. A.

Et retenta ista opinione, vt appellans teneatur, non tenetur præcisè, sed solum causatiuè, vt, nisi transporter, iudex non teneatur reuocare sententiam iudicis, a quo, & elapsis fatalibus, sententia transfret in iudicium, vt benè declarat Scacc. in d. q. 20. num. 9.

Quod nota: quia quotidie video errare procuratores, qui citant appellantes ad transportandum acta & processus.

- 4 Si autem appellatus vellet expeditionem causæ, ipse tenetur ad acta transportanda pro confirmatione sententiæ, tex. in Authent. de his, qui ingred. ad appell. sub versiculo illud quoque vbi gloss. in verbo monstrauerint, Caputaq. decis. 128. in fin. Vant. de nullit. Rubr. a quo, & quibus, num. 20. versiculo, & præmissa, num. 21. cum ille teneatur ad expensas actus, qui instat pro illo actu, Scacc. de iudic. libro primo, capitulo 8. numer. 851. & seq. & de appellatione, & quæst. 20. nu. 10
- 5 ¶ vbi dicit, non obstare Concilium Tridentinum: quia ipse loquitur, quando appellans instat pro expeditione causæ, vt plurimum contingit, & tunc appellans tenetur ad transportandum; secus quando non instat, sed appellatus instat causam expediri, & tunc ipse tenetur ad transportationem actorum, & ita seruari ibi testatur, prout verè quotidie, & passim in Curia seruat in Camera Imperiali, vide Misinger. cent. 1. obseruat. 11. per totam.
- 6 Et quibus expensis Regestra solui debeant, & quid seruandum sit circa eorum solutionem, vide latissimè Scacc. in dicta quæst. 20. a numero 30. vsque ad finem quæst. vbi distinguit plures casus per conclusiones, quas hic transplantare superfluum mihi videtur, cum ibi Scacc. posuerit bene digestas, & quid obseruetur in Camera Imperiali, vide Misinger. centuria prima, obseruat. 21.

Sententia lata, non transportatis omnibus actis, an sit nulla.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia lata, non transportatis actis primæ instantiæ integraliter est ipso iure nulla.
- 2 Iudex appellationis, ob non transportationem actorum, parte instantiæ, tenetur præcisè super nullitate sententiæ procedere, & non potest se ingerere in meritis causæ.
- 3 Acta quæ sint, quæ si non fuerint transportata, non operentur nullitatem sententiæ.

C A P. XXIII.

**C**Aueat causæ defensor, vt coram iudice appellationis integraliter omnia acta primæ instantiæ transportentur; alias sententia lata per dictum iudi-

Tomus Secundus

cem appellationis erit nulla, Cæs. de Grass. decis. 37. alioquin. 9. numero 5. de caus. possess. & proprietat. Et dicitur nulla ipso iure, Ant. Gabr. de appellatione, lib. 2. conclus. 5. num. 23.

Quamuis dicta acta facerent contra appellantem, Vantic. de nullitate, titulo a quo, & quib. num. 20. 21. Scacc. de appellatione, q. 20. numer. 8. vbi firmat procedere, etiam si sententia esset bona, & iusta quæ non valeret, non visis, neque transportatis actis, Bart. in l. 2. numero 5. in prima lect. C. de eden. Cæs. de Grass. d. decis. 37. num. 7.

Et loquendo de actis probatorijs tenuit Rota die 13. Februarij 1609. in vna Anconitana pecuniaria coram Reuerendo Patre Domino Sacrato; vt refert Scacc. d. quæst. 20. num. 11. in fine, & dantur aliæ decisiones manuscriptæ Blanchetti, Rubei, & Lancelotti: Et est etiam nulla sententia, non transportatis actis, lata, ex dispositione sacri Concilij Tridentini, in ecclesiasticis autem, sed non in profanis, vt firmat post Rotā proximè citatam, Scacc. dicta quæstione vigesima, numero 12.

In tantum quod iudex deinde non possit se ingerere in meritis causæ, sed solum arctetur ad declarandum dictam sententiam esse nullam parte instante, capitulo exhibita, de iudic. per quem tex. ita declarat Bal. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, num. 25. vers. & an teneat, ff. de pact. Franch. in capitulo dilecto, n. 25. de appell. & ita sepius tenuit Rota, vt testatur Cæs. de Grass. d. decis. 37. num. 8. & decis. 10. num. 3. & ita sepius tenuit Signatura Sanctissimi in vna Romana, malæ administrationis ad fauorem Delij Gulini contra Thomam Picciafocum referente causam R. P. D. Crescentino Romano, ac etiam die 27. septembris 1600. idem fuit resolutam per Clementem octauum in plena signatura Gratia ad fauorem Theodori Ceralij contra Nicolaum Guggionum, proponente causam R. P. D. Serra nunc Cardinale meritisimo; cum in vtroq. casu Pontifex noluerit rescribere, vt iudex cognosceret de meritis causæ: & ob id Locumtenens Vicarij annullauit sententiam latam ad fauorem dicti Thomæ Picciafocchi fisco adherentis; & in 2. casu Senator Vrbs, qui erat D. Martinus Cappellettus annullauit etiam sententiam dicti Nicolai Guggioni etiā fisco adherentis.

Sed si quis vellet substinere sententiam, quamuis acta non fuerint transportata, deducat, vt non fuerint talia, & apta reddere sententiam nullam, vel iniustam, vt si fuerint interrogatoria testium, actus conclusionis in causa, vel aliqua citatio non necessaria, & alia similia, vt bene declarat Scacc. de appellatione. quæstione vigesima, numero 13. Nec non deducat, quod ipse aduersarius non sit audiendus circa istam exceptionem de actis omnibus non transportatis: cum ipse integra acta transportauerit, & sic veniret contra factum proprium, quod non licet, Scacc. de iud. lib. 2. cap. 9. sub nu. 1124. & 1147. & de appell. quæst. 20. num. 14.



Carceratus in causa appellationis an debeat remitti iudici, ad quem,

S V M M A R I V M.

- 1 Carceratus appellans an debeat transmitti ad iudicem, ad quem: & quid obseruauerit congregatio super Episc.
- 2 An distinguunt inter appellationem ab interlocutoria, vel diffinitiuam.
- 3 Alij autem dicunt, & distinguunt; aut iudex appellationis fuit in eodem territorio, aut in alieno.

C A P. XXIV.

**I**N hac quaestione varij varia dixerunt, & Rota Romana decis. 34. alias 381. de appellatione in antiq. tenuit criminofum condemnatum esse remittendum ad iudicem, ad quem appellauit; cum male possit causam determinare in absentia accusati, quia nec in causa appellationis admittitur procurator, Natt. consilio 553. nu. 10. volum. 3. vbi de veriori opinione, latè Aulfred. in add. ad Capell. Tholos. 100. nu. 2. & Prax. Archiep. Neapol. cap. 83. nu. 43. refert, quod sacra congregatio super Episcopis statuit carceratum esse detinendum in eod. carcere, appellatione pendente, donec iudex ad quem viderit acta, & causa cognita, aliter decernat.

- 2 Sed alij distinguunt, quod si fuit appellatum ab interlocutoria, tunc debeat permanere carceratus iudicis a quo, donec discutatur articulus appellationis; quo discussio, si iudex, ad quem, pronunciet malè; iudex, a quo, prosequatur processum: si verò pronunciauit benè appellatum, & malè iudicatum, & tunc possit iudex, ad quem, petere sibi remitti carceratum, vel ad suum mandatum facere seruari in carcere primi iudicis, Guid. Pap. in tract. de appellat. q. 30. sub numero 29. tomo 5.

Aut verò fuit appellatum a diffinitiuam, & tunc carceratus potest petere se remitti, ex quo tota iurisdicatio est deuoluta ad iudicem, ad quem, & carceratio dicitur de processu, Guid. Pap. vbi supra, Ang. de malefic. in verb. præsente dicto Caio, num. 16. Hehric. Boer. in sing. in verb. carcer. num. 3. Scacc. de appellat. quaest. 20. numero vigesimo sexto, vbi testatur ita seruari in praxi.

- 3 Quæ opinio est vera, quando iudex appellationis esset in eodem territorio; secus si in alieno, quia tunc remanet sub custodia primi iudicis, & non præmittitur, vt per August. ad Ang. vbi supra, & sequitur Scacc. d. quaest. 20. num. 27.

Ac etiam intellige, quando adhuc non constat, ad quem pertinet executio, vt tunc remaneat sub custodia iudicis, a quo, donec constet: Si vero constet, & sententia confirmetur, tunc potest remitti, Idem si venient explicandi actus personales; quia tunc debet remitti, & explicitis illis actis remittitur iudici, a quo, Aug. ad Ang. vbi supra n. 16. & Scacc. d. q. 20. n. 28. Caualc. de Brac. reg. p. 2. num. 3 20. & debet per iudicem appellationis remitti reus ad iudicem ad quem cum causa, & sub fide custodia, & suis expensis latè Aulfred. ad Capel. Tholos. q. 100. nu. 2.

Appellans, & appellatus an possint appellare a non condemnatione expensarum, & quando condemnatio expensarum per iudicem fieri debeat.

S V M M A R I V M.

- 1 Absolutus quis censetur ab expensis quando in sententia non fuit condemnatus.
- 2 Appellatus ab omisa condemnatione expensarum quando possit appellare, & audiatur, remissiuè.
- 3 Expensarum condemnatio est facienda per iudicem in eadem sententia diffinitiuam super negocio principali quia postea non potest amplius super expensis pronuciare.
- 4 Expensarum condemnatio omisa in sententia non potest amplius peti si lapsa sint tempora ad appellandum; quando expensæ debeantur, officio iudicis, secus si debeantur iure actionis: & idem dicitur de damnis, expensis, ac fructibus.
- 5 Bulla Pij Quarti, super cautione præstanda, de resciciendis expensis, declaratur.
- 6 Cautio de resciciendis expensis in euentum succumbentia, iuxta formam dictæ Bullæ Pij Quarti an sit præstanda per instigatorem, parte non instante; & si non fuerit præstita, an processus sit nullus, & sententia inde secuta.
- 7 Inhibitio per iudicem appellationis an sit danda antequam præstetur dicta cautio vigore d. Bullæ Pij IV.
- 8 Cautio de resciciendis expensis vigore d. Bullæ Pij IV. an sit præstanda per instigatorem, quando fuit appellatum a modicitate pæne.

C A P. XXV.

- 1 **S**I sequatur sententia in qua quis non fuerit condemnatus in expensis, censetur absolutus, & ideo ab ea debet appellari, A fin. in Pract. §. 32. capit. 2. limit. 22. fol. 224. per text. in l. terminato, vbi Doct. C. de fruct. & lit. expens. & late Franc. in tract. de expen. numero 12. Iaf. in l. properandum, §. fin. autem alterutra, nu. 7. C. de iud. Lanc. Corrad. in Pract. lib. 1. c. 9. & 3. de offic. Præt. in caus. crim. lim. 28.

- 2 Sed appellatus ab omisa condemnatione expensarum in eius fauorem quando possit, & debeat appellare, latissimè tradit Scacc. de app. q. 20. limit. 21. per tot. ad quem lectorem remitto; quia diffusè, cum suis ampliationibus, & declarationibus disputat, & resoluit articulum.

- 3 Sed est videndum, quando iudex possit dictam condemnationem expensarum facere: & ex text. in l. terminato, C. de fruct. & lit. expens. vbi per Doct. habetur, quod post latam sententiam diffinitiuam in negocio principali, non possint postea peti expensæ, si in sententia non fuerit facta cõdemnatio; & apertius habemus in l. si deposita, C. de pos. quia, vt supra dixi, tunc censetur victus ab eis absolutus, & ideo non potest eum condemnare in expensis, nisi condemnet eodem die, A fin. in pract. §. 32. c. 2. limit. 33. num. 1. & refert Scacc. de appell. c. 2. q. 17. lim. 21. numer. 37. vbi tamen contrarium tenentes allegat, Imò non potest iudex sibi reseruare condemnationem expensarum in futurum nec quo ad condemnationem, nec quo ad absolutionem sed solam taxationem secundum communem



munem opinionem attestatam, per Misinger. cent. 3. obseru. 2. vbi subdit fecus est in sententia interlocutoria cum per eam non desinat esse iudex, & tandem pro resolutione distinguit duas species expensarum, idem Scac. vi supra.

Et prima est, quando expensæ debentur, officio iudicis, quæ fiunt post contestatam litem, & in istis concludit, veram esse primam opinionem negatiuam, vt amplius peti non possint, & indistinctè, etiam si expensæ non fuerint petitæ; & quod dicitur de expensis dicatur etiam de omnibus, quæ veniunt accessorie, vt fructus, damna, & interesse, Innocent. in c. grauis vers. item si agitur de restit. spoliat. Bal. in l. cum propria, sub num. 4. C. si quis alteri, vel sibi, Boer. decif. 18. sub num. 1. Rot. diuers. decif. 807. sub num. 3. & seq. par. 1. vbi ponit vnam limitationem circa sententiam latam contra attentantem, cum aliquibus alijs declarationibus; sed quia magis tangunt materiam civilem, quam criminalem, ideo remitto lectorem ad eum.

Altera species est circa expensas, quæ debentur iure actionis, nempe quæ debentur ante contestationem litis, vt puta, ex instrumento, & in istis concludit quod possint peti etiam post latam sententiam, Ias. in §. actionum nu. 52. & seq. & post rem iudicatam Co-uarr. pract. q. c. 27. sub nu. 5. lib. 2. Et idem dicendum erit de fructibus, qui debentur iure actionis, vt possint peti, licet iudex omiserit eos in sententia, Abb. in d. cap. grauis, nu. 20. in fin. Dot. Diuers. d. decif. 807. sub nu. 6. Borgn. decif. 15. par. 1. Marfil. sing. 207. post Saly. in l. nu. 7. C. quand. prou. non est necess. Roland. conf. 62. n. 24. lib. 4. Idemque dicendum est de damnis passis ante litem contestatam, vt possint peti in alio nouo iudicio, sed ante annum, Papieo. Pract. in form. libel. in caus. spol. gloss. simul, sub nu. 2. Scacc. de app. q. 20. limit. 21. nu. 45.

5<sup>a</sup> Ex qua declaratione alias fuit acerrimè disputatus articulus resultans ex Bulla Pij IV. super reformat. Trib. Vrbs, Versic. non prosequatur causam appellationis, &c. in plena signatura, referente causam R. P. D. Garzadoro, an si post præstitam cautionem de reficiendo expensas, tam prioris, quam vterioris instantiæ, Reus fuerit à iudice appellationis absolutus, & fuerit omiffa condemnatio expensarum contra accusatorem, vel Fisco adhaerentem, reus possit dictas expensas petere, & recuperare post tempus præfixū ad appellandum, & tandem fuit conclusum, non posse amplius petere, cum petantur ex contractu iudiciali necessario, vigore dictæ Bullæ Pij IV. quæ dicitur subrogari loco officij iudicis, Bald. in Authen. generaliter, nu. 6. in fi. C. de Episcop. & Cleric. & in l. pro-perandum, §. si autem alterutra, nu. 2. in fi. & ibi Alexand. nu. 5. C. de iudic. & in l. eos, §. cautione, n. 2. vers. & circa hunc articulum, C. de appell. Paul. de Castr. conf. 16. nu. 10. vol. 1. & Bald. in l. si debitori, n. 5. ff. de iudic. etiam dicit, cautionem iudicalem æquiparari Prætoris actioni, & in l. cum propria, nu. 4. vers. sed pone, C. si quis alteri, vel sibi, vbi dicit, quod si iudex non condemnet in fructibus petitis, valet sententia, & iterum peti non possunt, quando debentur officio iudicis Mercenario, Boer. decif. 19. sub num. 1. Rot. diuers. decif. 807. n. 3. & seq. p. 1. Scac. de appellat. q. 17. limit. 21. n. 40. circa fin. & quia expensæ in causa criminali debentur, officio iudicis, Ias. conf. 2. vol. 2. Jan. conf. 303. nu. 33. vol. 3. Eoque magis quando infliga-

tor habuit iustam causam prosequendi appellationem, ex prima sententia condemnatoria, prout firmat Rebuff. in tract. de expens. damn. & interess. cent. 1. gloss. vnic. nu. 39. to. 3. ac etiam in eadem gloss. vnic. in fin. dicit, magis procedere, quando infligator habebat duas sententias conformes, vt sit excusandus ab expensis tertiæ instantiæ, in qua succubuit. Immo, etiam si esset nulla sententia appellati, nihilominus præbuisset ei iustam causam litigandi, vt excusaretur ab expensis, Ferret. conf. 175. nu. 5. p. 1. vbi de comuni, & sequitur Granu. Theorem. 11. num. 3. Et quia etiam si ex processu appareret, ex meritis causæ, ipsam infligatorem habuisse iustam causam litigandi, & prosequendi causam appellationis, etiam ex nouiter deductis in secunda instantia, debet excusari ab expensis, quia illa solet excusare appellantem in secunda instantia, quamuis succuberit in causa appellationis. Rot. decif. 10. alias 251. de dol. & contum. in nou. Caputaq. decif. 340. seu 1. nu. 3. p. 1. & decif. 141. seu 29. part. 3. Scac. de appell. q. 17. limit. 21. n. 54. Granu. Theorem. 11. nu. 2. vbi de magis communi. Et Bulla præfata debet recipere interpretationem passiuam, secundum dictam dispositionem iuris communis, l. si ferui vestri, C. de noxal. cap. cum dilectus, de consuetud. prout omnes Doctores conueniunt, vt testatur Sim. de Preter. conf. 146. nu. 18. Petr. Caball. cas. 105. nu. 2. Farinacc. conf. 70. n. 22. in fin. & maxime, quia dicta Bulla idem disponit, quod fuit dispositum per ius commune, Auth. generaliter, C. de Episc. & Cleric. Et ob id tanquam ius commune in omnibus reputari debet, vt post alios, quos allegat, firmat Bursatt. conf. 126. nu. 8. vol. 4.

6 Sed circa istam Bullam Pij IV. de præstanda cautione de reficiendis expensis, contigit dubitari: an, si talis cautio in causa appellationis non fuerit præstita, vitiet processum, alias dixi in meo Tractat. de confisecat. honor. concl. 30. sub nu. 23. ex traditis per Abb. in c. cum dilecta, nu. 4. de rescript. Iudicem debere seruare ordinem narratorum, & omnia adimplere; ex quo primo loco posita videntur studiosius præmissa; & sic, etiam quod ab eo petita non fuerit infligator teneatur illam præstare; eoque magis est dicendum quia in dicta Bulla adest illa dictio (nisi prius) quæ significat formam, vt tradit Grat. conf. 59. nu. 12. vol. 2. Tamen videtur posse reuocari in dubium ex illa propositione, quæ se habet, vt quælibet dispositio arctans ad fideiubendum, vel iudicem ad aliquid faciendum in iudicio, intelligatur, si petitum fuerit: alias non teneatur fideiubere, & iudicium valeat, Doct. in vnum congesti per Borgn. in tract. de tutor. & curat. nu. 40. mihi fol. 25. & Roland. conf. 71. num. 25. & seq. vol. 1. qui etiam alios allegat, & dicit in specie, post Bald. & Speculat. quod omiffio talis satisfactionis non vitiat processum, cum ordo iudicij non consistat proprie in præparatorijs iudicij; & quod omittitur circa præparatoria non vitiat processum, & Nat. consil. 685. per totum, vol. 4. vbi firmat, huiusmodi satisfactionem esse petendam ad effectum, vt vitiet processum, vbi tamen in fine consilij allegat Ias. conf. 191. vol. 2. qui dicit, quod contrarium consuluit.

Immo Nat. in d. consil. 685. in fine plus voluit, vt sit petenda ante litem contestatam, & postea amplius peti non possit.

Sed Misinger. cent. 1. obseru. 6. refert Cameram Imperiale determinasse, quod nisi petatur dicta cautio



no non vitiet appellationem, quamvis statutum distaret appellationem non valere, nisi prius cautio praestetur.

Et ideo ad tollendam huiusmodi disputationem, Defensor rei in actis instet, dictam cautionem praestari; seu instigatorem interpellat ad illam praestandam, alias reijci a limine iudicij; prout practici defensores quotidie vtuntur: quia si deinde procedatur in causa, sine dubio processus, vna cum sententia, erit nullus.

7 Et ob id in proposito contingit dubitari, an iudex appellationis possit concedere inhibitionem iuxta formam commissionis, nisi prius instigator praestiterit dictam cautionem, & si tenere velimus, quod pro forma prius sit praestanda dicta cautio tradita ab ipsa Bulla erit interdictum iudici concedere dictam inhibitionem ante eius adimplementum, cum det esse rei, cap. sine exceptione, 12. q. 2. & ei nec addi, nec detrahi possit vt dicit, Bald. in l. fin. C. de suis, & legitim. in tantum, quod eius omisso vitiet actum, quamvis omisso fuerit in minimo, Gram. decis. 79. nu. 14. Natt. conf. 214. nu. 13. Felin. in c. cum dilecta in r. ampliat. de referu. late Decian. respons. 72. num. 27. & seq. vol. 2. & ob id quilibet actus sine ea factus dicatur ipso iure nullus. Dec. conf. 10. n. 2. cum alijs adductis per Rimin. Iun. conf. 647. nu. 25. & seq. lib. 6. & quia satis dicitur petita per fiscum in protestatione citationis condemnati ad dicendum contra commissionem, & per rescriptum signaturae cum in illa clausula seruata forma motus proprii Pij IV. vel saltem verum erit, si dicta inhibicio esset danda extra Curiam, & timeretur, quod per eam daretur impedimentum alias legitime gestis, & ordinatis, vt tenuit alias Rota Romana teste Lancell. de att. cap. 20. in praefat. quaest. 4. numero 116. & numero 201.

8 Contingit etiam in proposito dubitari vigore dictae Bullae, an instigator teneatur praestare dictam cautionem, quando reus non fuit totaliter absolutus a delicto, sed condemnatus in aliquam poenam, & fiscus, & instigator appellant a modicitate poenae, & credo quod omnino etiam instigator teneatur ad dictam cautionem praestandam cum vigeat eadem ratio d. Bullae in vtroque casu, vt instigator calumniosè prosequi velit causam, tam si fuerit reus totaliter absolutus, quam si in parte absolutus, & in parte condemnatus, & ob id in vtroque casu sit locus dictae Bullae l. à Titio, de verborum obligatione, l. illud, ff. ad leg. Aquil. quia non est curandum de diuersitate casuum cum in eis vigeat eadem ratio, gloss. in l. sed, & si lege, §. ite, & si rem, ff. de petit. haeredit. sed debet attendi tamquam lex communis ad omnes casus, Crauet. consil. 67. nu. 17. late Rimin. Iun. conf. 67. n. 17. & conf. 379. nu. 83. & seq.

Nec obstat quod Bulla vtatur illis verbis fiscus non prosequatur causam appellationis a sententia contra se lata, & non possit dici quod fuerit lata contra ipsum cum reus fuerit condemnatus, quia satis dicitur lata contra ipsum respectu relaxationis poenae quam fiscus, & instigator praetendunt, & ita verè pluries vidi obseruari per signaturam.

Iudex appellationis dicens in eius sententia; Victum victori, &c. an videatur succumbentem condemnasse ad expensas aliarum instantiarum.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex appellationis potest condemnare ad expensas tam causae appellationis, quam causae principalis.
- 2 Iudex appellationis condemnans simpliciter victum in expensis, intelligitur condemnasse, tam quoad expensas causae principalis, quam causae appellationis.
- 3 Nisi iudex primae instantiae absoluerit Reum ab expensis quia tunc sententia iudicis appellationis restringitur ad expensas causae appellationis.
- 4 Iudex appellationis confirmans sententiam primi iudicis condemnantis partem in expensis, si dixit: Victum victori &c. dicitur condemnasse ad expensas etiam primae instantiae: secus si iudex principalis omisit condemnationem expensarum.
- 5 Expensa in prima instantia si non fuerit petita, & iudex dicat Victum victori &c. intelligitur condemnasse ad expensas primae instantiae non petitas.
- 6 Absolutio ab expensis facta per iudicem appellationis, intelligitur de omnibus expensis etiam in alijs instantijs factis.

Declarando tamen vt hic per Authorem.

- 7 Iudex appellationis condemnans victum victori in expensis coram se factis, censetur absoluisse reum ab expensis in ceteris instantijs factis.
- 8 Iudex si condemnet in causa appellationis victum victori, & reus habuerit iustam causam litigandi, sententia non comprehendet expensas primae instantiae.
- 9 Iudex appellationis pronuncians super desertione instantiae non intelligitur condemnasse in expensis, quando dixit: victum victori, &c.
- 10 Iudex appellationis non potest taxare expensas, nisi coram se factas, & ob id per commissionem Principis sibi conceditur facultas taxandi dictas expensas factas in alijs instantijs.

Declarando tamen vt hic per Authorem.

- 11 Condemnatio expensarum dicitur facta, quando iudex dixit: victum victori, &c. in expensis nobis, & successoribus nostris taxatione reseruata: & omisso verbo (Condemnamus.)
- 12 Condemnatio expensarum non debet fieri contra illum, qui habet duas sententias conformes.
- 13 Expensarum condemnatio vbi de iure intrat si non fiat per iudicem admittitur appellatio, num. 15.
- 14 Condemnatio expensarum in prima instantia contra succumbentem, quomodo, & quando & in quibus casibus fieri debeat.

C A P. XXVI.

1 **R**ebuff. in tractat. de expens. damn. & interesse, art. 3. gloss. vni. n. 28. vers. Immo iudex tom. 3. fol. 509. firmat, quod iudex appellationis debeat condemnare non solum ad expensas causae appellationis, sed etiam ad expensas causae principalis; & sequitur Scacc. de appell. q. 17. limit. 21. nu. 47. & ita fuit conclusum per Capell. Tholos. q. 223.

2 Et Dec. in capit. repræhensibilis, versic. in gloss. in verb. proprium n. 22. de appell. firmat, quod iudex appella-



pellationis confirmans sententiam primæ instantiæ, ac simpliciter condemnans victum in expensis, intelligatur condemnasse tam quoad expensas causæ appellationis, quam quoad expensas causæ principalis, Felin. in cap. significauerunt, nu. 7. vers. demum de except. Granut. Theorem. 6. in princ. & sub vers. pro qua alios concordantes allegat, & ibi reddit rationem, Put. decis. 246. lib. 2. Rebuff. de appell. art. 9. gloss. vn. nu. 29. Scacc. de appell. q. 17. limit. 21. nu. 48.

Tamen Aduocatus videat, si iudex primæ instantiæ absoluit Reum ab expensis; quia tunc iudex appellationis non intelligitur condemnasse ad expensas, nisi coram se factas, vt habetur ex decis. Put. 248. libro 2. quam sequitur, & per extensum illam ponit Granut. Theorem. 6. n. 6. & non dissentit, Scacc. licet Granut. non alleget in d. q. 17. limit. 21. nu. 49. circa fin. & hoc affirmant esse verum, quando iudex appellationis sententiam causæ principalis confirmat, & dicit: victum victori, &c.

Secus vero si dictam primam sententiam iudex appellationis reuocauit, ac victum victori in expensis condemnauit, & tunc, quia illam reuocauit, censetur in omnibus expensis tam primæ, quam secundæ, & vltioris instantiæ condemnasse, vt sentit Gran. d. Theorem. 6. sub nu. 6. vers. si vero illam.

Si vero primus iudex condemnauit in expensis, & iudex appellationis confirmauit dictam sententiam, & dixit, victum victori, &c. tunc dicitur condemnasse etiam ad expensas primæ instantiæ, cum sit sententia individua. l. in hoc iudicio, ff. famil. Eriscund. Put. decis. 314. lib. 1. Caraut. rit. 257. nu. 9. Granut. qui alios allegat d. Theorem. 6. num. 4. & seqq. vbi dicit magis procedere, si iudex in sententiâ confirmatoria dixerit, victum victori, &c. Quia illud, que, breue scriptum sine diphthongo habetur pro copula, cuius natura est augere.

Si vero primus iudex omisit condemnare in expensis, quia oblitus fuit, & iudex appellationis dicat in sententia, victum victori, &c. censetur condemnasse etiam ad expensas primæ instantiæ, Aff. in Constitut. Regn. Duorum Principum, rubr. 42. n. 3. lib. 2. cuius opinio fuit à Rotâ Romana Canonizata, vt habetur per Put. in d. decis. 248. lib. 2. quam per extensum ponit Granut. d. Theor. 6. num. 6. & seq. vbi etiam ponit aliam decisionem Seraph. etiam per extensum.

Si vero expensæ in prima instantia non fuerint petitiæ, tunc si iudex appellationis in sua sententia dicat, victum victori, &c. non intelligitur condemnasse in expensis primæ instantiæ non petitis, Abb. in cap. significauerunt, num. 10. & seq. de except. Rebuff. in tract. de expens. damn. & interest. art. 1. gloss. vn. n. 12. tom. 3. Scacc. de appell. q. 17. limit. 21. n. 35. & nu. 51. & latius Granut. Theorem. 6. n. 8. vbi alios allegat, & præcipue Mich. Grass. lib. 2. commun. opinion. vers. expensæ, q. 6. Suarez. in Thesaur. verb. expensas, n. 22. Grauat. ad Vestr. lib. 8. c. 2. nu. 17. & ita fuit declaratum per Rotâ Romanâ coram Seraphino, quam ponit per extensum, Granut. ibidem, nu. 8. licet Scacc. in d. limit. 21. n. 52. cõtrariam opinionem sequatur: quia forsitan non viderit dictam Rotæ decisionem, ac Doctores supra adductos testantes de communi.

Sed Aduocatus sciat, quod, si iudex appellationis absoluat partem ab expensis, illam absoluere censetur ab alijs expensis in cõteris instantijs factis, Dec.

in cap. reprehensibilis, nu. 7. de appellatione, Marfil. sing. 684. in fin. Rebuff. de appellatione, gl. vnica, art. 9. n. 21. Granut. dict. Theorem. 6. n. 9. & seq. vbi tamen declarat procedere in expensis debitis officio iudicis; secus si iure actionis, seu ex partium conuentione, cum talis absolutio ad eas non se extendat, Luc. Per. in Prac. For. Capit. tit. de expens. n. 5. & 17. Roland. cons. 62. num. 6. & seqq. lib. 4. & ab omiſſa condemnatione expensarum potest appellari, latè Mising. cent. 2. obseru. 22. vbi subdit, quod si expensæ fuerint petitiæ, resideat in arbitrio iudicis an velit condemnare vel non.

Ac si iudex appellationis condemnet victum victori ad expensas coram nobis factas, tunc censetur absoluisse quoad expensas in ceteris instantijs factas, quod facere potuit, Marfil. sing. 684. in fin.

Et eo magis, si iudex dixit: coram nobis dumtaxat, vel tantum, seu per aliam distinctionem taxatiuam, vt post alios Granut. dict. Theorem. 6. num. 13. vbi post Rebuff. dicit, quod bonum esset, quod iudex in sententia se declaret.

Si verò coram primo iudice victus habuit iustam causam litigandi, & iudex appellationis dixit, victum victori, &c. non comprehenderet condemnationem expensarum primæ instantiæ, Felin. in c. significauerunt, n. 7. de appellatione, Ias. in properan. ium, §. si autem alterutra, C. de iudic. Granut. d. Theorem. 6. nu. 13. Scacc. de appell. q. 17. limit. 21. nu. 49. & adest decisio Seraphini relata per Granut. vbi supra, qui dicit, quod ipsa loquitur in sententia lata a primo iudice extra Rotam: & alia decisio, Put. loquitur in sententia lata in Rota, vbi semper victus condemnatur in expensis, Scacc. d. q. 17. limit. 21. nu. 49. circa finem, vbi etiam dicit idem seruari in Francia; quia semper condemnatur victus in expensis, prout etiam videmus coram Camerario, seu Magistro viarum seruari.

Si vero etiam iudex appellationis pronunciet solum super desertione appellationis, nec minus intelligeretur condemnatus aliquis in expensis, quando dixit iudex victum victori, &c. Scacc. de appellatione, q. 11. n. 161. in fine, & q. 17. limit. 21. nu. 49. in fin.

Idemque est in taxatione expensarum; quia iudex appellationis, neq. tacite, neq. expresse potest expensas taxare, nisi coram se factas, siue sit in 1. 2. vel 3. instantia, Rot. decis. 273. alias 44. vt lit. pend. in antiq. Nisi per commissionem detur sibi facultas taxandi omnes expensas coram alijs iudicibus factas, prout solent cõcedi, & quotidie practicari, Rot. d. decis. 273. in fin. Vestr. in Pract. lib. 8. cap. vlt. num. 11. Mandos. in commit. 20. vers. omnes, & singulas expensas, Granut. d. Theorem. 6. n. 14. vbi tamen subdit hoc procedere in iudice appellationis delegato, & ita Doctores adducti loquuntur; Secus in iudice Ordinario; quoniam is omnes expensas, absque aliqua commissione taxat, productis omnibus Cedulis expensarum à Notarijs quarumcunque instantiarum.

Et sciat iudex, quod, si dixerit, victum victori, &c. in expensis, nobis, & successoribus nostris taxatione reseruata, omisso verbo (condemnatus) adhuc censetur facta condemnatio expensarum omnium instantiarum, Addit. ad Felin. in cap. significauerit, numero 7. de appell. in littera A. Caraut. rit. 297. numero 18. Granut. d. Theorem. 6. numero 11. vbi alios adducit.



12 Sed, si quis habuerit duas sententias conformes, non debet de Iure communi condemnari in expensis, latè tradita per Scacc. de appell. q. 17. limitat 21. n. 54. vers. ratio, & nu. 55. licet in Senatu Parisiensi aliter fuerit obseruatum, vt testatur Rebuff. in Tractat. de appell. art. 9. glos. vn. num. 30. tom. 3. de quo dicam infra num. 15.

13 Et vbi de Iure intrat condemnatio expensarum, si nō fuerit facta, sed omisa, potest appellari, latè Scac. de appell. q. 17. limit. 21. nu. 34. & seqq. & num. 46. vbi subdit post Rebuff. de appell. art. 9. glos. vnic. nu. 17. vers. & nisi, to. 3. quod possit appellari ab omisa condemnatione expensarum à iudice appellationis, quando fuerint expensæ petitæ.

14 Condemnatio expensarum in prima instantia contra succumbentem, quando, & in quibus casibus fieri debeat, vide nouissimè Moscatell. in Tract. de appell. glos. condemnando, nu. 73. vsque ad nu. 99. Et in causa appellationis solet adhiberi distinctio: aut fertur sententia definitiua ex actis, vel probationibus veteribus factis tantum in causa principali, & tunc succumbens debeat condemnari in expensis, Bart. & alij in l. fin. ff. de re iudic. Glos. in cap. Iuris ignorantia de reg. Iur. in 6. Canonistæ in cap. finem litibus, de dol. & contumac. Quod aliqui intellexerunt, ne dum in appellante, sed etiam in appellato, quia hoc casu, licet appellatus haberet sententiam pro se, tamen nō habuit iustam causam litigandi, ex quo fuit ab ea appellatum, & elidatur præsumptio Iustitiæ; & ideo debuit consulere peritiores, & renunciare sententiæ, si erat iniusta, Matthesil. sing. 81. Nota regulam, & ibi Gabr. Saray. in add. latè Granut. Theor. 11. nu. 7. vbi concordantes allegat, & testatur de communi; dummodo tamen fuerint petitæ, Granut. ibi num. 7. in fin. latè Aufred. ad Capel. Tholos. q. 223. num. 3. vers. si autem sententia, vbi tamen hoc limitat nisi probabilis causa excusaret, vt quia habebat pro se communem opinionem, vel dubium erat circa intellectum legis, vel Doctor. erat varij inter se, & tandem concludit quando causa dicatur probabilis sit arbitrio Iudicis relinquendum.

Secus si succumberet ex nouis probationibus, quia tunc non debet condemnari in expensis prioris instantiæ, Caputaq. decis. 340. seu prima, n. 3. p. 1. decis. 142. seu 29. p. 3. Rebuff. in tract. expens. damn. & inters. art. 1. glos. vn. nu. 39. to. 3. Scacc. de appell. q. 17. limit. 21. n. 54. Moscatell. de appell. gl. Reformando, nu. 42. latè Cauale. decis. 15. nu. 5. Aufred. in d. q. 223. num. 3. Misinger. cent. 2. obseruat. 89. vbi concordantes allegat.

¶ Sed Moscatell. vbi supra ad istam distinctionem ponit aliquas declarationes; & alias declarationes ponit Granut. Theorem. 11. per totum omninò videndus, alias ponit Aufred. ad Capell. Tholos. q. 224. num. 1. & sequent. & vnam ponit Misinger. centur. 2. obseruat. 89. in fine.

15 Si verò quis habuerit duas sententias conformes, erit excusandus ab expensis tertiæ instantiæ, Rebuff. da appell. art. 9. glos. vnica in fine, vers. maximè, vt refert Scacc. d. limit. 21. nu. 55. vbi tamen subdit, forsan hoc esse intelligendum, iuxta distinctionem supra factam, si succumbat ex nouis actis, secus si ex eisdem, vt tunc possit condemnari in expensis, non obstantibus duabus primis sententijs conformibus.

Sed quid si in parte obtinuit, & in parte succubuit an expensæ debeant compensari, vide Aufred. in dicta q. 223. num. 6. & seq.

Sententia nulla an possit confirmari per iudicem appellationis.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia nulla potest per iudicem appellationis confirmari, vel reformari, etiamsi esset nulla ex defectu iurisdictionis.
- 2 Item si esset nulla ex defectu citationis. Item si esset lata post recusationem iudicis. Item si fuisset lata extra tempus instantiæ.
- 3 Iudex secunda appellationis potest confirmare, & reformare sententiam nullam, quoad merita causæ iudicis prima appellationis, & si non fuerit à dicta sententia confirmatoria appellatum, transit in iudicatum.
- 4 Iudex appellationis potest confirmare, & reformare sententiam nullam etiamsi vitium nullitatis non sit remissibile à partibus.
- 5 Sententia per iudicem appellationis eodem contextu, & momento potest declarari nulla, & quoad merita causæ firmari, emendari, & reformari.
- 6 Sententia nulla circa se ipsam; quando non fuit lata, iudice sedente, vel extra locum iudicij, vel sine citatione, vel die feriato in honorem Dei, potest confirmari per iudicem appellationis, secus si esset nulla respectu processus, vel circa eius substantialia quia tunc omnino debet iudex d. sententiam nullam declarare, nec potest se ingerere, in meritis causæ.
- 7 Sententia confirmans sententiam nullam an ipsa sit etiam nulla. Et quid si fuisset expressus error in prima sententia, & confirmetur, an confirmans sententia sit etiam nulla.
- 8 Nullitas primæ sententiæ non tollitur per sententiam confirmantem quando iudex non dicit: bene iudicatum, sed solum dicit, quod male fuit appellatum, vel quod appellans sit reiiciendus.
- 9 Nullitatis exceptio coram quo possit, & debeat intentari, remissiuè.
- 10 Nullitas an deseratur appellatione deserta remissiuè.

C A P. XXVII.

1 IN hac quæstione est cōclusio, quod sententia nulla possit per iudicem appellationis confirmari, vel reformari, Alexand. conf. 67. n. 1. vol. 6. Roman. conf. 168. nu. 3. Crauet. conf. 270. num. 7. vers. venio nunc. Vant. de nullitat. rubr. final. num. 332. & seq. & Rubr. quot. & quib. mod. nu. 110. & seqq. Hier. Gabr. confil. 49. nu. 5. & conf. sequenti, nu. 8. vbi de receptiori opinione lib. 1. Granut. Theorem. 17. nu. 1. vbi concordantes allegat, & adducit plures decisiones Rotæ Romanæ, & testatur de receptissima opinione, Cardinalis Tuschus in litt. S. concl. 158. nu. 11. vbi de magis communi, Fab. Turret. conf. 42. num. 2. vbi magis procedere, dicit quando iudici appellationis esset commissa causa cum illa clausula: vna cum toto negotio principali.

Et de ista quæstione latissimè nouissimè scribit Scacc. de appell. q. 11. n. 114. vbi de communi, & concordantes cumulauit, Ruginell. de appell. §. 11. gl. 1. c. 1. nu. 35. & Misinger. cent. 3. obseruat. 72. vbi plus firmat,



mat, quod iudex appellationis possit pronuciare super meritis causae etiam si nullitas sola fuisset proposita, & a controuertentibus disputata per ea quae tradit Petr. de Ferrar. in sua practica in form. libell. appellatione, a sententia diffinita in glos.

Et Doctores admittunt hanc opinionem, etiam si esset nulla ex defectu iurisdictionis, Alex. conf. 111. in princ. lib. 5. vbi de communi, Rota Romana, teste Crescent. decis. 48. lib. 2. Vant. de nullit. ex defectu process. nu. 8. & sit, quibus modis sententia, nu. 26. Granut. Theorem. 17. nu. 3. vbi relatis contrarijs, dicit hanc opinionem veriorum, ex traditis per Ant. Gab. concl. n. 26. Lan. cell. instit. Canon. in glos. in verb. ritè, §. 1. de sent. & re iud. vbi de communi, & alios concordantes enumerauit, Fab. Turret. conf. 56. n. 3. vbi de communi, Tusch. d. concl. 158. n. 31. & seq. vbi de communi, licet referat alios contrarium tenentes; & alios contrariam opinionem sequentes refert etiam sub nu. 37. & praecipue Vant. de null. ex defectu iurisdictionis, qui dicit esse defectum insanabilem, & quod possit opponi etiam contra tres conformes, ex traditis per Alex. conf. 77. n. 8. vbi Apostil. dat plures concordantes, & consil. 79. in fin. lib. 7. & quod sententia nulla ex defectu iurisdictionis non possit confirmari a iudice sed solum a Principe, sequitur Capale. de brac. reg. par. 1. no. 274. late Marf. sing. 10. vbi alios concordantes allegat. Nec non sententia nulla ex defectu citationis etiam potest confirmari, Vant. de nullit. ex defectu process. n. 8. Granut. d. Theor. 17. n. 3. & lob n. 4. dicit quid in sententia nulla ex defectu mandati, & quod sententia nulla ex defectu citationis possit reformari per Iudicem appellationis, Crauet. conf. 140. nu. 8. si Copster de bono iure, est communis opinio, quam testatur Card. Tusch. d. concl. 158. nu. 43. & late Scacc. de appell. q. 11. n. 115. vbi relatis contrarijs, dicit hanc opinionem communem, vbi sub nu. 16. in tantum esse verum firmat, quod si fuerit confirmata, & a sententia confirmatoria non fuerit appellatum, dicta sententia transeat in iudicatum, communem firmat Rugin. de appell. glos. 118. n. 1. cap. 1. num. 39.

Ac etiam potest confirmari sententia lata post recusationem Iudicis, quamuis fuerit nulla, si praecesserint acta ante recusationem, ex quibus possit sententia iustificari, Alex. conf. 67. in fi. lib. 6. vbi de communi, & sequitur Card. Tusch. dicta conclusio 158. numero 5. qui etiam testatur de communi, & idem firmat sub numero 30.

Nec non, si fuerit lata sententia extra tempus instantiae, & si fuerit aequa, possit confirmari, Alex. conf. 73. nu. 11. vers. 3. respondeo; & conf. 181. n. 15. lib. 6. sequitur Put. decis. 60. lib. 3. Card. Tusch. d. concl. 158. nu. 7. & sub n. 26. post alios, quos allegat, firmat posse confirmari sententiam latam, extra instantiam, si fuerit aequa, etiam si is, qui appellauerit dixerit de nullitate, & instet declarari nullam, & etiam si pars, pro qua fuit lata sententia, fateatur nullam, sed petat confirmari ex traditis praecipue per Alex. in d. consil. 73. sub num. 11. vers. 3. respondeo, sed Misng. cent. 1. obseru. 8. dicit Camera Imperialem tenere, ut perempta instantia sententia possit confirmari per Iudicem appellationis parte non apponente absque pronunciet super desertione, secus si velit reuocare primam sententiam, quia non posset ex defectu Iurisdictionis, cum propter desertionem reuertatur ad Iudicem causae

principalis. l. si contra. l. quoniam. C. de appell. Guid. Pap. conf. 47. nu. 3. quast. & conf. 69. nu. 15. & vide late eund. Misng. cent. 2. obseru. 59. & seq.

3 Ac Iudex secundae appellationis potest confirmare, & reformare sententiam nullam, quoad merita causae Iudicis primae appellationis, Io. Gradib. in Adit. ad Dec. in Rubr. extra de app. in verb. reformatæ, allegat Boelyn. in c. cum Ioannes. de fid. Instr. Roland. conf. 41. nu. 42. lib. 1. Tusch. d. concl. 158. nu. 46. Et, si non fuerit appellatum a dicta sententia confirmatoria, non poterit amplius dici de nullitate, vt supra dixi.

4 Atque etiam iudex appellationis potest confirmare, & reformare sententiam nullam, etiam si vitium nullitatis non sit remissibile a partibus, Hyer. Gabr. consil. 49. n. 5. lib. 1. Granut. Theorem. 17. ampliat. 3. num. 8. Scacc. de appell. §. 11. nu. 17. vbi ponit alias ampliationes, & plures intelligentias, & limitationes.

Immo etiam si pars nullitatem non deducat, si iudex deprehendat in priori causa nulliter fuisse processum, Misng. cent. 1. obser. 20. vbi in fine testatur ita non semel in illa Camera Imperiali obseruatum fuisse.

5 Nec non possit iudex ad quem eodem contextu, vel momento sententiam nullam declarare, & quoad merita confirmare, emendare, & reformare, Alexand. conf. 79. n. 4. in fin. & conf. 122. nu. 2. lib. 3. vbi de magis communi, Vant. de nullit. ex defectu process. sub nu. 1. Granut. Theor. 17. nu. 6. & sub n. 7. post Rom. in cont. 231. nu. 3. vbi Mandos. in lit. C. testatur de magis communi, vt idem facere possit iudex nullitatis; & sub nu. 8. post Hyer. Gabr. conf. 49. nu. 5. dicit etiam procedere, quando vitium sententiae non esset remissibile a partibus.

6 Sed pro vera declaratione istius principalis quaestions dicas, quod si nullitas versetur circa ipsam sententiam; quia non fuerit recitata, vel lata, Iudice non sedente, vel extra locum Iudicij, vel sine citatione, vel fuerit lata die feriato in honorem Dei, & tunc possit per Iudicem appellationis confirmari: maxime quando causa debet summarie, veritate inspecta, decidi, late Cardin. Tusch. qui alios allegat in litt. S. concl. 158. nu. 47. Secus si versetur circa processum, vel eius substantialia; quia tunc Iudex tenetur omnino pronuciare super nullitate sententiae, & non potest se intromittere in meritis causae, nec potest ipsam sententiam confirmare, vel infirmare, seu reformare, Roland. conf. 41. nu. 39. & seq. lib. 1. vbi allegat Alex. conf. 79. lib. 2. attestantem de communi, Ruy. conf. 69. nu. 3. vers. facit etiam lib. 1. Vant. de nullit. ex defectu process. nu. 3. Rom. conf. 378. nu. 2. vers. quoad secundam, vbi dicit, quod, quando nullitas est in sententia, & in processu, vel in actus, si conclusio indubitata, vt non possit nec confirmari, nec reformari, & quod, non obstante confirmatione, dici possit de nullitate, & ibi Mandos. alios allegat, decis. Auenio. 68. nu. 4. & seq. vbi firmat quod Iudex appellationis debeat sententiam nullam rescindere saluo iure agendi melius, & nouiter deducendi, & ita tenuit alias Capella Tholos. q. 180. & ibi Aufred. declarat quoniam acta pereant data nullitate sententiae, late Card. Tusch. in litt. S. concl. 158. n. 38. vbi etiam alios allegat, & n. 47. & seqq. & latius Granut. Theorem. 17. nu. 9. vbi allegat plures testantes de communi, & firmat sic practicari, & multas decisiones Rotae Romanae in proposito adducit, & sub n. 12. etiam alios allegat.



Et idem erit, si fuerit nulla ex defectu iurisdictionis; quia fuerit lata à priuato, & penitus carente iurisdictione, vt non possit confirmari, Bal. conf. 333. nu. 2. vers. prætere iudex, lib. 2. Card. Tusch. d. concl. 158. numero 76.

Quæ opinio maximè procedit, parte opponente, & instante pronunciari super nullitate, vt omnino teneatur Iudex pronunciare sententiã nullam, nec potest se ingerere in meritis causæ, Rot. decis. 2. & decis. 8. in fin. de restitut. spoliat. in antiq. Bar. in l. Cumque, nu. 4. de re iudic. Lanfranc. in c. quoniam contra, sub n. 191. vers. sed numquid. de probat. Put. decis. 72. li. 2. Cæs. de Grafs. decis. nu. 3. de sent. & re iudic. Chifan. decis. 101. Fab. Turret. conf. 42. nu. 43.

Idemque erit, quando commissio mādaret, vt prius super nullitate pronunciaretur, quã super facto principali, Put. decis. 60. lib. 3. Granut. Thor. 17. nu. 18.

Et etiam procedit, quando principaliter fuit dictum de nullitate, vt minimè Iudex possit sententiã confirmare, vel reformare, sed teneatur dictam sententiã nullam omnino declarare, vt post Granut. & Vant. firmat Fab. Turret. in d. conf. 42. nu. 4. & seq. vbi dicit, esse hanc notabilem cautelam, ad faciendum annullare sententias, vt illas, non possit Iudex confirmare, latissimè, qui alios cumulauit Scacc. de appellat. q. 11. nu. 127. & ibi ponit alias declarationes, ad quem Aduocatus recursum habeat; & præcipue vera est ista opinio, vt parte opponente Iudex etiam consilio de bono iure non possit sententiã nullam confirmare, quando nullitas per partem fuerit proposita, antequã fuerit petita confirmatio d. sententiæ nullæ, Crauet. conf. 270. in fin. Vestr. in pract. lib. 3. c. 1. n. 15. Cæs. de Grass. decis. 9. nu. 12. tit. de caus. possels. & propriet. Gabriel. cont. 28. n. 1. lib. 2. Add. ad Farinac. conf. 85. in littera. M. in fin. vbi testatur etiam, ita fuisse coram Platto, in vna Verecell. die Lunæ. 5. Maij 1586. per Rotam Romanam resolutum, & quod ita etiam Iudicauit Rota Florentina, & quod sententiã ipso iure nulla nõ possit reformari per iudicem appellationis, sed tantum debeat pronunciare super nullitate tradunt Doctor. cumulatim, per Mysing. cent. 1. obseru. 27. licet ibi subdat, quod in Camera Imperiali aliter obseruetur.

Et si Aduocatus velit alia scire circa istam quæstionem, videat Card. Tusch. in d. conclus. 158. per totam, vbi ponit declarationes, intelligentias, & limitationes, & Scacc. in d. q. 11. n. 114. cum plur. seqq. Vestr. in pract. lib. 2. c. 1. n. 15. Vant. de nullit. tit. Qualiter sent. & process. nu. 20. & n. 29. Bocc. in Constit. March. glos. 4. nu. 71. Borgn. decis. 23. nu. 8. & seq. p. 1. Lancell. de Attent. c. 20. in 17. Ampliat. n. 3.

7 Sed, si sententiã nulla fuerit confirmata, an ipsa sententiã confirmans dicatur etiam nulla; & videtur esse regulam, vt sententiã nulla possit confirmari, parte non opponente, vt alias fuit resolutum per Rotam Romanam in vna Perusina nullitatis. 26. Iulij 1593. coram R. P. D. Penia, & in vna Taruina præsentæ Symoniæ. Die 13. Maij 1596. coram R. P. D. Corduba; à qua receditur, quando eadem nullitas influit in secundam sententiã, vt bene declaratur in d. decis. coram Corduba, vers. 3. quo verò ad secundam sententiã, & obid, si prima sententiã fuerit lata contra rem iudicatam, de qua fuerat oppositum, & probatum, sententiã confirmatoria pariter erit nulla, Alex.

conf. 53. nu. 16. lib. 5. vbi de communi, & refert Card. Tusch. in lit. S. d. concl. 158. nu. 84.

Ac si fuerit expressus error in prima sententiã, & confirmetur, dicta sententiã confirmans pariter erit nulla, Alex. conf. 111. nu. 3. lib. 5. Bal. conf. 196. nu. 3. lib. 3. Card. Tusch. d. concl. 158. nu. 82. Sed bene poterit confirmari ex causa, deinde vera, Bal. conf. 302. & latius conf. 304. lib. 3. Card. Tusch. d. concl. 158. nu. 83. Scacc. de appell. q. 11. nu. 22. & seq. vbi concordantes allegat, & ibi ponit aliquas declarationes.

8 Et sciat Aduocatus, quod nullitas primæ sententiæ non tollatur per sententiã confirmantem, quando confirmatio non est respectu iustitiæ; vt quia Iudex nihil tangit, quod bene sit iudicatum, sed solum dicit, quod male fuit appellatum, vel quod appellatio sit reiicienda; sed oportet, quod dicat: male appellatum, & bene iudicatum, & sic tangat etiam iustitiã causæ, Alex. conf. 111. nu. 5. vers. bene fateor, lib. 5. Ang. conf. 250. nu. 4. vers. descendo igitur, Abb. conf. 3. col. 12. in princ. vers. quinimmo, lib. 2. Tusch. d. conclus. 158. nu. 85. & ibi ponit alias declarationes.

9 Sed caveat Aduocatus, vt appellet à sententiã confirmante sententiã nullam, alias transiret in iudicatum, Vant. de nullit. rubr. fin. nu. 132. Achill. de Graf. decis. 4. alias 216. de sent. & re iudic. Prax. Archiep. Neapol. c. 70. nu. 16. & de communi Granut. Theor. 17. nu. 2. Rugin. in Tract. de appell. §. 11. glos. 1. c. 1. nu. 35. in fin. Scacc. de appellat. q. 11. nu. 115. & post alios, quos allegat, dicit procedere, etiam si prima sententiã esset nulla, ex defectu iurisdictionis, vt sententiã confirmans valeat, nisi fuerit ab ea appellatum, & ibi testatur de communi.

9 Nullitatis exceptio coram quo possit, & debeat intentari, abundè docet post Sebast. Vant. & alios nouissimè Scacc. de appell. q. 19. remed. 1. concl. 6. nu. 1. cum pluribus seq. & latè etiam Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 99. per totam cent. 1. & si Iudex nulliter processerit possit reiterato procedere, Scac. de appell. q. 19. remed. 1. concl. 6. nu. 1. & seq.

10 Postremò in hac quæstione solet disputari, an si appellatio, & nullitas in simul deducatur in iudicio deserta appellatione censeatur etiam deserta nullitas, adeo quod nullitas non possit amplius in iudiciũ deduci, remitto lectorem ad Misinger. cent. 2. decis. 72. per totã, vbi exorditur, quod hæc quæstio fuit à multis annis controuersa, vbi tandem cum quadã distinctione totam difficultatem resoluit.

Iudex (appellatione interposita à sua sententiã) quid facere possit.

### S V M M A R I V M.

- 1 Iudex post latam sententiã, pendente appellatione, vel termino ad appellandum, nihil amplius innouare potest in causa, nisi circa ea, quæ tendunt ad faciliorem exitum appellationis, & hic ponuntur multa exempla.
- 2 Et hoc procedit, tam in iudice ordinario, quàm delegato, & etiam si Iudex ordinarius desulisset appellationi.
- 3 Quod intellige verum, quando appellans esset contentus, vt Iudex expediat tendentiã ad faciliorem exitum appellationis; secus si contradiceret.
- 4 Appellans si innouet appellatione pendente censeatur deserere appellationem.



C A P. XXVIII.

**R**egula est, quod iudex, post latam sententiam, & interpositam appellationem, vel pendente tempore ad appellandum, nihil amplius innouare possit, ad latissimè tradita per Lancell. de attent. cap. 12. in præfat. vbi ponit quamplures ampliaciones, & multas alias limitationes bene digestas; Et iter alias est, quod in his, quæ tendunt ad faciliorem exitum appellationis, possit iudex, à quo, se intromittere; nec eius iurisdictionio per appellationem dicatur suspensa, Text. in c. cum teneamur, vbi Franch. in 2. notab. de app. & ob id possit inhibere, ne quis in sua possessione turbetur, Bero. conf. 45. nu. 2. lib. 3. & possit inhibere partibus, pendente causa matrimonij per appellationem, ne alteri nubant, text. in cap. tua, vbi Abb. nu. 2. extra de sponsal.

Ac etiam possit iudex, à quo, pendente termino appellationis, præfigere terminum appellanti ad proseguendam appellationem, cap. tertias, vbi Franch. nu. 9. de appell.

Ac etiam præfigere terminum appellato ad comparandum coram iudice, ad quem, etiam ad instantiã appellantis, latè Lancell. de attent. c. 12. limit. 4. nu. 2. cum plurib. seqq. vbi ponit alios casus; & sub num. 16. dicit, quod carceratus appellans, pendente appellat. debeat per iudicem, à quo, detineri in carceribus; cum talis detentio tendat in expeditionem causæ, & faciliorem exitum appell. quia alias auferere potuisset, & impedire expeditionem causæ appell. ac illam reddere elusoriam, & iudex ad quem aliquid facere possit pendente appell. videat Aduoc. Vinc. decis. 602. p. 4.

**2** Quæ conclusio procedit, non solum in iudice ordinario, sed etiam in delegato, vt ipse possit præfigere terminum appellanti ad iter arripendum, & proseguendam appellationem, Franch. in cap. ad aures, de appell. nisi detulisset appellationi, Vestr. in Pract. lib. 8. cap. penult. vt lit. pend. vers. nec eo minus; Licet de hoc dubitet Franch. in d. c. ad aures, in fin. Lancell. d. c. 12. limit. 27. nu. 10. 21. & seqq. & nu. 26.

Ac etiam procedit, si Iudex ordinarius detulisset appellationi, vt possit iudex, à quo, prohibere, ne quid partes innouent in præiudicium appellationis, ac etiam absoluere ab excommunicatione, post alios Lancell. d. c. 12. limit. 27. nu. 23. & seqq.

Et etiam si Iudex, ad quem, canonicè inhibuisset Iudici à quo, Franch. in cap. cum teneamur. col. fin. vers. secundus intellectus, de appell. quem sequitur Vestr. vbi supra, & subdit circa hoc vidisse errare, & contra hos errantes se obtinuisse testatur, & sequitur Lancell. d. limit. 27. nu. 19. & seq.

Sed sciat iudex, vt præfata omnia procedant, quando ipse appellans esset contentus, quod iudex, à quo, expediret tendentia in faciliorem exitum appellationis; secus si contradiceret vt post Abb. firmat Franch. in cap. Constitutus, col. fin. circa med. de appell. Quæ declarationem vt notabilem sequitur Lancell. d. limit. 27. num. 27.

Ac etiam nisi in ipsa executione facilioris exitus cognosceret de causa appellationis; quia nec posset iudex, ad quem, se ingerere in ipsa appellatione, vt, post Franch. declarat idem Lancell. d. limit. 27. nu. 28. & seq. vbi ponit exemplum.

Et etiam sciat Aduocatus quod ea omnia, quæ pos-

sunt fieri per Superiorem ante sententiam possunt etiam fieri pendente appellatione à sententia, vt latè ostendit per 12. fundamenta, Ant. Gomez. tit. de delict. de homic. nu. 69. & ob id dicunt Doct. quod Baro potest facere gratiam in causa appellationis, quando ipse potest cognoscere etiam de causis in secunda instantia, vt latè proseguitur, Vinc. de Fräch. decis. 370. num. 12. & seqq. p. 2.

**4** Et caveat Aduocatus, vt appellatione pendente, ne quid ex parte sui principalis innouet in præiudicium aduersarij, quia ex hoc ipso censetur appellationem deserere; est singul. doctrina Bald. in c. ex parte, col. 2. vers. Item scias, de testib. Mathel. sing. 27. & post alios quos allegat Mising. cent. 2. obseru. 50.

Sententia in causa appellationis quomodo sit ferenda.

S U M M A R I V M.

- 1 Sententia appellationis in substantia ferri debet per hæc verba: sententiamus fuisse iuste, vel iniuste pronunciatum.
- 2 Vel pronuciare bene, seu male appellatum, & iudex appellationis sufficit, vt mentionem faciat de sententia lata in prima instantia neque requiritur alia formalitas verborum, sed sufficiunt quæcunque verba æquipollentia.
- 3 Sententia super pluribus grauaminibus debet ferri cum illis verbis: in omnibus, & per omnia bene, seu male appellatum, vel pronuciari sigillatim super omnibus appellationibus, seu grauaminibus.
- 4 Iudex appellationis reformando, vel reuocando sententiam primi Iudicis, debet consulere honori, & fame eiusdem primi Iudicis, dicendo: ex nouiter probatis, vel deductis; declara tamen, vt hic per, Authorem & ob id sit citandus.
- 5 Iudex in vltima sententia debet imponere perpetuum silentium.

C A P. XXIX.

**I**udex sciat, quod forma sententiandi in causa appellationis in substantia solet esse illa, quæ consistit in his verbis: sententiamus fuisse iniuste pronunciatum, Gloss. in l. eos in verb. vel iniustam, Bald. nu. 5. Castren. nu. 4. C. de appellat. Abb. in c. sicut, nu. 12. de sentent. & re iudic. Felin. in c. cum Ioannes, nu. 13. de fid. instrum. Rebuff. de appell. art. 12. gloss. vni. num. 1. to. 3. Scacc. de appell. q. 11. nu. 112. in princ.

**2** Vel potest etiam pronuciare benè, seu malè appellatum, & horum alterum sufficit; quia verbum, absoluo, et condemno, resultat in consequentiam, Card. Alexan. in rubr. de appell. num. 83. & seq. ita fuit conclusum per Capell. Tholos. q. 224. & ibi latè Aufred. Et pro satisfactione partis debet addere iuste, vel iniuste, iuxta contingentiam facti, & casus, Rebuff. de appell. art. finali, gl. vni. nu. 32. Scac. de appell. d. q. 11. nu. 112. Aufred. d. q. 224.

Et satis est, quod faciat mentionem iudex appellationis de sententia lata in prima instantia, vt appareat esse iudicem appellationis illius sententiæ, reformando, infirmando, vel confirmando ipsam sententiam, neque requiritur alia formalitas verborum, sed sufficiant quæcunque verba æquipollentia, vt bene testatur Scacc. d. q. 11. sub nu. 112. vers. quare satis est latè



latè Aufred. in d. q. 234. in princ. & in fi. dicit idem esse quando iudex appellationis non dicit benè vel malè appellatum, neque iudicatum, sed simpliciter condemnauit reum, qui prius fuerat absolutus, vel simpliciter absoluit reum, qui prius fuerat condemnatus, vt talis sententia valeat, & ibi reddit bonam rationè.

3 Sed caueat iudex, quod si pars pluries appellauerit, vel plura sint grauamina, non potest pronunciare per illa verba; benè, vel malè appellatum, sed debet pronunciare, & dicere in omnibus, & per omnia benè, seu malè appellatum; vel pronunciare sigillatim super omnibus appellationibus, vel grauaminibus, Rebuff. de appell. art. 22. gl. 2. nu. 11. & seq. to. 3. sequitur Scacc. de appell. q. 11. sub n. 112. vers. nunquid.

4 Nec non debet iudex appellationis consulere honori, ac famæ primi iudicis, & ob id, quando reuocat sententiam, vel illam reformat ex nouiter probatis, vel deductis, debet dicere in sententia; ex nouiter productis.

Secus quando dictam sententiam iudicis, à quo confirmat: quia non requiritur, vt talia verba apponantur; cum ex ipsa confirmatione sit consultum honori eiusdem iudicis.

Si vero confirmat sententiam primi iudicis ex eiusdem actis; nec debet apponere in sententia dicta verba, quia tunc non potest haberi ratio de honore iudicis, Felin. in c. cum Ioannes, nu. 16. in fin. de fid. instrum. latè Scacc. in d. q. 11. nu. 112. & seq.

Et certe ego semper vidi obseruari, prout ego obseruari, vt quantum possibile sit honori, ac famæ primi iudicis consulatur, vt latè tradit Mising. centur. 3. obseru. 72. Et ob id etiam tradunt Doct. quod primus iudex sit citandus in causa appellationis ad defendendam sententiam suam. cap. sacro. vbi gloss. in verb. consliterit, de sent. excommu. cum hac distinctione, vt si tractetur de simplici reuocatione primæ sententiæ non sit citandus; secus si de pœna ei infligenda, quam distinctionem communem dicit Mysing. cēt. 3. obseru. 82. vbi tamen subdit hoc esse verum, si ex officio sine parte processit, alias non, per Boer. decif. 195. p. 1. qui iura ad hoc allegat.

5 Ac etiam in vltima sententia, iudex debet imponere perpetuum silentium etiam si adesset alia sententia cōtraria, vt puta duæ, vel tres conformes, ex doct. Zabarel. in Clem. 1. 18. q. & Barb. ibi col. 3. vers. 14. de sent. & re iud. & aliorum relatorum, per Vincent. de Franc. decif. 135. per totam p. 1. vbi ad contraria respondet, & testatur, ita per consilium Neap. decifum fuisse.

#### Iudex appellationis, quæ Statuta sequi debeat.

##### S Y M M A R I V M.

- 1 Iudex appellationis debet attendere Statuta iudicis, à quo, respectu processus, & omnium, quæ sunt de processu primi iudicis.
- 2 Sed respectu processus faciendi coram ipso Iudice appellationis, & respectu omnium, quæ erant de illius processu, debet sequi sua propria statuta, & non statutum iudicis, à quo; & circa ordinaria debet attendere sua propria statuta, siue sit ordinarius, siue delegatus: secus quoad deciforia.
- 3 Clericus agens coram iudice seculari contra laicum, circa

ordinaria tenetur sequi statuta secularia loci, & iudicis, coram quo agit.

- 4 Statutum ordinarium, quando dicatur.
- 5 Iudex prima instantia circa decisionem causæ tenetur seruare statutum loci contractus, vel commissi delicti.
- 6 Iudex appellationis, quoad deciforia, tenetur seruare leges, & statuta, quæ seruare debebat primus iudex.
- 7 Statutum deciforium, quando dicatur.
- 8 Sententia quando, & quibus de causis, retractari debeat.
- 9 Appellare non licet tertio, sed tantum bis.

#### C A P. XXX.

1 **I**N hac Quæstione Iudex sciat, quod, respectu processus facti coram Iudice, à quo, & respectu omnium, quæ sunt de processu primi iudicis, iudex appellationis debet attendere statuta eiusdem iudicis, à quo, Bald. in Margarit. ad Innoc. in verb. iudex appellationis, sequitur Alex. conf. 164. nu. 1. 2. 8. lib. 6. Guid. Pap. in Tract. de appell. q. 52. nu. 40. tom. 5. Rebuff. in Tract. de appell. art. fin. Gloss. vni. nu. 44. tom. 3. Nat. conf. 553. nu. 10. Contard. in l. vni. q. Egid. q. 6. nu. 8. C. si de momen. poss. Scacc. de appell. q. 18. nu. 1. qui omnes conueniunt in hoc, quod iudex appellationis debeat sequi statuta iudicis, à quo, & Scacc. vbi supra infert ad plura.

2 Respectu autem processus faciendi coram ipso iudice appellationis, & respectu omnium, quæ erant de illius processu, iudex appellationis debeat sequi sua propria statuta, & non statuta iudicis, à quo, Alex. conf. 164. circa fin. lib. 6. latè Scacc. de appell. d. q. 18. nu. 13. & seq. vbi ex multis corroborat istam opinionem, & contrarijs respondet. Idè firmat Card. Tusch. in litt. S. concl. 452. nu. 16. & 17. vbi ponit regulam, vt statuta ordinaria sint seruanda per quemcumque iudicem, coram quo litigatur; etiam si mors, vel Statutum sit diuersum à more, & statuto litigantium, & ibi testatur de communi.

Et sub nu. 19. etiam firmat, communem esse opinionem, vt iudex primæ, vel secundæ instantiæ, siue sit ordinarius, siue delegatus, seruare teneatur statuta loci ordinaria, in quo litigatur, & non statuta litigantium, vel delegantis, ex traditis per Alex. in conf. 164. nu. 4. & seq. lib. 6. vbi contrarijs respondet. Marcabr. ab Anguil. conf. 87. in Annot. nu. 76.

3 Immo etiam si Clericus ageret coram iudice seculari contra laicum, circa ordinaria tenetur sequi statuta secularia loci, & iudicis, coram quo agit, Alex. d. conf. 164. nu. 3. vers. adeò quod lib. 6. Card. Tusch. d. concl. 457. num. 20.

4 Statutum autem ordinarium dicitur: quando respicit ordinem procedendi, & non tangit instantiam, nec decisionem, Corn. conf. 137. nu. 18. lib. 4.

Item quando respicit litem ordinationem, & latè vide Card. Tusch. in litt. S. concl. 456. per tot.

5 Circa vero decisionem causæ, iudex primæ instantiæ tenetur statutum loci contractus, vel loci commissi delicti, seruare, Alex. conf. 164. nu. 6. lib. 6. Card. Tusch. in litt. S. concl. 157. num. 22. & de communi testatur Scacc. de appell. q. 18. nu. 11. in fin.

6 Iudex autem appellationis debet seruare leges, & statuta deciforia, quas, & quæ primus iudex seruare debuit. Auth. vt cum, in princ. de appellat. cognosc. Alex. conf. 164. sub n. 7. lib. 6. Card. Tusch. d. concl. 457. num. 18.



- num. 18. vbi de communi, & num. 22. & quod Delegatus Iudex debeat seruire in decisorijs statuta ligantium. Rol. consil. 49. volum. 3. vbi disputat articulum ad partes, & testatur pro hac parte, de receptori sententia, quam etiam sequitur Marcab. ab Anguill. consil. 87. numero 12. & in Annotat. numero 76. & sequentibus.
- 7 Statutum autem decisorium dicitur, quando respicit decisionem causarum, late Card. Tusch. concl. 458. per totam, vbi infert ad plura.
- Et in quibus statutum ordinarium, & statutum decisorium differant, ponit Card. Tusch. in litt. S. concl. 479. per totam.
- 8 Pro complemento autem istius Defensionis circa appellationem, erit videndum, quando sententia esset, vel non esset retractanda. Sed quia sunt plura negocia, quam vocabula; ideo, pro aliqua instructione Iudicis, & Aduocati, me refero ad Cardin. Tusch. in litt. S. conclus. 160. per tot.
- 9 Et etiam est firmandum, quod non liceat tertio prouocare, l. vnica, C. ne liceat in vna, & eadem caus. Rebuff. de appell. art. 7. gloss. 2. nu. 29. tom. 3. & noui simè Scacc. de appell. q. 17. limit. 1. nu. 1. & seq. & per tot. vbi ponit tres ampliaciones, & limitationes, & Bred. de appell. part. 1. tit. 19. col. 213. in litt. C. in fin. ponit tres versus, ex quibus colligitur in quibus casibus non liceat appellare.

*Appellare vetant scelus, excellentia, pacta.  
Contemptus, minima res, interdictio facta,  
Arbitrium, res que perit, et sic longius actas.*

DEFENSIO XXXVII.  
Circa conformitatem sententiarum.

Sententiæ, quando dicantur conformes.

SUMMARIUM.

- 1 Sententiæ plures, quando dicantur conformes.
- 2 Sententiæ conformes dicuntur, etiamsi non sint continuatæ, et vna, vel plures in medio sint contrariæ primis.
- 3 Sententiæ tres conformes, an dicantur, si tertia sententia declarauerit duas primas nullas, quarta deinde reuocauit dictam tertiam sententiam, et confirmauit alias duas primas.
- 4 Sententiæ conformes dicuntur, quando Iudex appellationis pronuntiat bene iudicatum, et male appellatum.
- 5 Sententiæ an dicantur conformes, si due primæ sint latæ super negocio principali, et tertia super desertione appellationis.
- 6 Sententiæ, an dicantur conformes, si due fuerint latæ absolutoria super negocio principali, et tertia ab obseruatione Iudicij.
- 7 Sententiæ contumacialis facit numerum inter alias sententias.
- 8 Sententiæ, per quam declaratur alias sententias exequendas, dicitur conformis cum primis.
- 9 Sententiæ dicitur conformis cum alijs, et si pronuntietur per illa verba: stantibus actis, prout stant.
- 10 Sententiæ dicuntur conformes, respectu certæ rei, articuli, vel quantitatis.

Fomus Secundus.

- 11 Sententiæ dicuntur conformes, licet in aliquo non conueniant; quia in illo dicuntur non conformes, et admittitur appellatio.
- 12 Sententiæ dicuntur conformes, quando omnes conueniunt in summa; licet non conueniant in tota summa, vt quia vna fuit lata in centum, secunda in quinquaginta, tertia in viginti quinque, vt dicantur conformes in viginti quinque.
- 13 Sententiæ dicuntur conformes, quando conueniunt in negocio principali, licet non conueniant in condemnatione expensarum.
- 14 Sententiæ dicuntur conformes, quando in vna fuit facta condemnatio expensarum, & interesse, in alia verò expensa, & interesse liquidantur.

C A P. I.

**Q**UANDO dicantur tres conformes sententiæ, multa scribuntur per Doctores, quos cumulauit Thesaur. decis. 122. nu. 5. Sed videntur conuenire, quod conformitas in sententijs, tunc dicatur, quando ipsæ sententiæ conueniunt in qualitate, & substantia, Rugin. in Tract. de appellat. §. 12. gloss. 1. sub nu. 10. vers. omnesq. Thes. Fossan. d. decis. 122. sub nu. 2. dicit, quod conformitas, in substantia, & in effectu sit attendenda, Macabr. ab Anguill. consil. 87. n. 49. & seq. & Rot. dec. diuers. 100. sub nu. 3. in fi. & nu. 4. par. 1. firmat, quod res iudicata dicatur, quando concurrunt identitas rei, causæ, & personæ, vel verè, vel interpretatiuè, sequitur Rugin. in d. gloss. sub nu. 9. & conformitas magis consideratur ex effectu, quam ex verbis, Dec. cons. 385. sub n. 2. & alij, quos sequitur Rugin. in d. gloss. 1. sub nu. 8. & ideo non attenditur, qua via, seu modo sint latæ sententiæ, dummodo conueniant in substantia, & in eo, quod principaliter agitur, Fossan. d. dec. 122. nu. 7. & seq. vbi alios allegat, & testatur de communi Scac. de appell. q. 17. limit. 1. num. 21. & Io. Bott. cons. 103. num. 13. & seq. dicit, tunc dicit conformes, quando in eis non est aliqua discordia, sed conformitas in omnibus, & per omnia, & quod nihil plus, aut diuersum contineatur in vna, quam in alia.

2 Et ideo, si sint latæ duæ sententiæ conformes super negocio principali, & postea feratur alia sententia contraria, & tamen quarto loco feratur alia sententia conformis primis duabus, dicit conformitas in ipsis tribus sententijs, quamuis non sint sententiæ continuatæ, Dec. cons. 385. Ruin. cons. 14. nu. 3. lib. 5. Surd. consil. 102. num. 6. vbi late, Tusch. in litt. S. concl. 172. nu. 15. Couar. pract. q. 25. sub nu. 3. Gabr. concl. 1. num. 12. tit. de execut. rei iud. Thes. Foss. dec. 122. nu. 16. Scacc. de appellat. q. 17. lim. 1. nu. 20. Qui loquuntur etiam, quando vigore statuti, duæ sententiæ faciunt rem iudicatam, vt ea inducatur per duas sententias conformes, quamuis non fuerint continuatæ.

Si verò fuerint latæ duæ sententiæ conformes super negocio principali, & postea feratur tertia, quæ declaret illas duas fuisse nullas; & postea feratur quarta, quæ reuocet tertiam, & confirmet duas primas. Aliqui volunt, quod dictæ tres sententiæ faciant rem iudicatam tanquam conformes, vt sit locus Clem. 1. vt calumnijs, de sent. & re iudic. Couar. pract. quæst. cap. 25. sub n. 5. Gabr. lib. 2. de execut. rei iudic. concl. 1. nu. 14. Paril. cons. 109. nu. 1. & seq. libr.

V

4. Thesaur.



4. Theſaur. decif. 122. num. 16. vbi relatis contrarijs, firmat hanc opinionem eſſe communem; & quod ita Senatus in contingentiâ facti reſoluit.

Sed contra illam opinionem inſurgunt idem Theſaur. Foſſan. decif. 228. nu. 2. in fin. & num. 3. Ruginel. de appellat. §. 12. gloſſ. 1. num. 22. Granut. Theor. 17. ſub num. 20. Surd. conf. 102. in fin. Card. Tuſch. in litt. S. concl. 172. num. 29. At Scacc. de appellatiōe quæſtione 17. limit. 1. ſub num. 24. conciliando iſtas opiniones contrarias, diſtinguit tres caſus; & primus eſt, quando in tertia inſtantia fuit proceſſum per viam appellatiōis, & iſto caſu dicantur conformes, quauis in eis ſit pronunſiatum ſuper nullitate, vel validitate.

Secundus caſus eſt, quando fuit proceſſum per viam appellatiōis, ſed tatum fuit pronunſiatum ſuper nullitate, & tunc non dicantur conformes.

Tertius caſus eſt, quando per nouas probationes notoriè conſtat de iniuſtitia primæ ſententiæ; & tunc, cum ſententia notoriè iniuſta non poſſit confirmari, non dicantur conformes.

Idemque erit, quando ſententia eſſet declarata nulla, vel eſſet notoriè nulla, Rot. Foſſan. Granut. & Rugin. in locis relatis per Scac. in d. limit. 1. quæſt. 17. numero 24. verſ. contra hanc; & numero 30. in tract. de appellat.

4. Ac etiam dicuntur conformes, quando Iudex appellatiōis pronunſiat bene iudicatum, & male appellatum; licet nihil de meritis cauſæ tangat, leos, C. de appellat. gloſ. 2. in Clement. fin. de appellat. Card. Tuſch. in litt. S. conſuſione 172. numero 1. vbi de comuni.

5. Si verò duæ ſententiæ primæ ſint latae ſuper negotio principali, & tertia ſit lata ſuper deſertione appellatiōis interpoſitæ a ſecunda, adhuc tres ſententiæ conformes dicuntur, vt ex pluribus, reiecta nonnullorum opinione, referunt, & ſequuntur Foſſan. decif. 122. num. 9. Rugin. de appellat. §. 2. gloſ. 1. nu. 13. verſ. tres conformes.

Quæ opinio procedit etiam, quando prima eſt lata ſuper negotio principali, & ſecunda ſuper deſertione appellatiōis; uttento ſtatuto, quod duæ conformes faciant rem iudicatam, vt videtur tranſire contra deſiſionem Auenion. Foſſan. d. decif. 122. nu. 12. in fi. & Scacc. de app. ll. quæſt. 17. limit. 1. num. 23.

6. Ac etiam; ſi duæ fuerint latae abſolutoriae ſuper negotio principali, & tertia fuit lata abſolutoria ab obſeruatione Iudicij, etiam dicantur conformes. Foſſan. dicta decif. 122. nu. 9. Rugin. de appell. §. 12. gloſ. 1. ſub nu. 14. Scacc. d. limit. 1. num. 25. Cauale. de Brach. reg. parte 1. num. 26. in litt. S.

7. Immo dicuntur conformes, etiam ſi vna eſſet lata in contumaciâ, Foſſ. decif. 122. ſub num. 15. vbi refert, ita fuiſſe per Senatum Pariſienſem reſolutum, Rugin. d. gloſ. 1. ſub num. 6. Scacc. dicta limit. prima, ſub numero 27.

Nec non dicuntur tres conformes, quando ſecundus Iudex pronunſiauit malè iudicatum a primo, ſed ex nouiter deductis confirmauit eius ſententiam, & tertius Iudex confirmauit hanc ſecundam ſententiâ, Foſſan. decif. 122. num. 14. & latius decif. 228. num. 1. & ſequentibus. Scacc. d. limit. 1. num. 28.

8. Idemque erit, quando vltimus Iudex pronunſiauit ſententiam eſſe exequendam, vt dicatur conformis primæ ſententiæ, vt tenet, reiecta opinione Cornelli.

Scac. dicta limit. 1. num. 30. verſ. exemplifica; quia reuera Corn. rationes ſunt friuolæ, cum inferant, quod lex non rebus, ſed verbis eſſet impoſita. Licet poſt Crau. conſil. 183. in principio, Card. Tuſch. in litt. S. conſuſ. 172. num. 28. Etiam dicat, quod ſententia, quæ cantat in executionem faciendam, non iudicat conformitatem.

9. Ac etiam dicuntur conformes, ſi vna earum dicat: ſtantibus actis, prout ſtant, ſeu alio non apparente, Theſ. Foſſan. decif. 122. ſub num. 13. Ruginel. de appellatiōe, §. 12. gloſſ. 1. ſub num. 15. Scacc. d. limit. 1. quæſt. 17. num. 26.

10. Nec non dicuntur conformes, quando ſunt conformes reſpectu certæ rei, ſeu articuli, vel quantitatis; & ob id habebit locū ſtatutum, ſeu lex loquens de conformibus, Alex. conſil. 77. num. 1. lib. 2. Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 1. num. 31.

Et poteſt poni exemplum, quando tertia ſententia adderet nouum grauamen; quia quoad illud daretur appellatiō, quo vero ad reliqua conformia fiet executio Ruyn. conſil. 114. num. 10. & ſeq. lib. 5. Surd. conſil. 102. per totum, & maximè, nu. 16. Card. Tuſch. in litt. S. conſuſ. 172. num. 21. & prius dixit ſub nu. 10. & ſeq. vbi etiam concordâtes allegat, Surd. conſil. 102.

11. Idem dicitur, quando in prima ſententia Reus, cõdemnatur in plus, quam in ſecunda, & in ſecunda in plus, quam in tertia; quia omnes dicuntur conformes in ſumma minori. Afflic. decif. 362. per totam, vbi refert, ita per Conſilium Neapolitanum fuiſſe conſuſum, ſequitur Couarr. par. 1. quæſt. cap. 25. num. 6. Cauale. de Brach. reg. par. 1. nu. 163. in litt. D. Theſaur. d. dec. 122. nu. 10. latè Scac. de Iudic. lib. 2. cap. 2. n. 567. verſ. confirmatur; & in tract. de appell. q. 12. limit. 1. nu. 32. qui alios allegat, latè ſumè Card. Tuſch. in litt. S. conſuſ. 72. num. 3. & ſequentibus, & ibi declarat, quando iſta opinio procedat.

12. Nec non dicuntur conformes, quando conueniunt in negotio principali; licet vna earum contineret cõdemnationem expenſarum; quia ſolum admittitur appellatiō quoad nouum grauamen, reſpectu expenſarum, Dec. in cap. tua nobis ſub num. 20. de appellatiōe, Couar. præſt. quæſt. cap. 2. num. 6. Contard. in l. vnica, limitatione 19. numero 16. & ſequentibus C. ſi de moment. poſſeſſ. Scac. de appellat. quæſtione 17. limitatione prima, latè Theſaur. dicta decif. 122. num. 6. & ſequent.

13. Ac etiam dicuntur conformes, quando conueniunt in cõdemnatione intereſſe, licet tertia ſententia liquidet illud; quia tantum dabitur appellatiō a liquidatione tertiæ ſententiæ, Scacc. dicta quæſt. 17. limitatione prima, numero 35. & latius, limitat. 10. ſub num. 34. & ſequent.

Ac etiam dicuntur conformes, quando prima fuit lata ex falſa cauſa, ſi Iudex appellatiōis ex noua cauſa illam reformet, latè Vinc. de Franc. decif. 664. num. 15. & ſeq. p. 4.



Plures sententiæ, quando non dicantur conformes.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententiæ non dicuntur conformes, respectu certæ rei, certi articuli, seu quantitatis, vel quando vna absoluit, et altera condemnat.
- 2 Sententiæ in dubio est pronunciandum, quod non sint conformes.
- 3 Sententiæ vna cõdemnans ad vnam rem, et alia ad aliam rem, non dicuntur conformes, ac etiam si tendat ad diuersum finem.
- 4 Sententiæ non dicuntur conformes, quando discordant in tempore, licet concordent condemnatione principali.
- 5 Sententiæ interlocutoria non facit numerum cum sententijs diffinitiujs.
- 6 Sententiæ, quæ reseruat iura, quæ in prima non erant reseruata, non dicitur conformis cum prima.
- 7 Sententiæ duæ non dicuntur conformes, quando vna condemnat in pœnam capitjs, et confiscationis honorum, alia condemnat in pœna corporalem, et in aliam pœnam pecuniariam.
- 8 Sententiæ non dicuntur conformes, quando vna declarat, et addit aliquid alteri sententiæ.

C A P. II.

- 1 **D**iformitas datur in sententijs, respectu certæ rei, certi articuli, seu certæ quantitatis, vel quando vna absoluit a toto eo, ad quod alia condemnat, Scac. de appell. q. 17. lim. 1. n. 3. 1. verf. & per oppositum, & n. 31.
- 2 Ac etiam quando sumus in dubio an sententiæ sint conformes, quia, vt minus noceant partibus, debent declarari nõ esse conformes, Dec. conf. 339. in princ. Card. Tusch. in lit. S. concl. 172. n. 35. Scacc. de appell. q. 17. lim. 1. n. 18. Ruginel. de appell. §. 12. gl. 1. sub nu. 26. Gabriel. tit. de execut. rei iudic. concl. 1. nu. 3. Io. Bott. conf. 13. nu. 5. circa finem, qui concordat allegat.
- 3 Ac etiam, si vna sententiæ condemnet ad vnam rem, & alia ad aliam rem, non dicantur conformes. Ruginel. d. §. 12. gl. 1. sub n. 24. Scaec. d. limit. 1. n. 38. Prout quando tendunt sententiæ ad diuersum finem, Ceph. conf. 209. per tot. Crau. conf. 183. in princ. Corn. conf. 14. nu. 38. lib. 4. Card. Tusch. d. concl. 172. nu. 34.
- 4 Prout nec erunt conformes, quando vtraque sententiæ condemnat ad eandem rem, sed vna ad soluendum ad certum tempus, & altera simpliciter, Alex. conf. 77. nu. 2. & seq. lib. 2. sequitur Ruginel. in d. gl. 1. sub n. 22. Quam opinionem non admittit, Scacc. in d. lim. 1. sub n. 39. Sed saltem opinio Alexandri erit vera, si vna sententiæ condemnet ad soluendum infra tres dies, altera infra tres menses, quia tunc dicuntur diuersæ in tempore, & successiuè in substantia, Cardin. Tusch. d. concl. 182. n. 26. & sic non erunt conformes, si vna condemnet Reum ad triremes, vel in exilium per quinque annos, & alia per tres annos.
- 5 Si verò sententiæ non fuerint omnes diffinitiuæ, sed vna diffinitiuæ, & alia interlocutoria, nõ dicuntur conformes, Crau. conf. 183. in fi. Corn. conf. 14. n. 8. conf. 38. nu. 4. lib. 4. Ceph. conf. 209. n. 11. Card. Tusch. d. concl. 72. num. 31.
- 6 Idenque erit, quando ambæ sententiæ condemnat in eadem rem, vel summam, sed vltima reseruat iura, quæ in prima non reseruantur; quia non dicuntur conformes.

Tomus Secundus.

formes, Alex. conf. 75. per tot. lib. 7. Tusch. d. concl. 172. num. 36.

- 7 Prout nec erunt conformes, si vna sententiæ condemnet in pœnam vltimi supplicij, & in confiscationem bonorum; Secunda vero condemnet in pœnam triremium, vel in aliam pœnam corporalem, & in pœnam pecuniariam determinatam licet istæ pœnæ tanquam minores possint dici comprehensæ in pœnis maioribus inflctis in prima sententiæ, & sub maiori pœna, vel summa adfit minor: Quoniam regula præfata non procedit in sententijs, quæ in eodem capite dicuntur indiuiduæ, vt, post Iaf. & alios firmat Hier. Gabr. conf. 56. n. 4. & seq. lib. 1. Burf. conf. 219. nu. 9. & seq. lib. 2. & de communi, & receptissima opinione Card. Tusch. d. concl. 172. n. 4. & quod sententiæ difformes, respectu certæ rei, qualitatis, & quantitatis, non dicantur conformes, Scacc. d. lim. 1. q. 17. n. 38. post Rugin. de appell. §. 12. gl. 1. sub n. 24. vbi firmat, quod, licet sint conformes in condemnando, tamen, respectu pœnæ, cum vna condemnet ad vnam pœnam, & alia ad aliam pœnam, non dicantur conformes.

Et ob id alias dixi in Tract. de confisc. concl. 10. n. 4. post Carpan. in nou. Const. c. omnium, nu. 675. vt fiscus non possit pœnam pecuniariam prætere, vbi sententiæ lata in confiscationem bonorum subiltere nequeat, An sententiæ lata in pœnam furcarum altera in pœnam capitjs dicantur conformes. Vincent. de Franch. decif. 569. num. fin. p. 4.

- 8 Nec dicantur conformes, quando vna sententiæ declarat, & addit aliquid alteri, vt per Bertazz. conf. 401. nu. 20. Burf. conf. 219. nu. 3. & seq. vbi alios allegat, latè Io. Bott. conf. 103. n. 6. & seq. Hier. Gabr. conf. 56. n. 2. & seq. volum. 1. Nec erunt conformes, si vna disponat simpliciter, altera sit conditionalis, vel modificatiua, & ob id non procedat statutum disponens duas sententiæ conformes nõ admittere appellationem. Rõchal. in lex duabus reis promittendi, n. 4. Alciat. nu. 7. ff. de duob. reis A fin. in præf. §. 3. c. 61. Burf. d. concl. 219. nu. 6. Io. Bott. d. conf. 103. nu. 10 & seq.

Duæ conformes sententiæ, per statutum Vrbis lib. 1. cap. 178. facientes rem iudicatam, an locum habeant in criminalibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Verba generalia restringi debent ad ea, quæ sunt eiusdem generis cum præcedentibus, et secundum subiectam materiam.
- 2 Statuta prohibentia appellationem sunt strictissime interpretanda.
- 3 Appellare bis licet in causis criminalibus.
- 4 Statutum debet corrigere ius commune minus, quam fieri possit.
- 5 Statutum positum in libro causarum ciuiliū debet restringi ad causas ciuiles, et non extendi ad causas criminales.
- 6 Fiscus non venit sub nomine particularis personæ, nec ligatur à statutis factis pro subditis.
- 7 Appellatio dicitur favorabilis, et species defensionis.
- 9 Causarum appellatione, an veniant causa criminales.
- 10 Statutum Vrbis prohibens bis appellare, an locum habeat in causis criminalibus vel restringatur ad causas ciuiles.
- 11 Signatura Iustitiæ semper rescribit conditionaliter



*cum illa clausula super duabus conformibus quatenus locus sit statuto.*

- 12 *Appellatio admittitur à duabus conformibus non obstante statuto, quando constat de notoria iniquitate.*  
 13 *Statutum Urbis non habet locum in casu mixto, quando sunt ciues, et forenses insimul.*

## C A P. III.

**Q**uod dictum Statutum Urbis, lib. 1. c. 178. mandans, vt in nulla causa, secundo prouocare liceat, non habeat locum in causis criminalibus, deducitur, quia postquam statutum in pluribus præcedentibus capitulis disposuerat circa casus, in quibus essent recipiendæ appellationes in causis ciuilibus, tandem constituit regulam generalem, quod omnino in nulla causa, seu casu liceat secundo prouocare, & ideo intelligi debeat in dictis causis ciuilibus, de quibus in præcedentibus capitulis dixerat, cum verba generalia restringantur ad ea, quæ sunt eiusdem generis cum præcedentibus, Oldrad. consil. 297. num. 5. in fine, Bero. consilio centesimo quinquagesimo nono, num. 39. libro 2. consilio quatuorcenta quadragintaquinque, num. 45.

Et etiam debeant intelligi secundum subiectam materiam, l. infulam, ff. de præscriptio. l. si vno, ff. locat. Surd. decif. 73. n. 15. Bero. consil. 43. num. 20. lib. 1.

Et quia etiam statuta prohibentia appellationem tanquam correctoria iuris communis sunt strictissime interpretanda, Bartol. in lege 2. C. quorum appellatione, & in consil. 165. numero 2. lib. 2. Angel. consilio 107. numero 2. Decius consilio 49. in princip. Boff. tit. de appellatione, numero 20. cum de iure communi in causis criminalibus secundo permittatur appellare, Bertazzol. consil. 19. num. 1. lib. 1.

Et ob id debet dictum statutum restringi ad causas ciuiles, vt illud corrigat ius commune minus, quam fieri possit, Gabriel. consilio 56. numero vndecimo, libro primo, Surd. consilio 163. numero 21. vsque ad finem, & consil. 271. nu. 18. Carpan. ad statutum Mediolani, cap. 36. num. 13.

Et quia etiam d. c. fuit positum in lib. 1. statutorum, in quo principaliter semper tractatur de causis ciuilibus, & ob id restringi debeat ad ipsas causas ciuiles, Bertazz. consil. 399. nu. 2. lib. 2. Farinac. consil. 70. nu. 13. & magis in terminis, Surd. consil. 163. n. 11. & seq. Et è conuerso dicitur de statuto prohibente appellationem in criminalibus, quod non comprehendat causas ciuiles, etiam in criminali incidentes, Rimin. Sen. consil. 579. per totum, lib. 3. & quia simile statutum regulatur à d. libro, in quo est insertum, vt si liber contineat causas ciuiles, non trahatur ad causas criminales, & è contra si contineat causas criminales, non trahatur ad ciuiles, Cauale. de Brach. reg. in fragm. fragm. 6. vbi allegat Cepol. consil. 12. n. 1. & Cephal. consil. 188. nu. 69. vol. 2. & ibi etiam ponit artic. an statutum loquens de causis ciuilibus, habeat locum in criminalibus, & è contra, & quid in mixtis, & se refert ad Doct. in l. cum mulier. ff. solut. matrim. Euerard. in sua cent. in argumen. à ciuilibus ad criminalia loco 77. & ad Afio. in sua pract. §. 1. c. 4. per totum.

Et quia etiam sub generali causarum delegatione, vel dispositione non contineantur causæ criminales, Clem. non potest, de procur. d. cum clerici, & Authent.

Clericus, C. de Episcop. & cleric. l. non solum, §. fin. de procur. Marian. Socin. in cap. veniens, num. 265. & seq. de accus. Alexan. in l. si quis, si Procurator, num. 7. ff. quod quisque iur. Rota Romana coram Mantica, in vna Romana rescissionis laudi, relata per Farinac. post sua consilia, decisione 52. num. 2. in fin. & idem Farinac. in fragm. crim. in litt. D, num. 89. vbi refert sæpè obtinuisse procedi contra Notarios fori Capitol. licet prætendatur earum causas priuatiuè esse concessas Senatori Urbis vt eorum priuileg. intelligatur super causis ciuilibus, & non super criminalibus, & ob id in alijs tribunalibus vidi sæpè fuisse carceratos, & punitos.

Eoque maximè, quia simile statutum se restringit ad causas ciuium, & incolarum, quæ nihil commune habent cum causis criminalibus, in quibus agitur inter fiscum, & reum, & ciues, & incolæ sint personæ particulares, Surd. conf. 447. num. 29. & seq.

Et Fiscus non veniat sub nomine particularis personæ, Rom. conf. 400. num. 4. & sequentibus, Butr. in cap. graue, in quarto notab. tit. de præb. Gram. decif. 65. num. 46. & sequenti.

Quinimmo fiscus non ligatur à statutis factis pro subditis, Tiraq. de leg. connub. gloss. 8. nu. 175. Lambertengh. de contract. qui sine cert. solemnitat. in fin. n. 95. & seq. qui sub n. 98. hoc èt extendit ad statuta ab iplo Principe facta, Pereg. de iur. fisci, lib. 5. tit. 1. n. 38.

Igitur sicut statutum, quod de fisco mentionem nõ facit, illum non ligat, ita est dicendum hoc statutum, quod expressè non loquitur de appellationibus interpositis in causis vertentibus cum ipso fisco, eas noluisse in eius dispositione includere, & sic fiscum etiam ligare.

Postremò deducitur, quæsi possit reuocari in dubiù, an secundo liceat prouocare, vel ne: vigore dicti statuti esse pronuncianum statutum non ligare causas criminales, sed esse locum appellationi, tanquam esset minus partibus præiudiciale statutum præfatum, Alex. consil. 139. num. 7. lib. 7. Surd. conf. 163. num. 6. & appellatio sit fauorabilis cum dicatur species defensionis, Scacc. de appellatione, quæst. 17. limitatione 8. membr. 9. num. 26.

Nec obstat, quod aliqua contra ipsum statutum obijciantur ad demonstrandum comprehendere etiam appellationes in causis criminalibus, Et primum quod statutum vtatur illis verbis vniuersalibus in nulla causa, & casu, quia quando statutum est iuris communis correctorium, verba illa vniuersalia geminata, & repetita sunt interpretanda, vt minus corrigant ius commune, quam fieri possit: adeò quod, vt si corrigant in vno, in alio non corrigant, Cassan. in consuet. Burgund. in rub. 1. nu. 4. Socc. lun. in l. 1. num. 68. & seq. ff. de offic. eius, qui loquitur in statuto vtente illis verbis, quicumque, & quoquomodo, Anchar. q. 56. num. 11. lib. 2. Viui. in suis commun. opin. in opin. 322. in fine, Bertazzol. consilio crimin. 202. & seq. libro primo Ideò sensus illorum verborum omnino in nulla causa, seu casu in omnibus Curijs, vel sunt restringenda respectu causarum ciuiliu, quæ vt notissimi iuris est, multos, vel propè infinitos casus complectuntur ad leg. secundam, ff. de præscriptio. vel ad particulares personas ciuium, & incolarum, quæ, vt superius dictum fuit, non verificantur.

Minusque obstat, quod statutum præfatum tollens appellationem sit in fauorè publicum introductum ad reprim-



ad reprimendum homines, ne delinquant, non per hoc tollitur illa communis Doctorum sententia, quæ se habet tanquam correctorium iuris communis strictè, & non largè sit interpretandum, vt post Bar. Ang. Dec. Boff. & Rim. Sen. superius allegatos, attestatur Cefal. consil. 209. nu. 13. Contard. de moment. possess. limit. 5. nu. 2. in fin. Surd. conf. 271. nu. 17. & decif. 27. nu. 15. Et quia èt versa vice appellationis materia sit fauorabilis, Alex. consil. 113. nu. 6. in fin. lib. 5. cum sit species defensionis, Scacc. de appellat. q. 17. limit. 6. memb. 9. num. 26.

- 9 Minusque obstat, quod appellatione causarum veniant etiam causæ criminales, quando verbum causa habet adiuncta verba vniuersalia, quia hoc non procedit in hac materia stricta, & odiosa, in qua verbum causa recipit illam interpretationem, quam subiecta materia suadet Rebuff. in l. rei appellatione vers. postremò de verb. signific. & gloss. in Clem. 1. in verbo quamuis eod. tit. quamuis videatur tenere verba esse generaliter, in qua cumque causa intelligenda, & cum huiusmodi statutum, in pluribus casibus, ita pluries fuerit declaratum etiam per Signaturam Iustitiæ, ita sit restringendum ad ipsas causas ciuiles, & non criminales, ex ipsa obseruantia subsequuta, quæ est optima legum, constitutionum, & statutorum interpret. Ant. Gabr. concl. 1. nu. 43. & 66. tit. de consuet. lib. 6. Rim. Iun. consil. 641. num. 28. vol. 6. Ioseph. Ludouic. decif. Lucens. 29. nu. 32. Honded. consil. 92. num. 27. & seq. vol. 1. & consil. 89. nu. 46. volum. 2.

Et quod ita statutum præfatum fuerit sic intellectum ab usu, & consuetudine in contingentia facti, ita vidi Farinac. testari in quadam causa vertente coram Vicario Urbis asserentem, quod ipse nunquam vidit aliter obseruari. Immo cum alias casus euenerit fuerit rescriptum per signaturam R. D. de Amicis Iudici delegato cum clausula illa confitito, quod sit locus statuto duas sententias conformes exequeretur, qui Iudex noluerit illas exequi, sed tertio loco pronunciauerit.

Minusque obstat, quod dicitur statutum præfatum esse trahendum ad causas criminales, quamuis sit insertum in l. lib. de ciuil. causis, ex quo etiam in eodem agatur de caus. crimin. Quoniã quãuis in aliquib. cap. dict. lib. incidenter aliquando statuente loquantur de crimin. non per hoc tollitur argum. quod fieri possit ex distinct. libror. tractantium separatim de materijs ciuilib. à crimin. Quoniam ea, quæ incidenter tractantur, non alterant; neque tollunt ea, quæ principaliter sunt in mente disponentis ad tradita per Boff. tit. de foro compet. nu. 117. & seq. Surd. consil. 42. nu. 18. & seq. & per Farinac. q. 1. num. 63.

Minusque obstat, quod fisco vti Officialis Camere dicatur ciuis ex doct. Bart. in l. 1. nu. 12. ff. ad municipal. Quia non est propriè ciuis, sed fidei, & ob id non cõprehenditur in statuto Rom. consil. 400. nu. 7. Cauale. consil. 1. nu. 1. Mandos. ad Rom. in d. consil. 400. in litt. C. vbi alios allegat, & maximè est dicendum in statuto præfato correctorio, & exorbitante à iure communi denegante bis prouocare contra tex. in l. 1. C. quando appellari sit.

- 10 Pro fisco autem in terminis eiusdem statuti datur plena informatio alias facta per D. Nicolaum de Angelis Aduocatam in Curia primarium, cuius tenor hic, in fine inseritur, & ultra casus per eum expressos,

Tomus Secundus.

in dicta informatione, assignantur alij casus, & præcipuè, quod, ita alias in vna Spoletana, ita fuit iudicatum contra Valerianum, Urbanum de Ispello, & in alia Romana contra Petrum Busium coram Locumtenente criminaliter A. C.

- 11 Ego autem, vt verum fatear, non me moueo ex casibus alias decisis, quia non debemus exemplis iudicare. l. nemo. C. de sentent. & interloc. omnium Iudic. Paris. consil. 158. num. 14. in fin. vol. 4. Farinac. consil. 60. nu. 22. vbi plus subdit etiam si fuerit iudicatum à Principe, cum illius sententia solum ius faciat, super quibus fuit pronunciatum, & non in alijs, & quia aliquando nascuntur sententiæ à Iudicibus, qui nesciunt discernere veritatem in isto articulo: & quia vidi per plures Iudices in Curia super isto articulo valdè dubitari, & maximè per illos iudices, qui non ex abrupto, sed secundum leges, & rationes iudicare procurant, & idèò totam difficultatem istius articuli remitto resolutioni Sanctissimi fiendæ in signatura gratiæ, qui secundum merita causæ, & bonum, vel malum Ius potest amittere, & non amittere appellationem, & committere, ac signare, vel reijcere commissionem super appellatione à dd. duabus sententijs conformibus, siue super earum executione, cum verè diuersimodè in Curia fuerit obseruatum, idèò non audeo quidquam affirmare in tam casu diuersimodè obseruato, & pernicioso litigantibus, & si committeretur per signaturam Iustitiæ, semper committitur conditionaliter cum illa clausula, quatenus statuto locus sit, vt testatur Marchesan. Conciuis meus in tract. de commission. part. 2. de commission. restitut. in integrum cap. 1. num. 65. fol. 197. & Scacc. de appellat. q. 17. lim. 1. num. 68.

- 12 Quia si verè constaret de notoria iniquitate sine dubio admitteretur appellatio etiam à duabus conformibus non obstante dicto statuto secundum Rim. quem refert, & sequitur Contard. in l. vnic. limit. 9. numero primo, versiculo mouetur, in fine. C. si de moment. possess. & sequitur Scacc. de appellat. q. 17. limit. 1. num. 69. Idèò Procurator, & defensor rei ad effugiendam omnem difficultatem circa istum articulum de duabus conformibus vigore dicti statuti Urbis conetur instruere signaturam super d. notoria iniquitate, vel deducat aliam causam, per quam possit princeps se mouere admittere d. appellationem, non obstantibus dd. duabus conformibus, & dict. statuto, & præcipuè, si opponatur de nullitate, quæ impedit executionem duarum conformium, Dec. in c. sua nobis, numero 30. de appellatione, Vant. de nullit. tit. quoties, & infra, quod tempus, nu. 3. & seq. & summus Pontifex d. statuto non obstante ex causa potest appellationem admittere, Dec. in d. c. sua nobis; num. 21. post Bald. & Imol. Socc. Sen. consil. 158. columna prima; viso processu, libro secundo, & si velit Aduocatus scire quas exceptiones opponere possit, vt impediatur, ne sit locus statuto de duabus conformibus, videat latè Marcab. ab Angu. consil. 87. per totum, vbi in specie dicit posse opponi defectus citationis, potestatis, iurisdictionis, & similibus, & super eodem statuto, latè scribit Io. Bott. in consilio 69. per totum, & latius; in consilio 101. etiam per totum.

Et ante oculos erit proponendum, quod Imperator in sua suprema Camera Imperiali recipit appellationem.



pellationem non obstante exceptione trium conformium sententiarum, vt testatur Misling. centur. 1. obseruat. 15.

- 13 Si verò agatur, quod aliqui condemnati sint ciues, vel incolæ Romani, & aliqui sint forenses sine dubio non erit locus dicti statuto, cum illud non procedat in casu mixto, vt fuit resolutum in Rota Romana, coram Illustrissimo D. Card. Millino, cuius decisio hic inferitur de verbo ad verbum.

### ILLVSTRISSIMO MILLINO.

#### Romana Pecuniaria.

19. Ianuarij 1598.

**F**uit resolutum non esse locum executioni duarum conformium vigore statuti, c. 178. lib. 1. potissima ratio resolutionis fuit, D. Rodolphus venit ab initio ad causam pro suo interesse, quod propter regressum, quem habeat contra eum d. Alex. est principalis, & cum quantum ad eum non habebat locum stat, cum non sit ciuis, nec incola, nec districtualis, est iste casus mixtus, D. c. conf. 2. 13. n. 2. & 3. in quo concurrunt simul ciues, & forenses; ideo cum statutum disponat in casu simplici, quando sententiæ sunt latæ contra ciuem incolam, & districtualem, non debet extendi ad hunc casum mixtum, Anch. conf. 37. nu. 2. Cassad. decis. 35. nu. 3. super reg. Bologn. conf. 3. 1. nu. 11. Rimin. Sen. conf. 125. num. 20. & 21.

Considerant etiam Domini, quod cum statutum in casu simplici sit correctorium iuris communis, est strictè intelligen. vt alias fuit resolutum coram me in causa Rom. Camb. 4. Decembris 1592. non debet extendi, vt corrigat etiam in casu mixto, l. præscript. §. cum passum. ff. ad l. lul. de adult. Cassad. decis. 5. nu. 4. de Const. Pat. decis. 10. dispens. Peregrin. decis. 117. Ruin. conf. 78. num. 2. lib. 1. Rim. d. conf. 125. numero 22. Purpur. conf. 465. Cum casus mixtus assumat naturam illius simplicis, per quod iuri communi non derogatur, & ius alterius conseruatur, vt inter recentiores bene deduxit Hier. Gabr. conf. 197. lib. 1.

Pacluerunt quoque Dominis similia, quæ afferuntur per inform. in consil. Bald. 141. lib. 1. numero 7. & consilio Socin. 132. sub numero 3. libro 1. & de claus. appell. remota, quæ intelligitur solum inter nominatos in commune, & de statuto remouente appellacionem, per quarentigiam, quod similiter locum habet inter ipsos contrahentes, Franc. in cap. Pastoralis, numero 25. & 26. de appellacione, Decian. consil. 198. numero 4.

Nec placuit Dominis, quod tertius, qui habet scientiam litis non possit appellare, & quod eius appellatio debet fieri cum expressione causæ, & quod sufficit præstare cautionem, iuxta l. is, à quo, quia non procedit in eo, qui venit ab initio ad causam, & potest appellare, præterea cum non sit locus statuto, quia non comprehendit casum mixtum non applicatur ea, quæ dicuntur de tertio, quare circumscripto statuto, & contra dictum Alexandrum non potest fieri executio cum non procedant, nisi duæ sententiæ.

Reuerende Pater commissio proponenda pro parte D. Nicolai Casaglia Fisco adhaerenti, contra D.

Iulianum meum principalem, omnino venit resoluenda, stante statuto Urbis, capitulo centesimo septuagesimo octauo, libro primo, in quo expressè cauetur, quod omnino in nulla causa, seu casu liceat secundo prouocare; sed duæ conformes habeant vim trium, & faciant rem iudicatam, prout voluit inter ciues, & incolas in omnibus Curijs seruari, & processus alias factus sit ipso iure, & perpetuo nullus.

Primo, cum ambæ partes sint Ciues, & incolæ respectiue, non est dubitandum, quin huiusmodi statutum habeat locum in omnibus Curijs in causis ciuilibus, cum sit decisorium, non autem ordinatorium, vt in terminis eiusdem statuti in Rota fuit resolutum coram Reuerendo Patre Domino Bindarino in vna Romana medietatis domus de Gaddis, die decimaseptima Februarij, Millesimo quingentesimo septuagesimo primo, inter dictas partes.

Ita pariter dicendum est locum habere in criminalibus, ex regul. l. absent. ff. de poen. de qua etiam per Socc. consil. 45. volumine primo, numero tertio, cum verba sint adeò clara, vt non indigeant aliqua declaratione. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. l. continuus. §. cum ita, de verbo obligatione, & maxime cum generaliter, & indistinctè loquatur, ita etiam venit interpretanda, lege prima, §. generaliter, de leg. præstan.

Et verborum generalitas est adeò potens, quod facit comprehendere in dispositione id, quod alias non comprehenderetur, vt tradit latè Aym. consilio ducentesimo decimo septimo, numero decimotertio, & sequenti, & latissimè consilio ducentesimo nonagesimo quarto, Socc. Iun. consilio vigesimo octauo, numero secundo, volum. 2.

Secundo, Dominus Nicolaus aduersarius absque dubio poterat principaliter, & de per se intentare actionem criminalem ex delicto prouenientem contra dictum Iulianum, §. final. institut. de oblig. quæ ex delict. nascunt l. si pro iure, §. primo, ff. de cond. fort. quod si intentasset, vtique statutum bene procederet; ergo Idem erit dicendum quoad fiscum, alioquin sequeretur absurdum, quod in vna, & eadem re adesset, & non adesset res iudicata, contra regulam, leg. cum quæ ædes, ff. de vñcap.

Et hoc suadet, quia fiscus, & querelantes in hac causa sunt litis consortes: ergo, ratione connexitatis, priuilegium rei iudicatæ vni concessum a statuto trahitur ad alterum, l. si omnem, ff. quemadmod. seru. amitt. cap. sacris. de sepult. cap. per tuas. extra de arbitr. cum alijs relatis per Scacc. in l. si emancipati, C. de collat. Quod, si aliter diceremus, sequeretur quod fiscus esset peioris conditionis, quam priuatus, contra text. in l. prima, C. de conduct. libro vndecimo, & in l. 1. C. de cred. euiet. pig. Bartol. in l. aufertur §. si multi, ff. de iur. fisc.

Accedat prædictis cap. 166. lib. 1. disponens, quod omnes causæ, tam ciuiles, quam criminales, & mixtæ in secunda instantia deuoluantur ad D. Capitaneum appellacionum: ergo necessario dicendum est statuentes voluisse idem disponere in causis criminalibus, prout disposuerunt in ciuilibus, cum in eodem libro, retento eodem themate, disponant, quod duæ conformes faciant rem iudicatam.

Tertio, facit, cum prædicta iudicia sint adiuncti-



cem æquiparata, de iure, etiam in ipsa appellatione: cū eadem tempora, & idem ordo obseruentur in criminali, & in civili, vñ habetur in l. nō tantum, ff. de appellat. l. 1. ff. an per al. cau. appell. sequenti.

Quod cum statuta recipiant, interpretationem à iure comuni, & passiuam, l. prima, ff. ad leg. falcid. vbi Bart. Alex. Imol. ff. ad l. falcid. est dicendum statutum debere intelligi, & declarari, secundum ius commune, vt censeatur idem pariformiter dispositum in vtroque.

Pro quo facit, quo l. quando duo sunt æquiparata à iure antiquo, dispositio noua prouidens in vno, intelligitur etiam in alio prouidere, l. si quis, vbi gloss. & Doct. de furt. l. asin l. si constante, num. 29. ff. sol. mat.

Ergo, quamuis dici possit, statutum huiusmodi procedere in civili tantum, virtute tamen æquiparationis, dispositum in vno censeatur virtualiter prouidere in alio.

Accedat, quod dictum statutum procedit per modum regulæ, disponendo circa modum appellandi, & eius tempora: censeatur igitur repetitū etiam in libris, & causis criminalibus, ad Bar. in l. 4. §. critque nu. 2. ff. iuben. rapt. & latè per Dec. conf. 47. num. 2. volum. 3.

Quarto, sine dubio huiusmodi statutum dicitur continere principaliter fauorem, & beneficium, cum sit factum ad abbreviandum lites; quod multum expedit Reipublicæ, capitulo finem litibus; de dol. & contum. l. pro furan. vbi gloss. & Doct. de iud. Alexan. conf. 171. num. 7. in fin. lib. 7. Couarr. præct. quæstione, cap. 23. sub num. 6. vers. 5.

Prout dicitur de statuto, quod debeat fieri compromissum inter agnatos, licet sit contra ius commune, dicitur tamen fauorabile: quia tendit ad dirimendum lites: vt post Bald. tenent communiter, Doct. in l. qui si partis, & in specie, Alex. sub num. 23. versiculo & teneanti, Ias. sub numero 55. C. vñ d. lib. Anchar. consilio 187. post princip. Caputaq. decisione 215. numero quarto, parte tertia, in impress. Merito debet extendi iuris, vulg.

Non omitto, quod, non solum in Curia Capitolina, absque difficultate, procedit, sed, & ita passim fuerit iudicatum huiusmodi Statutum habere locum in causis criminalibus. Et de anno 1583. in assettamento fuit resolutum in causa D. Petri Couarucci fisco adhærentis, qui bis appellauit contra D. Guidonem De Naue, qui reportauit duas sententias conformes, vigore dicti statuti extare rem iudicatam, & appellationem esse reiiciendam.

Verum etiam, tam pro fisco, quam contra fiscum, in Curia D. Gubernatoris, & præsertim pro D. Catharina fisco adhæren. pro stupro, fuit iudicatum de anno 1590. de mense Iulij, & etiam in Tribunali, A.C. pro Baccio Spadario contra Nicolaum fisco adhærentem de anno 1590.

Et sic potest dici, quod huiusmodi statutum receperit huiusmodi interpretationem, a qua non debemus recedere.

Præterea, vigore Constitutionis Pij Papæ Quarti, super Reformatione Tribunalium Vrbs, videtur remissum arbitrio Signaturæ, quæ, pro causarum, & personarum qualitate, signet, vel reiiciat commissiones appellationis: At in casu nostro, tum respectu causæ, tum etiam respectu personæ reiici debet: quia, quoad personam agitur contra dictum Iulianum

Tomus Secundus.

Clericum, pro quo lex plurimum præsumit, agitur de persona Magnifici D. Procuratoris fiscalis, qui Doctissimus est, ac potens opere, & sermone, qui interuenit in Congregationibus, in Examinibus, & Constitutis, adeo quod nullo pacto præsumi potest in causa ipsum, & eius adhærentem fuisse grauatos.

Respectu igitur causæ, agitur de causa per 20. menses, & ultra tractata in carceribus, & extra coram diuersis iudicibus; & maturè cognita: & tandem meus principalis reportauit duas sententias conformes.

Quare, &c.

Nicolaus de Angelis Aduocatus.

An contra tres sententias conformes possit dici de nullitate.

S V M M A R I V M.

- 1 Nullitatis exceptio ad impediendam executionem trium conformium, non admittitur.
- 2 Nisi exceptio fuerit euident, notoria ex eisdem actis, & non requirat aliam probationem, neque altiorem indaginem.
- 3 Vel nisi agatur de pœna corporali, vel alia irretactabili.
- 4 Nullitatis exceptio cauillosa, vel calumniosa non retardat executionem pœne corporalis.
- 5 Nullitatis exceptio opposita contra rem iudicatam, operatur, quod, si deinde constet de dicta nullitate, iudex debeat puniri; quia noluit supersedere in executione.
- 6 Nullitatis exceptio notoria, & euident impedit executionem trium conformium, etiam si extaret statutum, quod esset deueniendum ad executionem, non obstante exceptione nullitatis.
- 7 Immo, etiam si adesset confessio Rei, et opponatur exceptio nullitatis, ex defectu iurisdictionis, debet iudex supersedere.

C A P. IV.

**L**icet regula sit in ista quæstione, vt post tres sententias conformes, non possit amplius opponi de nullitate, cum calumniosè præsumatur opposita, iuxta tex. in Clem. 1. Vt calumnijs de sent. & re iudic. Rip. l. 4. §. condemnatum, numer. 15. ff. de re iudic. Couarr. Præct. quæst. cap. 25. sub num. 1. versic. huic vero, Anton. Gabr. conclus. 1. num. 1. & seqq. libro 2. titulo de execut. rei iudic. Socc. Reg. 121. vbi constituit hoc pro regula, Scacc. de appellatione, quæst. 19. reme d. 1. conclusionem 5. numero 16. Thesau. decis. 122. numero primo, vbi firmat, vt non possit dici de nullitate, nisi facta prius fuerit executio, vbi mentionem facit de Decreto Sabaudia prohibente tertio prouocare, & de nullitate dicere, ac supplicare, ne quis vterius audiatur: quod dicit esse iuri communi conforme, & subdit, quod nec Princeps possit, nisi de potestate absoluta, committere reuisionem, nec minus poterit illud decretum per restitutionem in integrum alterari, & latè scribit Io. Bott. conf. 69. per totum, & latius in consil. 101. num. 7. & seq. & ratio est,

V 4 quia



quia praesumitur pro eis quod rite, & recte, fuerint late, l. Herennius, §. Cai. ff. de evict. cap. in praesentia de renunc. cap. cum inter. & cap. sicut de re iudic. etiam si iudex esset vir pessimus, & vnus ribaldus, Bald. in cap. sicut de re iudic. Ant. Gabriel. conclu. 6. nu. 1. de sent. Io. Bott. conf. 101. nu. 9. vbi infinitos ferè cumulauit, vbi subdit maximè quando fuerunt prolatae cū causae cognitione cum tunc habeant praesumptionem iuris, & de iure et quoad iustitiam. Ant. Gabriel. d. concl. 6. nu. 3. qui alios allegat. Cefal. conf. 293. nu. 10. Io. Bott. d. confil. 101. num. 30.

2 Tamen Aduocatus, & Rei defensor quærat deducere exceptionem nullitatis, quæ sit euidentis, & notoria ex eisdem actis, seu non requirat aliam probationem, vel altiore indaginem, quia ille impedit executionem trium conformium. Rip. in d. l. 4. §. condemnatum, nu. 15. vers. tu clarus. Gabr. d. concl. 1. sub nu. 8. vers. sic. contrarium, & nu. 9. vers. tenendo, & conclus. 4. tit. de except. nu. 1. Couarr. Pract. quæst. cap. 25. nu. 2. vers. 1. qui testatur de communi, & Scacc. de appellat. quæst. 19. remed. 1. concl. 5. num. 27. & seq. vbi relatis, & confutatis cōtrarijs, eandem opinionem sequitur, latissime Vant. de nullitat. sentent. num. 51. & nu. 33. cum pluribus sequentibus. Marcabr. ab Anguill. conf. 87. num. 14. & in Annot. nu. 78. Petr. Cabal. conf. 81. num. 1. vbi concordantes allegat.

Bene verum est, quod talis exceptio debet esse talis, vt notoriè appareat ex actis; nec sufficeret, si Reus offerret se incontinenti eam probaturum aliter, quam ex actis, Lancell. de attent. par. 2. c. 17. limit. 3. nu. 113. & quod non possit talis exceptio notoria ex actis reuocari in dubium, & aliqua exceptio releuans contra dictam exceptionem proponi. Rip. in d. §. condemnatum sub nu. 17. Gabr. concl. 1. n. 9. tit. de execut. rei iudic. Contar. in l. vnica, limit. 17. sub nu. 58. vers. quod tamē, C. si de moment. possess. Petr. Cabal. conf. 81. num. 3. & seq. Scacc. de appellat. d. remd. 1. concl. 5. nu. 6. & si talis, vt oculo corporali legi possit, nec sufficeret si colligeretur per relationē ad acta, cum diceretur tacitus error, qui non facit sententias nullas, nec manifestè iniquas, ad latè tradita post alios, quos allegat per Io. Bott. conf. 101. num. 22. & quæ nullitates sint, quæ impediāt executionem duarum, vel trium cōformium. Aduocatus adeat Marcabr. ab Anguill. conf. 87. per totū, cum longa additione ibi posita.

3 Nec nō, quando agitur de pœna corporali, vel alia irrettractabili, tunc nullitas, tam agendo, quam excipiendo, impedit executionē. Vitalin. in tract. de clausul. in clausula; oil nouari, nullitate pendente, sub num. 4. Riminal. d. §. condemnatum. Foller. num. 27. Lancell. par. 2. cap. 17. de attent. nullit. pend. num. 98. Scacc. de appell. q. 19. remed. 1. concl. 4. n. 75. 76. & cōcl. 5. n. 41.

Quia vbi agitur de prauidicio irrepairabili, non repellitur exceptio ex quacumque praesumptione calumniae, Marfil. sing. 686. circa finem, Alex. in eod. §. condemnatum, num. 10. & quam plures alij, qui ita tenent in puncto, quando agitur de vita, vel membro hominis relati per Bott. in d. conf. 101. nu. 35. q. est notandum contra istos animosos latrumculatores.

4 Bene verum est, quod si iudex videat, nullitatem calumniosè, animo solum retardandæ executionis, deduci, pōt deuenire ad executionē. Ang. de Malef. in verb. praesente d. Cai. sub num. 24. Boss. tit. de nullit. aduers. sent. nu. 41. in fin. Vestr. lib. 8. cap. 1. sub nu. 9. Lancell.

capitulo 17. numero 56. de attent. nullit. pendent.

Et potest poni exemplum, quando fuit facta recognitio cadaveris, seu alterius delicti, Reus est confessus, & conuictus, habuit terminum ad se defendendum, fuerunt testes repetiti, vel habiti pro repetitis, seu cōfrontati, fuit citatus, ad sententiā, & est notoria iudicis iurisdicatio, quia sententiæ fuerint late a iudicib. ordinarij; & tunc, si reus opponeret exceptionem nullitatis, non debet audiri, & ad executionem contra eum erit deueniendum, Scacc. d. q. 19. remed. 1. conclus. 4. num. 81. Vel si Reus se offerre probare velle incontinenti exceptionē nullitatis, & non appareret ex actis per ocularem inspectionem nō audiretur, quia resultat praesumptio calumniae contra eum. Rip. in dict. §. condemnatum, num. 15. in fin. quæm Doct. communiter sequuntur, vt testatur Vestr. in pract. libro 8. cap. 1. num. 7. & ibi Grauat. nu. 28. Socc. lun. conf. 45. nu. 19. lib. 1. Menoc. cas. 9. nu. 2. Bott. conf. 101. nu. 30. & seqq. & rationem adducunt, quia omnes exceptiones dicuntur requirere altiore indaginem, quæ non resultant ex actis notoriè, & quæ requirant altiore indaginem, non impediunt executionem.

5 Tamen si de praedictis nullitatibus non constaret, & deduceretur exceptio nullitatis, admonet iudices, vt non sint faciles in executione sententiarū, opposita exceptione nullitatis, vel notoriæ iniustitiæ, quia, si deinde facta executione constaret de nullitate sententiarum, non euitabunt pœnam, vt firmat idem Scac. in d. conclus. 4. num. 82.

Prout videmus, quod, si, pendente causa nullitatis Banni, bannitus occidatur, & sequatur sententiā super nullitate Banni, non obstante statuto, quod bannitus possit impunè occidi, homicida puniretur, etiam si nullitas contra bannum non esset euidentis. Franc. in capit. 63. q. 10. lim. 2. sub nu. 37. de appell. & sequitur Scacc. d. conclus. 4. num. 83.

6 Si verò proponatur exceptio notoria, & euidentis nullitatis, etiam aduersus tres sententias conformes erit super sedendum in executione, Rip. in §. condemnatum, nu. 24. Gabr. concl. 3. num. 9. lib. 6. tit. de statut. Vant. de nullit. tit. quis poss. dic. de nullit. nu. 37. Lancell. d. c. 17. nu. 101. Marchef. concius meus in tract. de commiss. p. 2. de commiss. super nullit. c. 2. nu. 11. in fi. & nu. seq. & idem firmat in 2. impressione, c. 1. nu. 78. in fi. & de cōi, Scacc. de appel. q. 19. remed. 1. concl. 5. nu. 45. & Marcabr. ab Anguill. conf. 87. nu. 33. & seq. in Annotat. ponit 11. limitat. quæ aduersus duas conformes facientes rē iudicatam vigore statuti possint deduci, quas ibi quilibet videre poterit, absque q. ego illas hæc referam, & idem erit in exceptione, vel notoria iniustitia resultante ex actis, quæ nullitati æquiparatur, latè Pet. Cabal. cōf. 81. n. 1. Io. Bott. conf. 101. n. 1. vbi plures cōcordantes cumulauit, n. 2. qui firmat vt sit setētia notoriè iniusta, & iniqua ipso iure nulla.

Et etiam si lex, vel statutum diceret esse deueniendum ad exceptionem, non obstante nullitatis exceptione, Rip. d. §. condemnatum, num. 23. restrict. 2. & alij adducti per Scac. de appell. d. q. 19. concl. 4. nu. 59. & concl. 5. n. 46. vbi subdit, esse verum, etiam si iurasset Reus, nolle allegare nullitatem, adhuc possit audiri proponendo iurisdictionis defectum. Imo, etiam parte non opponente, iudex debet attendere exceptionem, vel defectum iurisdictionis, Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 123. nu. 2. cum nullitas, ex defectu iurif-



Et iurisdictionis, dicatur notoria euidēs ex actis, ideo potest opponi à iudice, etiam parte tacente. Anchar. conf. 211. nu. 4. Vant. tit. quis poss. dic. de nullit. nu. 57. & item seruatur, vt etiam testatur Scacc. d. quæst. 19. remed. 1. conclus. 5. num. 40.

7 Imò, etiam si adesset confessio Rei, adhuc pòt allegari defectus iurisdictionis, cum nò teneat talis defectus iurisdictionis, vt latè dixi in Defens. 1. c. & tenet etiam Scac. d. concl. 6. nu. 61. Qui tamen ibi sub nu. 50. cum plur. seqq. circum istam exceptionem resultantē ex defectu iurisdictionis, declarat, quod, si deducatur omnimodus defectus iurisdictionis, quia sententię fuerint latę à priuatis penitus carentibus iurisdictionem, & tunc talis exceptio impediatur executionem. Si vero deducatur, quod iudices habuerint iurisdictionem in d. causa, sed ex aliquo accieenti, iurisdictionis in eis deficiat, tunc longa serie ponit duas considerationes, & illas benè declarat, ad quem Aduocatum remitto.

Sed pro complemento in ista quæstione sciat Aduocatus, quod si exceptio, quæ proponitur ad impediendā executionem post tres, vel duas cõformes, vigore statuti, facientes rē iudicatā esset opposita alijs, & super ea fuerit disputatū non potest impedire executionem dd. sententiarum, l. Art. in l. à procedente sub nu. 3. & seq. C. de dilat. l. ait prætor sub num. 5. ff. de minoribus, Dec. conf. 107. in vers. Nec obstat, Ruin. conf. 117. nu. 18. & seq. vol. 5. Io. Bott. conf. 101. n. 28.

Sed etiam sciat, quod si duæ sententię vigore statuti faciant rem iudicatam, dicuntur odiosè, & ideo strictè sint intelligendę, adeò quod si detur aliqua difformitas, vel reddantur dubitabiles erit determinandum esse locum appellationi, Crauett. conf. 103. nu. 4. Gabriel. conclus. 56. nu. 11. Burfat. conf. 219. nu. 14. Io. Bott. consil. 105. num. 5.

D E F E N S I O XXXVIII.

Circa executionem sententię.

Damnatum ante executionem quid facere possit, testari, donare, & disponere de suis bonis.

S V M M A R I V M.

- 1 Damnatus ad mortem naturalem, ex quocunque iure, dicitur intestabilis; Et si fuerit damnatus per legem communem efficitur intestabilis, etiam quoad bona sita extra territorium, & testamentum prius factum ante sententiam, irritatur, & si post condemnationem aufugerit à carceribus, nec minus poterit condere testamentum.
- 2 Damnatus ad mortem nec etiam ad pias causas testari potest.
- 3 Consuetudo, vt damnatus ad mortem possit testari, valet.
- 4 Damnatus ad mortem in penam reprobam à lege, potest testari.
- 5 Damnatus ad mortem, si appellauerit, potest testari in locis, vbi admittitur appellatio.
- 6 Condemnatus in contumaciam, & habitus, vigore statuti, pro confesso, an possit testari.
- 7 Condemnatus quando possit bona sua donare.
- 8 Deportatus an possit capere ex testamento, & condere testamentum.
- 9 Delegatus, damnatus in metallum ad bestias, ad perpetuos carceres, & excommunicatus an possint testari.

Tomus Secundus.

1 **D**amnatus ad mortem naturalem, tam de iure digestorum, quàm de iure nouissimo non potest testari, cum efficitur seruus pœnæ. Vasq. de cõtrouerf. Illustr. cap. 96. sub num. 2. & de success. resol. §. 3. num. 35. Clar. in §. testamentum, quæst. 31. nu. 1. Mich. Craff. de success. §. testamentum, quæst. 27. num. 1. vbi alios allegat, & testatur de receptiori opinione, Caualean. de Brach. reg. p. 4. nu. 315. vbi subdit; vt nec minus possit testari de legitima filiorum, si bona fuerint confiscata.

Et si fuerit condemnatus ad mortem inflictam a lege communi, efficitur intestabilis, etiam quoad bona sita extra territorium iudicis condemnati, Clar. d. §. testamentum q. 21. num. 1. vers. quoad alia.

Et, si prius, ante condemnationem condiderit testamentum, illud infirmatur, Paris. conf. 46. numer. 10. volum. 3. Vasq. d. §. 3. num. 34. Craff. d. §. testamentum, numero 3.

Immo, etiam si, postquam fuerit damnatus ad mortem naturalem, aufugiat a carceribus, vel è manibus iudicis eripiatur, cum adhuc remaneat seruus pœnæ, remanet etiam intestabilis, vt de communi firmat, Clar. d. §. testamentum quæst. 21. num. 22. Craff. d. §. testamentum num. 4.

Et si esset condemnatus ad mortem, isto casu, ex dispositione iuris communis erit intestabilis, etiam quoad bona sita extra Territorium iudicis condemnantis, secus si vigore statuti loci, Clar. d. §. testamentum sub num. 2.

2 **E**t in tantum damnatus ad mortem naturalem est intestabilis, vt nec etiam possit testari ad pias causas, Craff. in d. §. testamentum, quæst. 17. & quæst. 27. nu. 5. Dec. in tract. crim. lib. 2. cap. 17. nu. 4. tomo 1. Add. ad Aret. in §. relegati in litt. D. Instit. Quib. mod. pot. potest. dissolui, Aufred. Capell. Tholoss. q. 400. num. 3. & vide Clar. in d. §. testamentum, q. 5. vers. Quæro quid in damnato. Sed dicens extorsisse vsuras præiudicat fisco, vide in Defensione 33. c. 33. num. 2. Aretin. in d. §. relegati num. 18.

3 Si verò vigeret consuetudo, quod damnatus ad mortem naturalem possit condere testamentum vbi bona non confiscantur erit illa obseruanda, quamuis de iure aliter sit dispositum, Imol. in cap. quia, nu. 30. in fin. de testam. Natt. conf. 179. nu. 3. Clar. d. §. testamentum, q. 21. num. 1. in fin. si bona non fuerint confiscata d. consuetudo operatur, vt possit testari, Durant. de Art. testand. c. 24. num. 38. lib. 7. Caualean. de Brach. reg. par. 4. num. 317.

Benè verum est, quod potest legare pro malè ablati pro exoneratione suæ conscientię dummodo constet de dictis malè ablati, latè post alios, quos allegat Dec. in tract. crim. lib. 2. c. 17. num. 5.

4 Ac etiam si reus esset per sententiam damnatus ad mortem de iure non permissam, vt si esset interficiendus, veneno, præcipitio, vel alia simili, non efficeretur damnatus ad mortem seruus pœnæ, nec intestabilis, Clar. d. §. testamentum, q. 27. nu. 3. vbi de communi, & Craff. d. §. testamentum, q. 26. num. 6.

5 Si vero a sententia condemnatoria reus appellauerit, non statim efficitur seruus pœnæ, & ideo potest testari; vt de communi firmat Pic. in l. post contractum 8. n. 6. de donat. sequitur Craff. d. §. testamentum, V 5 quæst. 26.



q.26. Vincent. de Franch. decis. 501. num. 2. & seq. vbi subdit, & ob id legatarius appellare debet a sententia deportationis, vt cōsequi possit suum legatum. Quod eri t intelligendum in casibus, & locis, vbi admittitur appellatio.

6 Ac etiam si reus condemnatus in contumaciam, vigore statuti disponentis, quod contumax habeatur pro confesso, veniat in fortijs Curia, efficitur seruus pœnæ, nec testamentum prius factum valet, nec potest amplius testari: Secus si adhuc non venerit in fortijs Curia; quia si condemnatus fuerit, non per dispositionem iuris communis, sed vigore statuti loci, poterit testari, quoad bona sita extra territorium, Clar. d. §. testamentum, q. 21. num. 4. vbi de magis communi, Cra. d. §. testamentum, q. 26. num. 8.

7 Si vero donauerit post delictum commissum ante condemnationem, si non fiat metu pœnæ, neque in fraudem; quia adhuc non fuerit detectum delictum, neque reus depræhensus in crimine, valeret donatio; Secus si fuisset in dicto crimine depræhensus, Cra. d. §. testamentum, q. 27. num. 9. vbi de communi.

8 Deportatus autem non potest condere testamentum, latè Vincent. de Franc. decis. 501. num. 1. vbi alios allegat, & an possit testari ad pias causas, & an possit capere ex testamento, & an banniti nostri tēporis possint etiam condere testamentum; & quid in relegato, latè tradunt Clar. in d. §. testamentum in q. 22. per totā, Cra. in d. §. testamētum q. 27. per totū, & an damnatus in metallum, ad bestias, vel ad perpetuos carceres possit condere testamentum, latè Clar. d. q. 22. & latius Cra. q. 28. in d. §. testamētum, & in q. 29. scribit etiam quid in damnato de hæresi, & Clar. in q. 24. d. §. testamentum dicit, quid in excommunicato, & an damnatus ad perpetuos carceres possit testari, etiam si aufugerit a carceribus, & an possit capere ex testamento etiam si fuerit clericus, est videre. Modern. Roman. in q. 102. num. 141. cum plur. seqq. & quando per condemnationem amittatur vsus fructus, latè Cauale. de vsufr. mulier num. 229.

Damnatus ad mortem debet confiteri peccata sua Sacerdoti, & Sanctam Eucharistiam sumere, sed Extrema Vnctio ei non est danda.

S V M M A R I V M.

- 1 *Damnatus ad mortem debet hortari ad Confessionem, et ad saluationem anime, in tantum quod, si Princeps rescribat iudici, vt aliquem incontinenti morti tradat, semper intelligitur, mora interposita, vt reus possit peccata sua fateri.*
- 2 *Damnatus ad mortem potest sumere Eucharistiam, si pœniteat: et eodem die, quo assumit dictum Sanctissimum Sacramentum, non erit morti tradendus.*
- 3 *Extrema Vnctio non datur damnato ad mortem.*

C A P. II.

1 **Q**uod damnatus ad mortem debeat tradi viris bonæ, & probatæ vitæ, qui hortentur damnatum ad confessionem eius peccatorum, & ad saluationem animæ, & super hoc iudex inuigilare debeat, tradunt Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 14. nu. 7. Boss. de execut. sentent. nu. 21. Cauale. de Brach. reg. p. 4. nu. 307. Carpan. in nou. constit. Mediol. cap. homicida. num. 1021. vbi subdit, quod, dum vixit gloriosissimus Sanctus

Carolus Borromeus Archiepiscopus Mediolani instituit Societatem plurium virorum principalium illius Ciuitatis pro salute condemnatorum.

Et hic in Curia particulare priuilegium circa hoc est concessum Nationi Florentinorum, seu confraternitati S. Ioannis Baptistæ decolati.

In tantum quod, si Superior, vel Princeps iudici rescriberet, vt aliquem reū incontinenti, aut nulla interposita mora, morti tradat, debeat semper illi concedere modicum Spatium, & competens temporis, vt sua peccata sacerdoti cōfiteatur, & si aliter faceret, Deū, & proximum offenderet, Iul. Clar. q. 97. nu. 4. in fi.

Et debet differri executio pœnæ capitalis, vbi non sit periculum in mora, per vnū diem, vt condemnatus possit induci ad fatendū Sacerdoti sua peccata. Clar. d. q. 97. num. 4. vers. ita tamen, Carpan. d. §. homicida, nu. 972. & Cauale. d. p. 4. nu. 308. dicit residere in arbitrio iudicis habentis brachium regium, in alijs vero erit consulendus Princeps.

2 Nec minus damnato ad mortem debet denegari Sanctissima Eucharistia, si pœniteat, Laudent. in tract. de Princ. concl. 370. Afflict. in constit. Regn. rubr. 13. nu. 7. lib. 1. Clar. q. 99. nu. 3. Couar. var. resol. c. 20. n. 21. lib. 2. Gomez. d. cap. 14. nu. 7. Carpan. d. c. homicida, num. 1012. Cauale. de Brach. reg. p. 4. num. 306. vbi alios allegat, & est doctrina glos. in Clem. 1. deponit, & remission. & probat. text. in l. Archigerentes, C. de Episcop. audient. licet in aliquibus Regionibus hoc nō seruetur, vt in Ducatu Mediolani, Gallia, ac in Hispania, vt testatur Clar. d. q. 29. sub n. 3. Boteus de Synodo 3. part. c. 1. nu. 169. Cauall. com. contra comu. q. 179. num. 5.

Sed quando ei daretur sanctissima Eucharistia, in tanti Sacramenti reuerentiam, non potest eodem die vltimo supplicio condemnatus affici. Afflict. d. rubric. 12. in littera B, Clar. d. q. 29. sub nu. 3. Carrer. in Prax. §. circa itaque, nu. 192. & 988. & Carpan. d. c. homicida, nu. 1023. vbi testatur, quod ita practicitur; Sed Io. de Arn. soliloq. 81. dicit, quod debeat differri per tres dies: prout etiam refert Carp. vbi supra nu. 989. vide Nauarr. conf. 40. de pœn. & rem. tom. 2. qui videtur tenere posse ei dari ante tres, vel quattuor horas, immo, & ante vnā refert Cauale. d. p. 4. nu. 306. & post Henr. lib. 8. de Eucharist. c. 1. refert, quod quidam tenet, quod possit ei dari sicut infirmo; etiam si non fuerit ieiunus.

3 Sed extrema vinctio damnato capitaliter nō est danda, vt post Gutr. firmat Clar. in d. 99. n. 3. in fi. vbi testatur, quod ita in practica obseruatur. Cartar. de exec. sent. c. fin. nu. 345. & 346. Cauale. d. p. 4. nu. 307.

Executio pœnæ capitalis an sit, & possit differri, & ex quibus causis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Sententia capitalis, vel alia corporalis statim est executio- ni demandanda vbi non conceditur appellatio; licet iudex debeat omni diligentia executionem pœnæ capitalis differre.*
- 2 *Executio sententia capitalis pluribus modis differri potest.*
- 3 *Sententia capitalis an sit differenda, quando funiculus fractus fuit, vel securis non amputauit prima vice caput condemnati.*

4 Dam-



4 *Damnatus ad mortem an possit tuta conscientia aufugere à Carceribus.*

C A P. III.

1 **L**icet fiscus habeat intentionem fundatam vt executio sententiæ pœnæ capitalis, vel corporalis statim executioni demandetur per iudices, ad quos spectat, nisi in loco daretur appellatio, & fuerit ab eo vel ab alio pro eo appellatio interposita, Ang. de malefic. in verb. & ibi caput à spatulis, num. 24. vbi Aug. latè in Add. Clar. q. 97. nu. 7. Menoch. 334. per totum, vbi latè de ista materia, & cas. 498. nu. 5. lib. 2. de Arbitr. Carpan. in nou. Constit. Mediol. in c. homicida, nu. 962. vbi subdit, Mediolani esse sublatam appellationem, & omne aliud remedium ordinarium, & extraordinarium in causis criminalibus, per decretum, tit. de accusat. cap. à sententia; Et quid in statu ecclesiastico dixi supra in defensione circa appellationem.

Et ob id sententiam statim esse executioni demandandam, latè Moder. Farinac. in fragm. crim. in lit. C. nu. 610. vbi concordantes cumulauit.

Tamen iudex sciat, qd omni ingenio executionem sententiæ capitalis differre debet, vt notat Lancell. de attentat. part. 2. cap. 12. ampliat. 4. nu. 9. & sequitur Carpan. in d. cap. homicida, num. 963.

2 Et plures dantur modi ad differendam executionem sententiæ capitalis, vt tradunt Marfil. in Prax. crim. §. opportunè, nu. 1. & seqq. Cassan. de consuetud. Burg. Rubr. 1. Des Iustices, §. 5. tex. s'il n'a Grace, num. 125. & seq. Sebast. Medices in tract. Mors omnia soluit nu. 148. & seqq. vbi ponit sex modos, & nouissimè alios modos recolligit. Farinac. in dd. fragm. crim. in littera C. nu. 609. cum plur. seq. & præcipuè si mulier fuerit prægnans, si debeat reus condemnatus redere rationem alicuius administrationis, item si accusetur de grauiori crimine, si reus velit confiteri sua peccata, si aufugiat ad Sacerdotem portantè Sanctissimam Eucharistiam, si casu Cardinalis in itinere transiens obuiauerit ipsi condénato, si promittat dare in posse Curia alios facinorosos si promittat multa reuelare pro salute Principis. (si velit ducere in vxorè meretricem super quibus omnibus latè scribit Farinac. in loco proxime citato, & latius Carrer. in Prax. §. circa itaque num. 88. cum pluribus sequentibus, & aliquos notat Cæpoll. caut. 2. & Carpan. in d. cap. homicida, num. 964. vsq. ad nu. 993. ponit decem, & septè modos, quos hic recensere superfluum arbitror, vide latè Cauale. de Brach. reg. p. 4. nu. 308. cum pluribus seq. & sub nu. 320. ponit per quos expensæ solui debeant, quando differtur executio, & quæ fiunt in confortatorio, & in specie sub nu. 309. in fi. docet, quod si mandatum Principis fuerit iniustum, antequam exequatur, iudex teneatur prius scribere ne dum semel, sed bis, & ter, qd est notandum bene per iudices, ne errent circa executionem mandati iniusti Principis.

Ac etiam idem Carp. sub num. 994. cum plur. seqq. ponit nouem casus, quibus impeditur executio sententiæ capitalis. Seb. Medices, vbi supra nu. 154. & seq. refert etiam nonnullos casus, & aliquos refert etiam Clar. in q. 98. per totam, & ibi Baiard. in addit. qui sub nu. 6. consuluit iudicibus, vt non audeant retractare sententias capitales condemnatorias, inconsulto Principe, ne aliquid mali eis contingat.

Quod consilium fuit originale, Bar. & Fœlin. in lo.

cis per eum relatis, & præcipuè iudex non debet exequi sententiam iniustam propter innocentiam rei, imò potius debet renunciare officio suo, quam ipsam sent. iniustam exequi, Marf. in præf. §. opportunè, n. 11. & 12. cum exceptio innocentia nunquam sit per statutum exclusa exceptiones, latè Cauale. de Brach. reg. p. 3. n. 309. Marf. vbi supra num. 10. vbi alios allegat.

3 Si vero in actu executionis sententiæ carnifex non possit caput amputare, vel, eo suspenso, funiculus fractus est, debet condemnatus liberari, cum censeatur id contigisse miraculosè, ob eius innocentiam, & maximè, si protestatus fuerit esse innocentem, antequam inferatur ei supplicium, vt consuluit Io. de Arn. folioq. 5. Boss. de fauor. Defens. n. 11. Cassan. d. §. 5. nu. 124. vers. ad alium, Clar. q. 98. n. 9. circa fin. vbi refert plures casus, Boss. de exec. sent. n. 25. Boer. decis. 217. nu. 18. vbi refert multa exempla, Tiraq. caus. 60. de pen. temper. Carrer. in Prax. §. circa quantū, n. 175. Gugliel. Ruuil. in tract. de inuestitur. lib. 3. c. 7. tit. de exec. sent. sub nu. 5. Farinac. in fragm. crim. lit. C. n. 638. & seq. Carp. d. c. homicida, nu. 906. vbi subdit, idem esse dicendum in condemnato ad triremes, qui vi tempestatis ab eis aufugit, ex traditis per Boss. tit. de execut. sent. n. 25. vbi etiam dicit, liberari cōdemnatum à pœna triremium, dato alio pro seruo posse, quando ipse sit effectus infirmus; Idemque erit in condemnato in pœnam capitis, vel, vt viuus igne comburatur quia, & is si gladio seu securi percussus remansit incolumis, vel ex igne exiuit illæsus non erit iterum gladio ferendus, vel in igne exponendus, sed liberandus. Petr. Caball. cas. 257. num. 9. in fin. cent. 3.

Sed Luc. de Penn. in l. 1. col. 7. vers. sed pone, damnatus, C. de seru. lib. 12. dicit esse Principem consulendum quando posset dubitari, quod euenerit id miraculosè, & sine fraude, & cōdemnatus protestatus fuerit de innocentia, quem sequitur Boer. decis. 217. n. 18. & in dubio præsumitur, quod miraculosè acciderit, Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 44. n. 6. & si cōstet, quod miraculosè euenerit ille catus, nemo dubitat, quod debeat liberari, vt testatur Petr. Caball. casu 257. n. 2. cent. 2. vbi tamen subdit, quod erit difficilis probationis ostendere id contigisse miraculosè, & sub num. 3. & seqq. latè post alios, quos allegat etiam tuetur, quando sumus in dubio, vt censeatur contigisse miraculosè iudicio omnipotentis Dei, & ad cōtraria responderet.

Sed idem Luc. de Penn. in l. quæ ex Prætorio, col. 3. C. de exact. lib. 12. dicit, non esse liberandum condemnatum, propter vitiū nefandū, sed debeat pluries vltimo supplicio affici, donec cum effectu anima ab eius corpore separetur; quem sequitur Fab. de Mont. Leo. in Prax. p. 4. fol. 201. num. 56. Sed hoc non placet Baiard. in q. 98. num. 10. cum fractura laquei possit esse signum innocentia in isto crimine, sicut in alijs, sequitur Petr. Cabal. cas. 257. num. 10. cent. 3.

Sed idem Baiard. in q. 98. n. 9. dicit, calum in Ciuitate Asculi sibi contigisse in quodam bannito, nuncupato Finocchio, p. cuius liberatione populus acclamabat ex quo laqueus fractus fuit, cū id miraculosè accidisse crederet; sed ipse parū credēs huiusmodi miraculis mandauit duplicari laqueum, quo duplicato bannitus remansit suspensus; & qd ita alias obserauerit Gubernator Ciuitatis Alexandriae, vt scribit Cagnol. in l. fauorabiles, nu. ff. de regul. iur. Ego autem, si casus mihi



mibi contingeret non in famoso bannito, neq; diffamato delinquente, & circūscripta omni fraude, si ageretur de condemnato, qui alias non deliquit, neq; esset conuictus, sed tantū indiciatus, vel metu tormentorū factus fuerit delictū, non deuenire iterū ad illū tradēdū supplicio, sed omnibus diligenter notatis, transmittēre Principi, & eius iussione expectarem, & ita facere tutius erit, ne tumultus in populo excitetur, ac etiam pro tuta conscientia ipsius iudicis, & in hac opinione etiam residet Cabal. d. cas. 257. num. 7.

4 Damnatu ad mortem non potest tuta conscientia aufugere à carceribus ad euitandam pœnam mortis secundū Theologos, vt testatur Pereg. conf. 2. n. 154. vol. 2. Sed Cauall. de Brac. reg. fragm. in fram. 48. vers. & quo ad fugam dicit, quod esset fatuus damnatus si aufugere posset, & nollet aufugere, sed ipse nō loquitur in foro conscientie.

### Executio pœnæ capitalis per quem Iudicem fieri debeat.

#### SUMMARIUM.

- 1 Executio sententiæ pœnæ capitalis est faciēda per iudicem, qui tulit sententiā.
- 2 Iudex secularis, cui traditur damnatus pro hæresia Curia Ecclesiastica, debet dictam sententiā executioni demandare, absque quod videat de viribus, & iustitia, vel iniustitia d. sententiæ.

#### C A P. IV.

3 **I**N ista quæstione est regula, vt executio sententiæ capitalis, vel corporalis non possit fieri, nisi per Iudicem qui tulit sententiā. Carpan. super nou. Cōstit. Medio. cap. homicida, nu. 1010. Cauall. de Brac. reg. par. 4. nu. 252. Si vero iudex originis velit exequi sententiā Iudicis delicti, vel è contra, tunc requiruntur litteræ subsidiales, vel est remittendus delinquēs, seu dānatus. Ang. de Malef. in ver. & ibi caput a spatulis, nu. 25. & ibi Addent. in litt. B, & nu. 27. Boss. tit. de execut. sent. nu. 11. & seq. Clar. p. 96. vers. item quæro; Carpan. in d. c. homicida, nu. 1010. & seq. Et ego latè dixi in Defens. 1. cap. 17. circa remissionem. Dec. lib. 4. c. 38. n. 1. & seq. in tract. crim. & an iudex teneatur exequi sententiā Iudicis requirentis dixi in d. Defens. 1. c. 10. num. 9. vt non teneatur, quando cōstat ex actorum copia de iniustitia sententiæ, Nauar. in c. si quis autem de pœnit. dist. 7. Couar. pract. q. 99. c. 33. Segura. Dauiolos in directorio iudicum Ecclesiast. 2. p. cap. 13. per totum Cauall. in tractatu communes, cont. comm. q. 353. in fin.

2 Et aduertant iudices seculares, quando sibi traditur reus per Curiam Ecclesiasticam in crimine hæresis, vt omnino exequantur sententiā, absque quod videat, & cognoscant de meritis, & viribus dictæ sententiæ. Fel. in c. at si clerici, num. 4. de Idd. Pegn. in comment. ad direct. inquisit. par. 3. comment. 85. §. sed canonistæ, vbi alios allegat, Clar. q. 96. vers. quæro etiā, Grauat. ad Vestr. lib. fin. sub nu. 41. vbi testatur de cōi opinione Canonistarum, Bero. in cap. at si Clerici, nu. 79. & seq. vbi de cōi, Simanch. de Cathol. instit. tit. 36. nu. 5. & seq. vbi de veriori, receptiori, & vsu comprobata opinione, & insurgit valde contra Ine, qui aliter sentire videtur, latè Moder. Rom. q. 97. nu. 130. & seq. vbi post alios, quos allegat firmiter procedere etiā si con-

staret liquide sententiā inquisitionis esset iniustā, & nullam, exequi potest per inquisitorem sancti officij regi, Doct. adducti per Farinac. in d. q. 97. n. 106. Petr. Cabal. cas. 223. n. 44. cent. 3. latissimè Scac. de iud. lib. 1. c. 63. nu. 7. vers. contrariam sententiā, vbi concordantes cumulauit, ac etiam contrarium tenentes allegauit, & ibi etiam declarat, quid sit dicendum in alijs criminibus mere Ecclesiasticis, & mixtis, & mere secularibus, & latissimè ponit idem Modernus Romanus, dicta quæstione 97. num. 87. cum pluribus seq. & latè èt, qui concordantes cumulauit. Cauall. in tract. comm. contra commun. quæst. 354. per totam.

Et Iudex debet mandare, vt consignetur damnatus Baroncello, qui præest alijs Satellitibus, vt per Ministrum Iustitiæ sententiā exequi faciat. Clar. quæst. 99. in princip. vbi subdit, quod si condemnatio sit capitalis, est cōsuetudo laudabilis, vt per viros Religiosos intimetur reo verbis accomodatis hortantes illum ad patientiam, penitentiam peccatorum suorū, & ad Sacramenta Ecclesiæ, & interim penes dictos viros Religiosos retineatur, vt illum confortentur, Mar. in pract. §. quoniam, nu. 51. latè Iodoch. in pract. cap. 150. num. 3. Clar. q. 99. num. 1. Carpan. d. c. homicida, num. 21.

Et ita hic in Curia maxima cum charitate, pietate, & diligentia, obseruatur, & si executor Iustitiæ ex signis declaret, & Iudici innotescat, quod peruersa intentione reum occidat, quia forsam dixit tandem deuenisti in manus meas, & meam vleiscar iniuriam, vel similia verba dicat, debeat puniri, quia omne peccatum, quod in Deum committitur, si iudici innotescat, pœna temporali punitur, si occultum remaneat solū Deum habeat vultorem, capitulo cum minister. 23. q. 5. Gribal. in tract. de omni gener. homic. legitt. nu. 1. & seq. Petr. Caball. in eod. tract. nu. 10. & de istis Carnificibus latè scribit Iodoch. in pract. crim. cap. 164.

### Executio pœnæ capitalis quibus diebus fieri debeat, & quomodò condemnatus ducatur ad supplicium.

#### SUMMARIUM.

- 1 Executio pœnæ capitalis de iure fieri non potest dieb. feriatis, tam in honorem Dei, quàm hominum, etiamsi Reus fuerit condemnatus pro crimine læsæ Maiestatis.
- 2 Damnatus ad mortem debet duci ad locum supplicij per loca publica, & consuetas, & fieri debet executio in locis consuetis, præterquam in famosis latronibus.
- 3 Carnifex potest, producendo malefactorem ad locum iustitiæ, capere equum, bouem, vel aliud animal, soluto competente pretio eorum domus, & quare d. pratium ei soluat.
- 4 Executio sententiæ fieri debet publice, & non occultè, nisi de licentia Principis.
- 5 Carnifex si non adesset in loco iustitiæ, quis cogi possit ad illud exercitium faciendum.
- 6 Persona vilis solummodo potest cogi ad officium Carnificis exercendum, & quid si Iudex habeat aliquem condemnatum, an possit ei facere gratiam, si exerceat officium Carnificis.
- 7 Persona vilis, quæ cogitur ad officium Carnificis, debet habere suum salarium.



- 8 *Condemnatus si quis sit in pluribus pœnis, quomodo d pœna sint exequenda.*
- 9 *Animal brutum, cum quo deliquit homo, quando suspendi debeat.*
- 10 *Animal brutum si interficiat aliud simile, animal, quando dominus teneatur pro dicto excessu; & quid si interficiat aliquem hominem.*
- 11 *Animal si aliquis ad defensam interficiat, non tenetur in aliquo.*
- 12 *Damnatus ad flammam debet prius strangulari antequam comburatur; nisi fuerit hæreticus obstinatus.*
- 13 *Condemnatus si quis sit in pœnam mortis, non expresso mortis genere, quid sit agendum.*
- 14 *Suspensus non dicitur mortuus violenter, sed naturaliter.*

C A P. V.

**D**E iure executio pœnæ capitalis fieri non potest in die feriato tam in honorem Dei, quam in vilitatem hominū, l. si feriatas, ff. de ferijs, l. custodias, ff. de publicatione iud. Clar. q. 97. nu. 6. in princ. Boer. decif. 279. num. 8. vbi dicit, quod nec etiam in crimine læsæ maiestatis, facienda est executio in diebus feriatis in honorem Dei, sequitur Baiard. in d. quæst. 97. num. 8. latè qui alios allegat. Petr. Caball. cas. 227. num. 1. & seq. cent. 3.

Et ideo esset damnandus ille iudex, qui pro oppositione facta Curia in festo vnius Sanctissimi Apostoli ex duodecim, ad patibulum, & vltimum supplicium in Curia mandauit duci quosdam infelices; quamuis per Bullas Summorum Pontificum, & præcipuè Sixti Quinti, quæ est in ordine sexta, sit, pro tali excessu, imposita pœna criminis læsæ maiestatis.

Excipiuntur tamè executiones contra latrones insignes, quæ, de iure speciali, omni tempore fieri possunt Boer. & Baiard. vbi supra, & in alijs casibus latè positus per Petr. Caball. d. cas. 227. nu. 28. & seq. vbi etiã refert plures doctores testantes de similibus executionibus factis in diebus feriatis in honorem Dei, virginis, & SS. ac in die Paschatis.

2 Et dånatus ad mortem ducitur per loca cõsuetu publica, & quandoque ante domum interfecti, & ad locum commissi delicti, Boss. de execut. sent. num. 14. Et regulariter executio fit in locis consuetis, præterquam in famosis latronibus, Clar. q. 99. num. 6. Carpan. d. c. homicida, num. 1027. vbi testatur ita seruari, vide latè Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 3 17. vbi ponit, quod diuersimodè obseruetur in multis locis.

3 Et adducendum malefactorem ad locum iustitiæ, potest capi bos, equus, vel aliud animal priuati, soluto eius domino competenti pretio, Marfil. in l. 1. sub num. 26. de fisco. Petr. Caball. in tract. de omni gener. homic. nu. 14. Marant. in Specul. p. 6. act. 2. num. 126. Anton. Gomez. de delict. c. 14. nu. 7. & ibi Addentes in litt. B. & ibi adducitur ratio cur pretium soluatur; quia fructus ex illius cultura non gignit, Carpan. d. cap. homicida, num. 1028.

Et talis impensa pertinet ad fiscum, & non ad Carnificem. Clar. q. 99. num. 5. Carpan. d. c. homicida, numero 1026. vbi addit, quod Mediolani fit expensis Communitatis.

4 Et caueant iudices, quod executiones delinquentium fieri debeant publice, & non occultè, nisi ex licentia Principis, vt post Afflic. in Const. March. in 6.

notab. Baiard. q. 99. num. 7. & ne incidant periculum prout incidit ille, qui in conuiuio, & delitijs, vt complacere meretriculæ, occidere fecerat damnatum ad mortem; quia diu fuit controversū, an ille iudex esset, censendus homicida, & tãdem fuit expulsus a Curia, quia miscuit sanguinẽ epulis, & delitijs, vt post Anan. refert Baiard. d. q. 99. nu. 6. & si reus aliquando decapitetur, vel suspendatur occultè, postea eius cadauer debet poni in loco publico, ne murmur in populo oriarur post Afflic. Gril. & Paris de Put. tradit Caualc. de Brach. reg. p. 4. num. 318. & seq.

5 Si vero non adesset in loco carnifex, vel minister Iustitiæ, qui sententiam capitalem exequatur, Iudex potest cogere aliquem liberum hominem, qui sit vilis persona, vt sit carnifex. Bart. in l. fia. §. Titius, nu. 3. ff. de pignor. act. quæ sequuntur omnes, vt testatur Clar. q. 99. nu. 4. vbi refert, quod Bononiæ fuit captus quidam Peregrinus, licet videretur persona honesta, vt decapitaret quemdam nobilem: quod, secundum eum, fuit malè factum; cum ad hoc officium non debeant compelli, nisi personæ viles, puta serui, & similes, & ob id fuit quidam Baroncellus in magno discrimine, qui in Ciuitate Raeaneti, coegit quemdam Peregrinū nobilem Græcum tempore nundinarum ad fustigandum quemdam furem, quem ego cum maxima difficultate liberaui à pœna triremium, sed tantū fuit trib. istibus funis publicè punitus, & suspensus ab exercitio, cum exiit ab Vrbe, & dicta Ciuitate Raeaneti.

6 Et quod persona vilis possit cogi ad officium carnificis, Marfil. in l. 1. nu. 26. & de fisco. Carrer. in Prax. §. circa itaque, num. 23. Marant. in Specul. p. 6. act. 2. num. 25. & alij adducti per Carpan. in d. cap. homicida, n. 1025. Rip. in tract. de remed. præser. cont. pest. num. 126. Baiard. quæst. 99. num. 3. & sub nu. 5. refert post Parid. & Foller. quod Iudex habens plures carceratos, inter quos sit vnus, qui possit condemnari ad opus publicum, possit ad dictum officium faciendum ad tempus, vel in perpetuum condemnare; & possit etiam facere gratiam reo morituro, dummodo exerceat dictum officium, de quo dubitat, vt non possit gratiam facere, nisi consulto Principe; quod tutius reputo.

7 Et isti seruo, vel vili personæ captæ pro Iustitia facienda, debent solui quinque aurei, l. Diuus, ff. de bon. damnat. Clar. d. quæst. 99. num. 4. in fin.

Sed hodie illa lex est correctæ, per Auth. vt nulli Iudices, §. fin. vt declarat Io. Ant. de Nigr. in c. grauamina num. 100.

Et quid obseruetur in practica, vide Baiard. d. quæst. 69. numero 4.

8 Condænatus autem si quis sit pluribus pœnis, quomodo dictæ pœnæ sint exequendæ, abundè dixit Iul. Clar. quæst. 99. nu. 9. & Carrer. in Prax. §. homicidium, vltimo, sub num. 26.

9 Et etiam si aliquis deliquerit cum animali bruto; quia cum eo se immiscuit carnaliter, debet etiam ipsum animal suspendi, cap. mulier. 5. q. 1. Lud. Carrer. in Prax. §. homicidium, vltimo, sub num. 10. Baiard. quæst. 99. num. 10. Et Iul. Car. d. quæst. 99. num. 8. vbi intelligit, quando vna cū homine suspenderetur, alias fecus, & iudicio meo, bene; & etiam loquitur de illa practica attestata per Guid. Pap. decif. 238. vt animal interficiens aliquem debeat puniri; prout vidit suspendi quemdam Porcum, qui interfecerat quemdam purum



rum; sed de ea parum est curandum, quia verè merum Imperium non exercetur in beluas, & in Italia talis consuetudo non feruatur, teste Clar. dist. quæst. 99. numero 8.

10 Sed bene verum est, quod, si animal ex genere malfactorū, vt equus, occidat, vel vulneret aliud animal, dominus equi tenetur ad expensas, & ad operas amissas, & amittendas, & ad expensas operationis, si illud animal inutile factum esset; vel debet dari animal pro noxa, l. ex hac lege, & ibi gloss. & l. i. ff. si quadrup. paup. feciss. dic. etiam si equus non esset alias fuetus calcitrare, Andr. de Alfer. conf. 27. nu. 8. tom. 1. crim. latè vide Abb. & Mar. Socc. in cap. si bos de iure, & damn. dat.

Sed si animal offensum remaneat deformatum, non potest agi aduersus dominum ad deformitatem, sed tantum ad expensas, Roman. conf. 378. Baiard. quæst. 99. numero 9.

11 Si quis autem occidat equum, vel bouem ad defensionem non tenetur in aliquo, fo. de Amic. conf. 117. per tot. cum contra animalia bruta sit permilla defensio, vt dixi supra suo loco.

12 Damnatus autem ad flammam, prout in crimine hæresis, sodomix, vel falsi (communi vsu) antequam, inter Christianos, comburetur, strangulatur, Couarr. var. resolut. lib. 2. c. 10. nu. 9. in fin. Carpan. d. cap. homicida, nu. 20. 29. Clar. q. 99. nu. 7. Etiam si fuerit relapsus in crimine hæresis, propter periculum animæ, si iterum poenituerit, debet prius strangulari, vel suspendi, antequam comburatur, Simanc. de hæret. c. 55. nu. 13. Clar. d. q. 99. nu. 7. qui ita feruaret, si casus sibi contingeret, prout ipse attestatur.

Sed solum in dicto crimine hæresis viuus comburitur delinquens, quando nollet poenitere, cum tunc nulla sit spes salutis, Couarr. d. c. 10. sub num. 10. vbi testatur ita feruari in Hispania Clar. d. q. 99. nu. 7. in fin. & ita passim hic in Curia Romana obseruatur, vbi similes hæretici, tam viui, quam strangulati, & suspensi comburuntur, in Acie Campifloris.

Et si quis velit scire, in quibus casibus delinquens concremari debeat, videat Gand. de malefic. tit. de poen. Cassan. super consuetud. Burgund. Rub. 1. §. 5. n. 3. qui ponit xv. casus, & videat etiam Duenn. in Reg. 113. vbi plenè.

13 Si verò sententia condemnatoria cantet in poenam mortis, absque quod specificetur genus mortis, erit inspiciendum delictum, pro quo fuit condemnatus delinquens, & sua certa specie mortis statuta à lege pro illo delicto erit puniendus: & si dicta species mortis non erit determinata à lege, tunc erit recurrenda ad interpretationem Iudicis, vel eius successoris, quæ debet conformari cū consuetudine loci de simili poena infligenda, Luc. de Penn. in l. 1. nu. 22. C. de defertor. lib. 12. Baiard. q. 99. num. 11.

Sed de simili materia alias dixi supra in Defens. 1. capit. ...

Suspensus, vel decapitatus nō dicitur mortuus violentè, sed naturaliter, & ob id societas officiorū per eius mortem amittitur, & illam officialis lucratur. Castroc. de societ. offic. cap. 29. nu. 1. & seqq. & ita Rota Romana resoluit contra hæredes Picinardi decapitati coram R. P. D. Sacro die, &c.

## Cadauera mortuorum, an suspendi possint.

### S V M M A R I V M.

- 1 Cadauera damnatorum non sunt punienda, neque suspendenda, nisi agatur de delicto atrocissimo.
- 2 Cadauer delinquentis, vt possit suspendi, requiritur, quod prius ipse delinquens fuerit condemnatus, aut legitime confessus, aut deprehensus in flagranti crimine, ita vt nulla defensio ei competere possit.
- 3 Cadauer illius, qui sibi mortem consciuit, quando possit suspendi, et puniri.

### C A P. VI.

1 **I**N hac quæstione firmant Doctores, vt, mortuo delincente, in eius cadauer non sit scruendum, per tex. in l. 3. & in l. defuncto de public. iudic. l. crimen. de poen. & iudices, qui aliter faciunt, tenentur in sindicato, Menoch. cas. 285. num. 1. & seq. Vasq. Controu. Illustr. c. 96. nu. 7. & seq. Lap. in l. Imperium, num. 7. vbi Curt. lun. nu. 35. ff. de iurisd. omni. iudic. Moder. Rom. q. 10. nu. 77. qui alios allegat; & testatur de communi, Suarez. Commun. opin. vers. mors. num. 231. Carpan. super nou. constit. cap. homicida, nu. 1030. Menoch. de Arb. cas. 285. num. 2. dicit malè facere Iudices, qui iubent cadauera delinquentiū suspendi; immo si viui suspendantur, vt non patientur ibi permanere ultra diem, sed eadem die sepeliantur.

Et licet practica magis communiter recepta sit, quod in delictis atrocissimis, vt in aliorum exemplum, & terrorem, cadauera suspendi possint, vt in famosis Assassinis, in criminibus publicis, in crimine læsæ maiestatis, & in similibus, vt per Ign. in l. 1. §. si tibi manus, num. 21. & 42. ad Syllan. Clar. q. 51. vers. sed hic incidenter, Ant. Gom. tit. de delict. c. 1. nu. 79. Menoc. cas. 183. nu. 7. & cas. 284. nu. 15. Sebast. Med. in Tract. mors omnia soluit. p. 2. conclus. 32. n. 86. Mod. Rom. q. 10. nu. 78. vbi refert plures casus.

2 Tamen requiritur, quod delinquens, aut fuerit condemnatus, vel saltem legitime confessus, aut conuictus, siue in notorio, & in flagranti crimine repertus; adeo quod; si viueret, nulla defensio sibi competeret; nam sicut viuus non potuisset suspendi, multo minus eius cadauer, post mortem, Boff. tit. de accusat. nu. 33. vbi videtur sentire, non sufficere confessionem sine condemnatione: quod Mod. Rom. dicta q. 10. nu. 79. non firmat.

Et erit etiam arbitrarium Iudici suspendere eadauer delinquentis, vt est videre per eundem Modern. Rom. in dicta q. 10. nu. 78. circa princ. & latius, in q. 128. nu. 10. & seqq.

3 Mihiusque cadauer illius, qui sibi mortem consciuit, tædio vitæ, dolore, amore, siue timore affectus, suspendi debet, etiã si se interfecerit in carceribus, conscientia proprii criminis; secundum magis veram, & communem, ac indubitatam opinionem attestatam, per Moder. Rom. q. 10. nu. 80. vers. Ego itaque; & indubitanter in curia seruatur, vt tædio vitæ affectus, si se ipsum occidat, non suspendatur.

Et aliqua exempla ponit Moder. Rom. dicta q. 10. nu. 80. vers. de consuetudine, sed latius post alios, quos allegat in q. 128. n. 10. & seq. Decis. Auenion. 122. n. 8.

Et ego etiam multa alia possem afferre. Sed in carcerato, qui conscientia patrati criminis, pendere processu,



## Defens. XXXVIII. Circa executionem sentent. 389

cessu si interficiat, eius cadauer, nec soleat in Curia suspendi, plura exempla ponit idem Moder. Rom. dicta q. 10. num. 80. vers. ubi autem; nisi esset capitaliter condemnatus, vel confessus de atroci delicto, vt heri vidimus hic in Curia exequi contra quemdam; qui confessus fuerat, quod ipse falsam monetam cufferat, & post confessionem veneno se interemit, & statim eius cadauer fuit in loco publico, & consueto suspensum.

### Damnatorum corpora, an sepelli debeant.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Damnatorum corpora debent tradi Ecclesiastica sepultura.
- 2 Corpora damnatorum non possunt amoueri ex loco iustitiae sine licentia superioris.
- 3 Iudex denegans corpora damnatorum sepelli, erit puniendus, priuandus officio, & mittendus in exilium, & teneatur reficere iniuriam, & omnem laesionem.
- 4 Corpora damnatorum, in quo loco sepelli debeant.
- 5 Corpora damnatorum in casibus atrocibus possunt retineri in loco iustitiae, & in frustra diuidi, & in diuersas partes, ubi delicta commiserunt ad sportari, & ibi perpetuo retineri.
- 6 Cadauer banniti mortui, qui poterat impunè occidi, virtute statuti, non potest sepelli in loco banni. Fallit in ossibus, & cineribus, qui non habent amplius formam humanam.

#### C A P. VII.

1 **I**am vidimus, quod damnatis sacramentum poenitentiae, & Sanctissimae Eucharistiae conceditur, etiam quod atrocissima crimina commiserint, & habemus in cap. 2. de furt. in cap. super eod. de haeret. in 6. & in Clem. 1. & ibi glos. de poenit. & remissio. Ideo sepultura ei conceditur, cap. quaesitum, 13. q. 2.

Et quod, de iure canonico, corpora damnatorum sepelli debeant, testatur Clar. q. 100. num. 1. Carpan. in nou. constit. Mediolan. cap. homicida, num. 1032. Cauale. de Brach. Reg. p. 4. nu. 377. Vbi subdit idem esse obseruandum in ossibus, ac cineribus damnatorum, dummodo signum poenitentiae, in morte, damnatus ostenderit, & postquam per aliquod notabile spacium temporis in loco iustitiae huiusmodi ossa, & cineres steterint, saltem per sex horas, & quod in dubio erit credendum se poenituisse.

Et hoc est permixtum cognatis, & alijs extraneis petentibus cadauer sepelli, l. i. ff. cadauer. punit.

- 2 Sed non possunt propria auctoritate cadauera delinquentium sepelli, & a patibulo eripi, Carpan. d. cap. homicida, nu. 1032. Ant. Gomez. cap. 14. nu. 8. Clar. q. 100. nu. 1. vbi Baiard. nu. 1. dicit procedere, siue essent puniti Rei in loco consueto, siue in alio, reprobata opinione. Anan. in cap. Pures, num. 2. de furt. & ibi subdit.
- 3 Quod iudex denegans cadauera damnatorum sepelli, sit puniendus poena priuationis officij, & exilij, ac teneatur reficere passis iniuriam, & omnem laesionem.
- 4 Et in quo loco sepelli debeant, erit consuetudo seruanda; & in multis locis adest particularis Ecclesia, vt Mantue, vt refert Cauale. de brach. reg. p. 4. n. 378. & Romae, & Cauale. vbi supra dicit, quod quandoque mos est, vt concedantur iuis petentibus sepelli in

proprijs Ecclesijs Parochialibus, prout vt vidi hic in Curia cum personis nobilibus feruari, de iure communi adest, l. i. ff. de cadauer. damnat.

5 Nisi tamen, ex aliqua ista causa, iudex voluerit terrorem incutere ceteris, perpena delicti, loci, & temporis conditione, quia poterit, vel in perpetuum, vel ad tempus corpora damnatorum suspensa, & insepultura relinquere. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 11. Menoch. cas. 387. num. 32.

Quam opinionem nonnulli relati per Couar. vbi supra reprobant dicentes, non posse iudices, sine lae peccati sepulturam damnatis denegare, tamen de consuetudine, tam in Curia, quam in toto statu Ecclesiastico, aliter obseruatur contra famulos latrones, stratarumque derobatores, qui solent suspendi, vbi crassati fuerunt, vel alibi, in frustra scindi, & ad locum crassationis affigi, & perpetuo omnibus videndos in terrorem aliorum relinqui. Ign. in l. i. §. si sibi manus, num. 49. ff. ad Syllan. Clar. d. quaest. 100. num. 1. in fin. Carpan. d. cap. homicida. num. 1033. qui loquuntur etiam in cadauere delinquentis in crimine laesae Maiestatis. Cauale. de Brach. Reg. parte 4. num. 377. circa fin. Modern. Roman. quaest. 128. num. 14.

6 Sed an cadauer banniti, qui poterat impunè occidi, vigore statuti, possit impunè sepelli in loco banni; si memoria illius non possit damnari, poterit sepelli in dicto loco banni, cum mors omnia soluat. Cauale. de Brach. Reg. in repert. in verb. cadauer. latronum. Sed contrariam tenet Ant. Gomez. cap. 14. sub num. 8. late, qui alios allegat, Caball. cas. 83. num. 1. & sequent. & cas. 265. dicit non procedere in ossibus banniti, quae amplius non haberent formam humanam; quia in loco banni impunè sine licentia Principis, possunt reponi, ac sepelli; & ideo erit cautela attentibus banniti defuncti, vt deponant cadauer in aliquo loco extra iurisdictionem Principis bannientis, donec dict. cadauer amittat formam humanam, & deinde ossa, & cineres in vna, vel capsula reponant, & conducant in sepultura suorum antiquorum, in propria patria, abique tamen solemnitate aliqua.

### Cadauer Damnati, an possit concedi Medicis, & Chirurgis pro anothomia facienda.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Cadauera damnatorum, an possint tradi Medicis, & Chirurgis pro Anothomia. Doctores concludunt in partem affirmatiuam, ob publicam vtilitatem, sed requiritur licentia Superioris.
- 2 Cadauer damnati solum conceditur pro anothomia, quando quis fuit suspensus, & non alia poena punitur.
- 3 Meui, in foro conscientiae, an possint retinere pinguedinem cadaueris, vt alijs mederi valeant.
- 4 Medici debent officia solemnita pro anima anothomizandi decantari facere, & illius ossa cum debitis funeralibus sepultura tradere; & assistentes anothomia debent elemosynas largiri pro missis celebrandis pro salute illius damnati.

#### C A P. VIII.

1 **B** Art. in l. fin. ff. de cadauer. punit. tangit hanc questionem, sed illam indecisam relinquit; idem facit Anan. in cap. 2. de furt.

Sed



Sed Doct. in l. Imperium, ff. de iurisd. omn. iudic. firmant, ob publicam utilitatem, licet tendat in iniuriam privati, posse cadauer puniri pro anothomia tradi, & præcipue Dec. num. 18. Curt. nu. 38. Gaspar. Valasc. numer. 22. Lap. num. 9. Clar. licet supradictos non allegat in quæst. 100. num. 2. & ita fuisse ab Vniuersitate Salamantina. Diuo Carolo Quinto responsum, dicit: idem tenent Rip. in Tract. de remed. contra pest. num. 112. & sequent. Mant. libro quarto, obseruat. 34. Soarez. ad Gomez. in cap. 14. in litt. C. Carpan. super nou. const. cap. homicida, nu. 1034. & seq. vbi videtur mordere. Clar. qui sic tepidè in hac quæstione se habuit, Menoch. de Arb. cas. 285. num. 10. vbi de com. lib. 2. Baiard. quæst. 100. num. 4. Cauale. de Brach. Reg. par. 4. num. 377. vbi subdit, quod venter, & alia viscera sepelli debent, & quod soleant tradi pro anothomia, vbi publica vniuersitatis stadia vigent.

Sed de consuetudine requiritur licentia Principis, aut eiusdem damnati, vt præbuerint licentiam, antequam moreretur. Rip. dicto num. 142. & seq. Baiard. dicta quæst. 100. numero 4. Clar. ibi num. 2. vt requiratur licentia Principis, vel Senatus, & quod Iudex inferior non possit illam concedere, & post Cassan. super consuetud. Burgund. in Rubr. 2. in text. ll. confisque le biens, num. 7. in fin. Carpan. d. cap. homicida, num. 1035. Sed Menoch. cas. 285. num. 10. dicit, quod remittatur arbitrio Iudicis, vbi tamen subiungit tutius esse Principis voluntatem perscrutari, vt refert Baiard. in d. quæst. 100. numero quarto, in fine, & ibi etiam Hier. Giach. in litt. A, vbi ipse testatur, quod inconsulto Principe, indistinctè, ita obseruaret, nulla consideratione conditionis, ac dignitatis familie habita.

Quod ego arbitror esse periculosum, ne forte agnati, & cognati tumultum facerent, credentes, ac reputantes esse dedecus eorum familie: & idè omnino teneo, quod sit habenda consideratio qualitatis, conditionis, ac dignitatis familie, ac sit obtinenda licentia a Principe, seu Senatu, vel à Præside Prouinciæ loci: idem tenet Menoch. d. cas. 285. num. 12.

Et cadauer damnati pro anothomia faciendâ solum conceditur, quando damnatus esset solum suspensus, & non aliter mortuus, vt declarat Sapia in d. l. Imperium, num. 10. & refert Carpan. d. cap. homicida, sub num. 1034.

Et solet in proposito dubitari, an Medici in foro conscientie possint pinguedinem dicti cadaueris retinere, vt alijs mederi possint, vt scribit Anan. in cap. Fures, num. 3. de furt. & refert Baiard. in q. 100. nu. 5.

Sed debent Medici officia solemnia pro anima anothomizati decantari facere, & illius ossa sepultura cum debitis funeralibus tradere, vt docet Rip. de remed. præseruat. contra pest. numero centesimo quadragesimo secundo, & seqq. & sequitur Baiard. quæst. 100. numero quarto. Immo scholares, & alij qui interueniunt dictæ anothomizati, debent elemosynas facere pro Missis celebrandis pro salute illius, damnati anothomizati: prout ego per pios Scholares vidi Perusie passim obseruari, dum ibi studebam, vbi aliquando curiositate motus cum alijs accedebam,

Vestes Damnati ad mortem quibus concedi debeant.

### SUMMARIUM.

- 1 Vestes Damnati quibus concedi debeant. Aliqui tenent, esse vendendas. & illarum pretium erogandum in perquirendo malefactores, & in alijs expensis necessarijs pro officio. Alij tenent, quod sit seruanda consuetudo Regionis.
- 2 Cadauera Damnatiorum non debent spoliari, vt eorum pudenda per populum perspiciantur, & si aliter fiat, carnifex, vel executores puniri debent.
- 3 Impediens, ne cadauer sepelliatur, quomodo puniri valeat.
- 4 Spolians cadauera mortuorum, quomodo puniatur; & quando dicatur quis cadauera spoliare.
- 5 Cadauer offendens quomodo puniatur; & an pax rumpatur per dictam offensionem.

### C A P. IX.

**B** Art. in l. Diuus, num. 5. de bon. damnat. firmat, esse dictas vestes vendendas, & earum pretium circa expensas necessarias officij, vt in perquirendo malefactores, & similes, esse irrogandum, refert Carpan. super nou. constit. Mediol. cap. homicida, num. 1037. & Clar. in quæst. 100. nu. 4.

Alij autem tenent, quod sit seruanda consuetudo Regionis, & Prouinciæ. Clar. d. quæst. 100. numero quarto, vbi dicit quid seruetur in Gallia. Boer. de decif. 349. num. 5. Carpan. d. cap. homicida, nu. 1039. & seq. qui dicunt, quid seruetur Mediolani, & vide Carrer. in pract. §. circa itaque, num. 24.

Et quid seruetur in Regno Neapolitano, vide Io. Ant. de Nig. in cap. grauamina, num. 100.

Et quid in statu Ecclesiastico, vide Baiard. in quæst. 100. num. 6. vbi subdit, quod raro super hoc contingit dubitari, cum executores spolient Reos bonis vestimentis, antequam ducatur ad supplicium, Cauale. d. par. 4. num. 376. in fin. vbi latè Cartar. de execut. sent. cap. fin. num. 462.

Sed caueat carnifex, ne denudet in totum cadauer damnati, vt pudenda videantur; quia Ammian. Marcellinus, lib. 28. histor. recèset, quod quidam carnifex, qui duas mulieres de adulterio damnatas, suspensas, nudas spoliauerat, fuit viuus combustus, vt refert Cauale. de Brach. reg. par. 4. num. 377.

Si vero quis rapuerit, seu impediuerit, ne cadauer sepelliatur, quomodo puniri debeat, vide Modern. Rom. quæst. 20. num. 133. & seq.

Et spoliantes cadauera mortuorum, etiam quomodo puniantur, tradit ibi Modern. Rom. num. 116. & numero sequent. dicit, quando quis dicatur spoliare cadauera, vel sepulchra; & sub numero 121. etiam dicit.

Quomodo puniatur; qui abscindit caput, vel aliud membrum mortuo; & an frangatur pax per offensionem factam cadauero, dixi in tract. de pac. & treuga, par. 1. quæst. 68. per totam.

Et quid si fiat iniuria ossibus mortui, Caball. casu 265. num. 7. & seq. cent. 3. Nec bannitus, qui vigore statuti impunè potest occidi, ex interuallo potest impunè spoliari, sed tantum incontinenti, Marf. in tract. de Bann.



de Bann. in verb. incontinenti, num. 15. & in §. aggre-  
dior, num. 83. in pract. crim. Nell. in tract. de Bann. 2.  
par. 3. temp. num. 3. Peregr. Iannin. in tract. de lit. rea-  
li, lib. 2. cap. 1. num. 73. vbi subdit, quod spoliatus dict.  
bannitum ex interuallo punitur pœna expilatae hæ-  
reditatis.

D E F E N S I O XXXIX.

*Circa executionem per Curiam  
Ecclesiasticam.*

Degradatio in Clerico in quibus causis fieri  
possit, & quomodo Clericus sit tradendus  
Curie sæculari, & quando.

S V M M A R I V M.

- 1 Degradatio alia est verbalis, alia actualis, & quæ sit  
actualis, & quæ verbalis.
- 2 Degradatio in tribus casibus solummodo premititur, hæ-  
resis, falsi in litteris Apostolicis, & conspirationis contra  
Episcopum.  
*Declarata tamen ut hic per Authorem.*
- 3 Degradatio, an in alijs criminibus, exceptis dictis tribus  
casibus, fieri possit.
- 4 Clericus homicida non debet tradi Curie sæculari, eo ma-  
gis si fuisse in sacris ordinibus constitutus; & etiam si  
homicidium commissum fuerit in personâ alterius Clerici.
- 5 Clericus, propter homicidium, quæ pœna sit puniendus:  
alii dicunt, quod debeat detrueri in Monasterium; alij  
damnari ad perpetuos carceres; De consuetudine autem  
transmittitur ad trivemes.
- 6 Clericus pro homicidio enormi, & qualificato, & pro alijs  
delictis grauibus, potest tradi Curie sæculari.
- 7 Clericus an pro pluribus homicidijs, vel reiteratis delictis  
possit tradi Curie sæculari.
- 8 Degradatio, non solum, propter delicta, conceditur in Cle-  
ricis, sed etiam in Laicis aliqua dignitate insignitis; ut  
si fuerit Doctor, vel similis.
- 9 Degradationis forma ponitur per Concilium, & per alios  
hic relatos.
- 10 Clericus pro quocumque grauisimo crimine non potest  
puniri à Iudice Laico, nisi prius fuerit à Iudice Ecclesia-  
stico degradatus.
- 11 Clericum quando Iudex Ecclesiasticus degradatum tra-  
dit Curie sæculari, debet orare, ut ei non infligatur pœ-  
na sanguinis.
- 12 Degradationis pœna per statutum simpliciter imposta,  
debet intelligi de verbali degradatione, non de actuali.
- 13 Clerici cadaver, quod propter aliquod graue delictum,  
debet suspendi, vel in frustra scindi, an debeat prius de-  
gradari.
- 14 Christianus, si moriatur, & deinde resurgat, non debet  
iterum baptizari, & recuperat filios, et omnia bona pa-  
trimonialia, sed non recuperat, neque uxorem, neque be-  
neficium.
- 15 Curia Episcopali, quæ pœnas irrogare possit, tam contra  
Laicos, quàm contra clericos.

C A P. I.



Ciat Iudex in ista questione, quod duplex est  
degradatio, prima quæ fit, quando Iudex  
pronunciat sententiam contra clericum,  
eum priuando clericalibus ordinibus; &  
ista dicitur verbalis degradatio; quamuis propriè sit  
depositio; altera degradatio est, quando clericus non  
modo per sententiam, sed etiam personaliter priua-  
tur, exiuit, & spoliatur ordinibus Ecclesiasticis, iux-  
ta formam traditam in libro Pontificali, fol. 190. &  
seq. quam refert Foler. in pract. crimin. canon. fol.  
270. num. 17. Iul. Clar. quæst. 74. numero 1. latè Mo-  
dern. Roman. quæst. 8. num. 72. quæst. 19. num. 49.  
Scacc. de iudic. cap. vñdecimo, nu. 57. 71. & sequent.  
libro primo.

2 Et degradatio actualis, regula est, quod fieri non  
possit, nisi in tribus casibus à iure canonico permis-  
sis; nempe in criminibus, hæresis, falsi commissi in  
litteris Apostolicis, & conspirationis in Episcopum.  
Diaz in pract. crim. canon. cap. 106. & 108. Conrad.  
in tit. de inquisit. sub numer. 8. & in templo omnium  
iudicum, libro 2. cap. 5. §. 2. num. 5. Roff. de for. com-  
pet. num. 135. Clar. quæst. 36. vers. scias etiam, Couar.  
lib. 2. var. resolut. cap. 20. sub num. 7. Scacc. de iudic.  
dicto cap. 11. num. 60. vbi latè.

Sed caueat iudex, quod in crimine hæresis, tunc  
reus tradatur Curie sæculari, quando est relapsus;  
alias secus, quia tunc alia pœna punitur, cap. penult.  
extra de hæretic. Socc. reg. 55. in 1. fallentia, Boff. tit.  
de for. compet. num. 137.

Et si in crimine falsi, de iure clericus sit tradendus  
Curie sæculari, quando est conuictus de delicto, iuxta  
cap. ad falsarium, de crim. falsi. Tamen de consue-  
tudine non seruetur, Anan. in rubr. de falsi. circa fin.  
Clar. quæst. 36. vers. videamus etiam.

Et in crimine conspirationis contra Episcopum,  
clericus etiam tradatur Curie sæculari, si fuerit in-  
corrigibilis, alias non, glos. fin. in cap. cum non ab  
homine, de iudic. quam Doctores tanquam mitio-  
rem communiter sequuntur, ut post alios attestantur  
Socc. d. reg. 55. in 2. fallent. Clar. d. quæst. 36. vers. hinc  
infertur, Moder. Roman. quæst. 8. num. 76. & seq. Ni-  
col. Superanz. conf. 101. nu. 10. volum. 1. Baiard. quæst.  
36. num. 39. & seq.

3 Sed dubium est, an in alijs criminibus, exceptis di-  
ctis tribus casibus, clericus possit degradari, & tradi  
Curie sæculari, absque quod sit incorrigibilis, & in  
simplici homicidio, omnes conueniunt, non esse Curie  
sæculari tradendum, sed alia pœna puniendum.  
Socc. dict. reg. 55. in 4. & 5. fallent. Roland. consil. 4.  
num. 23. volum. 1. Alex. de Neuo, consil. 59. num. 21.  
Ang. de malefic. in verb. & si caput a spatulis, nu. 38.  
Arnald. Albert. in Tract. de agnoscent. assert. Cathol.  
& hæret. quæst. 25. num. 33. & seq. & probet tex. in c.  
cum non ab homine, ut tantum verbaliter depona-  
tur, & nõ tradatur Curie sæculari, ut tradit post alios,  
quos allegat Cæuall. comm. contra com. quæst. 564.  
vbi etiam dicit, quod homicidium committatur non  
solum facto, sed etiam præcepto, consilio, & lingua,  
licet Vinc. de Franc. de cil. 571. per totam, part. 4. refe-  
rat alias fuisse traditos plures Clericos Curie sæcu-  
lari, & ultimo supplicio punitos.



4 Quæ opinio procedit, etiam si homicidium fuerit commissum in persona sacra, vel in persona alterius clerici, vt minimè homicida clericus sit tradendus curiæ sæculari, Aret. in c. cum non ab homine, nu. 51. & seqq. de iudic. vbi testatur de communi, & reprobatur Anch. & Abb. contrarium tenentes, & eorum fundamentis respōdet, & de communi etiam testatur Dec. in c. at si clerici, nu. 258. vers. alia tamen opinio, de iudic. Diaz. in Pract. crim. canon. c. 9. sub nu. 7. vers. contrariam tamen, qui etiam testatur de communi, & dicit ab ea non esse recedendum in iudicando, & consulendo, & de magis communi etiam testatur Petr. à Plach. lib. 1. c. 22. num. 43.

Quod magis procedit, si homicida fuisset in sacris ordinibus constitutus, Diaz. d. c. 90. in fin. vbi subdit, quod iustum iudicaret, hodie per Concilium, aut per Romanum Pontificem prouisionem fieri, vt etiã Sacerdos homicida posset tradi curiæ sæculari, vt saltè, timore pœnæ, insolentia aliquorum clericorum temperaretur, Plach. d. c. 22. nu. 43. circa fi. Foll. in pract. crim. in verb. audiantur excusatores, nu. 45. in fin.

Et ita ego de anno 1604. de mente Iunij, in Tribunali A. C. per acta Mercurij Accursij Notarij obtinui, quatuor clericos de Terra Salandriæ ex Regno Neapolitano liberari a pœna vltimi supplicij, quamuis interfecissent pugionibus, & sclopis Archipresbyterũ, & Vicarium Foraneum eiusdem Terræ, sub Clemente octauo Pont. Max. & ita passim hic in curia obseruatur, vt clerici pro simplici homicidio non puniantur pœna vltimi supplicij: & ita etiam ego obseruavi in quodam clerico de Rocca Sicca Regni Neapolis, qui, vna cum eius fratre sæculari, qui ambo occiderunt quemdam notarium, & quia delictũ erat commissum in eodem Regno; ideò, ob conventiones inter Regum, & Sedem Apostolicam, fuit sæcularis remissus ad Curiam Regiam, cum prætenderetur alia maiora delicta commississe, & clericum condemnauit ad triremes, cum esset confessus.

5 Sed difficultas est, qua pœna sint puniendi clerici pro homicidio: & aliqui volunt, quod puniantur per intrusionem Monasterij: alij per carceres perpetuos, vt latè est videre per Arnald. Alber. de agnoscent. asser. Cathol. & hæret. quæst. 25. num. 34. Diaz. in Pract. crim. canon. c. 88. Petr. à Plach. c. 11. num. 15. Moder. Rom. quæst. 8. num. 79. Scacc. de iudic. lib. primo, cap. 11. num. 60. vbi subdit, quod talis inclusio ita sit, vt, ibi, vita sit sibi mors. Sed hic in curia seruatur, quod condemnentur in pœnam triremium ad tempus, prout fuerunt condemnati illi quatuor clerici, & ego cõdemnaui illum de Rocca Sicca, vel in perpetuum licet ego condemnauerim quemdam nobilem clericum Prouinciæ Lotharingiæ, pro homicidio commissio in personam cuiusdam Abbatis, ad pœnam intrusionis in Monasterium Sancti Antonij de Vrbe, facto prius verbo cum Sanctissimo, & Clementissimo Paulo Papa Quinto, & hoc contigit, quia ille erat inhabilis ad triremes, & propter eius non ordinariam nobilitatem, & quod possit etiam Curia Episcopalis condemnare clericos ad pœnas corporales, dicam infra num. 15.

6 Si verò delictum, seu homicidium fuerit enorme, & qualificatum, vt si ageretur de homicidio commissio proditoriè per assassinium, vel de parricidio, aut de combustione Ecclesiæ, vel de alijs similibus deli-

ctis, vt clerici possint Curiæ sæculari tradi, de cõi tradunt Guillermus de Benedic. in quæst. de homic. nu. penult. in fin. Couar. pract. quæst. c. 32. num. 2. Guid. Papa decis. 138. Boer. decis. 138. & decis. 69. num. 16. Clar. quæst. 36. num. 33. in fine, vbi dicit, salua determinatione. Rom. Eccl. ab hac opinione non esse recedendum in iudicando, & consulendo, & latè scribunt Diaz. in d. c. 90. num. 3. seq. Parinac. q. 8. nu. 81. & seq. & latissimè Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 11. nu. 63. & seq. † Vbi etiam tradunt quid si plura delicta, vel plura homicidia commiserit Clericus, an dicatur incorrigibilis, vt sit tradendus Curiæ sæculari, & præcipuè Scac. ibi melius, quàm alij, totam istam materiam declarat, ad quem Aduoc. recursum habeat, & etiam ad Ceuall. com. contra com. quæst. 564. vbi etiam refert quid seruetur in Hispaniarum Regno, per l. 61. tit. 6. parte 1.

8 Imò talis pœna denegationis, non solum procedit in Clericis, sed etiã in Laicis aliqua dignitate insignitis, vt si fuerit Doctor, vel Miles, Clar. dict. quæst. 74. num. 6. vbi Hier. Giach. in addit. in litt. B, vbi testatur ita fuisse executum in quodam Donato de Falconibus, & quotidie videmus in Equitibus S. Stephani, & S. Ioannis, qui per sètetiã priuantur, prout etiam alij, cingulo eorum Religionis.

9 De forma autem degradandi actualiter, vide Concil. Trid. c. 4. sess. 13. de reformat. Eymers. part. 3. comment. sub num. 119. in forma ferendi sententiam contra eum, qui in hæresim est relapsus, & sub num. 206. in forma tradendi impœnitentem hæreticum: & de forma degradandi verbaliter, vide Doct. relatos per Scacc. d. c. 11. num. 75. Clar. q. 74. num. 5. in fin. & clericus pro homicidio non dicitur priuatus beneficijs ipso iure, sed debet priuari per sent. Couar. in Clem. si furiosus, in 2. part. relect. §. 3. n. 7. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 147. Paris. de resignat. Benefic. lib. 4. q. 3. num. 9. vbi de veriori opinione, & magis communi latè, qui alios allegat Ceuall. com. contra com. quæst. 569. vbi etiam de magis communi, qui omnes concludunt, quod donec non feratur sententia in priuationem facit fructus suos.

10 Et sciat Aduocatus tueri clericum delinquentem, vt non possit puniri a Iudice Laico pro quocunque delicto grauissimo, nisi prius per Iudicem Ecclesiasticum degradatus fuerit, Couar. Pract. quæst. cap. 32. num. 2. versic. primum etenim, vbi multa iura concordantia cumulauit. Roland. conf. 4. nu. 22. & seq. vol. 1. Clar. quæst. 36. vers. suas autem. Moder. Rom. quæst. 8. num. 74. Prout si agatur contra clericum vt assassinum, Iude x laicus non potest procedere contra dictum clericum, nisi prius facta declaratione per Iudicem Ecclesiasticum super dicta qualitate assassini, latè Scac. de iudic. lib. 1. cap. 11. num. 70. vbi prius refert illam opinionem, quando Clericus esset in fortijs Curiæ sæcularis, vt si constet de qualitate assassini Iudex sæcularis, possit procedere contra clericum non obstante exceptione clericatus, tamen postea refert, vt debeat prius præcedere declaratoria Iudicis Ecclesiastici, & quod prius Iudex sæcularis nullam habeat iurisdictionem in Clericum, etiam quo ad bonorum confiscationem Roland. conf. 24. num. 62. lib. 1. Alban. conf. 13. Moder. Rom. quæst. 8. num. 85. & seq. Scacc. d. c. 11. num. 70. vbi de vera, & communi opinione, & quod contraria consuetudo sit abusus, & reprobatur.



probat Iul. Clar. in q. 3. vers. Sed quæro tu scis, attestantem de ista opinione contraria, quando clericus esset in fortijs Curie, & latius dixi supra in prima defens. Idemq; est, ut non possit procedere sub pretextu incorrigibilitatis, nisi secuta declaratione facta per ipsum Iudicem Ecclesiasticum, ut de communi, post alios, quos allegat, testatur Scacc. l. p. cap. 17. nu. 69. sed bene verum est, quod statim, secuta degradatione actuali, ille sub iocitur iurisdictioni Iudicis laici, absque alia traditione facienda per Iudicem Ecclesiasticum secundum communem opinionem attestatam per Villalob. Com. opin. in verb. clericus, nu. 72. Clar. quæst. 36. vers. scias autem, Scacc. dict. quæst. 11. nu. 73.

11 Et quæ signat per Iudicem Eccles. Iudicem laico post degradationem erit efficaciter otandum, ut procedatur circa sanguinis effusionem, & citra mortis periculum, Siman. de Cathol. instit. tit. 46. nu. 70. Scacc. dict. cap. 11. nu. 74. Hier. Giach. ad Iul. Clar. quæst. 74. in litt. A, ubi post Carrer. tradit, quod, si clericus opponat de nullit. degradatio, quis de ea cognoscere debeat.

12 Et quando per statutum imponitur poena degradationis, intelligi debet de illa degradatione verbali, & non de actuali, ut minor poena includatur, ut, post Foll. tradit Baiard. duæst. 74. num. 1.

13 Si vero cadaver clericum, propter delictum graue, debeat puniri, vel suspendi vel in frusta scindi, an debeat prius illud cadaver degradari, difficultas facit, quia sacerdos post mortem, si resurgat, non debet iterum ordinari. † Prout si christianus, post mortem, resurgat, non debet iterum baptizari. Glöf. 2. 32. q. 7.

Abb. in c. non potest. de re iudic. Specul. in tit. de stat. Monach. §. 2. quæst. 13. cum alijs adductis, per Sebast. Medicis, in tract. mors omnia soluit, num. 146. Et quia etiam ibi dicit, quod omnia bona patrimonialia; ac filios recuperet, licet neque beneficium, neq; uxorem recuperet, nec possit amplius puniri, & ibi concordantes allegat. Pro resolutione autem remitto lectorem ad sacros Theologos: sed bene scio, quod diebus præteritis hic Curia in Tribunali A.C. fuit suspensum absque alia degradatione sequuta, cadaver cuiusdam presbyteri in loco solito, qui confessus fuerat falsam monetam summi Pontificis cussisse, & postea, conscientia proprii sceleris, veneno se ipsum in carceribus interemit, cū Ordines Sacri dicantur inesse animæ, ac ei choerere secundū Theologos, ad quos in proposito me remitto, sicut etiam in omnibus alijs casibus concernentibus animarum cultum, ac fidem Catholicam Romanam, sed regulariter clericus ob quodcumque enorme delictum non debet in frusta diuidi ob reuerentiã præteriti Sacramenti, & characteris, ut firmat Anch. in c. cum non ab homine, col. penult. vers. istas rationes, de iudic. Vin. decis. 571. in fin. part. 4. licet ibi referat, quod Gabr. de Pened. dicit, quod in Gallia aliter fuit obseruatum.

15 Postremò est sciendum, quod Episcopus siue eius Curia, potest laicos punire poenis temporalibus, ut dixi in prima Defens. & etiam clericos poenis iuxta qualitatem criminis, quæ poenæ partim corpus affligunt, partim animam, partim rem familiarem, partim famam, de quibus Innocent. in cap. qualiter, & quando, de accusat. ubi Fœly. & idem in cap. non ab homine, num. 7. de iudic. prout de omnibus exempla ponit latè, & auctoritatibus, & iuribus corroborat. Bart. Vgolin. in tract. de auctoritate, & potestate Episcop.

INDEX

part. 2. cap. 56. per totum, & præcipue de poenis corporis afflictivis, ut possit damnare clericos ad triduum, ex traditis per Diaz. in pract. crim. canonic. cap. 143. vers. insuper, per Iul. Clar. q. 70. vers. frequens: idemque est de consuetudine; quam tamen Diaz. in Sacerdotibus improbat. & Clar. illam solum admittit, ubi spes correctionis non adsit, & quicquid sit de iure, de consuetudine clericus damnatus ad triduum, non degradatur, sed solum efficitur, sic condemnatus irregularis, & infamis, Addent. ad Diaz. in d. c. 143. Nauarr. consil. 16. & 17. de hæret. sed Iudex sic condemnans clericum non efficitur irregularis. Vgolin. in tract. de irregul. cap. 5. §. 7. & in d. par. 2. cap. 56. nu. 3. Nec non curia Episcopalis potest clericum a condempnare in poenam flagitationis moderatam. Diaz. dict. pract. cap. 174. & Clar. dict. vers. frequens, Quæ de consuetudine non seruat in honorem clericatus, prout nec minus publicè torquetur de consuetudine, ut post Abb. in cap. Vniuersitatis, de sent. excomm. testatur Vgolin. in d. 2. par. cap. 56. num. 3. & clericus potest laicum punire in poenam sanguinis, absque incurfu irregularitatis dummodo non sequatur poena mortis, aut truncationis membrorum, Hostiens. in c. clerici, num. 4. ne cleric. vel monac. Io. Andr. num. 2. Boich. num. 5. & 6. Abb. num. 3. qui loquuntur in poena flagitationis, & characteris in facie, dummodo non eueniat crudelis, vel periculosa sanguinis effusio.

Qui se in carceribus interfecit, an sit tradendus Ecclesiasticæ sepulturæ.

S Y M M A R I V M.

- 1 Interficiens seipsum debet priuari sepultura Ecclesiastica, et tradi sepulturæ canina, et proijci inter stercorea.
- 2 Quod procedit, siue se interficiat, conscientia proprii sceleris, siue tædio vitæ effectus.
- 3 Legatum relictum Ecclesie per illum, qui seipsum interfecit, Ecclesie debetur, licet eius cadaver non possit tradi sepulturæ Ecclesiastica.

C A P. II.

1 QVONIAM Sacri Canones, orare, & orationes facere pro illo, qui se ipsum interfecit, prohibent, cap. placuit, 23. quæst. 5. cap. 1. torneat, cap. super eodem de raptor. & ob id frustra sepulturam petit, quæ sine illis orationibus fieri non solet, ut. de sepult. si sibi nequam, cui bonus? Eccles. 13. cap. non licet, 23. quæstione 5. si sibi non pepercit, cui parceret, l. in §. si quis autem, ff. de bon. eor. & ob id Rota Auenion. exclamauit contra illum infelicem, qui se ipsū veneno, & pugione in propria camera interfecit, careat, careat sepultura, & inter stercorea proijciatur, iuxta gloss. in d. cap. placuit, quæ dat illi caninam sepulturam, Roman. consil. 264. Bened. Rayn. in cap. Raynarius, in verb. mortuo, itaque testatore, l. nu. 59. Farinac. q. 128. num. 16. Laurent. fecit. Auenion. 122. num. 8. licet ille infelix prius ter. pisset qualdam epistolas, in quibus orabat, ut eius cadaver sepulturæ traderetur, & iustitia pro salute eius animæ fierent; & latè, qui alios allegat Modern. Rom. li. quæst. 128. num. 16.



2 num. 16. † Vbi subdit, etiam si se occidat, non conscientia proprii sceleris, sed tædio vitæ affectus; imò si fuisset in Ecclesia sepultus, deberet cadaver exhumari, & tradi sepulturæ caninæ, Io. Sighard. in l. 2. num. 2. C. qui testam. facere poss. Ign. in l. 2. §. si is manus, num. 79. ff. ad Syllan. Farinac. d. q. 128. num. 16. & seqq. vbi limitat in duobus casibus; Primo, quando quis, propter furorem se ipsum interfecit; Secundo quando non plene constaret, quod quis se ipsum interemerit.

3 Sed bene verum est, quod Legatum relictum Ecclesiæ ab eo, qui se interfecit, debetur, Farinac. ibi, nu. 20. Imò fuit disputatum per dictam Rotam Auenion. dicta decis. 122. an esset faciendum in dictum cadaver, & furca suspendendum; & hæc ibi referuntur; sed Farinac. multa scribit de hoc, in dict. quæst. 128. ferè per totam, & prius dixit in quæst. 8. nu. 80. & sequent. & in dict. quæst. 128. num. 2, refert plura exempla illorum, qui varijs modis manus violentas in se ipsos iniecerunt, & mortem conscuerunt, & nuper fuit editus in lucem vnus tractatus de Auctoritate in se ipsum.

Et existis ad laudem Sanctissimæ Trinitatis, hæc die in festo gloriosissimi Apostoli S. Andree, de anno 1612. supremam manum imposui huic Primo Libro Tractatus ad Defensam; quæ dies mihi quidem felix admonendum est, cum in ea inceperim Tractatus de Pace, Treuga, Verbo dato, & Cautione de non offendendo, & in eadē perfecero istius Tractatus ad Defensam Librum Primum, in duobus Tomis diuisum;

Ideo eundem gloriosissimum Apostolum, genibus flexis, toto corde rogo, atque obsecro, quod, sicut ipse, concupiscenti animo, gaudens ad Crucis patibulum accessit, in qua humani generis recuperatio, per mortem Sacramissimi, & Immaculati Redemptoris nostri Iesu Christi, facta fuit, ita pro peccatorum meorum remissione clemens intercedat, ne in illo tremendo Dei Iudicio in illa comprehendat sententia; Ite maledicti in ignem æternum; sed frui gloria æterna valeam, summa Omnipotentis Dei misericordia, & Beatissimæ semper Virginis Mariæ meritis, totius familiæ de Guazzinis specialis Patronæ, & Aduocatæ, in cuius Sanctissimæ Annunciationis honorem, in Ecclesia Cathedrali Sancti Floredi Civitatis Castellæ, seu Typherni eadem familia Sacellum de Iure patronatus eiusdem per donationem erexit, atque construxit, de quo nouissimè prouisus fuit Paulus filius meus dilectissimus.

Et deprecor benignum lectorem, vt omnia æquo animo accipiat, & si quid rectè monui, Deo receptum referat, si qua in re erravi, memor sit Iustiniani sententiæ; Omnium meminisse, & in nullo poenitus errare, diuinitatis, est potius, quam mortalitatis, & quæcumque scripsi Sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, eiusque Sanctissimi, & Summi Sacerdotis Domini Nostri Iesu Christi Vicarij Põntificis Maximi censuræ subijcio. Ac sit denique huius peregrinationis meæ, non otiosè, & inutiliter translactæ, cum obiero, saltem apud meos posteros, testificatio.

F I N I S .



# I N D E X

## R E R V M, E T S E N T E N T I A R V M,

Quæ in Prima, & Secunda Parte Primi Libri

Sebastiani Guazzini continentur.



**A**bsentia excusat citatum, & allegata sine causa, an suspendat, & potest allegari per quemcumque de populo, & potest allegari per Procuratorem constitutum ad prosequendam causam, nec Procurator tenetur satisfacere, & quomodo probetur absentia, latissime in ista materia, vide

Defens. 1. c. 1. per totum.  
Absentia ex quibus causis excuset absentem non comparentem, Defens. 12. c. 1. ferè per totum.  
Absentes a quibus puniuntur causa Reipublicæ, tom. 1. n. 33. fol. 114.  
Absolutio torto an sit concedenda diffinitivè, vel cum clausula ex hæcenus deductis, vide tortus.  
Absolutus, vel condemnatus in foro Ecclesiastico, in delictis mixti fori, quando possit iterum molestari in foro seculari, vide in verbo condemnatio.  
Absentes rei prius sunt condemnandi, antequam publicetur processus presentibus, vide in verb. Publicatio.  
absolutus in vno loco, quando possit condemnari in alio, & è contra, vide in verbo condemnatio.  
Absolutus gratiatus, vel condemnatus in loco delicti, an possit inquietari in loco originis, vel domicilij, tom. 1. num. 7. fol. 44.  
Absentia probatur per presentiam in alio loco, tom. 2. num. 12. fol. 32.  
Absentia vnius loci probatur per presentiam alterius loci, num. 12. fol. ibid.  
Absolutio tollit omnem maculam criminis, tom. 1. num. 82. fol. 244.  
Absolutus a crimine, quando possit iterum molestari, vide latè in 2. Defensione, c. 7.  
Absoluti non debet carceratus, si adsint alij plures inquisiti de eodem delicto extra carceres, tom. 1. num. 39. fol. 122.  
Absolutus non potest abstrungi ad præstandam cautionem de se representando, tom. 1. nu. 51. fol. 253.  
Absolutoria, quando dicatur definitiva, vel ab observatione iudicij, tom. 1. num. 11. fol. 137.  
absolutus ex capite innocentie non potest amplius molestari, & innocentia quomodo probetur, numero 12. & seq. fol. ibidem.  
Absolutus, quanto possit super eodem crimine, iterum molestari ex novis supervenientibus indicijs, & que indicia requirantur, vide latè in Defens. 2. c. 7.  
Actio vbi non oritur parti, nec oritur fisco, t. 1. n. 2. f. 115.  
Acta scripta per iudicem non valent, to. 1. nu. 3. fol. 368.  
Acta facta in iudicio civili, quando probent in criminali Defens. 32. c. 7. nu. 4.  
Actio ad damna, & interesse est perpetua, vide interesse.  
Actio duplex oritur pro delicto, vna pro interesse Principis, altera pro interesse partis. Defens. 34. c. 4. nu. 1.  
Actio honoraria potest intentari per partem, Defens. 34. cap.

4. num. 1. & latè de illa materia ibi, nu. 16. & seq.  
Acta causæ quis teneatur transportare in causa appellationis, an appellans seu appellatus, & quibus expensis fiat transportatio, & que acta transportari debent, Defens. 36. c. 22. vbi declaratur Concilium Tridentinum, quæ acta sint transportanda, c. 23. nu. 3.  
Accusatio non potest iterum proponi per sapientes in gradu, quando proximior fecit pacem, vel transactione cum offendente, vide in verbo Transactio.  
Accusationis nullitas, quando quis proponere debet, vide in verbo exceptio.  
Accusator in quacunque parte iudicij potest desistere ab accusatione etiam in causa appellationis, & quid si dixerit non fuisse iniuriatum, tom. 2. nu. 26. fol. 60.  
Accusatio debet habere plura requisita, de quibus latè in tert. Defensione, c. 3.  
Annus commissi delicti in accusatione, & inquisitione exprimi debet, & quid in crimine falsi, to. 1. numero 2. & seq. fol. 151.  
Accusator non potest puniri de calumnia, nisi præfigatur ei terminus ad se defendendum super calumnia, et debeat condemnari in eadem sententia absolutoria rei, tom. 1. num. 51. et seq. fol. 170.  
Accusator an excusetur a calumnia ex iusta causa, et ab expensis, num. 52. et seqq. et ibi habetur an excusetur etiam ex iniusta causa. fol. ibid.  
Accusatio habens aliquam qualitatem expressam si non probetur, an sequi possit condemnatio, vide in verbo qualitas.  
Accusatio quid sit, et quotuplex sit, to. 1. nu. 2. fol. 148.  
Accusare, quæ personæ non possint, nu. 2. fol. ibid.  
Accusator calumniosus arbitrio iudicis punitur etiam vsque ad mortem, vide in verbo calumnia.  
Accusatio nulla in vno capite, an dicatur nulla in alijs, tomo 1. nu. 6. fol. 156.  
Accusator, quando possit addere, vel detrabere aliquam qualitatem in accusatione, vel inquisitione, Defens. 3. et sequent.  
accusatori pauperi, an sint subministranda alimenta, to. 1. n. 6. fol. 235.  
accusator, vel denunciator potest adstrungi ad cautionem deficiendis expensis, si delictum non sit verum, tom. 1. nu. 11. fol. 173.  
accusator in dubio non censetur calumniosus, vide in verbo calumnia.  
accusationis tot sunt capita, quot sunt capita delictorum, to. 1. num. 6. fol. 156.  
accusatus, quando possit suum accusatorem reaccusare, latè in 3. Defens. c. 10. per totum.  
accusator, qui semel desistit ab accusatione, an possit iterum reaccusare, quando dicatur desistisse, latè in 3. Defens. cap. 11. per totum.  
accusatio an requirat subscriptionem sub pœna Thalionis, to. 1. sub num. 13. fol. 154.  
accusatus promittens solvere expensas, vel non accedere



# I N D E X.

- ad aliquem locum si contraveniat, non potest iterum accusari de principali defen. tom. 1. nu. 17. fol. 157
- Accusator debet se subscribere ad pœnam Thalionis, vide in verbo Thalionis pœna.
- Actuarij Episcopi, & Vicarij foranei gaudent foro Ecclesiastico, tom. 1. nu. 24. fol. 359
- Actuarij an veniant appellatione officialium, tom. 1. sub nu. 24. in fin. fol. ibid.
- Actuarius in examine criminali debet omnia diligenter adnotare, quæ sunt, & dicuntur per Reum, & Iudicem, & quomodo Defens. O. c. 14.
- Accusatio habens defectum circa voluntatem, quando subsistit, & si possit suppleri per Iudicem ex officio, tomo 2. num. 6. fol. 158
- Accusationis privilegia, & effectus, to. 1. nu. 2. fol. 160
- Accusator habet electionem iudicum, to. 1. n. 2. fol. ibid.
- Accusator potest conveniri coram eod iudice coram quo ipse alium accusavit, tom. 2. nu. 3. fol. 154
- Accusatione in proponenda qui præferantur, tom. 1. num. 3. fol. 64
- Accusatus semel an illa pendente possit ab alio accusari, to. 1. num. 5. fol. 149
- Abolitio quando impediatur accusatorem, vide in verbo accusare.
- Accusatio quando impediatur per abolitionem, tom. 1. nu. 6. fol. 149.
- Accusatio inducit multa incommoda, & præiudicia, Defens. 3. c. 2. per totum.
- Accusator tenetur ad expensas in fabricatione processus & non consequitur premium a statuto concessum, to. 1. num. 10. & seq. fol. 150
- Accusatio quot requisita habere debeat, vide latè in 3. defens. c. 13. per totum.
- Accusatores, vt plurimum proponuntur propter odium, & idè inducunt peccatum, tom. 1. nu. 2. fol. 150
- Accusatores dicuntur odiosi Deo, & hominibus, & accusatio inducit inimicitiam, nu. 3. & seq. fol. ibid.
- Accusatori, vel instigatori ante publicationem processus datur facultas videndi processum, vt possit indicia subministrare, tom. 1. n. 11. declara tamen, vt ibi. fol. 151
- Accusandi ius an cedi possit, tom. 1. nu. 5. fol. 159
- Accusator ex quibus causis excusetur a pœna calumnie, vide in verbo calumnie.
- Aduocatus, vel Procurator an possint interuenire examini, vel torture inferenda inquisito, & an Procurator Fiscalis, tom. 1. nu. 30. fol. 6
- Aduocati periti, & senes pro carceratis debent adhiberi, num. 31. fol. ibid.
- Aduocati plures informantes in eadem causa incipere debet iuniores, num. 32. fol. ibid.
- Aduocatus debet honorificè audiri, & recipi a iudice, vide in verbo iudex.
- Aduocatus, vel Procurator sunt dandi reo per iudicem, vide iudex.
- Aduocatus rei nec potest interuenire in examine, & torture rei, tom. 2. nu. 6. fol. 21
- Aduocatus quis esse non possit, & quid facere debeat, & possit, num. 6. fol. ibid.
- Aduocatus esse non potest hereticus excommunicatus, & an Monaci, clerici, & alij regulares, & an possint accipere salarium, nu. 6. fol. ibid.
- Aduocatus recepto salario, quando teneatur officium suum impartiri, tom. 1. nu. 23. fol. 4
- Aduocatus, & Procurator, tam in civilibus, quam in criminalibus non possunt pacisci de quot a litis, to. 1. n. 15. fol. 3
- Aduocatus, quando dicatur, tom. 2. nu. 10. fol. 97
- Aduocatus, vel Procurator non tenentur pœna edicti si non releuent delictum sui principalis, to. 1. nu. 15. fol. 328.
- Aduocatus, vel Procurator quando possint cogi ad testificandum contra clientem, & si pro eo possint esse testes, to. 1. nu. 26. fol. 5
- Aduocatus an possit instruere reum ad negandum delictum Defens. 24. c. 11.
- Aduocationis officium fuit iniunctum, vt succuratur illis qui nesciunt causam suam tueri, & dicitur necessarium, & laudabile, et meritorium, tom. 1. nu. 1. 2. et 4. fol. 4
- Aduocationis officium in hoc seculo, et in alio exercent Redemptor Noster, sacratissima Virgo Maria, et quæ plures sancti, tom. 1. nu. 3. fol. 1
- Aduocati debent pauperibus gratis patrocinium præstare, alias puniuntur, tom. 1. nu. 5. fol. 3
- Aduocatus quamuis peritissimus potest reprehendi a iudice, tom. 1. nu. 12. fol. 3
- Aduocatus quando possit alterum Aduocatum decipere, nu. 13. fol. ibid.
- Aduocatus reuelans secreta sui clientis pœna falsi punitur, num. 13. fol. ibid.
- Aduocatus potest impune adiuuare excommunicatum, et defendere harricos, etiamsi harrici essent pro crimine læsæ Maiestatis, tom. 1. n. 20. et 21. fol. 4
- Aduocatus an possit instruere carceratum ad negandum delictum, tom. 1. num. 75. fol. 243
- Aduocatus potest interuenire ad memoriam defuncti defendendam, tom. 2. num. 4. fol. 21
- Aduocati quomodo se habere debeant cum Iudice, et parte aduersa, et quibus verbis vti debeat, tom. 1. numero 6. et seq. fol. 3
- Aduocatus non debet expectare, vt vocetur à Iudice, ad discutendam causam, num. 9. fol. ibid.
- Aduocatis caulis, et verbosis potest Iudex finem imponere, et illos officio aduocationis priuare, n. 10. fol. ibid.
- Aduocatus suscipiens patrocinium pro vna parte quando possit illam deserere, et alteram defendere, t. 1. nu. 17. fol. 4.
- Aduocatus, et Procurator consules, vt neget delictum an puniatur, et peccent, tom. 1. num. 3. fol. 351
- Aduocatus de consuetudine non interueniunt torture Rei, tom. 2. sub num. 27. fol. 86
- Aduocatis, et Procuratoribus in criminal. quando, et in quibus casibus, possit interdici patrocinium, Defens. 24. n. 10.
- Aduocatus potest pro rebellibus patrocinari, t. 1. n. 12. fol. 150
- Aduocatus contra Reum non debet patrocinium præstare, n. 13. fol. ibid.
- Aduocatus vti amicus carcerati, an possit cogi ad deponendum contra clientem, tom. 1. sub num. 7. fol. 17
- Aduocatus, et Procurator non possunt cogi ad testificandum contra clientem, tom. 1. num. 11. fol. 310
- Aduocatus, et Procurator an possint fideiubere pro Cliente, tom. 1. num. 27. fol. 5
- Aduocatus in causa propria vexatus si conducat alium Aduocatum, an possit petere expensas à parte aduersa, num. 28. fol. ibidem.
- Aduocatis, et Procuratoribus quando possit interdici patrocinium, et an possint interuenire in examine reorum, et quid de procuratore fiscali, et qui non possint esse Aduocati, et procuratores, Defens. 25. cap. 10.
- Aetas quomodo probetur, tom. 2. num. 4. fol. 99.
- Admuniculum, vt corroborare possit dictum Socij crim. debet probari per duos testes, tom. 2. num. 3. fol. 148
- Admi-



*Admuniculum*, vt corroborare possit dictum socij criminis debet probari per duos testes, Defens. 32. c. 8. nu. 3.  
*Adherere quis potest fisco in causa criminali*, licet prius causam civilem intentauerit, tom. 1. sub nu. 7. fol. 77.  
*Admunicula non faciunt speciem probationis sed solum corroborant alias probationes imperfectas*, t. 2. n. 2. fol. 116.  
*Adherere appellationi quis debet infra decem dies*, & fiscus dicitur semper adherere, Defens. 36. cap. 3. numero 9. & seqq.  
*Adulterij crimen est mixti fori*, tom. 1. nu. 7. fol. 31.  
*Affectus effectu non secuto quando*, & in quibus casibus puniatur, & aduocatus quibus cautelis, & remedijs vt possit ad pœnam euadendam, Defens. 33. capitulo 24. per totum.  
*Aggressus potest impunè offendere aggressorem volentem manu vacua percutere*, tom. 2. nu. 25. fol. 70.  
*Agrorum depopulatores, qui dicantur*, t. 1. n. 37. fol. 107.  
*Aggressus an teneatur aufugere*, tom. 2. nu. 27. fol. 71.  
*Aggressus non tenetur expectare percuti*, vide Def. 29.  
*Aggressus quando dicatur constitutus in periculo vite*, tom. 2. num. 20. & seqq. fol. 69.  
*Alternatiua pœna imposita qua pœna sit eligenda*, & electio ad quem spectet, vide pœna.  
*Allegans testem falsum, & subornatum an teneatur probare vtrumque*, tom. 2. numero. 3. fol. 41. & quid si non probet crimina obiecta contra testes an puniri possit ibi numero 10. fol. ibid.  
*Allegans testes fuisse subornatos, & falsum deposuisse an teneatur probare vtrumque*, tom. 2. nu. 3. fol. 42.  
*Alternatiuis in qua pœna imponatur, vide pœna.*  
*Ambasciator am ad delictum, vide consilium.*  
*Ambasciator bannitus missus per alium Principem, ad Principem bannientem non potest ab eo retineri*, tom. 1. num. 28. fol. 12.  
*Animal brutum eum quo homo deliquit suspendi debet, secus si dictum animal per se solum deliquit*, Defens. 38. c. 5. nu. 9. & seqq.  
*Animal brutum pro defensione potest impunè interfici*, Defens. 38. c. 5. num. 11.  
*Anotomia, vide in verbo cadaver.*  
*Annullare actum, vel instrumentum ex capite falsitatis est irrogare pœnam*, tom. 1. nu. 18. fol. 37.  
*Annotatio honorum in quibus delictis fieri debeat, & de quo tempore*, tom. 1. nu. 1. & seqq. fol. 258.  
*Aperiens processum fabricatum, & sigillatum in causa sua per Commissarium non potest deponere contra testes*, tom. 1. sub nu. 18. fol. 74.  
*Appellatio debet interponi infra decem dies a die late sententia, & debet probari fuisse interpositam infra dictos decem dies*, Defens. 36. c. 1. nu. 1.  
*Appellatio a continuo grauamine datur, quandocumque Defens. 36. cap. 1. nu. 5. vbi ab exilio relegatione a carceratione a turremibus.*  
*Appellatio a carceratione datur quandocumque nisi fuerit pronunciatum super dicta carceratione*, Defens. 36. cap. 1. in fine.  
*Appellatio an tollat, vel suspendat pronunciatum, & ponuntur multe illationes*, Defens. 36. c. 15.  
*Appellatio in crim. in quibus casibus non admittitur*, late Defens. 36. c. 4.  
*Appellatio in penis corporalibus in statu ecclesiastico non admittitur, ac in exilio relegatione de quadam consuetudine, vel stilo signatura, & quando incipit d. stili*, Defens. 36. c. 4. nu. 3.

*Appellatio in tribunali Gubernatoris Urbis in crim. an admittatur*, Defens. 36. c. 4. nu. 4. & seqq.  
*Appellatio in penis pecuniarijs in statu ecclesiastico non admittitur nisi facto actuali deposito, vel data cautione in forma depositis*, Defens. 36. c. 4. nu. 3.  
*Appellatio sublat a per statutum, vel consuetudinem subsistit*, Defens. 36. c. 4. num. 10.  
*Appellationi si iudex deferat in casu prohibito suspendit executionem sententia*, Defens. 36. c. 4. nu. 12.  
*Appellatione prohibita non dicitur prohibitum dicere de nullitate*, Defens. 36. c. 4. nu. 13.  
*Appellatio admittitur ab excessiuitate pœna*, Defens. 36. c. 4. num. 14.  
*Appellatio admittitur a sententia iniusta*, Defens. 36. cap. 4. num. 15.  
*Appellatio subinetur, quando iudex incapit cognoscere de causa, & vidit causam esse dubiam*, Defens. 36. capitulo 4. num. 16.  
*Appellatio pro interesse civili admittitur etiam prohibita appellatione in causa criminali*, Defens. 36. capitulo 4. numero 17.  
*Appellatio prohibita a statuto intelligitur de diffinitiva, & non de interlocutoria*, Defens. 36. c. 4. nu. 19.  
*Appellatio ab expensis admittitur in criminal. etiam prohibita appellatione super delicto*, Defens. 36. capitulo 4. numero 18.  
*Appellatio interponitur de minori ad maiorem, & non potest omitti medium*, Defens. 36. c. 17. nu. 4.  
*Appellans quas probationes facere possit in causa appellationis*, Defens. 36. c. 18.  
*Appellans temere quomodo puniatur*, Defens. 36. capitulo 18. num. 5.  
*Appellatio quibus verbis concipi, & formari debeat*, Defens. 36. c. 19.  
*Appellatione non interposita, quibus cõceditur restitutio in integrum*, Defens. 36. c. 19. nu. 2.  
*Appellatio potest interponi die feriata, & coram Notario*, Defens. 36. c. 19. nu. 4.  
*Appellatio de iure canon. interponitur a quacunq. interlocutoria*, Defens. 36. c. 19. nu. 6.  
*Appellatio vna voce interposita cum reservatione appellandi in scriptis quando incipiat currere tempus appellationis*, Defens. 36. c. 19. num. 9.  
*Appellatio coram honestis viris quando, & quomodo sit interpretanda*, Defens. 36. c. 19. nu. 10.  
